


BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA

Sala:	A
Estante:	4
Numero:	10



N. 2783

ALLEGATIONVM FISCALIVM PARS PRIMA.

AVCTORE

D^{RE} D. IOANNE BAPTISTA LARREA,
EQVITE ORDINIS D. IACOBI, I.C. HISPANO
*OLIM APVD SALMANTICENSES COLLEGII
Maioris Conchensis Alumno, & Vespertina Legum Cathedra proprietario
Interprete, Regalis Patrimonij Fisci Parrono:*

Nunc à Consiliis Potentissimi Hispaniarum Regis PHILIPPI IV.
in Supremo Castellae Iustitiae Senatu.

*CVM INDICE IVRIVM QVÆ EXPLICANTVR,
& Allegationum Quæstionumque locupletissimo.*



L V G D V N
Sumptibus PETRI PROST.

M. DC. XLII



ILLVSTRISSIMO,
PRVDENTI, NOBILI,

E T

SAPIENTI DOMINO,

D. ANTONIO DE CONTRERAS,

PRÆSIDI CONVENTVS DE LA MESTA,

A CONSILIIIS POTENTISSIMI HISPAN-
narum Regis Philippi IV. in Supremis Senatibus
Iustitiæ, Camerae, & Regalis Patrimonij,

EQVITI CALATRAVENSIS, MORVM COMI-
TATE BENEVOLO, IVDICANDI DEXTERITATE
& integritate foelici, Iustitiæ Patrono, &
bonorum bono nato.

S.



ANTA animi propensione Te (DOMINE) amplector, & tot beneficia, quæ in me cumulaſti, re- pendere debeo, ut nullum alium, niſi Te, hoc libro con- ſalutare poſſim; & quamuis voluntas, aut affectus dirigat, maior obligationis nexus & neceſſitas impel- lit ſub tuo nomine hac, quæ de Iuribus Fiſcalibus edi- ximus, in lucem edere: nam Te vidente, & in Senatu aſſidente, hac (ſi quæ ſunt) pro tutela Fiſci & Patrocinio ſcripſimus, tunc probaſti, & nunc deſpicere non debes; & cum pro Regis noſtri iure & ſer- uitio ſcripta, nulli alij, niſi Tibi Proteſtori, oportet dicari, qui ſemper om- nia, quæ ad Regalis Patrimonij augmentum, & Regalium tutamen, tam eximiâ curâ & maximâ dexteritate dirigis, & auges, ut nihil in Senatu rei dominicæ iuſte, & ad utilitatem Principis & ſubditorum ſtatuum, quod tu non diſponas; ut multoties ſpecialiter Rex noſter, decreta miſerit Senatui Patrimonij, & aliis conſeſibus, niſi Te aſſidente, aliqua non tra- ctari; hoc enim quod in ſe aliquibus videretur opponi, Principis utilitatem in tributis diſponere, & ſubditorum leuamen ita concilias, ut ſemper ex tuo arbitrio Reſpublica obtineat, & ſubditi ſponte & placidi offerant ſeruitia;

Ioann. Bapt. Larrea Alleg. Fiſc. Tom. I.

§ 2 id

id autem ex tua prudentia, iustitia, & innata benignitate, non affectata, (ut alij) sed animo beneuolo misericors Regali Patrimonio consulis, & Populo; sed maximum in omnibus virtutibus exemplum habes in tuo Gentilicio, in Illustrissimo Heroe, D. D. Francisco de Contreras, Patruo tuo, Supremo Senatus Castella Præsidente, & Regni Legionensis Maximo Commendatario, qui sæpe dignitates repellens, ad illas inuitus redactus, ut quanto suã modestiã apicem & culmina deiecit, maiorum Virtutum cumulo, & Regum nostrorum conatu euectus à Senatu Nauarra volens & petens, emeritus postea iussu Principis, ad Consilium Ordinum adscitus, deinde in Supremo Iustitia Senator vacationem muneris expetiuit, & supplex obtinuit, & post multos annos, quos in priuata vita & sancta quiete absumpsit, ut labentis aui mores possent instaurari, eidem Senatui Iustitia Præfectus & Præsides euectus & Præpositus, post quinque annos, quibus hoc maximo inter Hispanos munere laudabiliter, utiliter, & honorificè functus, illud dimisit, & in Regali Cœnobio Ordinis Diui Hieronymi, ut priuatus, inclusus, deuotè vacans pietati, vita finem imposuit. Hoc igitur Pietatis, Modestiae, Iustitiae, & Virtutum succo lactatus; Eius imaginem in omnibus refert: Nam pietate celebris, cum Tibi domum non parares, Domum & Templum Deo & Religioni Seraphica Capucinorum in vrbe Segortia. (Vnde tua Origo) amplissimè dicasti, omnes tuos reditus Dei cultui consecrans modestè & parcè in tuos proprios usus conuertens, liberaliter omnia pauperibus & sanctis Religiosis donasti; Tua præcipua cura Altaris ornamenta necessaria, & omnem cultum Ecclesia augere, & in eo expendere, ut semper in Te videamus,

Nil nisi de sancta Religione loqui.

Iudicium tuum affectus, & voluntas non

Fert procul à sancta Religione gradum.

Inde omnibus mitis & beneuolus, ut tradit Linius, Et benignitatem per se gratam comitate adiuuabat. Et omnes ad Te trahis oris alacritate, pietate, & mansuetudine, adeo ut in confessu de la Mesta plures illius, qui plus abhinc viginti annis ex suis Prouincijs ad illum non peruenierant, cum Te Præfectum, & Præsidentem audierunt, statim occurrunt, & confessui, ubi de custodia & augmento gregum tractatur, libenter intercesserunt, molestias itineris & expensas tuã præsentia & alloquio compensantes, & in maximam salutem & utilitatem Regnorum hoc munere fungeris, quo damna, quæ in hoc antea experia, poterant medela sanari. Iustitiam tuam omnes prædicant, & nullus magis quàm ego experius, qui quotidie in nostro Senatu tua decreta vidi, & suffragium sequutus, ut de Te usurpari possit, quod cecinit Faustus:

Æqua gerit rectam, librâtque pondere lancem,

Iustitia immota, firma, tenaxque manu.

Sed tamen adeo clementiam copulasti, ut semper benignior in omnibus sententijs

sententijs existas, & qui à Te condemnatur, ab ipsa misericordia damnari videatur, & rectè conuenit illud Martialis:

Recta fides, hilaris clementia, cauta potestas.

In his enim splendet tua prudentia, quã rectè omnia ad regimen salubriter dirigis, & mirã dexteritate aduersa & diuersa corrigis, ut inde miremur:

Ingenium, solersque animi, prudentia rerum.

Et in cladibus belli, & sæculi calamitatibus exagitati, Te ut leuamen Respublica experitur, ut dicebat Historicus Romanus: In hac ruina rerum, stetit vna atque integra & immobilis Virtus; quã damna publica minus noceant, & Virtutis tua lenimento temperentur, ut cecinit Mancius:

Temperat excellens humana pericula Virtus.

Subsisto igitur ut laudes tuas quas explere non valeo, fedari non videantur; Respice ergo animi votum, studiorum fructus, & Librum nostrum benignitate, quã mea semper recepisti, fouere non desinas, & saltem tuo patrocinio aliquid bonum & excellens hac scripta fortiantur, cum vere Tibi conueniat, quod de suo amico Deciano tradit Martialis:

Si quis erit recti custos, imitator honesti,

Et nihil arcano qui roget ore Deos,

Si quis erit magnæ subnixus robore mentis.

Vale & vive. Matrini Kalendis Aprilis, anno 1642.

T. Obf.

D^o D. IOANNES BAPTISTA LARREA.

ELD

§ 3 LECTOREM



LECTOREM SALVTO.

HÆC, quæ de Allegationibus Fiscalibus in lucem edimus (AMICE LECTOR) tuæ censuræ, vt Decisiones Granatenses subiicimus, & offero spongiam, si quid tibi non placeat, obliteres, & vt dicebat Hispanus Epigrammatista de suis libellis:

*Sunt bona, sunt quadam mediocria, sunt mala plura,
Quæ legis hic aliter non fit, Auite liber.*

Cùm ergo in hoc nihil bonum esse censeam, maiori egeo benignitate legentis, illud autem potes æquo animo amplecti, hæc, quæ ad Iura Patrimonij Regij & eius Senatuum pertinent, à nullo alio scripta, vt quasi primò hoc pelagus nauiganti scopulos auertas, defectus dissimules, & viam sternas aliis, qui altius de istis quæstionibus edicant, ita voueo: spero, vt quo affectu Decisiones nostras admisisti, Allegationibus Fiscalibus suffragaris. VALE.

El D^o

EL D^o D. Iuan Bautista de Larrea Cauallero de la Orden de Santiago, Fiscal del Consejo, digo que yo tengo hecho vn libro intitulado *Primera y segunda Parte Allegationum Fiscalium*, de que hago presentacion, a Vuestra M^a suplico cometiendole a quien le censure, me mande dar licencia para que se imprima que en ello recibire merced.

D^o D. IVAN BAVTISTA DE LARREA.

NOS el Licenciado Lorenzo de Yturriçarra Vicario General de la villa de Madrid, y Su partido, &c. Por la presente comeremos al Licenciado Don Francisco de Valdespino Abogado de los Reales Consejos, para que vea el libro intitulado *Primera y segunda Parte de las Alegaciones Fiscales*, compuesto por el Señor Doctor D. IVAN BAVTISTA DE LARREA, Cauallero de la Orden de Santiago, y Fiscal en el Consejo Supremo de Castilla, y con su censura lo remita para proueer iusticia. Dado en Madrid a diez y seis dias del mes de Mayo de mill y seis cientos y quarenta y vn años.

Licenciado LORENÇO DE YTURRIÇARRA.

SIMON XIMENEZ, Not.

CENSURA LICENTIATI D. FRANCISCI DE Valdespino, in Supremis Hispania Tribunalibus practica Iurisperudentia Consultoris, & causarum Patroni.

DE mandato Licenciati D. Laurentij de Yturriçarra in hoc Toletano Archiepiscopatu pro Serenissimo Infante Cardinali Vicarius Generalis, hos libros *Allegationum Fiscalium*, quos alii duobus Decisionum Granatensium modò addit D. Ioannes Baptista de Larrea, legi & perlegi attentè, non quia necessarium putarem vt tanti viri scripta approbarentur, cuius auctoritas demittendi potiùs oculos, quàm erigendi supercilia dat copiam: sed quia ad id cogebat, & sanctissima ceremoniarum præscriptum, & præcipientis obedientia, & in ipso præcepto gratia. Inueni tamen quod prædixeram priùs, opus, inquam, in cuius laudem nec adulatio quid effingat inueniet, nec veritas habebit quo vincatur, ipsos mendacij terminos egressum, plenas laudum cateruas exhausturum. Decurrit in dicendo grauis, in allegando eruditus, in arguendo acutus, in defendendo tenax, & super omnia in iudicando rectissimus. Quisquis hæc tenus veritatem quærebat, quisquis dubitauerat prius, huc huc accedat obsecro, inueniet illam velis atque inuolucris depuratam, rationi plenè consonam, pacatam mentibus, amicissimam animis, & rursum lucem à tenebris diuisam. Legislatorum mentem calluisse parum est, habuisse verius, & vel animù vnum, vel iudicium vnum euiscerat obscura, & quæ magis recondita patefacit. Quid magis mirer? Aut tantæ eruditionis indaginem, & appositissimum cuilibet loco sensum, aut affluentiam propriam & profundissimum discursum de suo? Vincere alienis armis alij iudicant minus, vincere propriis solùm applaudunt magis. Dubitarem, si necessarium foret, arma enim externa minus cognita sunt, nos eis minus assueti. Foret in testem Dauid in armis Saul timens, in funda propria victor de Gigante. Quidquid autem de hoc sit, ego in his Allegationibus id miror, vt aliena Doctorum testimonia tanquam propria tractentur, & eâ expeditione quasi de proprio fluere: propria verò argumenta sic euincant, quasi portarent secum omnium Doctorum calculos, approbationem omnium & quasi statam sine dubiis legem, in alienis pugnare quasi in propriis, in propriis quasi per omnes vincere id magis in hoc libro mirandum censeo, quem schola iam de iustitia petit, quem iudico dignissimum luce, & quam secum non potest non portare. Matriti, die decima octaua Maij, anno Domini millesimo sexcentesimo quadragésimo primo.

Licent. D. FRANCISCO DE VALDESPINO.

El Licen

Licenciado Lorenzo de Yturriçarra Vicario General de la villa de Madrid, y Su partido, &c. Por la presente auiendo hecho ver este libro intitulado *Primera y segunda Parte de Alegaciones Fiscales*, compuesto por el Señor D. Iuan Bautista de Larrea, del Cõsejo de su Magestad, y su Fiscal en el Supremo de Castilla, Cauallero de la Orden de Santiago, declaramos no tiene cosa contra la fee y buenas costumbres, y por lo que a Nos toca, se puede imprimir, y por ello damos licencia. En Madrid a diez y hocho de Mayo de mill y seis cientos y quarenta y vn años.

Licenciado LORENÇO DE YTVRRIÇARRA.

Por su mandado.

SIMON XIMENEZ, Not.

Summa Priuilegij S. C. Majestatis.

SV Magestad Catholica por Priuilegio dado en Madrid a doze dias del mez de Agosto de mill y seis cientos y quarenta y vno, da licencia al Señor Dotor D. Iuan Bautista de Larrea del Consejo de su Magestad en el Real de Castilla, o a los que del poder o facultad hubieren de imprimir *Allegationum Fiscalium Pars prima*, compuesto per el dicho Señor D. Iuan Bautista de Larrea, por tiempo de diez años desde el dia de la fecha de arriba, so las penas en el dicho Priuilegio contenidas.

Firmado. **YO EL REY.**

Por mandado del Rey nuestro Señor.

ANTONIO ALOSSA RODARTE.

Joannes Claudius Deuille in sacra Theologia Magister, in Ecclesia S. Crucis Lugdunensis Custos, & in hac Dicecesi Vicarius Generalis substitutus: fidem facimus omnia in hac *Allegationum Fiscalium Parte prima*, Authore Doctore D. Ioanne Baptista Larrea Ordinis Diui Iacobi, Sanctæ, Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ Ecclesiæ sacris documentis conformia, nihilque Christianis moribus absonum contineri. Lugduni 25. Iulij 1642.

DEVILLE Vic. Gen. Substitutus.

VE l'Approbation de Monsieur le Grand Vicaire, le Procureur du Roy n'empesche que le Liure mentionné en ladite Approbation, soit imprimé aux frais du Sieur Pierre Prost, avec les defences en tel cas requises. Fait ce 29. Iuillet 1642.

I. PROST.

Viso Procuratoris Regis consensu, fiat vt petitur. Datum Lugduni, die vigesima nona Iulij, anno Domini 1642.

S E V E.

Hæc prima Editio absoluta die 20. Septembris 1642.

SERIES



SERIES ALLEGATIONVM ET QVÆSTIONVM, QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

ALLEGATIO I.

De Fiscalis munere.

Quæst. **D**E Officio Paroni fisci, quam excellens & honorandum sit. pag. 4.

ALLEGATIO II.

De recusatione Fiscalis.

Quæst. An Fiscalis possit recusari, & quibus causis. p. 10.

ALLEGATIO III.

Principis contractus quando possint reformari.

Quæst. Princeps quomodo teneatur ex suis contractibus vel possit aliquatenus ab eis recedere vel reformare. p. 15.

ALLEGATIO IV.

Legum abrogatio non fit ex contractu Principis contra eas.

Quæst. Princeps an videatur facere dispensationem vel abrogationem legum quando contra leges contrahit & quomodo ea facta induci possit vel non. p. 21.

Ioann. Bapt. Larrea All. Fisc. Tom. I.

ALLEGATIO V.

De Gabellarum summaria restitutione facienda in articulo delcobro.

Quæst. De Gabellis vulgo apud nos Alcaualas iniuste à priuatis summarie Principi restituendis pro explicatione, l. 26. tit. 18. lib. 6. l. 18. tit. 8. lib. 9. recopilat. p. 28.

ALLEGATIO VI.

Differentia iudicij petitorij & possessorij in vectigalibus.

Quæst. In vectigalibus causa possessionis discussa & reo à quo fiscus petebat absoluto, an obstet, vel producat contra fiscum exceptionem rei iudicatæ in iudicio proprietatis ad obtinenda prædicta vectigalia. p. 32.

ALLEGATIO VII.

Vectigalium iudicium etiam si vectigalia priuato vendita in fenatu Regalis Patrimonij agendum.

Quæst. Vectigalibus Castri eius domino venditis, & controuersia exorta cum incolis, an soluere debeant vectigalia in Castro de mercibus quæ extraxerint & alibi vendiderint lite instituta in Senatu Patrimonij § §

Series Allegationum,

rimonij Regij, an illius iurisdictio possit declinari quasi ad Regis Patrimonium non pertineant eius Castri vectigalia tam vendita, pro explicatione l. 5. tit. 17. l. 2. & 4. tit. 20. lib. 9. Recop. p. 36

ALLEGATIO VIII.

Vectigalia Regia vindicanda à Magnatibus Castellæ, nec excusandi Regis permissione.

Quæst. De Magnatibus Regnorum Castellæ quos dicimus Grandes, illorum origine & dignitate, & eis non prodesse tolerantiam seu permissionem Regis quâ se defendunt in detentione Gabellarum, ne de illis sine speciali Regis permissu aduersus eos actio à fisci Patrono intendatur ad explicationem l. 2. tit. 15. lib. 4. Recop. p. 44

ALLEGATIO IX.

Magnates quibus modis vsurparunt vectigalia Regis.

Quæst. Magnates Regnorum Castellæ qui detinent vectigalia Regia variis de causis ea occuparunt, & ideo audiendi non sunt si solum ex tolerantia Principum se defendant, pro explicatione l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. p. 57

ALLEGATIO X.

Gabellæ contra Regem nisi titulo expresso adquiri non possunt etiam in oppidis aggregatis his Regnis.

Quæst. Gabellas non posse contra Regem adquiri nisi titulo expresso, cum solemnitatibus, l. 2. tit. 15. lib. 4. Recop. & l. 1. tit. 18. lib. 9. etiam procedere in oppidis quæ ex aliis Regnis, videlicet Lusitano, Castellæ aggregata & unita fuere.

ALLEGATIO XI.

Gabellarum exemptio quomodo regulariter interpretanda.

Quæst. Præscriptio non soluendi gabellas aliquibus oppidis concessa quomodo sint in-

telligenda, pro interpretatione l. 11. tit. 18. lib. 9. Recop. p. 71

ALLEGATIO XII.

De priuilegiis exemptionis Regis Henrici, & eorum reuocatione.

Quæst. Præscriptio exemptionis gabellarum concessa à Rege Henrico IV. anno 1462. an reuocata, & nulla censentur ex reuocatione quam fecit omnium illius concessionum, pro explicatione l. 4. & 17. tit. 10. lib. 5. l. 39. tit. 18. lib. 9. Recopilationum. pag. 76

ALLEGATIO XIII.

Vectigalia expressè debent donari alias non comprehenduntur donatione generali.

Quæst. Vendito vel donato Castro cum omni territorio, tamen vectigalia quæ Principis non comprehenduntur, ut ex hoc titulo emptor vel donatarius retinere possit. p. 84

ALLEGATIO XIV.

Venditio eius quod donatum non potest extendi vltra id quod donatione comprehensum.

Quæst. Si ex Regis donatione obtinens iurisditionem alicuius oppidi, vendiderit cum omni iure quod habebat pertinentiis & redditibus, eis verbis, Rentas pechos y derechos, eo preteritu vectigalia non posse detineri ab emptore, etsi venditor perceperit, nisi speciali Principis rescriptio competant. p. 93

ALLEGATIO XV.

Præscriptio immemorialis potest à Principe prohiberi in vectigalibus.

Quæst. Præscriptio immemorialis an rectè possit à Principe prohiberi in vectigalium acquisitione, & prohibitio comprehendat

& Quæstionum.

tam futuram quàm præteritam præscriptionem ad explicationem l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. pag. 97

ALLEGATIO XVI.

Præscriptio non procedit nisi in iure causato.

Quæst. De eadem re quando immemorialis procedere non possit in Tertiis, eo quod Tertie nunquam separate à decimis, & ideo non possesse ut præscribantur pro explicatione l. 1. tit. 2. lib. 9. Recop. p. 106

ALLEGATIO XVII.

Vectigalium conductio respicit ius & spem ea percipiendi.

Quæst. Contra Gabellarios pro explicatione & iustitia, l. 2. & 3. tit. 9. lib. 9. Recopilat. p. 114

ALLEGATIO XVIII.

De remissione mercedis, conductionis vectigalium propter impedimenta.

Quæst. De impedimentis quæ conductores vectigalium solent opponere à Principe fieri quominus gabellis fruantur ut fiat remissio pensionis, & quomodo id accipiendum ad explicationem l. 2. & 3. tit. 9. lib. 9. Recop. p. 123

ALLEGATIO XIX.

De impedimentis ex maris navigatione in conductione vectigalium, mercium quæ nauibus transportantur.

Quæst. De impedimento quod obiciebat conductor vectigalium, cum ex maris navigatione deberentur portuoria à Pyratibus impediri merces transportari & remissionem pensionis faciendam, quia Princeps mare liberum non dedit. p. 130

ALLEGATIO XX.

Remissio pensionis quomodo facienda Gabellario, vel interesse faciendum.

Quæst. Quando ex facto Principis vectigalium Ioanni. Bapt. Larrea All. Fisc. Tom. I.

lium perceptio impediretur vel diminuitur, vtrum debeat Princeps solum diminueri Gabellario pensionem aut eius partem vel etiam omne interesse quod posset lucrari, satisfacere. p. 135

ALLEGATIO XXI.

Executionem aduersus Publicanum non excludit exceptio remissionis pensionis.

Quæst. Publicanus conductor gabellarum ad soluendam pensionem obligatus an possit aduersus eum executio procedere etiam si ex aliquibus causis pensionem minuendam allegauerit. p. 141

ALLEGATIO XXII.

De nouis venditionibus reddituum Regalium.

Quæst. Nouæ venditiones ex redditibus Regis, id est, iuros, quomodo fiant, & an ex eis pignora anteriora & hypotheca extinguantur. p. 148

ALLEGATIO XXIII.

De censibus, id est, iuros, constitutis in fructibus.

Quæst. Rex si censum, id est, iuro, de suis redditibus constituerit in certa fructuum, frumenti, olei, aut similibus quantitate pro pecunia soluenda an iuste constitutio in fauorem privati procedat pro explicatione legis 4. tit. 15. lib. 5. Recopilationum. p. 167

ALLEGATIO XXIV.

Nullitas census facit nullos redditus vt debeant in sortem imputari.

Quæst. Census qui contra leges constitutus vltra pretium à legibus taxatum si postea in iudicio ad legitimum modum reductus, vel nullus declaratus sit, redditus percepti sunt restituendi vt compulserunt cum sorte principali, pro explicatione l. 4. 5. 6. & 7. tit. 15. lib. 5. Recopil. p. 181

Series Allegationum,

ALLEGATIO XXV.

De venditione census reddituum Regalium ut non possit fieri minori pretio quam legibus taxato.

Quæst. Princeps an possit annuos redditus super suis vectigalibus & gabellis, quos dicimus Iuros, minori pretio vendere quam quod à legibus taxatum fuit ad census priuatorum constituendos, pro explicatione l. 6. tit. 15. lib. 5. Recopilat. pag. 185

ALLEGATIO XXVI.

De transactione litis vectigalium non impleta.

Quæst. Transactione facta de iure fiscali circa id quod sine privilegio Principis obtineri non potest ut vectigalium exactio si ille qui transegerit fisco non soluerit, vel solvere non potuerit, quod comprehensum transactione, an illa rescindenda ut lus possit instaurari, & fiscus transgens prima actione agere, vel solum agendum pro pecunia promissa. p. 191

ALLEGATIO XXVII.

Causa Tertiarum quo iudicio expedienda.

Quæst. De iurisdictione Senatus Regalis Patrimonij circa exemptos & Ecclesiasticos quando impediunt administrationem Regij Patrimonij, & pro recuperatione Tertiarum qua Regibus nostris à Summis Pontificibus concessa, ad explicationem l. 2. tit. 2. l. 1. tit. 21. lib. 9. Recopil. p. 202

ALLEGATIO XXVIII.

Tertias præscribere non potest qui non iure proprio, sed alieno possidet.

Quæst. De Tertis, & quando in eis contra Regem præscriptio non procedat etiam immemorialis si ex Regis consignatione

percipiantur ad explicationem l. 1. tit. 21. lib. 9. Recopil. p. 210

ALLEGATIO XXIX.

De præmio licitationis vectigalium.

Quæst. Præmium quod dicimus prometto, quando à conductoribus reddituum Regalium lucrari possit pro explicatione l. 6. tit. 9. l. 7. 9. & 10. tit. 11. l. 1. tit. 13. lib. 9. Recopil. p. 217

ALLEGATIO XXX.

Augmentum à Principe factum post conductionem vectigalium non applicandum Gabellario.

Quæst. Conductis sifis & vectigalibus si intra tempus conductionis ea augeantur à Principe ad eum, an illa pertinere vel ad conductorem, pro explicatione l. 1. tit. 22. lib. 9. Recop. p. 224

ALLEGATIO XXXI.

De pacto augmenti vectigalium in eorum conductione.

Quæst. Pactum quod à vectigalium conductoribus apponi solet, ut si vectigalia auferentur, cederent in utilitatem Gabellarij, quomodo pro fisco interpretandum? pag. 230

ALLEGATIO XXXII.

De læsione in vectigalibus ex augmento post conductionem.

Quæst. Fiscus si conduxerit vectigalia ad plures annos an ex augmento post contractum possit læsio in pretio considerari. p. 237

ALLEGATIO XXXIII.

De augmento secundæ locationis vectigalium.

Quæst. Damnum quod potest imminere fisco ex locatione secundæ vectigalium propter defectum primi conductoris, verè sustinere & sarcire debet Gabellarius, cuius periculo

& Quæstionum.

periculo sit secunda locatio, ut illius augmentum percipere possit. p. 243

ALLEGATIO XXXIV.

Fideiussor semel fisco obligatus, nisi expresse liberetur, aliis etiam pro eadem re fideiussoribus datis non liberatur.

Quæst. Administrator qui duorum millium aureorum satisfactionem dare debebat fideiussoribus datis & exhibito instrumento fideiussionis in Senatu minus idoneam dixi, & Senatus decrevit ut amplius caueret eis verbis, de mas fiancas, ex quo fecit depositum pro cautione duorum millium aureorum, cum ad finem administrationis ex ea tria millia aureorum deberentur, intendi ultra depositum, à fideiussoribus mille recuperari, illi contra esse liberatos dicebant, quia omnis satisfactionis quantitas deposita fuerat. p. 248

ALLEGATIO XXXV.

Metus allegatio quam solent mulieres conductorum vectigalium obii-cere obligationi Fiscali quomodo excludenda.

Quæst. De obligatione quam solent cum maritis publicanis uxores facere, vel cum administratoribus bonorum fisci, ut vectigalia pretextu conductionis vel administrationis recipiant, & postea metus exceptionem, seu indotationem aduersus obligationem obii-cunt, quomodo id procedat, & cautè admittendum ut excludatur. p. 255

ALLEGATIO XXXVI.

Solutio in administratione Regalis Patrimonij ad relationem cum iuramento debet esse realiter facta.

Quæst. Si Thesaurarius Regius in relatione iurata que cum pœna tripli dari solet in Senatu Regiarum calculationum, si declarauerit aliquam quantitatem solutã

quam verè non soluerat, quamvis creditor eam recepisse enuntiauit, & illi chirographum de soluenda suo nomine fecit Thesaurarius, utrum pœna tripli possit condemnari, pro explicatione l. 18. tit. 5. lib. 9. Recopilat. p. 266

ALLEGATIO XXXVII.

Tripli pœna cui ex duobus fiscalibus competat.

Quæst. De condemnatione tripli ut fieri solet in Consilio Regalis Patrimonij, iuxta dispositionem l. 18. tit. 5. lib. 9. Recopil. an eius lucrum competat illi qui primus causam proposuit, vel ei qui postea causam finiuit. p. 272

ALLEGATIO XXXVIII.

De triplo ad eius pœnam an requiratur dolus.

Quæst. Virum ad pœnam dupli & triplum de quo in d. l. 18. tit. 5. lib. 9. Recopilat. exigatur constare de fraude & dolo eius qui Regij Patrimonij rationem reddit & iurata relationem dare tenetur, vel sufficiat quantitates in rationibus omisam. pag. 277

ALLEGATIO XXXIX.

Nominator tenetur ad pœnam dupli, & in triplo pro substituto.

Quæst. Thesaurarius qui aliquem nominavit ad officij exercitium si nominatus fraudem committat in rationibus reddendis ita ut ad triplum condemnetur, si nulla bona fuerint nominati, an possit pœna ex officij valore, in cuius exercitio deliquit, exigi. p. 281

ALLEGATIO XL.

Solutio ex causa publica fieri potest alterius rei quam promissa.

Quæst. Quando aliud pro alio inuito creditore solui possit à Principe in consignationibus qua negotiatoribus delegate. p. 285

Series Allegationum,

ALLEGATIO XLI.

Vfuras & interesse ab eis excludendus creditor, qui pignore vsus, vel illud vendit.

Quæst. *Negotiator cui pro pignore, vadimonio, vel deposito, quod dicimus refguardo, pecunia data si ea vteretur, an debeat vsuras, vel saltem pro ea quantitate illas non percipere à Regali Patrimonio.* pag. 295

ALLEGATIO XLII.

Sumptus appellatione quando Princeps factos pro eo satisfacit, veniunt damna vt non possint vltra à fisco recuperari.

Quæst. *Donatio à Principe facta ob beneficia, seruitia & sumptus quos fecit aliquis in Principis mandato an excludat vel includat damna que in suis bonis pro mandato exequendo mandatarius allegauerit habuisse.* p. 304

ALLEGATIO XLIII.

De indulto quando non comprehendat bonorum restitutionem.

Quæst. *Vtrum rescriptum gratia quo aliquis indultatur, ad pœnam sit referendum ad bonorum restitutionem, que à fisco in aliquem fuerint alienata.* p. 309

ALLEGATIO XLIV.

Emptor quando teneatur stare colono in venditione rei fiscalis.

Quæst. *Fisci re vendita an emptor teneatur stare colono vel conductor, & quando emptor offert interesse quod fisco, ne conductor expelleretur, contingere posset conductio resoluatur ex venditione.* p. 315

ALLEGATIO XLV.

De retractu iurisdictionis.

Quæst. *Vtrum vendita iurisdictione concedatur retractus populo petenti, oblato eo-*

dem pretio, quod dicimus tanteo, vt aliis ementibus praeferatur. p. 319

ALLEGATIO XLVI.

Bona vt dicantur solarij, quas requirant qualitates.

Quæst. *De bonis que dicimus solariegos, quomodo probandum habere eam qualitatem vt quoties bona delinquentium à Principe confiscantur, non pertineant ad fiscum, sed ad dominum iurisdictionis cui subditi sunt vassalli.* p. 326

ALLEGATIO XLVII.

Crimen repetundarum quando procedat in Iudice & Officiali qui cum effectu non recipit.

Quæst. *De crimine repetundarum, & an locum habeat quando conuenit Magistratus aliquid ei dandum pro iustitia administratione si cum effectu non recepisset, pro explicatione l. 1. tit. 6. lib. 3. l. 1. tit. 21. lib. 9. Recopil. que loquitur in calculatoribus & aliis Officialibus Senatus Regalis Patrimonij.* p. 334

ALLEGATIO XLVIII.

De probatione criminis repetundarum.

Quæst. *Probatio que sufficiat ad crimen repetundarum, pro explicatione l. 6. tit. 9. lib. 3. Recopil.* p. 344

ALLEGATIO XLIX.

De sponsa decedente ante nubilem ætatem num possit pro vxore haberi.

Quæst. *De successione inter virum & uxorem circa encomendas Indiarum & rescripta Regia que requirunt sex mensium cohabitationem quomodo accipiendum, & an locum habeat in sponsa que decessit ante matrimonij confirmationem, vel nubilem ætatem.* p. 355
ALLE

& Quæstionum.

ALLEGATIO L.

Curforis Maioris officium Regnorum Hispaniæ, Regali Patrimonio applicandum.

Quæst. *Pro Rege nostro Hispano, & iure quod habet ad officium publici Curforis Regnorum Hispaniæ, in valida concessione quam eius fecit, & circa magnam litem, que de hac re pendet, in Supremo Regali Patrimonij Senatu fundamentis que adhuc expensa à fisci Patronis in epitome redactis, alia noua pro Rege nostro latè adducuntur.* p. 370

ALLEGATIO LI.

Fiscalis præcedit in omnibus Notarios à secretis Regis.

Quæst. *Fisci Patronus ratione iuris & consuetudine an sine dubio præcedere debeat Notarium à secretis in omnibus, & Senatu, in quo assident.* pag. 388

ALLEGATIO LII.

De dignitate Senatorum Consilij Regalis Patrimonij, & præcedentia.

Quæst. *De præcedentia inter Senatores togatos Supremi Consilij Patrimonij Regij & Prætores Curie, qui vulgo dicuntur, Alcaldes de Corte.* p. 398

ALLEGATIO LIII.

Reformatio priuilegiorum circa vectigalia ad Senatum Regalis Patrimonij pertinet.

Quæst. *De controuersia iurisdictionis, & de ea, que pertinet ad Supremum Senatum Regij Patrimonij circa reformationem priuilegiorum exemptionis vectigalium.* p. 406

ALLEGATIO LIV.

Gabella soluenda de rebus que venduntur ad bellum.

Quæst. *Vtrum Gabella debeatur de rebus*

que ad Exercitum vendite transportantur pro explicatione l. 38. tit. 18. lib. 9. Recopil. p. 408

ALLEGATIO LV.

Gabella debetur ex venditione mixtarum potionum cum aqua.

Quæst. *Vtrum ex venditione aquæ mulsæ, Hydromellis, quam dicimus aloxa, gabella debeatur.* p. 410

ALLEGATIO LVI.

De Vectigali illud imponi posse in mercede transportationis Epistolarum.

Quæst. *An possit Princeps, & eius nomine Comitia generalia inducere tributum in mercedis pretio Epistolarum, que à Curfore Maiori transportantur, supposita concessione eius officij à Rege facta, de qua in allegatione quinquagesima disputauimus.* p. 413

ALLEGATIO LVII.

Libertatem Ecclesiasticam non lædi rerum quas vendunt Ecclesiastici gabellam solui ab emptore laico.

Quæst. *An quoties ex stauito gabella inter venditorem & emptorem soluenda diuideretur, si laicus emeret ab Ecclesiasticis, qui exempti sunt à gabellis, ex venditione bonorum suorum, an hoc casu possit ab emptore exigi dimidium gabellæ pro explicatione l. 3. & 4. tit. 17. lib. 9. & lib. 3. tit. 18. eodem libro Recopil.* p. 417

ALLEGATIO LVIII.

Concessio facta à Summo Pontifice ad petitionem Regis, non debet detrahere iuri Regali nisi Rex remittat.

Quæst. *Regi concessis decimis in aliquo territorio, & postea ad Regis instantiam exemptio generalis decimarum concessa Religio*

Series Allegationum, & Quæst.

Religiosis an comprehendat etiam, ut non soluant decimas in eo territorio, in quo decimæ antea Regi concessæ fuerant, si in eo Religiosi bona habuerint, ex quibus fructus percipiunt. p. 422

ALLEGATIO LIX.

Tributorum ratio.

Quæst. De tributis quando iuste Princeps imponere possit. p. 428

ALLEGATIO LX.

Principis assertioni standum circa necessitatem publicam.

Quæst. De necessitate, ut noua tributa cõcedantur, quomodo examinanda, & an sufficiat Principem asserere tributis egeve, ut ei concedantur. p. 435

ALLEGATIO LXI.

Prouintias & Regna extera quæ subiacent Hispaniæ defendere, pertinet ad urgentem necessitatem.

Quæst. An quoties inuaduntur Regna, quæ adiacent Monarchiæ Hispaniæ eorum defensio, ex necessitate urgenti, & extrema sit habenda, ut possint imponi vectigalia, quæ aliis iuste non imponerentur. p. 438

ALLEGATIO LXII.

Vassali quando ad bellum debeant Regem sequi.

Quæst. An si Rex Hispaniæ ad bellum

personaliter procederet, & proficisceretur, teneantur vassalli illum comitari, & cuius expensis. p. 444

ALLEGATIO LXIII.

De obedientia Regibus debita à vassallis.

Quæst. Regibus quomodo debeant in mandatis iustis obedire vassalli, & qua pœnâ inobedientes puniantur. p. 451

ALLEGATIO LXIV.

Inobedienciæ crimen potest Rex vindicare in vassallo etiã exempto.

Quæst. Inobedienciæ vindictam Princeps an sumere possit de vassallo, etiam exempto prætextu priuilegij Ordinum militarium Hispaniæ. p. 461

ALLEGATIO LXV.

Coniurationis sola scientia puniendi nisi detegatur.

Quæst. In coniuratione seditionis, qui eius scientiam habuit, & nõ reuelauit Principi, vel ab eo interrogatus, illam negauit, qua pœnâ puniendus. p. 472

ALLEGATIO LXVI.

Indicia in conspiratione quando sufficiant ad pœnam ordinariam.

Quæst. De indiciis, quibus probatur conspiratio contra Principem, & quando sufficiant indicia ad pœnam ordinariam. p. 393

PROOE



PROOEMIUM DE FISCO.

- 1 Fisci Etymologia.
- 2 Fiscus est repositorium pecuniæ Principis quæ ad publicum statum pertinet. *Ærarij & Fisci differentia.*
- 3 Fiscus an differat à Patrimonio priuato Principis.
- 4 Fiscus propriè est Principis Supremi.
- 5 Domini Vassallorum improprie fiscum habent. *Episcopus ex consuetudine potest habere fiscum.*
- 6 Domini Vassallorum non possunt facere bonorum confiscationem. *Sententia iudicum Domini Vassallorum quæ Camera domini pœnas applicarunt, reuocantur in Cancellariis, facta applicatione Regiæ Camera.*
- 7 Fisci opes oportet augeri. *Pecuniæ sunt reipublicæ nerui. L. I. §. in causa de questionibus. Camera Domini Vassallorum non gaudet priuilegio Fisci.*
- 8 L. non puto 10. ff. de iure fisci.
- 9 Probatio fisci quando est dubia iudicandum contra fiscum. *Imperatores Trajanus, Hadrianus & Iustinianus contra fiscum responderunt. Philippus II. Hispaniarum Rex senatibus edixit in dubio contra illum iudicari debere.*
- 10 Author allegationes quas pro Regali patrimonio in eius senatu edixit in lucem edit.

1. **F**ISCVS siue à fisci id est, sportulis quas ex viminibus & virgis Agricolæ conficiebant, vt ex Virgilio, Catone, Plinio, Columella, Varrone, Cælio Rodiginio, & aliis probauit Garonius de Iure fisci, cap. 1. n. 6. quibus deferebantur & recipiebantur pecuniæ, vt ex Cicerone, Seneca, Vvolfangio, La-
Ioan. Bap. Larrea Allegat. Fiscal. Pars I.

zio, Petro Gregorio, Fungero, Gutterio, & pluribus probauit D. Amaya ad tit. C. de Iure fisci lib. 10. in rubrica n. 3. Vel fiscus vt fixus dicatur quia semper manet, & soluendo sit iuxta glossam in rubrica C. de Iure fisci, Baldus vol. 1. conf. 271. num. 3. Guido Papæ decif. 453. ex Bartolo Peregrinus de iure fisci lib. 1. tit. 1. num. 34. & ideo fixum vectigal quod prædiis impositum, & ibi fixum, & ex eis soluendum, ex Durantio Casellio lib. 1. var. cap. 8. notauit Ossuald. ad Donellum lib. 5. comm. cap. 44. in not. lit. B. Seu fiscus vt viscus censetur, cum opes hominum capiat. Tradit D. Solorzano de Indiar. Guber. tom. 2. lib. 4. cap. vn. num. 82.

Est igitur fiscus repositorium pecuniæ quæ ad Principem pertinet, ad statum publicum sustinendum, vt notauit Peregrinus vbi proximè, num. 31. Et ideo etiam Camera Principis dicitur iuxta prædicta, quia vt tradit Amaya vbi proximè ex D. Isidoro, Platea, Berroaldo, Asconio & Dorleans, cum marisupia ad pecuniam non sufficiunt, loculis & arcis vti cceptum, & fiscus ab origine fiscellarum dictus, cuius & ærarij quod pertinet ad pecuniam populi differentia constat ex Valenguela ad rub. Cod. de iure fisci num. 21. D. Isidor. lib. 16. origin. cap. 17. Alexan. ab Alexandro, lib. 2. genialium, cap. 2. Ibi Tiraquell. Dempter. ad Rosinum lib. 7. antiquit. cap. 31. D. Alfaro de officio fisci glos. 9. n. 4. Amaya & Garonius vbi proximè, ille num. 10. hic verò num. 4. & 14. qui alios & plura referunt.

An fiscus à Principis priuato patrimonio differat? Plures differre tenuerunt vt ex 1. bene à Zenone, C. de quadrienn. præscriptione notauit Afflictis de iure Protomiseos, §. 9. num. 21. & inde ex Baldo, Angelo, & Laudensi tradit Peregrin. dict. tit. 1. num. 29. quæ fisci sunt Principis censentur, sed non è contrà, Bobadilla lib. 5. politiæ, cap. 6. num. 2. lit. b. & hoc patrimoniū rei priuatæ & dominicæ diccatur,
A

dicebatur, ut post Accursum, Bartolum, Peregrinum, Cuiacium, Bullengerum, Pancirolum, Salmasium, & Guterrium, pluribus comprobans iuribus tradit Amaya, num. 17. qui contra plurium receptam traditionem hoc priuatum Principis patrimonium fisci privilegio uti admittit num. 19. & 20.

- 4 Vnde fit ut fiscus proprie sit Regis & Principis supremi, cum de regalibus, censetur fiscum & Camera habere, ut probauit Auilefius in cap. 2. Prætorum, l. p. Verbo *Camera*, facit lex 2. §. hoc interdicto ff. *me quid in loco publico*, leg. simile, ff. *ad Municipalem*, Platea num. 8. & Lucas de Pena in rubrica C. de Iure fisci lib. 10. Bossius in praxi tit. de fisco num. 1. Petrus Gregorius, lib. 31. cap. 31. num. 4. & 6. Peregrinus lib. 1. de Iure fisci tit. 2. num. 1. ex Ioanne Andrea, Baldo, Cauallo, Afflicto Laudensi, Castallo, Belluga, Sixtino, & aliis Mastrillus lib. 3. de Magistratibus cap. 10. n. 2.
- 5 Et quamuis aliqui censuerunt dominos vassalorum posse fiscum habere, ut ex Guidone Papæ & Auendaño tradit Bobadilla lib. 2. Politæ cap. 16. num. 65. idque quando priuilegio vel præscriptione à dominis vassalorum adquisitum, ut ex Platea in leg. 1. Cod. de bonis vacantibus Ioannes Garcia de expensis, cap. 21. num. 21. Mastrillus dicto cap. 10. num. 8. & 9. ubi tradit abusiue & improprie Baronum & dominorum dici fiscum. Ex consuetudine posse induci, ut Episcopi fiscum habeant ex Peregrino Filiucio, Constantio, Petro Gregorio, Barbosa, & Bobadilla tradit D. Amaya dicta rubrica, Codice de Iure fisci num. 25.

- 6 Verum domini vassalorum et si suæ cameræ applicare valeant pœnas criminales, tamē non possunt facere confiscationem bonorum quia id solum competit Principibus vel ciuitatibus, quæ superiorem non recognoscunt ex Baldo, Valencuela, D. Amaya, num. 24. ex Guidone Papæ, Boherio, Puteo, Auendaño, Salcedo, & Petro Gregorio, Bobadilla, dicto lib. 2. Polit. cap. 16. num. 110. Sin verò ad Cancellariam deferatur appellatio sententiæ iudicis domini Vassalorum, tunc si confirmatio sequuta sit ex praxi recepta, quæ pluribus antiis in Cancellaria Granatensi vsus sum admissum, applicationem pœnæ Regali fisco fieri & reuocari, quæ facta Cameræ domini Vassalorum, & eodem modo ei non competunt, sed Regi condemnationes quas fecerint Iudices delegati, qui à supremo nostro Senatu mittuntur ad oppida Baronum: vel ipsi iudices eorum quando contra aliquos procederent, speciali senatus delegatione; & de vtraque praxi testatur Bobadilla dicto cap. 16. num. 112. 113.

- 7 Sed tamen cum opes fisci Regij valde con-

ducat augeri, quia pecunias esse Reipublicæ neruos traditur in leg. 1. §. in causa, ff. *de questionibus iunctis*, quæ latè notauimus, l. p. decif. Granatensi 12. num. 61. ideo plura priuilegia Regis fisco cōcessa, de quibus Allegatione 1. & Allegatione 51. quibus priuilegijs non gaudent Cameræ dominorum Vassalorum cum in eis cesset ratio publicæ utilitatis ut notauit Bobadilla d. c. 16. n. 114.

Verum adhuc traditur in lege, non puto, 8. 10. ff. de iure fisci, in dubio contra fiscum esse respondendum & iudicandum, de cuius explicatione dubitarunt plures, Cumanus, Iasō, Socinus, Ripa, Angelus, Arctinus, Felinus, Decius, Hippolytus, Alexander, Alciatus, Corasinus, & alij quos refert Couar. lib. 1. Var. c. 16. num. 1. & per totum Peregrinus de Iure fisci lib. 6. tit. 6. n. 22. & 23. qui ad idem adducit Bartolum, Dinum, Marefilanum Cephalum, & alios. Videndi Negufantius de pignoribus, 4. membro 2. p. num. 17. Nouellus de dote 9. in princ. priuilegio 1. Cagnolus ad l. 5. Cod. de edendo num. 66. Natta conf. 314. nu. 13. Claudius cantiancula de officio iudicis cap. 17. n. 31. ex Plinio, Capitolino, Eutropio, Cælio Rodiginio, Guillelmo, Benedicto Zaffio, & aliis Simancas de Catholicis instit. 11. num. 54. ubi tradit Traianum, Hadrianum, & Iustinianum contra fiscum respondisse.

Et melior est interpretatio quam probat Peregrinus, ubi proximè, quæti dubia fuerit fisci probatio, & ut de illius iure certo non liqueat, tunc contra fiscum iudicandum, quasi Principes nisi iustum & certum lucrum fisci appetere non debeant, ut Traiano traditur in eius Panegyrico ibi: *Quæ præcipua gloria tua est sepius vincitur fiscus, cuius mala causa nunquam est nisi sub bono Principe*, & ut alia plura omittam, imitatus ex nostris Regibus, Philipptis II. qui Hispanorum secundus Trajanus virtute, iustitiâ, & prudentiâ, nam cum anno 1576. esset in villa del Escorial, & illum adiret Doctor Velasco Consilij supremi & Cameræ senator, ut consuleret de causa quæ maximè aueret eius Regale Patrimonium, Respondit Rex sapientissimus & iustus: *Doctor, semper in cura habe & renuntia senatui in dubio semper contra me iudicandum*; refert Porrenus de ditis & factis Philippi secundi, cap. 10. vers. *Estando*. O pulchrum dictum vitanam Principes hodie imitentur.

Cura enim & defensio fisci, eius priuilegia 10. & iura tueri ad Fiscalem, id est, Patro num fisci pertinet; de quo in sequenti allegatione 1. & allegatione 51. p. 2. & cum ex vectigalibus fiscus constet & iuribus Regalibus, ideo pro eis allegationes quas in Regalis Patrimonij senatu, & Indiarum, & aliis confessibus pro fisco ediximus, in lucem edimus.

A L L E G A

ALLEGATIO I.

De Fiscalis munere.

- 1 *Fiscalem primus elegit imperator Hadrianus.*
D. Amaya adducitur reprehendens Leuinum Torrentium.
- 2 *Fiscales alij Imperatores creauerunt.*
Fiscales olim ad biennium eligebantur, hodie perpetui.
Limos C. de advocat. diuer. iudic.
- 3 *Fisci utilitas publica est.*
Pecunia fiscalis necessitas.
L. 1. §. in causa, ff. de questionibus.
Annibal coactus deserere Italiam ex pecunia indigentia.
- 4 *Pecuniâ plures vicerunt quam ferro.*
Tributa necessaria ut Respublica sustineatur.
- 5 *Lex Papia inducta propter necessitatem ararij, cessante bello abolita.*
L. unica in principio C. de caduc. tollend.
Tributa iusta non respiciunt donationem Principi factam, sed debitum.
- 6 *Fiscus in quo differat ab arario.*
Ararium respicit pecuniam publicam populi, non Principis.
Nero Imperator prohibitus à senatu tributa remittere.
- 7 *Seditiones plures ex indigentia ararij.*
Milites quibus stipendia non soluuntur ad seditionem parati.
Augustus ararium militare separari à reliquis pecunijs instituit.
- 8 *Regalia defendere, augere, & tueri ad fisci Patrimonium pertinet.*
L. 12. tit. 18. p. 4.
Regalium alienationem qui consulit, prodictionis crimen incurrit.
L. 5. tit. 15. p. 2.
Delictorum vindicta pertinet ad publicam utilitatem:
Lita vulneratus, ff. ad leg. Aquil.
L. 1. tit. 12. lib. 2. Recopil.
- 9 *Fiscalis potest se introducere in qualibet causa criminali, maximè ubi est pœna Camera.*
L. 18. tit. 7. lib. 2. Recopil.
L. 3. & 6. tit. 13. lib. 2.
- 10 *Fiscalis non malum necessarium, sed bonum utile dicendum.*
- 11 *Fiscalis officij magna auctoritas & necessitas.*
Consiliarius Regis dicitur fiscalis.
L. 5. tit. 9. p. 2.
- 12 *Fiscalis senatus Regalis Patrimonij ex Ioan. Bap. Larrea Allegat. Fiscal. Pars I.*

Regis rescripto dicitur de consilio Patrimonij.

Fiscalem qui occidit, quia officium gerit, crimine lese Maiestatis tenetur.
L. quisquis C. ad l. Jul. Maiestat.
L. 1. vers. cuiusque opera, ff. eodem l. 1. tit. 2. p. 7.

- 13 *Fiscalis Principis pars censetur.*
14 *Fiscalis ut iudex consideratur in iudicando qua lites sint omittenda, vel prosequi debeat.*

Fiscalis instar tutoris diligenter se gerat: l. quoties §. nec vtrique & §. sicut, ff. de admin. tutor. & n. 16.

L. fin. C. de bonis vacant. lib. 10.
L. iustas C. de iure fisci lib. 10.
L. vniuersi C. ubi cause fiscales & n. 16.

- 15 *Fiscalis an possit agnoscere bonam fidem.*
L. 11. tit. 13. lib. 2. Recopil. & n. 18.
L. 20. tit. 5. dict. lib. 2.

- L. 20. tit. 20. lib. 2. Recopil.
16 *Fiscalis debet veritatem præferre fisco.*
L. fisci 3. C. de advoc. fisci.
L. non est, ff. de legat. 2.

L. qui solidum 78. §. etiam, ff. deleg. 2.
L. emptorem in principio, ff. de action. empt.
L. fistulas 78. §. 1. de contr. empt.

- L. properandum, §. fin. C. de iudicijs.
L. 1. C. de officio eius qui vicem, & n. 18.
L. C. de curijs, & station. lib. 12.

- 17 *D. Paulus ad Theſſalonicens. expenditur.*
Item in Epist. ad Roman.
18 *L. qui pœna §. Diuus, ff. de manumiss.*
L. 2. §. lege Julia, ff. de testam.

- 19 *Fiscalis suffragium habebat & in multis prouincijs hodie habet.*
L. proximè, ff. de his qua testam. debent. authent. de iudicijs collat. 6.

- 20 *Iudicum fratres & socj dicuntur fiscales.*
21 *Theodorici Regis de fiscalibus sententia.*
22 *Principes de fiscalibus maximè confidunt.*

Fiscalis constituitur à Principe procurator cum libera.

- 23 *Fiscalis quasi habens generale mandatum potest transigere de causis fiscalibus.*
c. quia ad agendum de procurat. lib. 6.

L. Procurat. cum libera, ff. de procurat.
L. 12. tit. 18. p. 4. & n. 24.
L. 1. & 2. tit. 12. lib. 2. Recopil.

- 24 *Fiscalis potest intendere actionem qua utilis fisco, etiam si requirat speciale mandatum.*
L. 1. tit. 13. lib. 2. Recop.

L. 1. tit. 2. §. 3. lib. 9. Recop.
L. 1. tit. 15. lib. 4. Recop.
L. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil.

Fiscalis etiam si à Rege prohibeatur contra aliquem actionem intendere, poterit iustam proponere.

L. Aurelius, ff. de liber. legat.

A 2. Fiscalis

- 25 *Fiscalis officium dignitas est.*
Fiscalis numeratur inter potentes.
l. quicumque 3. C. de litigiosis.
l. 2. C. de fisco vel Republica.
Fiscalis dicitur clarissimus.
l. laudabile C. de advocat. diuer. iudic.
l. restituenta, C. eodem.
Fiscalis dicitur spectabilis.
l. in sacris, §. modus, C. de prox. sacro. scrib.
lib. 12.
- 26 *Fiscalis est Curator & Procurator Reipublicae.*
l. si pater tuus, C. de statu defunct.
l. Curator, 3. C. de modo multar.
l. Procuratores 30. C. de decurion. lib. 10.
Principis representatio in solo fiscali fit.
- 27 *Fiscalis in supremis Senatibus Dominus vocatur.*
- 28 *Fiscali plura privilegia concessa.*
Fiscalis non iurat de calumnia nec in expensis damnatur.
l. 12. tit. 13. lib. 2. Recopil.
l. 2. tit. 2. lib. 3. Recopil.
Fiscalis debet esse praesens iudicio fiscali, alias erit nullum.
l. 3. §. Diuus ff. de iure fisci.
l. 2. C. si aduersus fisc.
- 29 *Toga antiquitas & hodie fiscalibus concessa.*
l. fin. C. de advocat. diuer. iudic.
l. iubemus C. eodem.
- 30 *Senatorum toga apud Hispanos principum.*
- 31 *Auctoritas toga apud antiquos.*
- 32 *Fiscales Reges soli nominant & sunt in supremis Tribunalibus.*
l. 1. ff. de officio Procurat. Caesaris.

De Officio Patroni fisci quam excellens & honorandum sit.

MVNERIS fisci Patroni & Aduocati qui dicitur fiscalis, electionem fecit Imperator Hadrianus, vt notarunt Caspaneus in catalogo gloriae mudi, 7. p. consideratione 33. vers. *Aduocatus*, Budaeus in notat. ad Pandect. de officio. Quae- storis, pag. 241. Aelius Spartian. in Hadriani vita, Peregrinus, & alij, quos refert D. Alfaro de offic. fisci. glossa 9. num. 30. Guterrius de officio domus Augustae, lib. 3. cap. 1. vers. fisci Patronus, ex Cuiacio, Brisonio, Petro Gregorio, Ioanne Garcia, Mastrillo, Escobar, & alijs, notauit D. Amaya in tom. 1. Voluminis ad titulum de Decurionibus ad leg. fin. cap. 3. num. 4. vbi notat lapsum Leuitum Torrentium ad Suetonium in Claudium, c. 12. qui hoc tribuit Alexandro Seuero.

Sed post Hadrianum Fiscales creantur Gallienus, Constantinus, & Theodosius, legibus ad hoc editis, de quibus Orosius in rubrica de officio Procur. Caesar. Afflict. ad constit. lib. 2. rubric. 58. Peregrinus de iure fisci, lib. 7. tit. 2. num. 1. Prateius verbo *Patronus fisci*, Budaeus, Oetavianus, & alij, quos refert Mastrillus lib. 5. de Magistr. cap. 8. num. 64. antea vero solum ad biennium eligebantur fisci Patroni, l. binos 10. Cod. de advocat. diuer. iudic. sed hodie in perpetuum eliguntur dum Principi placeat, ex Cuiacio & Gothfredo & D. Alfaro probat D. Amaya, vbi proximè numero 21.

Idque necessitate urgente factum fuit, vt fiscus, cuius utilitas publica est, cresceret, vt probarunt Aretinus conf. 83. num. 7. D. Valençuela conf. 100. num. 102. D. Alfaro d. gloss. 9. num. 12. Garonius de iure & privilegio fisci, cap. 1. vbi ex Petro Gregorio & Politicis probat, quia sine fisci augmento publicum statum sustinere Princeps non potest, nam vt alias dixit Vlpianus l. 1. §. in causa, ff. de quaest. tionibus, vbi traditur *fisci tributum esse Reipublicae nervos*, de cuius emendatione ex Ferrando & alijs, & de pecuniae necessitate plura notauimus in decis. Granat. decis. 12. num. 61. & 62. vltra ex Cicerone, Mutiano & Historijs probauit Carolus Scribanius lib. 1. de institutione Politico-Christiana cap. 42. vbi ararij maximam curam iniungit. Monumentum hoc Regnorum est, & quo validius saepe, certiusque quam armis expugnetur hostis, & tradit Annibalem sibi pecuniam viam strauisse in Italiam, cuius defectu non militum queritur Annibalem coactum deferere Italiam.

Plures enim facilius vicerunt pecuniã quam ferro: potentior illa in suadela omni ferro est, potentiorque in sequelem: magnam enim illa vim habet animos conciliandi, à qua re vna ciuiliu bellorum felices ac infelices exitus ferè pendunt: parasse nimirum sibi animos iam vicisse est, & à milite obedientia sperari non potest, si arario exhausto stipendia deficiant: nam vt inquit Cornelius Tacitus lib. 4. Historiar. *Nec quies gentium sine armis, nec arma sine stipendijs, nec stipendia sine tributis haberi queunt.*

Inde quæ propter inopiam ararij, vt idem Tacitus tradit lib. 3. annalium, lex Papiã inducta fuit meritò postea abolita, cessante belli necessitate, l. vnic. in princip. Cod. de caducis tollend. nam quemadmodum necessariae sunt fisco diuitiae, ita quæ debita solum petenda, vt dicebat Theodoricus apud Cassiodorum lib. 1. var. epist. 19. ibi: *Fisci volumus legatè custodire compendium, quia nostra clementia rebus proprijs videtur esse contenta, & sicut nullum grauare cupimus, ita debita nostra perdere non debemus.*

debemus. Et iterum subiungit rationem: *Indigentiam ipse fugimus quæ suadet excessus, dum perniciose res est in Imperante tenuitas: modus ubique laudandus est, nam cur aut vituperabilis negligentia in proprijs desinat, aut aliena cupiditas turpis abradat.* Et vt idem Theodoricus dicebat lib. 4. Variarum epistola 38. *Cum omnes Reipublica nostra partes equaliter desideremus augeri, clementia tamen fiscalium tributorum iustissimo sunt pensanda iudicio.* Inde tributa Principi debent, nec tam esse donationem quàm debitum, pro explicatione eius D. Marci c. 12. D. Luca cap. 20. *Reddite quæ sunt Caesaris Caesaris, ex D. Paulo, Theophylacto, Chryostomo, Lessio, Vasquez, & alijs nouissimè probauit Pater Vasquez de optimo Principe lib. 4. adnotatione 15. tit. 2. & 3.*

Hanc ego necessitatem, fisci Patroni vltra augmentum ararij (si fiscum ab arario distingui, ex Plinio in Panegyrico ad Trajanum, Dione, Suetonio, Cornelio Tacito, Spartiano, Caelio Rodiginio, vt fiscus sit proprius Principis, ararium verò publicum populi notauit Garonius de iure fisci cap. 1. num. 26. & 27. adde plura quæ notantur D. Amaya ad rubricam Cod. de iure fisci num. 14. & Carleuallus de iudicijs lib. 1. tit. 1. disputatione 2. quæst. 6. sect. 9. num. 70. ex multis comprobauit Doringius in Bibliotheca verbo *ararium*, num. 14.) id etiam suadere videtur, quia nisi crescerent fisci diuitiae, totum Reipublicae pessum ruet, & idcirco de Nerone refert Cornelius Tacitus, cum humanitatis speciem exhibere vellet, cuncta vectigalia subditis remittere decreuit, sed à senatu prohibitus est. Nota verba Cornelij Taciti lib. 3. annalium ibi: *Crebris populi flagitationibus, in modestis Publicanorum argumentis dubitasse Nerone, an cuncta vectigalia omitti iuberet idque pulcherrimum donum generi mortalium daret, sed impetum eius multum prius laudata magnitudine animi cohibere senatores, dissolutionem Imperij dicendo, si fructus quibus respublica sustineretur diminuerentur.*

Idque iuste & prudenter ille senatus vt alia plurima decreuit, nam ex ararij indigentia vel illius mala administratione multoties seditiones in Regnis exorta & Imperiorum clades: nam milites quibus stipendia deficiunt vel differuntur, omnia sibi licere putant, dum armati incedunt & nihil intentatum, nil linquet inaufum miles fame oppressus, & stipendijs fraudatus, ideo Lampridius in laudem Seueri tradit in eius vita ibi: *Milites non timuit quod in vitam suã nihil dici posset, quod vnquam Tribuni vel Duces de stipendijs militum quidquam accepissent, dicens: miles non timet nisi vestitus, armatus, calceatus & satur & habens aliquid in zonula: at mendicitas milita-*

ris ad omnem desperationem vocat armatum. Ideo Augustus imprudentissimè vt refert Suetonius in eius vita cap. 99. seorsum ararium militare instituit, & sine difficultate stipendia soltere constituit, vt constat ibi: *Quidquid autem ubique militum esset ad certam stipendiorum praemiorumque formulam adstrinxit: Definitis pro gradu cuiusque & temporibus militie & commodis missionum, nec aut etate aut inopia post missionem solitari ad res nouas possent, utque perpetuo sine difficultate sumptus ad tuendos eos prosequendosque suppeteret, ararium militare cum vectigalibus nonis constituit.* Notauit Carolus Scribanius dict. lib. 1. c. 42. Adamus Conrzen lib. 8. Politicorum cap. 7. §. 7. vbi plura de arario & eorum augmento.

Sed generaliter muneris Patroni fisci est, omnia Regalia Principis defendere & tueri, & ideo causas Regalium fiscales esse late probat D. Alfaro de officio fiscalis glossa 20. per totam, Peregrinus de iure fisci lib. 1. tit. 2. num. 1. ex Auileffio pluribus relatis à Bobadilla, Petro Gregorio & Mastrillo, D. Amaya in rubrica C. de iure fisci n. 24. Et probatur l. 12. tit. 18. p. 4. & maximè conducit regalium defensio & conseruatio, quia qui alienationes Regalium consulant, prodicionis crimen incurrere traditur, l. 5. tit. 13. p. 2. ex qua & alijs tradit D. Solbrcañ. de Indiar. guber. tom. 2. lib. 2. cap. 30. num. 72. Fiscali igitur omnia regalia & quæ ad Principem spectant commissa, & ideo in officij sui titulo traditur: *Podias pedir y demandar, acusar y defender todas aquellas cosas, y cada vna de ellas que cumplieren a mi seruicio y Patrimonio Real, y à la execucion de mi Justicia y a el acrecentamiento de mis rentas Reales.* Explicat D. Alfaro de officio fiscalis glossa 19. in principio, vbi ex Auileffio & l. 6. rit. 4. p. 6. omnia quæ pertinent ad Regem, vel sicut Regem, vel sicut Philippum, Fiscalem defendere teneri tradit, & ideo fiscales Procuratores generales dicuntur: Anton. Faber in Codice lib. 1. tit. 2. defn. 49. num. 7. Et quod ad publicam utilitatem spectat, vt delicta puniri, l. ita vulneratus, ff. ad legem Aquiliam, pertinet ad officium Fiscalis l. 1. tit. 12. lib. 2. Recop. & eius causæ publicæ dicuntur, vt ex Ripa & D. Couarr. notauit D. Alfaro glossa 9. num. 12. Iulius Clarus lib. 5. sententiar. §. fin. quæst. 3. num. 6. post Angelum Cumanum, Vitalinum & Gandinum. Farinacius 1. p. praxis crimin. tit. de inquisitio. q. 1. num. 10. Cauallus casu 114.

Et potest se fiscalis in omnibus causis criminalibus, introducere vt probauit Mastrillus decisio. 207. & decisio. 214. & quamuis ex l. 18. tit. 7. l. 3. & 6. tit. 13. lib. 2. Recop. iubeatur fiscalem non admittendum, vbi pars pro suo interesse litem prosequitur, Ioann. Garcia

de nobilitate, glossa 3. num. 27. adhuc quando fuerit irrogata pena Fiscalis, quam dicimus de *Camera*, semper posse Fiscalem in iudicio admitti tenuerunt Guttierrez lib. 3. practica- rum, quæst. 21. num. 17. D. Alfarus de officio Fiscalis, glossa 17. num. 4. cum sequent. & n. 17. & quid operetur quoad iudicium, in sententia esse penam fiscalem, Auiles. cap. 2. Prætor. verbo *Camera*, Farinacius lib. 2. consil. 85. Riccius 5. p. collectanea 1806. & 1954. D. Salgado de Regia protectione, 2. p. cap. 7. num. 25.

10. Vnde Fiscalis officium versabitur circa omnia quæ Regem & bonum publicum, salutem & quietem subditorum contingunt; & ideo non malum necessarium Fiscalem, ut dixerunt Petrus Bellinus, D. Valenzuela, & Antonius Faber, quos refert D. Solorcanus tom. 2. lib. 4. c. 6. num. 3. sed bonum vtile & necessarium dicendum officium Fiscalis.

11. Patronus enim fisci ad tutelam ærarij, Regalium, & salutis publicæ eligendus, eius officij auctoritatem, vtilitatem & necessitatem ostendit nam fisci Patronus & Aduocatus à Consiliis Principis dicitur: quia si Consiliarius ille est, qui Regi salubria consulit & dirigit, l. 5. tit. 9. partit. 2. Aristoteles lib. 3. Politicorum cap. 12. Philon. lib. de creatione Principis, Herodotus lib. 7. Plato in Proragora, Mocrates ad Nicoclem, Soerates ad Xenophontem, Simancas de Republica, lib. 7. cap. 4. cum sequentibus, & lib. 9. cap. 22. Bartholomæus Philippus in tractatu de Consiliis & Consiliariis, discursu 6. cum sequentibus; quod nulli magis conuenit quam Aduocato fisci, ille enim consulit necessaria Principi, & defendit, & non solum dirigit, sed suis studiis & magno labore ad bonum exitum perducit; ideo à consiliis Principis Patronus fisci dicitur, ut notarunt Antonius Rubeus consil. 43. num. 1. Mastrillus decis. 214. num. 6. Iason. in pragmatica de Antefato, obseruatione 3. n. 7. & obseruatione 21. num. 3. Petrus Gregorius lib. 49. Syntagm. iuris, cap. 7. num. 6. & ex Nouella 82. D. Amaya ad l. fin. Cod. de decurion. cap. 3. num. 34.

12. Quod sine dubio in Fiscali consilij Regalis Patrimonij decretum est à Rege nostro: nã in rescripto speciali expedito die 2. Iulij, anno 1626. iussit Fiscalibus titulum suæ dignitatis honorifico nomine. Consiliariorum expediri, & ita fit ut in eo dicatur Fiscalem esse de Consilio, & adeo verum iudicandum, ut qui Patronum fisci Consilij supremi occiderit, pena læsæ Majestatis teneatur, ac si Consiliarium occideret, quia pars Principis est, l. quisquis, Cod. ad legem Iuliam Majestatis, l. 1. vers. cuiusque opera, ff. eod. l. 1. & ibi glossa 13. tit. 2. partit. 7. Platea in l. nemo, C. de immunitatibus, lib. 12. Isernia in titulo quæ sint regalia, in

verbo *bona committentium crimen*, Capitius decis. 130. num. 11. Bartholomæus Philippus in tractatu de Consiliariis, privilegio 8. Bossius titulo de crimine læsæ Majestatis, num. 9. & 14. Julius Clarus lib. 5. sententiarum, §. læsæ Majestatis crimen, n. 12. & 13.

Nam fisci Patronus semper pars Principis censetur & Consiliarius, quia eiusdem consilij in quo assistit existimatur, ut tradit Boherius in tractatu de auctoritate Magni consilij in principio, D. Alfarus de officio Fiscalis, gloss. 3. num. 10. & laudabile munus vocatur in l. laudabile, C. de aduocatis diuersi iudic.

Sed & fisci Patronus etiam si non habeat suffragium decisum in causa quam patrocinatur, adhuc vt iudex existimatur in causa quam defendit Innocentius, & alij relati à Felino in cap. omni clamor, de testibus; Julius Clarus lib. 5. receptarum sententiarum §. fin. quæst. 3. num. 6. Bernardus Diaz in practica criminali cap. 5. Alfarus vbi proximè, glossa 9. num. 27. & glossa 17. num. 3. & 35. cuius rei ratio est, nam consideratur Fiscalis iudicium in litibus quas prosequi debet in eis quæ dirigere vel disponere oporteat circa Regium Patrimonium, vel iustitiæ administrationem, & Fiscalis instar tutoris diligens esse debet, l. quoties in princ. & §. nec vtrique, ff. de administratione tutorum; nec eius desidia aliquid detrimentum fisco pati oportet, l. fin. C. de bonis vacantibus lib. 10. diligentiam verò; quæ iuri congruat facere debet, l. iustos, C. de iure fisci lib. 10. & solum eas lites prosequi in quibus ius fisco fuisse constiterit. l. quoties, §. sicut, de administratione tutorum ex Budeo, Peregrino & aliis: videndus Alfarus dicta gloss. 9. num. 39. & quod de Fiscali iniuste subditos vexante traditur ab eo & aliis viuum esse concremandum, ex l. vniuersi C. vbi causæ Fiscales, quod etiam admittit D. Solorcanus dicto tomo 2. lib. 4. cap. 6. num. 5. sed reprobat D. Amaya in d. l. fin. C. de decurion. cap. 3. num. 20. & in l. 4. num. 4. C. de exact. tribut. lib. 10. interpretatur contra prædictos, d. l. vniuersi.

Cui consequens est vt videatur arbitrium & iudicium habere fisci Patronum, quia ex vera sententia debet Fiscalis non vexare litigatorem, sed vbi fisco ius non fuerit, agnoscere bonam fidem oportet; nam quamuis Baldus loquens de Fiscali & Officialibus publicis in rubrica, C. de constituta pecunia, num. 14. tradiderit, eos non posse agnoscere bonam fidem, sequitur Bertachinus verbo *Officialis fisci*, vers. 7. & denotat l. 11. tit. 13. lib. 2. recop. vbi iubetur Fiscalibus lites prosequantur vsque eis finem imponant, aut aliter iubeatur: faciunt l. 20. tit. 5. l. 20. tit. 20. lib. 2. Recopil.

Sed multo verius est Fiscalem posse & de-

bere

bere agnoscere bonam fidem, quippe valde dissonum foret ex dict. l. vniuersi, secundum prædictorum sententiam Fiscalem iniuste subditos vexantem viuum concremandum, & prohibere illi bonam fidem, veritatem & iustitiam agnoscere: & facit expresse l. fisci 3. C. de aduocat. fisci, vbi iubetur calumnias vitare Fiscalem, & cum velut tutorem haberi notauimus num. 14. probari videtur l. quoties, §. nec itaque, ff. de administratione tutorum, ibi: *Idcircoque si mala causa pupillaris est, denuntiare sibi verum debet.* Et iterum iis verbis: *Nec enim prohibentur tutores bonam fidem agnoscere.* Vbi in notis tradit Gothofredus. *Præferre denique pupillo veritatē debet.* Quod etiam de Fiscali dicendum: conducunt l. non est, l. qui solidum 78. §. etiam, ff. de legat. 2. l. emptorem, in principio, ff. de actionib. empt. l. fistulas 78. §. 1. de contrahend. empr. l. properandum, §. fin. Cod. de iudic. l. 1. C. de officio eius qui vicem, l. 1. C. de curios. & stationar. libro 12. & quæ notauit Antonius Faber in C. tit. quibus res iudicant non nocet, definitione 14. allegatione 8. D. Alfarus de officio Fiscalis, glossa 9. num. 39.

17. Et D. Paulus ad Thessalonicens. tradit: *Vt non citò moueamini à vestro sensu, neque terreamini.* Et in Epist. ad Roman. ibi: *Sed reformamini in nouitate sensus vestri.* & S. Thomas 2. 2. quæst. 104. art. 5. in corpore rectè explicuit eis verbis: *In his quæ pertinent ad interiorē motum voluntatis, homo non tenetur homini obedire, sed Deo.* Et valde notanda verba Senecæ lib. 3. de beneficiis, cap. 10. *Errat si quis existimat seruitutem in totum hominem descendere, pars melior eius excepta est, corpora obnoxia sunt & adscripta dominis, mens quidem sui iuris, quæ à Deo libera & vaga est, ut ne ab eo quidem carcere, cui inclusa est, teneri queat, quo minus impetu suo utatur, & ingentia tangat, & in infinitū comes celestibus exeat; corpus itaque est quod domino fortuna tradidit, hoc emit, hoc vendit, interior illa pars mancipio dari non potest, ab hac quidquid venit liberum est, non enim aut nos omnia iubere possumus, aut in omnia serui parere coguntur contra Rempublicam, impetrata non facient, nulli sceleri manus commoda- bunt.* Quod similiter Fiscalibus dicendum est quod seruis cum dominis non licet, nec pro Fisco faciendum, quia Princeps non vult iniuste subditos vexari; & ita ego multoties in muneribus fisci Patroni, quibus functus cum causam fisci non iustam cognouerim nihil contra me facere, vel dicere decreuisse & respondere me vidisse acta iudicialia, quo bonam fidem agnoscebam.

18. Nec obstat d. l. 11. tit. 13. lib. 2. Recop. vbi iubetur Fiscalibus lites prosequi vsque finiantur, vel aliter eis iubeatur quasi in eorū

arbitrio non sit, agnoscere bonam fidem, quia facile respondetur: nam defensores Republicæ, ut sunt Fiscales solum iudicant eas causas prosequi, si modo adesse fiduciam negotio putant; quæ sunt verba textus in l. 2. C. de officio eius qui vicem alterius, & iuxta d. l. 11. tunc dicendum lites esse finitas cum earum iustitia discussa cognoscitur obtineri non posse iuxta l. qui penæ, §. Diuus, ff. de manumission. ibi: *vel eum prospicere ut damnaretur, facit l. 2. §. lege Iulia, ff. de testament. ibi: iudicatus vel conuictus.* quasi iudicatus videatur qui non habere iustitiam conuictus; vnde in eo quod est, bonam fidem agnoscere, etiam Fiscalis iudicium ostenditur, ut habeatur velut iudex.

Vterius de iure communi constat fisci 19. Aduocatum suffragium in causa dare, l. proximè, ff. de his quæ in testamento debentur, ibi: *Calpurnius Lögus Aduocatus fisci, dixit, non potest illud testamentum valere, quod heredem non habet.* Idque inter iudicantium sententias assertur, & fauet authentica de iudicibus, collat. 5. Nouella 2. cap. 2. ad finem, vbi Aduocatus fisci consiliarius dicitur iis verbis: *Et Consiliario vtendum laudabili quatenus disponere quæ ex legibus sunt, possint, id est Appiano viro spectabili & fisci Aduocato.* Et in Regno Aragonum id obseruatur vt suffragium habeat fisci Aduocatus, vt tradit Iacobus Calicius in Margarita fiscali, in præfatione, num. 4. qui refert constitutionem Barcinonensem, quæ id disponit, & post Senatorem qui relationem processus facit, & primò suffragium & sensum animi sui explicat, suffragium præstat fiscalis, & ita similiter in Regno Galliarum iudices sunt Aduocati fisci, & quasi Consiliarij habentur, Petrus Gregorius lib. 1. Syntagm. iuris, c. 7. num. 6. ex Equinario, Varrone, Iulio Claro, Craueta, Peregrino, Bartholomæo, Philippo, & aliis, notauit D. Solorcanus de Indiarum gubernatione, tom. 2. lib. 4. cap. 6. num. 7. & ex ordinationibus Cancellariorum in defectum iudicum iudices sunt Fiscales, & in Occidentalibus Indiis quando causæ remittuntur in discordia suffragiorum, in iudicum defectu admittuntur fiscales ad iudicandum schedulas Regias: refert D. Solorcano dict. num. 7. Egoque in supremo consilio iustitiæ Castellæ, cum lis de maioratu villæ de la Orcajada per tredecim Senatores in discordia remitteretur, cum essem Fiscalis Regalis Patrimonij Iudex electus fui à Rege nostro, vt cum aliis Senatoribus causæ acta audirem, & iudicio terminarem, vt ita factum est, me Iudicè.

19. Ideo socij Iudicum & fratres appellantur 20. Aduocati fisci, vt quisque pro virili iustitiam administrare procuret, vt tradit Craueta lib. 1. consil.

consil. 168. num. fin. Antonius Rubeus consil. 86. num. 1. Præpositus in cap. accusatorum 2. quæst. 8. num. 9. ibi: *quod fiscalis non est pars, sed quasi Index*: nam agit de ea, quæ sunt de officio agenda à iudice, & quasi vnum corpus cum eo constituit, & ea causa dicitur socius iudicium, refert & sequitur Bernardus Diaz in pract. crim. cap. 5. Azeuedo in l. 3. tit. 13. lib. 2. Recopil. D. Alfaro de officio Fiscalis, glossa 34. §. 8. num. 215. latè Mastrill. decif. 214. numero 15.

21. Cui rei annectenda sententia Theodorici Regis, qui denotat maius quàm Senatores, iudicium habere Aduocatum fisci, cum eius arbitrio relictum sit, quæ negotia Regalis patrimonij discutienda sint, vel quæ omittenda, vel suspendenda: & vt appareat excellentia muneris Patroni fisci, & quantum sapientia virtutibus & prudentia ille excellere debet, nota verba apud Cassiodorum lib. 1. variarum, epistola 22. ibi: *Sume igitur fisci nostri tuenda negotia, in utendis officij tui priuilegijs prædecessorum exempla secuturus. Ita ergo per medium iustitie tramitem moderatus incede, vt nec calumnia innocentes graues, nec iustis petitionibus retemptores exoneret, illa enim vera lucra iudicamus quæ integritate suffragante percipimus, non ergo quoties superes, sed quemadmodum vincas inquiramus, æquitatem nobis placiturus intende, non quares de potestate nostra, sed potius de iure victorias, quanto laudabilius à parte fisci perditur cum iustitia non habetur: nam si dominus vincit, oppressionis inuidia est, æquitas verò creditur, si supplicem superare contingat: non ergo paruo periculo causas dicimus quando tunc fama nostra proficit, cum se commoditas iniusta subducit. Quapropter fuit interdum causam mala fisci, vt bonus Princeps esse videatur, maiori quippe compendio perdimus, quam si nobis indebitè victoria suffragetur.*

22. Hinc apparet quantum Principes confident fisci Patronis, cum eis committant administrationem ac defensionem iustitiæ, protectionem sui Patrimonij, & recuperationem eius, quæ ad illud pertinet, & conseruationem eorum quæ ad Statum Regalem spectant, constituens eum Procuratorem Generalem cum libera & generali administratione, Bartolus in l. 1. in princ. ff. de officio Procuratoris Cæsaris, Laudenis de fisco, quæst. 16. Iason. in l. 2. §. creditum, num. 20. ff. si certum petatur, Alfaro alios referens, de officio Fiscalis, glossa 34. num. 218. & 233.

23. Et ideo quasi habens mandatum generale, cum libera transigere potest de causis fiscalibus, cap. quia ad agendum, in fin. de procurat. lib. 6. l. Procurator cum libera, ff. eod. Bart. & Castrenf. in l. Præses, Cod. de tranfact.

Corneus consil. 189. num. 1. Alfaro vbi proximè & hanc confidentiam expressit l. 12. tit. 18. partit. 4. l. 1. tit. 12. lib. 2. Recopil. ibi: *Porque los delitos no queden sin castigo ni pena por defecto de accusacion, y porque el officio de nuestro Procurador Fiscal es de gran confianza, y quando bien se executada, se siguen de el grandes probechos assi en execucion de la dicha iusticia, como en pro de la nuestra hacienda.* & in l. 2. quæ statim sequitur dict. tit. 12. Reges nostri Catholici tradunt ibi: *Porque segun la confianza que hazemos de los Procuradores Fiscales que hã de estar en cada vna de las nuestras Chancellerias, es muy cumplidero al seruicio nuestro, y a la execucion de la nuestra iusticia.*

Sed Fiscalis potest intendere quamlibet actionem, quæ sit utilis fisco, etiam illam quæ aequirit speciale mandatum, l. 12. tit. 18. p. 4. l. 1. & per totum tit. 13. lib. 2. l. 1. tit. 2. §. 3. lib. 9. Recop. nam & quilibet de populo ad exemplum popularis actionis potest sine mandato intendere actionem pro fisci utilitate, vt post alios resoluit Peregrinus de iure fisci, lib. 6. tit. 2. num. 17. & faciunt l. 1. tit. 15. lib. 4. l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil. & ideo fiscus potest intendere restitutionem sine speciali mandato, Afflict. ad constit. Neapolit. lib. 2. rubric. 39. de restit. Reipubl. num. 2. vbi additio lit. E. notat quod Fiscalis habet mandatum cum libera, imo etiam si quis habeat titulum à Rege, & in eo decerneretur Fiscalem nihil contra eum petere, imo illi assistere: ex quo colligitur velè Principem mandato non vti contra illum, adhuc intelligitur de actione iniusta & affectata: non verò quando Fiscalis iuste actionem intenderet, quia adhuc posset tunc agere & vti mandato, argument. l. Aurelius, ff. de liber. legat. vbi communitur Doctores, Albericus in l. nullus videtur, ff. de ref. iurisd. D. Couarr. in cap. Rainaldus, §. 1. num. 8. de testamentis, Corneus de Locato 4. p. quæst. 14. num. 16.

Est etiam Fiscalis officium dignitas, Roman. conf. 818. & gaudet omnibus priuilegijs & prærogatiuis, quæ Senatoribus conceduntur, quia numeratur inter potentes Reipublicæ, l. quicumque 3. C. de litigiosis, l. 2. C. ne fiscus, vel Respublica, clarissimus dicitur, l. laudabile, l. restituendæ, C. de Aduocat. diuers. iudic. nominatur spectabilis, l. in facris, §. modum, C. de prox. sacror. scrib. lib. 12. & gaudet omnibus præ eminentiis, quibus Senatores, in Senatu cum eis sedet, toga vititur, & quando illis permiffum, puluinar ad pedes habet Fiscalis, & omnia illorum priuilegia, Garcia de nobilitate, glossa 3. in princip. & glossa 35. num. 42. Peregrin. de iure fisci, lib. 7. tit. 2. num. 15. Mastrillus de Magistratib. lib. 5. cap. 2. num. 50. & 70. & cap. 9. num. 125. D. Alfaro

- D. Alfaro glossa 16. 17. & 31. num. 5. 11. & 12. & glossa 34. Gabriel Berart. in speculo vifit. cap. 12.
26. Fiscalis repræsentat Regnum, & ideo procurator Reipublicæ, & curator dicitur in l. Si pater tuus 7. Cod. de statu defunctor. leg. Procuratores 30. Cod. de Decurion. lib. 10. leg. Curator. 3. Cod. de modo mulctar. & ideo Procuratorem generalem Fiscalem esse ex Anton. Fabro diximus supra, num. 8. & eius causas esse publicas, & præferendas causis priuatarum, Ripain leg. dotis, ff. soluto matrim. num. 112. & 113. D. Couarruuias lib. 1. Var. cap. 16. qui alios refert, adde Otalor. de nobilitate, 1. parte, capite 1. num. 12. & 2. part. cap. 8. num. 7. & 9. Gutierrez lib. 3. practicar. cap. 19. num. 26. Sesse decif. 4. ad finem. Sed & Principis repræsentatio quamuis collegialiter fiat in toto Senatu, tamen in solo Fiscalis etiam fit, vt notarunt Afflict. decif. 366. Cauedo 1. part. decif. 118. num. 4. Peregrinus de iure fisci, lib. 7. tit. 2. num. 1. Boer. decif. 222. Mastrillus de Magistratibus, lib. 5. cap. 8. num. 65. Caualean. decif. 41. num. 32. Restaurus de Imperatore, quæstion. 510. casu 247. qui inde tradunt, Regium Fiscalem dici, & notauit D. Alfaro glossa 31. num. 8. ex quo num. 10. notat minimam esse promotionem, si Fiscalis in auditorem eiusdem audientie sumatur, cum auditores aliquando in Fiscales maiorum audientiarum, vel Consiliorum promoueantur.
27. Et aded honorandum est munus Fisci Patroni, vt consuetudine, & tylo Senatus, Curie Regis Dominus Fiscalis ab ipso Præfide supremi Senatus Castellæ nominetur in Aulis Consilij, & in decretis, & sententiis in scriptis, cum Fiscalis nominatur, dicitur Dominus, & eodem modo, vt Consiliarij, iudicatur ex supra dictis, & quæ notarunt Rubeus consil. 86. num. 1. Mastrill. decif. 214. n. 6. Petrus Gregorius lib. 47. Syntagm. iuris, cap. 7. num. 6. adde D. Alfaro glossa 31. num. 4. quasi ex corpore Senatus, & socius Senatorum, fit Fiscalis: Craueta consil. 168. num. fin. Boherius auctor magni Concilij, num. 136. Anton. Faber in Cod. lib. 1. tit. 6. definitione vnica, annotat. 3. Bernardus Diaz in praxi, cap. 5. Inde D. Alfaro glossa 34. num. 215. sequutus Præpositum iudicem esse tradit Fiscalem, & Rubeus conf. 86. num. 1. disputat, an debeat Fiscalis præcedere Consiliarios nouiores, & quando eis est adiunctus in iudicando, vt eos præcedat, Alfaro 2. p. decif. Neapol. verbo, *Fisci Patronus*, Petrus Gregor. lib. 49. Syntag. iuris, cap. 7. num. 6.
28. Vnde meritò plura priuilegia Fiscalibus conceduntur: nam nomine Regis iurant de calumnia, & quæcunque alia iuramenta ne-

cessaria faciunt, Lucas de Peña in l. iustas, Cod. de delationibus, lib. 10. Peregrinus alios allegans lib. 7. de iure fisci, tit. 3. num. 7. quamuis secundum magis communem opinionem non iurent de calumnia, l. 12. tit. 13. lib. 2. l. 22. tit. 2. lib. 3. Recopil. nec in expensis damnantur, D. Solorcanus dict. capit. 6. num. 127. In causa Fiscalis debet in iudicio assistere Patronus Fisci, aliter nullum erit iudicium, & sententia, l. 3. §. Diuus, ff. de iure fisci, l. 2. & ibi glossa fin. Cod. si aduersus Fiscum, & quæ congescit D. Alfaro de Officio Fiscalis, glossa 18. num. 15. & glossa 16. priuileg. 65. num. 210. & glossa 34. §. 8. num. 229. & glossa 9. num. 27. & septuaginta & tria priuilegia Fisci, & eius Patroni recenset D. Alfaro glossa 16. per totam ex Luciano, Castrenf. Saliceto, Azore, Afflict. Bosis, & Couarr. de Fiscalibus priuilegijs memorat Garenus de priuilegijs Fisci, cap. 2.

Vterius in omnibus, & per omnia Senatoribus adæquantur Fiscales in toga iure antiquo, leg. fin. Cod. de Aduocatis diuers. iudicium: ibi, *Super rogatis amplissima sue Sedis, & nouioribus Regum Rescriptis*, de quibus Ioannes Garcia de nobilitate, glossa 35. num. 44. & 45. & ad similitudinem Iuueninus, Cod. eodem, ibi: *nec adiculus eorum metatorum onere molestari*, etiam apud nos hoc priuilegium Aduocatis Fisci concessum est, & alia plura, de quibus Ioannes Garcia vbi proximè, D. Amaya ad volumen tom. 1. ad l. fin. Cod. de Decurionibus, cap. 3. per totum: adde plura, quæ ex Conrado, Lancelloto, Barbosa, Sesse, Fabio de Anna, Cauello, Rebuffo, Luciano, Surdo, Afflict. Gaillio, Greueo, & alijs pluribus præter supra adductos, notauit Dominus Solorcanus dicto cap. 6. per totum, maximè num. 2. & 27.

Sed maxima ratione præcipuè inter alia Fiscalibus toga concessa, quia vestis diuersa à communi vsu gentium honorem, & dignitatem muneris ostentat, vt ait glossa in l. 1. Cod. nulli licere in frænis, & equestribus, lib. 11. Speculator in titulo de Aduocato, Cassaneus in Catalogo gloriæ mundi, 1. part. concl. 7. post considerationem 38. & ex Baldo, & cap. si vero 4. de sententia excommunicat. probauit D. Alfaro de Officio Fiscalis, glossa 31. num. 7. ideo ne aliquod honoris adminiculum dignitati Fisci Patroni deficeret, vt Rex noster Philippus II. anno 1578. decreuit Senatores omnes toga, & vestibus talaribus incedere, vt tradit Ludouicus Cabrera in eius vita lib. 10. cap. 21. vbi causam refert, quia id decretum similiter in Regijs Fiscalibus admissum, & speciali decreto, & rescripto in Fiscalibus declaratum fuit, vt de eo testatur Ioannes Garcia de nobilit. glossa 35. num.

num. 42. & conuenit quod tradit Alfarus d. num. 7. & quoad Fiscales Cancellarium extat rescriptum in Ordinationibus Cancellariæ Granatens. lib. 2. tit. 8. num. 8.

31. De his autem togis, de auctoritate, & vsu antiquo Suetonius in vita Cæsaris dictatoris, Cicero Philippica 3. Alex ab Alexan. lib. 5. dierum genialium, cap. 18. vbi plura adnotauit Tiraquellus. Adde Rosinum lib. 5. antiquitatum Romanarum, cap. 31. & quod ex Martiali, Iuuenali, Horatio, Tibullo, Macrobio, Nonio, Barrone, Seruio, Quintiliano, & aliis innumeris notauit Thomas de Emster in Paralipomenis, dict. cap. 32. & omnia priuilegia Fiscalium recensuerunt supra relati.
32. Ex quibus consequitur quod etiam ad Fiscalis auctoritatem pertinet, vt solum à Rege creati possint Fiscales, vt ex l. 1. ff. de officio Procurat. Cæsaris cum Afflicto, Peregrino, & Montaluo probauit D. Alfarus de officio Fiscal. glossa 1. num. 2. ad fin. & glossa 31. num. 5. vbi adducit Restardum, & Arifminum Tepatum, & solos esse Fiscales in supremis Regis Tribunalibus, nec à Iudicibus ordinariis generaliter posse constitui, sed cum casus exegerit solum ad certam causam deputari, idem D. Alfar. glossa 10. & 11.

ALLEGATIO II.

De recusatione Fiscalis.

1. *Fiscalis pars formalis est in causis ad eius officium pertinentibus.*
Procurator generalis dicitur Fiscalis.
2. *Fiscalis in Castella votum non habet in causarum decisione.*
Fiscalis qui fuit si postea Senator fiat, non potest in ea causa iudex esse.
l. 10. tit. 4. p. 3.
l. quisquis, C. de postulando.
l. nemo, 13. C. de Assessoribus.
l. 18. tit. 5. lib. 2. Recopil.
3. *Authent. vt deliberandi ius, collat. 9. explicatur, & c. n. 5.*
4. *Aduocatus consultus de causa respondens non potest esse iudex.*
l. ex illo. C. de appellat.
5. *Aduocatus alterius partis poterat à litigatoribus iudex eligi.*
L. qui iurisdictioni, ff. de iurisdictione omnium iudicum, concil. cum, l. in priuatis, ff. de iudic.
6. *Fiscalis dicitur iudex quoad honorem, quia vt Senatoribus ei debetur reuerentia.*
7. *Iudicis quasi contrahitur.*

Contrahentibus quando licet ad inuicem se decipere.

l. 3. §. Item scribit, de peculio.

l. quoties cum l. sequenti de noxa.

l. in causa 17. §. idem Pomponius, ff. de minor.

8. *Fiscalis diligentissime lites prosequi debet.*

l. 2. 7. & 10. tit. 13. P. 20. tit. 20. lib. 2.

Recopil.

l. 2. C. de delatoribus lib. 10.

Fiscalis Officium loco delatoris successit.

9. *Fiscalis Officium sanctum.*

Fiscalis malum necessarium.

10. *Presumitur pro quocumque, Officiali re-
fere munus exercere, & maxime pro Fis-
cali.*

11. *Fiscalis non recusatur in Neapoli, Sicilia, &
Catalonia.*

12. *Fiscalis non sic facile recusandus vt recu-
satur Index.*

13. *Inimicitia magna inter Fiscalem & liti-
gantes est causa vt possit recusari Fis-
calis.*

*Aduocatus partis aduersa inimicus potest
recusari.*

c. 2. cum duobus sequent. 3. q. 5.

*cap. omnes, c. cum oporteat, c. qualiter,
& quando, de accusat.*

14. *Iniuria nasci non debet, unde iura nas-
cuntur.*

l. meminerint. C. Vnde vi.

15. *Iniurias pretextu officij vindicare execra-
bile.*

Apum Rex sine aculeo est.

16. *Genesis c. 49. explicatur.*

17. *Fiscalis recusatur quando iuste potest ti-
meri eius inimicitia.*

18. *Inimicitia ex qua potest Fiscalis recusari
debet originem trahere ex causa priuata
non ratione officij, quia contra aliquam
causam persecutus, cum hac non culpa-
bilis.*

l. 2. C. de delatoribus lib. 10.

*An Fiscalis possit recusari, &
quibus causis.*

RT regulariter videtur dicen-
dum hanc recusationem non ad-
mittendam; quem ad modum
enim non potest recusari aduer-
sarius ab eo cum quo litigat, ita Fiscus Patro-
nus, qui nomine Regis causam prosequitur,
& eius Procurator dicitur, & in causis ad
eius munus pertinentibus, pars formalis exis-
timatur: Innocentius, Felinus, & alij in c.
cum

cum clamor, de testibus, in c. de accusat. 2. quæst. 8. Bernardus Diaz in praxi crim. canon. cap. 5. D. Alfarus de officio fiscalis, gloss. 10. Anton. Fab. in Cod. ad titulum C. de sacros. Eccles. definitione 49. num. 7. qui procuratorem generalem dixit fiscalem.

2. Præsertim quia solum instructio causarum ad fiscalem pertinet, eius verò decisio iudicibus & senatoribus reseruata apud nos: qui eo iure in Castella vtimur vt fiscales votum non habeant in causarum decisione, imò potius in ea causa, in qua pro fisco aduocatione suscepit, si postea ad munus senatorum assumantur, non poterit esse iudex. l. 10. tit. 4. p. 3. l. quisquis. C. de postul. l. nemo 13. C. de assessor. l. 18. tit. 5. lib. 2. recopil. Auilef. in cap. 3. Prætorum num. 3. cum seqq. Gomez de Leon responso 46. num. 5. Carasco ad leges Recopil. c. 9. n. 55. Montaluo. in l. 4. tit. 9. lib. 1. fori gloss. per Christ. Thomas Sanchez conf. moral. lib. 3. cap. vnico, dub. 26. à n. 1. Greg. Lopez dict. l. 10. gloss. non debe oir, alios referens, Augustinus Barbosa in collectanea. c. postremo, de appellat. num. 3. & 4. Donnellus lib. 3. comment. cap. 3. vbi Ofsuald. lit. Nn. ex Lanfranco & aliis in fiscali Mestrill. decis. 151. num. 53.

3. Nec aliquid contra mouebit auth. *Vt deliberandi ius etiam ad impuberes*, collatione 9. vbi Ioannes Prouincialis Fiscus aduocatus, qui responsum in causa dedit, iudex in ea fuit: quia vt ex eo textu constat ibi, in foro non aduocauit sed solum consultus fuit, & responsum dedit, quod longè diuersum est à nostro casu vt Fiscalis qui causam in iudicio defendit, in ea sententiam proferat, quasi pars non possit iudex admitti.

4. Et quamuis Abbas in cap. irrefragabili, de officio Ordin. voluit aduocatum qui fuit consultus in causa, & dedit responsum, non posse in ea iudicem esse, tenet etiam Auilefius, cap. 3. Prætor, num. 3. Thomas Sanchez lib. 3. responf. moral. cap. vnico, dub. 26. nu. 5. Vnde explicari debet. l. ex illo 13. Cod. de appellat. vbi iudex qui consuluit de causa lite pendente, prohibetur iudicem esse quia animi sui motum aperuit pluribus, Giurba decis. 54. & Riccius collect. 1516.

5. Verum tamen id procedit vt possit iudex recusari, non verò si à partibus iudex eligatur, iudicare non possit, cum aliàs pater, qui in causis filij omnino iudex esse prohibetur leg. *qui iurisdictioni*, ff. de iurisdictione omnium Iudicum, tamen parte consentiente in causis filij poterit iudicare. Ita accipienda lex in priuatis 77. ff. de iudic. Et concilianda cum dict. leg. *qui iurisdictioni*, vt procedat in iudicibus datis, qui ex consensu partis eligebantur, vel cum pars contraria
Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars I.

conuenerit, vt pater iudicet. Pro quo adde plura, quæ notarunt Pacius cent. 1. quæst. 57. Genoa legum concil. ad hæc iura. Merla in emporio iuris, titulo de iurisdictione. quæst. 17. n. 19. Donnellus lib. 17. comment. cap. 25. vbi multis Ofsuald. in not. lit. H, & cum in dict. auth. à parte electus fuisset iudex, qui responsum in causa dedit: ibi, *controuersia iudicem elegisse*, nihil contra prædictam resolutionem obstare poterit.

Vnde quod tradit D. Alfarus de officio fisc. 6. gloss. 17. num. 3. fiscalem iudicem vocans, ita accipiendum vt iudex existimandus & habendus ad honorem, dignitatem, & reuerentiam, cum pars Senatus cui assidet credatur fiscalis, & pluribus Regiis rescriptis Senatoribus sint adæquatij, de quo latè egimus Allegatione præcedenti per totam, non verò vt iudicare possint in causis, in quibus fisci partes egerunt, vt ipse D. Alfarus agnoscit.

Deinde cum in hoc casu nihil circa sententiam pendeat à fisci Patrono, nullo modo videtur vt suspectum posse remoueri, quia licet aliquibus cautelis iuridicis uteretur, tamen cum in iudiciis quasi contrahere videamur l. 3. §. idem scribit. ff. de peculio, ibi: *nam sicut stipulatione contrahitur cum filio, ita iudicio contrahi*. vbi notat Bart. & gloss. verbo *iudicio contrahi*, adducit l. quoties, cum l. sequenti, ff. de noxalibus, & in contractibus permissum fit contrahentibus ad inuicem se decipere, l. in causa 17. §. idem Pomponius, ff. de minoribus iunctis, quæ pro eius explanatione notarunt Couarruuias lib. 2. variar. resolut. cap. 3. Cacheranus decis. Pedemont. 95. num. 1. Capra regul. 87. Misingerius cent. 6. obseru. 38. num. 5. Fachineus lib. 3. controuerf. cap. 4. ex Pinello, Morla in emporio, tit. 5. q. 1. num. 56. Videtur posse fiscalem legalibus dilationibus, aut aliis modis uti, quæ licet grauare videantur collitigantem, queri tamen non potest, quia suo iure vtitur, & id eo iniuriam non facit. l. & in maioribus, C. de appellat. l. 3. §. penult. ff. de incendio, ruin. & naufragio, l. si quis fumo, §. 1. ff. ad l. Aquil. Bertachinus verbo *iniuriam*, n. 70. ad fin.

Præterea si litigator vel reus fastidiat niam diligentiam, & sedulitatem fiscalis, sciat eius muneri iniunctum vt diligentissime lites persequatur, & nullam moram vel dissimulationem contrahat in discutiendis & persequendis iuribus Regalis patrimonij, l. 2. 7. & 10. tit. 13. l. 20. tit. 20. ibi: *Con toda diligencia, lib. 2. Recopilat. l. 2. C. de delatoribus, lib. 10. ibi: manente officij sollicitudine*. D. Alfarus de officio fiscalis, glossa 9. num. 33. & latè glossa 20. per totam, & in omnibus ordinationibus Cancelliarum & Senatuum Hispaniæ sedulo id iniungitur, aded vt in
B 2 supremis

supremis Confiliis, nifi fifcalis testimonium exhibeat, relationem caufarum fifcalium ad Senatam detuliffe, falaria ei non foluuntur: & fimiliter fifcali muneri iniunctum acriter delicta vindicare, & illorum punitionem & pœnas profequi. Peregrinus de iure fifci lib. 5. tit. 1. num. 194. & in locum delatorum officium fifcalis fuccedere, ad quod pertinet delicta inquirere, inquisita perfequi, & verificata petere punire, ex Caffaneo & Claudio Canzio probauit D. Alfarius de officio fifcalis, gloss. 10. num. 1. & 2. Mastrill. decif. 207. num. 7. cum feqq.

9. Et quidquid in hoc fifcalis exequeretur, etfi nimis rigidè circa id fe haberet, eius obligationi coheret: nam eius munus inde *malum necessarium* dictum fuit ab Alexandro Seuero, vt refert Lampridius in eius vita, Bellinus de bello, l. p. tit. 2. 3. num. 17. & ideo minus placidum & omnibus inuifum fifcalem dixit Caffaneus in consuet. Burgundia, rubrica 2. in princip. num. 4. sed tamen quia criminum vindictam perfequitur, quæ ad publicam vtilitatem pertinet. l. *ita vulneratus*, ff. ad l. Aquiliam, Æneas Robert. lib. 2. rerum iudicatarum, cap. 19. ideo fifcalis officium sanctum dixerunt Belluga in specul. Princip. rub. 33. §. rem non nouam, num. 36. D. Valençuela conf. 39. num. 6. & consil. 100. num. 102. & in Allegatione præcedenti notauimus; non malum fifcalis officium, sed bonum vtile & necessarium dicendum.

10. Sed etiam pro quocumque officiali femper præsumendum, rectè munus suum exercere, l. 1. Cod. de fufceptor. & Anchar. lib. 10. ex Bartolo, Caualcano, Alciato, Sesse, Mandello, & Testay, Mastrillus de Magistrat. lib. 6. cap. 10. num. 3. & 4. cum fequentibus pluribus, Menoch. lib. 2. de præfumptione 85. maximè in fifcali, qui nomine Regis omnia facit & disponit, & plerumque cum eius consultatione & semper pro gestis à Principe est præfumptio iuris, vt iustè quid fiat & iuri congruat, vt post Alciatum & gloss. in l. re-legari. Cod. de pœnis, cap. cum à nobis, in fin. de testibus, Clement. vnica de probat. Cinno Romano, Barbacia, Iafone, Calcaneo, Grammatico, Neuciano, & aliis, latè probauit Menoch. lib. 2. præfumpt. 10. per totam.

11. Et ita multoties in Catalonia decifam refatur Fontanella decif. 30. num. 4. & 5. vt fifci Aduocatus recufari non possit, & refert Pegueram decif. 33. 2. p. qui per tres Aulas ita decifum tradit anno 1612. & Iacobus Laurentius in tractatu de iudice fufcepto, cap. 6. num. 9. tradit Neapoli & cæteris in oppidis eius Regni Aduocatum & Procuratorem fifci tamquam fufpectum ab inquisito nullatenus recufari posse, etiamfi contra eum vt-

geant indicia & probationes, diligenter & animosè perquirat, alià verifimili causâ, cum illud quod ad munus Procuratoris fifci pertineant, exequatur. Et conducunt rescripta Regia, quibus in Sicilia id prohiberi tradit Mastrillus decif. 214. n. 1. vsque 12.

Verumtamen quamuis crediderim non sic facilè posse fufpectum dici fifci Patronum vt Senatorem & Iudicem, in quo quælibet caufa quæ possit litigantem iustè fufpectum reddere sufficit ad recufationem, iuxta quæ notarunt plures quos retuli 1. p. decif. Granat. 48. per totam, quod in fifci Patrono aliter procedit, quia eius curæ & muneri iniunctum defendere iura Regalis Patrimonij; quæ pertinent ad publicam vtilitatem & regimen curare, vindictam delictorum perfequi, & inde si nimis acriter circa id fe gesserit, suæ obligationis complemento tribuendum, & non potest fifcalis effugere suspicionem vt velit contra litigantem, vel delinquentem causam iudicari, cum eam pro Rege aut vindicta publica intenderit; vnde non oportet regulari caufa suspicionis circa illum vt in Iudice & Senatore procedit.

Sin verò grauis inimicitia inter fifcalem 13. & litigantem, vel reum intercesserit, ita vt ea propofita & probata, iustè timeri possit maximè vexandus à fifcali, tunc illum posse recufari admittendum est, quod comprobatur, quia Aduocatus qui contra me aduersario patrociniū præstat, si meus animus probetur, potest ab aduocatione remoueri, ne iratus nocere cupiat, aut læsus vlscisci se velit, vt argumentò cap. 2. cum duobus fequentibus 3. quæst. 5. cap. omnes, cap. cum oporteat, cap. qualiter 2. de accusat. cum Speculatore & aliis probauit Aluar. Valascus 2. tom. consult. 124. num. 4. & expresse remouendum Aduocatum inimicum, & id caueri oportere ne ille reis assignetur in sancta Inquisitione, probauit Peña in directorio, 3. p. comment. 31. tit. de recufat.

14. Quod equidem multè magis in Patrono Fisci procedit, qui non solum suis litteris, & doctrina causam fouet, sed etiam nomine Regis, & auctoritate, qui semper ægrè feret iniurias irrogari, vnde iura nascuntur, legeminerint, Cod. vnde vi, gloss. 1. in leg. ex hoc iure, ff. de iustitia, & iure, & gloss. verbo *Senatus*, in leg. Senatusconsulto, ff. ad Silianinum, & officio vindictam de inimicitia contra litigantem, vel reum sumere Fificalem semper Princeps vetauit; quia id rectè regendæ rationis vigor expostulat, ne quis priuata odia publicâ potestate vindicet aduersus leges ipsarum auxilio, vt tradit Simancas lib. 10. Epistola 47. & iuxta Ciceronem in oratione in Verrem, actione. 3. *nulla sunt oc-*

cultiores

Irarum tantos voluis sub pectore fluctus.

Et quàm exitiale nocumentum sit causam præbere vt muneris publici prætextu possit aliquis vindictam iniuriarum vel æmulationum fumere, & quod. ad vtilitatem omnium indultum, vt Fificalis officium, in vltionem priuatam conuertere in commune dispendium, æquitatis, & iustitiæ iacturam ex Baldo, Oldrabandino, Isocrate, Quintiliano D. Hieronymo, Roberto, Simanca, Arnisco & aliis probauit D. Valençuela tom. 1. conf. 91. num. 28.

Hoc igitur vt vitari posset, congruè admittenda recufatio Fificalis, quando probaretur inimicitiam iustam à litigatore, vel eum timeri, vt posset damnum inferre: & eo casu recufationem Patroni Fisci procedere tenuerunt D. Alfaro de officio Fificalis. gloss. 17. num. 40. Carrascus, ad leges Recopil. e. 9. de recuf. num. 43. & ex Boherio decif. 258. num. 8. Scipione, Robito, Craueta, Valasio, Iacobo Laurentio, Deciano, & aliis, in Neapoli, & Sicilia hanc recufationem admitti: tradit Mastrillus, decif. 214. num. 12. cum feqq. & post illum ex Paponio & aliis nouissimè tenet doctus Fontanella. 1. p. decif. 30. num. 6. cum feqq. ex Antonio Mornaco & aliis relatis nouiter hanc eandem sententiã tenet Doctissimus Ioannes de Solorcano. 2. tomo de Indiar. Gubernatione lib. 4. cap. 6. num. 21. cum fequent.

Sed limitandum est cum Mastrillo, vbi proxime num. 31. nisi orta fuisset inimicitia ratione officij, si vt Fisci Patronus contra recufantem vel eius consanguineos, Fisci partes sustinisset, quia munus suum exequi debet Fificalis, & necessitate iuris excusatur, vt illi non imputetur iniuriam facere, l. 2. Cod. de delatoribus lib. 10. aliàs enim si ex priuata caufa inimicitia & æmulatione procedat inter Fificalem, & litigantem, aut reum, ita, vt iustè timeri possit damnum esse inferendum, recufatio rectè procedet, quippe data est officialibus, & iudicibus publica potestas, vt iudicent non vt vindicent affectus, & criminum purgatio fifcali propofita non vltro data, & auertere plagam, non inferre, & nihil maiori curâ vitari oportet quàm iustitiæ regimine, & munere publico iniuriam inogari, quia sicut merum quod alioquin aduersus cicutam valet, si cicutæ admisceatur facit vt veneno resisti non possit, ob calorem meri ad cor celeriter penetrantis, ita officia publica quæ maxima æquitatis præsidia esse debent, si improbitati, & vindictæ deseruiant, insanabile vulnus infligent, quia iustitiæ antidotum, vt merum cicutæ, ita vindictæ & malitiæ officialis me-

B 3

deri

cultiores insidia, quàm que latent in simulatione officij, & vt Theodoricus Rex Ioanni Consuli Campaniæ, qui eam querelam proposuit à summo Præfecto muneris prætextu iniurias vindicari, ad hoc rescripsit apud Cassiodor. lib. 7. Epistola 27. eis verbis: Perinde diu, & variè persecutione iactatus ad pietatis nostre remedia haud irritè conuolasti, asserens eminentissimam Præfecturam tibi met esse terrori, ne priuata in te odia resarcirentur per publicam potestatem, sed nos, qui donatas dignitates iustitiæ parere cupimus, non dolori, contra illicitas præsumptiones nostrâ te tuitio- ne wallamus. Et ideo Cassiodorus lib. 4. Epist. 10. eidem Ioanni rescripta iterum tradit, ibi: Fœdum est inter iura publica priuatis odiis licentiam dare, nec ad arbitrium proprium iudicandus est inconsultus feruor animorum: iniquum quippe nimis est, quod delectat iratum.

15. Et nihil magis Deo inuisum est, quod maximè vindicat, abuti publicæ potestate, ad iniurias vlscendas, quasi munus, quod institutum ad delicta excludenda, illa includat, & iræ deseruiat, vnde Seneca lib. 1. de clementia, cap. 19. tradit, etiam si iracundissima, & præ corporis captu pugnacissima sint apes, & aculeos in vulnere relinquunt. Rex verò ipsarum sine aculeo est. Nota ibi: *Noluit enim natura, nec seuum esse, nec vltionem magno constituram petere, telumque detrahit, & iram eius inermem reliquit, quasi non deberet, qui aliis superior, illis esse nocius. Et inde iuxta Abulensem explicatur illud Genesis cap. 49. quod difficillimum Interpretibus visum fuit; quare Iacob Patriarcha in vltima voluntate prætermisiss grandioribus natu filiis Ruben, Simeone, & Leui, Primogenituræ ius in Iudam transmisit, & vltimam causam, quam expressit de Ruben, quod cubile paternum impie ascenderit, eiusque stratum turpiter maculauerit, de Simeone & Leui, quod ambigitur, sapienter explicauit Abulensis dict. cap. 49. quasi dignitati Primogenituræ, vt aliorum fratrum superior, & validior esset, indignos & incapaces iudicauit filios, qui vindictæ auidæ, & sæuæ ac pertinacis iræ fuerint, vt in Principis Sicheem nece, & vrbis Sichimitarum euerfione patet, & denotant aperte verba Iacob. d. cap. 49. ibi: *Quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum: maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura.* Vt rectè explicat P. Velazquez de optimo Principe, lib. 3. adnotatione 12. n. 7. vbi etiam adducit alios, & Virgilium lib. 12. Æneidos, qui inducit Iouem exprobrantem Iunonem, & irridentem, quia vindictam foueret, cum esset Regina, & aliis superior, ibi:*

deri non valet, quando potestas muneris in Reipublica, & subditorum perniciem exercetur vnde congruè medela recusationis in fiscali admittenda quando inimicitia probaretur.

ALLEGATIO III.

Principis contractus quando possint reformari.

1. *Principis qui non recognoscit superiorem ex suo contractu efficaciter obligatur.*
l. digna vox, C. de legibus.
2. *Principis si non obligaretur ex contractibus esset extra omne commercium.*
3. *Leges subiecit Deus Principi non contractus.*
l. Principis legibus ff. de legibus.
4. *Dominium quamuis tollere possit Princeps, non verò tollere ius quaesitum ex suo contractu.*
5. *Concessionis Principis qua transferunt in contractum tolli non possunt.*
6. *Princeps rescripto tollere non potest ius tertio quaesitum.*
7. *Principis contractus habent vim legis.*
l. i. ff. de constit. Princip. & c. n. 30.
l. Casar. ff. de publican. & vectigal. & c. n. 30.
§. sed & quod Principi, instit. de iure naturali, & c. n. 30.
l. pen. C. de donat. inter, & c. n. 31. 32.
8. *Princeps ex causa publica utilitatis potest lege generali ius tertio quaesitum tollere. Princeps praesumitur facere ex iusta causa.*
Principis assertioni credendum.
Clem. 1. de probat.
9. *Publica causa praeualet privata.*
l. ius publicum, ff. de pactis.
l. item si verberatum, ff. de rei vindicat. & c. n. 29.
l. venditor, §. si constat, ff. comm. praedior.
l. Lucius, ff. de euiction.
l. cotem ferro, §. fin. ff. de publican. & vectigal.
10. *Publica utilitatis causa non solum Pontifici, sed etiam Episcopo permittitur facere statuta extra Canones.*
11. *Leges generali potest Princeps contractuum suum reformare.*
12. *Iuramentum omne videtur excipere auctoritatem legis.*
13. *Publica utilitas debet praeualere quando*

- aliter provideri non potest.*
14. *Princeps ex causa publica, qua de nouo emergit, potest quod apparet iniquum, reformare.*
l. si hominem, ff. mandati.
 15. *Princeps potest contractus ad equitatem reducere.*
l. cum quidam 17. in principio, ff. de usuris.
 16. *Contractus potest informari ex eo quod euenit, cum iniquus apparet.*
 17. *Emphyteusis contractus potest reduci ad equitatem.*
 18. *Tributa reducenda ad aequalitatem ex varietate temporum.*
l. omne territorium, C. de censibus & censu. lib. 11.
l. omnes, C. de operibus publicis.
l. 2. C. de annonis & tributis, lib. 10.
l. pro locis, C. eodem.
l. firma, §. 1. ff. de censibus.
 19. *Redditus & pensiones iuxta tempus reducenda ad aequalitatem.*
cap. quanto, de censibus, & c. n. 22.
 20. *Clausula rebus sic stantibus intelligitur in contractibus Principum.*
l. quod Seruius, ff. de cond. caus. dat.
 21. *Leges intelliguntur prolata rebus sic stantibus.*
c. non debet, de consanguinit. & affinit.
l. in confirmando cum lege sequenti, ff. de confirm. tutor.
l. de etate, §. ex causa, ff. de interrogat.
l. serio, §. pen. ff. de annuis legat.
l. fistulas, §. frumenta, ff. de contrahenda emptione.
 22. *Privilegium quod apparuerit nocuum & iniustum debet irritari.*
c. suggestum, de decimis.
l. 2. tit. 20. p. 1.
l. 43. tit. 18. p. 3.
 23. *Redditus debent reduci ad legitimum modum inspecto tempore solutionis cuiusque anni.*
 24. *Princeps studere debet, ut publica utilitas augeatur.*
 25. *Rex debet vitare damna sui Regni.*
c. 1. de officio delegati.
Reformatio contractuum pluribus legibus continetur.
l. eos, C. de usuris.
l. de his, C. eodem.
l. 4. & 6. tit. 15. lib. 5. Recopil.
 26. *Princeps tenetur suis contractibus, nisi aliter persuadeat publica utilitas, qua principaliter interfit.*
 27. *Princeps tenetur suis contractibus iustis, non verò de iniquis.*
l. non dubium, C. de legibus.

l. cum

- l. cum lex. 45. ff. de fideiussor.*
28. *Contractus iniusti, & contra legem debent reformari.*
l. toties, §. si cui ff. de pollicitationibus.
l. qui fundus, Cod. de omni agro deserto lib. 11.
 29. *Princeps ex sua voluntate non potest dominium priuatis tollere, secus ex publica utilitate.*
l. Lucius ff. de euict.
l. 31. tit. 18. p. 3.
l. 2. tit. 1. p. 2.
 30. *l. si ita quis, 135. §. ea lege, ff. de publican. & vectigal.*
l. ea lege, C. de conduct. ob caus. ff.
l. 1. §. si conuenierit, ff. de positi.
 31. *Principis contractus vim legis habet quando contrahit contra legem que illum non comprehendit.*
 32. *Liberalitas est propria Principum.*

Princeps, quomodo teneatur suis contractibus vel possit aliquatenus ab eis recedere, vel eos reformare.

1. **R**EX, & Principes, qui non recognoscunt Superiorem, efficaciter obligari ex contractu cum subditis inito, & firmius, arctiusque eorum obligationem considerari, quia mutuae fidei vindices, vt notatur in leg. digna vox, Cod. de legibus, probarunt Minchaca lib. 1. controuerf. illustrium, c. 3. & 26. num. 16. & cap. 45. num. 13. D. Greg. Lopez Madera lib. singular. animaduersionum iuris ciuilibus, cap. 35. ex Cauotio, Zasio, Castalio, Gregorio, Petro Gregorio, & aliis, Ofualdus in notatis ad Donnellum lib. 12. Commentariorum, cap. 22. littera Q.
2. Alias enim deterioris esset Principis conditio, quam priuati: quia si contractus obseruantia non teneretur, esset extra omne commercium, Baldus in leg. Princeps. 1. lectura, ff. de legibus, Iafon. in leg. 1. ff. de pactis, num. 4. Rolandus à Valle vol. 3. conf. 45. n. 10. ibi, quia hoc casu Princeps, cum sit omnium Praeful, esset omnium exul: Peregrinus de iure Fiscii, lib. 1. tit. 3. num. 44. in fine, Tapia in decis. supremi consilij 23. num. 103. Rodulfinus de absoluta Principis potestate, cap. 6. num. 187. Glorietius 1. responso, 1. parte 2. num. 80. Modicius in §. lex est, dubitatione 77. num. 2. verf. declara.
3. Nam licet Imperatori, & supremo Principi Deus subiecerit leges, non tamen subiecit contractus, ex quibus obligatus est: Baldus

in capite 1. de natura feudi, & in dicta lege, Princeps legibus, num. 2. Castrensis lib. 1. conf. 317. nu. 7. Rolandus à Valle conf. 6. nu. 33. vsque ad 40. vol. 2. Antonius Petra de potestate Principis, cap. 32. num. 145. nam vt tradit Baldus lib. 1. conf. 327. num. 4. Princeps solum debet habere vnum calamum, & vnam linguam, & illi conuenit illud verbum: *semel loquutus est Deus*: sequitur Surdus conf. 409. num. 96. & sequentibus, Peregrinus de iure fisci dicto tit. 3. num. 19. Paschalius de patria potestate, prima part. c. 1. n. 44.

Vnde etiam si lege generali adimere dominium Principi concedatur, tamen contractus ab ipso Principe initus non poterit lege reuocari, vt notarunt Antonius de Butrio consil. 59. num. 1. & 2. & post Bartolum in leg. omnes, num. 2. Cod. si contra ius, vel utilitatem publicam, Felinus in cap. quonia, num. 3. de constit. Mandellus Albenfis conf. 185. num. 18. vsque ad 21. pluribus relatis Craueta vol. 5. conf. 933. num. 9. Decius conf. 291. & 292. & ex eodem Decio conf. 286. notauit Laurent. Syluanus conf. 66. num. 23. & 24. Thuscus practicarum, lit. P, conclus. 686. n. 8. qui omnes distinguunt: vt quamuis ex causa publica possit Princeps dominium à subditis suis tollere argumento legis, item si verberatum, ff. de rei vindicatione: tamen non poterit tollere ius quaesitum ex suo contractu, quoniam Princeps auferendo dominium subdito, non venit contra fidem suam, vel promissa, vt quoties reuocat suum contractum, & dominia fuerunt inuenta à iure gentium secundario, sed fidem seruare est de iure gentium primario, vt distinguit Bart. in leg. si id quod, de conduct. indebiti, quamuis hanc distinctionem primarij, & secundarij iuris gentium, vel naturalis, et si admittere videatur Donnellus lib. 1. comment. cap. 7. tamen improbarunt Corraf. lib. 6. Miscellaneorum, cap. ultimo, Eguinarijus Baro ad leg. 1. de iustitia, & iure ad fin. Antonius Faber in Iurisprudencia, titulo 2. part. 2. confutatione 1. & videndus est D. Richardus in §. ius autem, num. 4. & 5. instit. de iure naturali.

Et Bartolus comprobatur, quia seruus est capax obligationis naturalis, & tamen non est capax dominij: & ideo colligit obligationem, quae ex iure naturali, ad fidem seruandam potentior est, vt tradit Paulus Castrensis dicto conf. 317. num. 5. qui inde colligit Concessionis Principis, quae transferunt in contractum ab eo tolli non posse, vt notatur in leg. item eorum, §. Decuriones, ff. quod cuiuscumque Vniuersitatis nomine, & praedictam distinctionem alijs relatis probauit Antonius Petra dicto cap. 32. n. 145. verfic. *ad duodecimum*.

Et

6. Et non posse Principem tollere ius tertio quaesitum probauit Iason in leg. Barbarius, num. 44. ff. de officio Pratoris, idque nec rescripto etiam, nec lege fieri posse notarunt Felinus in cap. quæ in Ecclesiarum, de constitut. num. 45. versic. *secunda declaratio*, Afflict. in præludiis ad constit. Neapolit. q. 4. num. 7. & decis. 321. num. 6. Rochus de Curte in cap. fin. de consuetud. fol. 46. col. 3. iuxta primam impressionem, Mastrillus de Magistratibus lib. 3. cap. 4. num. 355. & 356. Rolandus conf. 69. sub num. 44. lib. 2. Ponte, conf. 31. num. 6. lib. 2. Rodulfinus de summa Principis potestate, cap. 6. num. 165. versic. *contrarium*, num. 166. Gonzalez ad regulam octauam Cancellariæ, glossa 36. num. 37. & 38. Mata ad cap. 38. Siciliæ, num. 9. & 10. tom. 1. Bimius conf. 214. num. 3. lib. 3. Gratianus tomo 5. cap. 991. num. 58. Mandellus consil. 185. num. 19. Capiblanco de Barouibus pragmat. 8. part. 1. num. 214. D. Salgado de Regia protectione, parte 3. cap. 10. num. 92.
7. Et iuuat quoad validitatem contractus Principis, communiter notatur habere vim legis leg. 1. de constit. Principum, §. sed quod Principi instituit. de iure naturali, leg. Cæsar, ff. de Publicanis, & vectigalibus, l. penultima, Cod. de donat. inter virum, ex quibus in eis iuribus tenuerunt Doctores, Menoch. conf. 1. num. 241. Bartol. in dicta leg. Cæsar, Iason in leg. ciuitas, num. 5. ff. si certum petat. Aluarus responsio 118. in fine, Carolus Ruinus lib. 1. conf. 99. num. 11. Gratian. disput. cap. 310. num. 9. & ex Gaillio lib. 2. obseruatione 127. num. 8. Valaf. 10. & aliis notauit Osualdus ad Donnellum lib. 1. 2. comment. cap. 22. in notatis lit. Z.
8. Sed tamen quamuis prædicta in quibusdam casibus procedere possent, tamen generaliter dicendum est Principem ex iusta causa (quæ semper in Principe præsumitur, gloss. fin. in l. relegati, ff. de poenis. Felinus in c. quæ in Ecclesiarum num. 66. de constit. Couarr. in 4. secunda parte, cap. 6. §. 9. num. 10. relati à Menochio lib. 2. de præsumpt. 10. & à Mandello Albenfi conf. 433. nu. 6.) rollere posse contractum, & ius tertio quaesitum ex lege generali quæ respiciat bonum publicum Regni, & si illud ediceret Princeps in lege sua, eius assertioni credendum est, Clement. 1. de probat.
9. Quo casu lex sustinebitur, & contractum, reformabit, & iuri tertio quaesito poterit detrahere, cum semper causa publica præualeat priuatæ, l. ius publicum, ff. de pactis, & arg. legis item si verberatum ff. de rei vindicatione, l. venditor §. si constat, ff. communia prædiorum, l. Lucius, ff. de Euictionibus, l. cotem ferro, §. fin. ff. de publicanis, & vecti-

galibus, tenuerunt in terminis Castrensis, in l. digna vox, Cod. delegibus Aimon, Craueta, vol. 2. consil. 276. num. 7. Mandellus, Albenfi num. 1. consil. 185. num. 17. Rebuffus 2. tomo ad constitutiones Regias, titulo de rescissione contractuum, articulo vnico, glossa 1. & fuit doctrina Bartoli in l. Antiochensium ff. de privilegiis, credit & notant omnes in l. fin. Cod. si contra ius vel utilitatem publicam, & Innocent. in cap. quæ in Ecclesiarum, de constit. & post alios quos refert Monterus à Cueva decis. 50. num. 2. & 10. & 11. & Iacob. Cancer. lib. 3. variat. c. 3. de privilegiis, n. 92. & 93.

Idque in causa iusta, quæ principaliter publicum fauorem respiciat, admittendum esse notarunt Alex. conf. 136. num. 12. vol. 1. Mandellus Albenfi consil. 185. num. 17. ibi: *Sed opus est quod huiusmodi iusta causa concernat fauorem publicum, qui fauor sit evidens & probabilis.* puta pro pace ciuium, vel pro evitando scandalo, & pro aliqua huiusmodi euidenti utilitate, Cephalus conf. 302. num. 136. & 138. vol. 3. Iason in §. & quid si tantum, num. 82. Fulgosius conf. 20. num. 7. Sylu ester Aldob. 2. conf. 1. nu. 126. & sequentibus pluribus allegatis, Hondedeus conf. 86. n. 5. lib. 1. Et quod ex euidenti & necessaria causa, non solum Summo Pontifici, sed etiam Episcopo licitum sit condere statuta contra canones docet Panorm. in cap. at si clerici, §. de adulteriis, num. 9. Bartolus in l. omnes populi, n. 8. ff. de iustitia & iure, & relati à Ioanne Guatterio canonic. quaest. cap. 23. num. 18. & in terminis pragmaticæ, & cap. Curiarum anni 1563. cum Medina, & aliis docet Lud. Mexia omnino videndus in pragmatica Paris. conclus. 6. num. 80.

Sed & lege generali quæ omnes comprehendat, nec respiciat præiudicium alicuius tertij posse Principem reformare contractum suum, & detrahere iuri tertij, etiam si damnum non resarciat, nec dato bono cambio reuerunt Bartolus in l. fin. num. 2. Cod. si contra ius, vel utilitatem publicam, & in l. toties, §. si cui, ff. de pollicitationibus, Decius in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 21. de constitutionibus. Aymon Craueta de antiq. tempor. 4. num. 210. vers. *ex alia etiam*, & num. 237. & 249. conf. 135. num. 30. vol. 1. Gocadin. conf. 5. num. 21. & alios plures relatos per Matienzen. in l. 7. glossa 5. tit. 7. lib. 5. recopul. & ibi Azeued. num. 7.

Quod adeo verum est vt habeat locum etiam si Principis contractus esset iuratus, quia in omni iuramento censetur excepta autoritas legis non solum canonicæ, sed etiam ciuilibus, quando adest publica utilitas, vt docet Alex. conf. 38. num. 11. vol. 3. Iason in l. fin.

1. fin. num. 25. ff. qui satisdare cogantur, & Ioannes Gutierrez in authent. sacramenta puberum, num. 46. quibus adde eundem Iasonem in l. Gallus, §. & quid si tantum, n. 82. ff. de liberis & posthum. Fulgosius consil. 20. num. 7. Cephalus volum. 3. conf. 302. n. 136. & 138. Syluester, Aldroualdin. conf. 1. n. 326. & 127. Aimon Craueta volum. 2. conf. 276. in princip. & num. 7. vers. secundò respondeo, Capitius decis. 51. num. 13. & 14. decis. 166. num. 5. & 6. Antonius Petra de potestate Principis 7. quaest. Principali, §. *superest modo videre*, num. 26. vsque ad 32. Menoch. consil. 224. num. 34. vbi tradit non obseruandum superueniente legis autoritate vel utilitate publicâ, & quia iuramentum rebus sic stantibus emissum intelligitur, cap. quem admodum, de iureiurando; vbi Augustinus Barbofa in eius collectanea, adde Gratianum 3. tom. discept. c. 534. num. 51.

13. Quod maximè & sine dubio procedit, quando aliter ex publica utilitate prouideri non potest, Imola in cap. quando, num. 3. de iureiurando. Craueta dicto conf. 276. num. 7. ibi: *Secundò respondeo, quod tunc demum potest Princeps ius alterius auferre ex causa publica utilitatis quando aliter prouideri non potest.* & Capitius dicta decis. 51. num. 13. & 14. ibi: *Neque obstat si dicatur fieri pro bono pacis, nam non potest auferri res mea pro bono pacis quando non constat potuisse alia bona facile alienari, & pacem aliter haberi non posse.* Et idem tenuit Antonius Petra, vbi proximè, & ex Bartolo, Baldo, Curtio seniori & Romano, ego notauit 1. tomo in decis. Granatenf. disput. 30. num. 6.

14. Idque maiori ratione procedit, quando causa quæ mouere potuerunt Principem, vt contractum reformaret, vel iuri tertij detraheret, de nouo emergunt, & à Principe ignorata fuerunt, cum fecisset contractum, quia ex causa superueniente rectè poterit Princeps, quod apparet iniquum reformare, vel contractum ex causa publicæ utilitatis, vt argumento textus in l. si hominem, ff. mandati, tenuit Bart. ibi. idem Bart. in l. ambitiosa, n. 11. ff. de decretis ab ordine faciendis. Cephalus conf. 302. num. 138. & 139. volum. 3. ibi: *Nec puto iustam causam esse illam, quæ etiam ab initio tempore prima inuestitura vigeat.* Et statim ibi: *Iusta autem causa foret, si esset noua, vel etiam antiqua, quam Dominus Marchio tunc ignorasset.* Ias. consil. 1. nu. 29. & 30. vol. 1. Ofascus decis. 90. num. 15. vbi ex pluribus recenset: *Quod Princeps potest tollere per eum concessa etiam in vim contractus ex noua & iusta causa, debere tamen eiusmodi causam esse nouam vel antiquam, Princeps ignorare tempore factæ concessionis, quin imò talem esse oportet.* Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fife. Pars I.

tere quod si Princeps sciisset, vero similiter non fuisset concessurus. per textum & glossam in l. talem, §. fin. ff. de pactis.

Vterius facit, nam multò magis Principi permittendum quod cuiuscumque iudici permissum, imò ei iniunctum est, ex muneris sui obligatione contractus ad æquitatem reducere, l. cum quidam, 17. in princip. ff. de vsuris. Vbi quando pactum contrarium existit, ait: *Præsidem prouinciæ adi, qui stipulationem, de cuius iniquitate conquestus est, ad modum iustæ exactionis rediget.*

Ex quibus verbis plures inferunt, & inter eos Thesaurus, quod reductio contractuum ad æquitatem facienda est per iudicem & fore inspiciendum, quod post contractum succedit, vt iniustitiam non contineat, & exemplum adducunt eis verbis: *Et hoc erit secundum fundamentum, quando furnarius promiserit coquere panem pro familia vniuersi, dato certo stipendio, quia si augetur familia, non tenetur coquere panem pro illo stipendio, quia contractus redigendus est ad æquitatem.* vt in terminis tenet Pinellus quaest. 48. & alij, quos refert & sequitur Iason in l. quominus, num. 136. & seq. ff. de fluminibus, & num. 144. ponit regulam, quod sermo generalis non trahitur ad futura, quando resultat magnum præiudicium.

Quibus adde alia quæ circa id notauit Thesaurus decis. 26. per totam, & facit eundem decisio 120. vbi ex plurium autoritate & fundamentum resoluit. Vt si emphyteuta etiam si à principio contractu non grauaretur, tamen si ex temporis lapsu nimis grauatus appareat, contractus debet reduci ad æquitatem quando tractu temporis contractus redditur iniquus ex dicta l. cum quidam, & quod traditur in fauorem emphyteutæ quâ ratione procedit circa dominum rei in emphyteusim datæ propter naturam correlatiuorum, ex qua dispositum quod in venditore vel locatore locum habet, similiter in emptore vel conductore procedat, vt tenet glossa in l. si quis fundum, ff. locati; & post alios Surdus conf. 34. num. 25. & 26. cum sequent. & D. Ioannes del Castillo lib. 3. controu. cap. 3. num. 50.

Et huius rei ratio prouenit, nam onera tributa, & redditus augeri vel diminui oportet pro temporum varietate, l. omne territorium, C. de censibus & censitoribus, lib. 11. & in l. omnes, C. de operibus publicis, & l. 2. & l. pro locis, C. de annoniis & tributis, lib. 10. l. forma, §. 1. ff. de censibus; quæ ferè in terminis loquuntur; nam si bona ex quibus, vel quorum causa redditus debentur diminuuntur, etiam redditus diminui debent.

Et facit optimus textus in cap. quanto, de censibus,

centibus; vbi Ecclesia obligata ad vnam procuracionem, singulis annis aucto numero fixatum, tenetur ad eandem procuracionem, si illius quoque facultates auctæ sunt, & in specie post alios plures tradit idē Thefaurus decis. 239. num. 7. & 8. vbi in fine eius decisionis tradit ad æqualitatem & æquitatem esse pensiones reducendas, non obstantibus pactioibus contrariis, quia temporum varietas id suadet. Vnde quod ex natura contractuum venit, multo magis debet Principi permitti, cuius munus illud maxime respicit, vt contractus ad æquitatem & æqualitatem iustam reducat, vt in tributis pluribus probauit Velasquez de optimo Principe lib. 4. adnot. 15.

20. Denique, nam etiam ad sui contractus obseruantiam Principes teneantur, id sanè procedit rebus sic extantibus ex vulgari Axio- mate deducto, ex l. *Quod seruus*. ff. de condi- ct. caus. dat. vbi notant omnes, & in l. *que- ro*, §. inter locatorem, ff. locati; & ita resoluit Rolandus vol. 2. conf. 1. num. 158. & 159. vbi adducit consilium Ancharani, qui tradit ex noua causa superuenienti recedi à qualibet dispositione, & tunc non dicitur fieri contra voluntatem, quia si de tali status mutatione ille qui disposuit cogitasset, illud etiam fecisset.

21. Quod etiam patet in legibus condendis, vt in cap. *non debet* de consanguinitate, & affinitate, & in leg. in confirmando, cum leg. sequenti, ff. de confir. tutor. etiam si ad sit iuramentum, vt in cap. *quemadmodum* de iure iurando, & quia quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, vt in leg. de ætate, §. ex causa, ff. de interrogat. act. & Ancharanum sequuntur Decius, Felinus, Crauet. & Ruinus, quos refert, & sequitur idem Roland. dict. consil. 1. num. 161. qui addit num. 164. post Ripam responso 7. vt quoties priuilegium lædit tertium, vel enormiter ipsum concedentem, tunc resoluitur, vt in leg. sero, §. penult. ff. de annuis legatis, & leg. fistulas, §. frumenta, ff. de contrahend. empt. & addit n. 165. allegans Crauet. consil. 95. n. 4. statum iuratum, & longo tempore obseruatum pro solutione Thalearum debet intelligi, si ciues in eodem statu permaneant.

22. Et semper quicumque contractus, vel priuilegium, quando apparuerit iniustum, vel nociuum, debet irritari, cap. suggestum de decimis, dict. cap. quanto de censibus, l. 2. tit. 20. partit. 1. leg. 43. tit. 18. partit. 3. Pinellus in leg. 2. Cod. de rescind. 2. part. cap. 1. num. 27. Rolandus vol. 3. consil. 13. num. 19. Mandellus Albenfis consil. 34. num. 16. idem Rolandus vol. 2. consil. 1. numero 173. lib. 2. Thufcus lit. L. conclus. 295. num. 18. & ante

eos hoc ipsum probauit Natta conf. 548. per totum, ibi à num. 19. probat succurrendum esse communitati, quæ promisit soluere quotannis tot saccos hordei, & tot mensuras vini, cum pretium hordei, & vini post aliquot annos in triplum, & quadruplum creuisset: & num. 36. versic. *ad sextum opponendo*, de leg. si voluntate, ibi: *Respondetur quod lasso, vtrum interuenit, consideratur tempore contractus, vbi contractus perficitur unico momento, & non habet tractum successiuum, vel est explicandum aliquid de futuro, quia tunc intelligitur, rebus sic habentibus, & succurritur etiam ex æquitate lasso, & grauato.*

Et in terminis annui redditus redimibilis, 23. quod redditus reduci debeat ad legitimum modum inspecto tempore solutionis cuiusque anni probat Apostill. ad Alexand. in conf. 187. lib. 7. lit. C, Gas. Rodericus lib. 1. de annuis redditibus, quæst. 12. num. 9. Auendaño de censibus, cap. 49. num. 6. in fine, & n. 7. adde, quæ notauit decisione Granatensi 11. num. 64. 65. & 66.

Et vt contractus, & priuilegia debeant 24. reduci ad æquitatem, Vide quæ pro explicatione dicti cap. suggestum, & cap. quanto, vltra interpretes notantur Socin. Iunior lib. 3. conf. 60. num. 58. Decius in cap. *nouit*, num. 24. de iudic. Menoch. conf. 156. num. 9. Surdus de aliment. tit. 1. quæst. 44. num. 22. Rebuffus de pacific. posses. num. 141. Et Principem studere semper, & vbique oportere utilitatem publicam præferri priuatæ, & ex suo munere ad id teneri, leg. *actio*, §. *Labeo*, ff. pro socio, leg. *vnica*, §. *penult.* Cod. de caducis tollendis, leg. *utilitas*, Cod. de primipilo, lib. 12. & pluribus comprobat Menochius consil. 137. num. 14.

Et damna sui Regni vitare c. 1. per tex- 25. tum, ibi omnino videndus de officio, leg. gloss. in §. *apium* de rerum diuisione, Federicus consil. 185. & 201. Alex. lib. 5. consil. 7. n. 11. & hoc sine dubio omnium gentium consuetudines suadent, ex quibus, & legibus iniusti contractus reformantur, vt constat leg. penult. in fin. Cod. commun. diuid. l. *cum quidam* 17. ff. de vsuris, leg. *etsi contra*, ff. de vulgari, Baldus in leg. penult. Cod. de solution. Nata consil. 442. num. 8. Surdus consil. 458. num. 15. Firaquel. tract. *cessante causa*, 1. part. num. 17. Menoch. conf. 26. num. 22. conf. 34. num. 11. & conf. 203. n. 16. Gratianus cap. 195. num. 15. Et de simili reformatione contractuum loquitur lex *eos*, l. *de his*, Cod. de vsuris, l. 4. 6. tit. 15. lib. 5. Recopilationis, & alie plures leges, & Pragmatica anni 1621. & ego latè probaui in decis. Granatensibus, disputat. 12. per totam pro ratione, & utilitate pragmaticæ nostræ, quæ anno 1628. valo- rem

rem diminuit monetæ erosæ, quæ Regna Castellæ inquinauerat, & nota quæ supra num. 23.

26. Quibus ita constitutis non obstant quæ in contrarium adducta: nam quoad illud, de quo num. 1. Principem teneri contractus seruare, id non negamus, potius verò necessariò fatemur, cum dubitamus, vtrum possit recedere à contractu, vel illum reformare ex causa publicæ utilitatis, quod fieri rectè posse omnes supra dicti notarunt, maxime quando id fieret lege generali, quæ non respiciat præiudicium aliquorum, sed in commune quod ad bonum publicum conueniat, decernatur, & utilitas publica principaliter illud suadet, non secundariò: nec præcipua utilitas sit Principis fisci, aut alterius priuati. Bartol. in l. *roties*, §. *si cui*, ff. de pollicitationibus. Iason in leg. Barbarius, Philippus num. 44. de officio Prætoris, Matienzo in leg. 6. tit. 15. glossa 3. lib. 5. & in dialogo Relatorum, 4. part. cap. 12. num. 2. Cancercus lib. 3. variarum, cap. 3. num. 93. & 94. vsque ad 97. Mastrill. de Magistratibus lib. 3. cap. 4. num. 346. vbi agens de potestate Principis, vt iuri tertij possit derogare, tradit iustam esse causam, quando ageretur de publica utilitate, siue necessitate, secus verò si priuatam utilitatem respiceret, & inferius num. 351. tradit ibi: *vnun tantum addendum, quod prædicta conclusio locum habeat in causa publica utilitatis, siue necessitatis principaliter, non autem si secundariò publica sit utilitas, vel necessitas.*

27. Et quod traditur Principem teneri suis contractibus, intelligendum est de iustis, non de iniuris, & contra leges factis: Lucas de Peña in l. fin. Cod. de locatione prædiorum ciuilium, lib. 11. num. 44. Petra de potestate Principis, cap. 32. dubitatione 2. principali ex num. 194. & num. 208. & 240. & contractus, qui resistente lege fiunt, non valent, l. non dubium, Cod. de legibus, l. *cum lex* 45. ff. de fideiussor. cum ibi notatis.

28. Et ita contractus, qui contra leges fiunt, & iniusti existunt, rectè possunt reuocari, vt vltra prædictos ad explicationem legis 6. tit. 15. lib. 5. Recopil. notauit. Matienzo, ibidem gloss. 3. & Azebedo, n. 7. tradit etiam Mexia indiuidualiter ad pragmaticam panis conclus. 6. num. 80. post medium, l. *roties*, §. *si cui*, vbi Bart. ff. de pollicitationibus, l. qui fundus. Cod. de omni agro deserto, lib. 11. Paulus Parisius conf. 1. num. 139. lib. 2. Decius in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 93. de constit. Alex. consil. 190. num. 17. vol. 2. Ludouic. Gozadin, consil. 5. num. 21. sub vers. *quinto adduco*. Menoch. consil. 701. vol. 8. n. 88. Palacios Rubios in repet. rubricæ de donat. inter *Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars I.*

virum & vxorem. §. 69. num. 13. qui loquitur in contractibus Principis, & tradit quod ex eo possint & debeant reformari, & non esse debere deterioris sed melioris conditionis quàm contractus Priuatorum; sequitur Becius, vol. 1. conf. 56. num. 45. & in fortioribus terminis admittit Menchaca vt possit Princeps contra illos venire, non agens de lege generali, lib. 1. controuerf. illustrium cap. 26. num. 17.

Vnde apparet etiam solutio secundi ar- 29. gumenti quod supra obiecimur, non posse Principem lege generali dominium alicui quæsitum tollere, quia id procedit, quoties ex sua voluntate vel potestate id facere intenderit, secus verò quando Reipublicæ utilitate suadente id decreuerit, quia tunc rectè poterit subditis dominium adimere, præiudicium inferre, & iuri tertij derogare. Vt est communis opinio, de qua Iason in l. quominus, num. 5. de fluminibus, Menoch. conf. 156. num. 48. & conf. 147. num. 26. vol. 2. & conf. 103. num. 26. vol. 1. Emanuel Costa in, l. Gallus, §. & quid si tantum. i. p. pag. 74. ff. de liber. & posthumis, Horoscus, in l. quod Principi num. 17. ff. de constit. Principum, Capitius decis. lib. 6. num. 6. Gailus, lib. 2. obseruat. 56. per totam, Tapia in rubrica de constit. Princip. cap. 1. num. 59. Mieres de maiorat. 4. p. quæst. 1. limit. 5. ex num. 6. cum sequent. Couar. lib. 3. Variar. cap. 6. num. 6. Ferdinandus, Menchaca lib. 1. controuerf. illustrium, cap. 5. num. 1. Ceuallos, in commun. opinion. 4. p. quæst. 906. per totam, & facit textus in d. l. item si verberatum, ff. de rei vindicatione, & in l. Lucius, ff. de euictionibus, l. quod semel, ff. de decretis ab ordine faciendis, & mirè, de iure nostro probat, l. 31. tit. 18. partit. 3. vbi Greg. Lopez, verbo *a otro*, & l. 2. tit. 1. part. 2.

Denique non obstat vulgare illud axio- 30. ma: contractus Principum vim legis habere, de quo supra num. 7. nam lex prima de constit. Principum, & §. sed quod Principi, de iure naturali nihil ad rem pertinent, quia loquuntur de voluntate Principis, quæ respicit ad legem condendam, vt pluribus adductis notauit Mendoza lib. 1. de pactis, quæst. 2. num. 14. cum sequent. nec magis fauet l. Cæsar 15. ff. de publican. & vectigalibus: nam omiffa emendatione Rodulfi Fornerij lib. 1. selectionum, cap. 25. qui pro verbo, *Cæsar*, reposuit *Censor*, & illud verbum legem retulit ad censoriam, dicendum est ibi *legem accipi oportere pro pacto, vel conditione*, vt in l. si ita quis 135. §. ea lege, ff. de verb. obligat. l. ea lege, Cod. de conditione ob causam, l. 1. §. si conuenerit, ff. depositi cum multis aliis, & notarunt glossa, & Bart. in dict. leg. C 2 Cæsar

Caspar, D. Madera lib. singulari animaduersionum, cap. 35. num. 13. Emanuel Suarez in annotat. ad Antonium Gomez lib. 2. variar. cap. 1. lit. A. Ofualdus dict. lib. 12. comment. Donelli cap. 21. in notatis ad finem, lit. Z.

31. Nec etiam obstabit textus in l. penultima, Cod. de donation. in his verbis: *utpote Imperialibus contractibus vicem legis obtinentibus*, quia quando lex consideratur, quæ æqualiter respicit Principem, ut subditos, tunc non censetur derogare legi ex contractu, quem contra illam fecerit, ut notauimus allegatione 4. per totam: at verò si lex non conueniat Principi, nec eius dignitati, quia lege non ligatur, contractus illius vicem legis habebunt, ut ex Aristotele lib. 3. Ethicorum, cap. 9. considerat Suarez lib. 3. de legibus, cap. 35. num. 2. & nos alibi latè probauimus dict. allegat. 4. num. 10.

32. Vnde explicanda est dicta lex penultima, vt donatio inter Principem, & Augustam eius uxorem valeat, & plenissimam habeat firmitudinem, non ex eo, quod Princeps deroget legem donatione, sed quia ea non tenetur, & indecens foret, miserima, & quodam modo seruilis Regum conditio, si inter viuos donare non possent, cum nihil magis Principum sit proprium, quam liberalitas, vt tradit Cicero lib. 1. de officiis, ibi: *liberalitate nihil est natura hominis accommodatius, nihilque imperantibus proprius*, & Salustius in Iugurtino, ibi: *minus flagitiosum est imperantes vinci armis & viribus, quam vinci munificentiâ*, &c. & considerat Alberic. in dict. leg. penult. num. 4. in fine, & Palac. Rubric. in repetitionibus rubricæ, §. 8. & 9. de donat. inter.



ALLEGATIO IV.

Legum abrogatio non fit ex contractu Principis.

1. Princeps ut potest leges condere, ita abrogare.
2. Princeps non potest sibi legem imponere, à qua recedere non liceat.
l. si quis in principio testamenti 23. ff. de leg. 3.
Imperare sibi aut prohibere nemo potest.
l. si de re sua. ff. de arbitris.
3. I. quidam consulebant. ff. de re iudic.
4. I. donationes quas Diuus. Cod. de donat. inter.
5. Princeps videtur iura habere in scrinio petitoris.

- l. omnium. C. de testament.*
6. Dispensatio legum non facile inducenda.
 7. Principes supremi subiiciuntur iuri diuino & rationi naturali.
§. sed naturalia. insitit de iur. nat.
 8. Principes supremi subiiciuntur rationi naturali.
 9. Princeps non obligatur legibus vi coactiua.
l. Princeps legibus. ff. de legibus.
 10. Princeps nec vi directiua legis obligatur quando non conuenit eius statui.
 11. Princeps etsi habeat personam publicam, tamen priuatam representat cum contrahit.
l. i. ff. de officio Consul.
l. si Consul. ff. de adopt.
 12. Princeps subditis debet exemplum præbere.
cap. 5. D. Matthæi explicatur.
 13. Princeps tenetur ad obseruantiam legum, quibus pretia taxauit, aliàs peccabit.
 14. Caput debet membris conformari.
 15. Superiores debent se conformare subditis.
 16. Princeps debet seruare pretium legale in constitutione census.
 17. Princeps tenetur in contractibus suas leges seruare.
 18. Princeps qui in vendendo excedit pretium à se taxatum, tenetur ad restitutionem.
 19. Leges non sunt facile mutanda.
 20. Princeps tenetur ad obseruantiam legum, quæ inducunt contractuum æqualitatem.
 21. Princeps contrahendo non potest se eximere à legibus quæ de contractibus disponunt.
l. i. ff. de rebus eorum.
 22. Obligatus non censetur qui potest sine causa ab obligatione recedere.
l. sub hac conditione. ff. de obligation. & action.
 23. Dispensatio legis sine causa nulla est.
 24. Legis abrogationis vel dispensationis differentia.
 25. Dispensatio legis, quæ permittitur subdito ut vendat carius quam valet, iniusta est.
 26. Princeps peccat mortaliter dispensando secum in lege sine causa.
 27. Princeps non videtur facere derogationem legum in dubio, si facit pactum contra illos.
l. nemo potest. ff. de legat. 1.
l. cum lex 47. ff. de fideiussorib.
l. 32. tit. 9. p. 6.
 28. Lex prohibitiua renuntari non potest.
l. 5. tit. 15. lib. 5. Recopil.
 29. Princeps non videtur dispensare in lege, contrahendo

contrahendo contra illam nisi ad sit iusta causa, & exprimat legis abrogationem.

Princeps non videtur dispensare in lege quæ habet decretum irritans etiam adiectâ clausulâ non obstantibus, nisi specialiter exprimat.

Clausula non obstantibus, non operatur in præiudicium tertij.

31. Decretum irritans leges, ligat ipsum Principem, nisi expresse deroget.
cap. pen. de præbend. lib. 6.

Princeps, an videatur face re dispensationem, vel abrogationem legum, quando contra leges contrahit, & quomodo ea facta induci possit vel non.

PRINCIPEM posse vt leges condere, ita abrogare, siue generaliter, vel in casu speciali cum lege dispensando. tradiderunt glossa, in l. fin. Cod. si contra ius, vel utilitatem publicam. Ifernia in cap. naturales, n. 1. in fine, si de feudo defuncti fuerit contr. Ant. Petra de potestate Principum, cap. 3. quæst. 3. num. 82. Salas de legibus disput. 20. sect. 3. n. 16. & alij plures quos refert Castro, in operibus moralibus, tract. 3. disput. 6. punct. 4. n. 1.

2. Vnde quando Princeps, contra legem contractum fecerit, cum possit in lege dispensare, quoad eum contractum legem abrogatam censerit, quia non potest sibi legem imponere Princeps, à qua recedere non liceat argumento, l. si quis in principio testamenti, 23. ff. de legat. 3. Castrensis in l. digna vox, n. 4. Cod. de legibus Alexander vol. 6. consil. 224. num. 6. Sarmiento, lib. 3. Selectarum, cap. 14. num. 8. Puteus lib. 1. decif. 52. num. 4. quia nullus sibi ipsi imperare aut prohibere potest l. si de re sua, ff. de arbitris.

3. Et ideo Principem quando contractum fecerit aut aliquid concedit contra legem videri eam derogare, & dispensationem inducere videtur expresse probari ex, l. quidam consulebant, ff. de re iudicata, vbi cum Princeps elegerit minorem, ad munus iudicandi, eo ipso censetur dispensare cum prohibitione minoris ætatis, vbi notarunt Bart. & Castr. Alex. in l. cum lege ff. de arbitris; adde Cuiacium lib. 17. obseruatio. cap. 34. Menoch. lib. 2. præsumpt. 20. num. 8. plurimos refert, D. Amaya, in l. 2. Cod. Si. seruus aut libertus, num. 29.

4. Iuuat l. donationes quas diuus. Cod. de

donat. inter. vbi donationes factæ ab Imperatore in fauorem vxoris suæ, sustinentur non obstante eius tituli prohibitione, quia cum ea videtur Princeps dispensare, notant Doctores in cis iuribus & post plures quos de hac re notauimus alibi, videndus Ifernia in cap. 1. tit. quid sit inuestitura, post num. 3. vetf. non obstat, Ponte lib. 1. conf. 55. num. 20. & 21. Menoch. lib. 3. præsumptione 44. num. 18. & 19. Alex. vol. 6. consil. 111. num. 4. & 5. Antonius Petra de potestate Principis cap. 24. num. 217. Pinellus in l. 2. Cod. de rescind. 3. p. cap. 4. num. 35. Aimon Craueta lib. 5. conf. 98. num. 10. Antonius Gabriel 3. tomo communium titulo, de præsumpt. conclus. 8. num. 2. Mascardus de probat. conclus. 845. n. 23. & faciunt quæ tradit I. Itaphileus de literis gratiæ, titulo de effectu clausularum, §. subsequenter, statim post principium num. 14.

Et licet hoc limitandum, quando Princeps ignoraret defectum, aut quando dubium esset, an sciret, Antonius Gabriel dict. conclus. 8. num. 15. Romanus consil. 216. n. 7. & alijs relatis probauit Sanchez lib. 8. de matrimonio, disputatione 4. num. 11. tamen id non potest in hoc casu locum habere, quia procedit quando princeps factum ignorare potest, videlicet defectum personæ, aut quid simile, non verò in legum suarum, ignorantia, quia ea præsumi non oportet in Principe, quia præsumitur omnia iura in scrutinio Pectoris habere; l. omnium Cod. de testamentis, iunctis quæ notarunt Riminaldus in §. 1. iust. de donatio, num. 189. & 338. Surdus decif. 128. n. 1. Boherius decif. 118. & quod ex Iafone Socino, Misingerio, Angelo, Sixtino, & alijs notauit Nerius in d. l. omnium.

Verumtamen prædictis non obstantibus 6. dicendum est Principem suis legibus obligari, & non facile esse earum dispensationem inducendam: quod vt facilius percipiatur, & huius rei vera resolutio, & generalis statui possit, aliquibus notandis rem constituam.

Primum sine controuersa est, Reges & Principes supremos subiici iuri diuino, & naturali Zasius, & Marius Salamancus in repet. ad legem, Princeps uterque, numero 3. & Ioannes Orosius nu. 6. ff. de legibus, Minchaca controuersiarum illustrium, lib. 1. cap. 26. num. 15. Ioannes Carrosius lib. 2. Miscellanearum, cap. 16. num. 8. circa principium, & num. 10. Mexia ad pragmaticam panis, conclusio 1. num. 112. cum sequent. Celsus Hugo loquutus etiam de iure gentium, conf. 26. num. 30. post principium, Antonius Petra de potestat. Principis, cap. 3. quæst. 3. à num. 75. Matienzo in l. 3. gloss. 2. num. 4. titulo 10. lib. 5. compilat. notatur in §. sed & naturalia

quidem iura, instir. de iure naturali gentium, & ciuili, constatque apud omnes infra referendos.

8. Secundum: etiam statuendum est illud esse absque controuersia, Principes similiter subiaci rationi naturali; nam eo ipso quod reliquis præest, non debet excipi à ratione naturali, imò magis in eo debet præcedere vt subditi imitentur, Baldus in l. 2. num. 40. Cod. de seruitutibus, & aqua, & in cap. 1. §. vit. qui feudum dare possunt, Tiraquellus de retractu lignag. §. 1. glossa 1. num. 39. Aimon Craueta post Romanum Iasonem, & Calca-neum, quos refert de antiquit. tempor. p. 1. in princip. num. 46. Rolandus à Valle conf. 13. num. 34. & sequentibus, vol. 3. Cardin. Thufcus Practicarum, lit. L, conclus. 267. num. 3. & tom. 7. verbo *statutum*, conclus. 448. num. 15. Couarr. in cap. *alma mater*, 1. p. relectionis, §. 1. num. 4. ad fin. de septentia excommunicationis in 6. Petra dict. c. 3. q. 3. n. 80. ad finem, & num. 81.
9. Tertium: illud etiam certum est, leges iuris positivi non obligare Principem vi coactiuâ, cum à nullo cogi possit, nec compelli qui superiorem non recognoscit, Albericus & omnes interpretes cõmuniter in l. *Princeps legibus*, ff. de legibus. Gregorius Lopez glossa 1. verbo *guardar debe el Rey*, in l. 16. tit. 1. p. 1. Canonistæ in cap. *cum omnes*, de constitutionibus, vbi Andreas ab Exea num. 65. & ex num. 196. Ancharanus in cap. 1. eiusdem tituli, num. 5. & Ferretus eodem num. acrumfius num. 48. & 52. Diuus Thomas & Theologus l. 2. q. 96. art. 5. ad tertium *augmentum*, eleganter Franciscus Suarez lib. 3. de legibus, cap. 35. num. 15. cum aliis Fachinæus lib. 1. controuersiarum iuris, c. 2. Vasquez, Bellomontanus 2. tomo ad 1. 2. Diui Thomæ disput. 167. c. 1. & 2. copiosè Salas Iesuita de legibus, disput. 14. sectione 1. num. 17. Matienzo num. 1. vbi supra, Petrus Gregorius, Connanus, Corrañus, Æquinarius, Baro, Iuenteius, Cuiacius, Gothofredus, Fachineus, Minchaca, Antonius Faber, Mathicafius, Turaminus, Zasius, Theullerus, Curtius, Brissonius, Muretus, & alij Politici, qui & plures adducunt, refert Ofuardus ad Donellum lib. 1. comment. c. 17. in nota, lit. A, & B, Menochius, Mendoza, Mantua, Buchardus, Gueuara, Anastasius, Germonius, & pluribus, Morla in emporio iuris, titulo de legibus, quæst. 1.
10. Quartum: nõ solum vi coactiuâ, sed etiam nec directiuâ leges videntur ligare Principem, quando non conueniunt eius dignitatis vt eum pertinent ad rem sumptuariam in vestibus, & aliis rebus, de armis, formulis, & solemnitatibus, quæ Principes non decent,

vt notarunt Orofius in d. l. *Princeps legibus*, num. 9. Soto de iustitia & iure lib. 1. quæst. 6. art. 7. col. penult. quem transcripsit Matienzo dictâ glossa 2. num. 3. eis verbis: *Quando autem statuimus Principem legibus subditi suis, intelligimus de legibus, quæ ex æquo ad ipsum perinde atque ad subditos spectant. Rex præcepit neminem gladio succincto incedere, aut sericis indutum; non est par ratio cur ipse eisdem abstineat.* Leonardus Lessius lib. 2. eiusdem tractatus, cap. 35. dubio 5. optimè Vasquez dictâ disput. 167. c. 3. num. 23. Salas vbi supra, n. 9. ad finem; & Marius Salomonius n. 4. dicens: *Sunt tamen quedam leges quæ aliis omnino dicuntur, vt ne quis cum telo incedat, ne quis alea ludat, ne noctu eatur, ne purpurâ vestiatur, & huiusmodi innumerabilibus.*

Quintum: reliquæ leges quæ pertinent ad iustitiam, æqualitatem contractuum, & optimum regimen, etiam debent Principes ligare: nam cum quoque contractus æqualis cum subditis censeretur, & publicæ personæ & Regalia personam exuat, & priuatam induat, Princeps cum contrahit, vt argumento legis primæ, ff. de officio Consulibus, l. *si Consul*, ff. de adoptionibus, probauit Laurætius, Syluanus consil. 34. num. 28. Thomas Grammaticus decis. 65. num. 26. Peregrinus de iure fisci, lib. 1. tit. 3. num. 44. Morosius responso 5. num. 12. Paschalius de viribus patriæ potest. 4. p. c. n. 52. cum Zasio, Cuiacio, Petro Gregorio, Minchaca, Cabotio, Gaillio, Velasco, Emanuele, Suarez, D. Gregorio, Madera, Tiraquello, Deciano, & aliis ex Politicis Ofualdus ad Donellum lib. 12. comment. cap. 22. in notatis lit. Z, meritò prædictis legibus quæ moderationem & iustitiam pretij respiciunt, teneri oportet.

Et multò magis cum debeat subditis 12. exemplum præbere, quia nullus superiorum exemplo iustus efficacior, vt omnes Politici testantur: & de hac Diuus Thomas, & eius Schola 1. 2. quæst. 96. artic. 5. ad tertium, & Canonistæ communiter in locis iam relatis & iuris Doctores in l. *digna vox*, & in dict. l. *Princeps*, vbi Marius Salomonius num. 4. inter alia inquit: *Omnibus illis solutus non est legibus, quibus à se non seruatis Respublica laeditur aut honestas: & si verum amamus pluribus & arctioribus tenetur Princeps legibus, quam priuatus aliquis.* Connanus dicit c. 16. num. 10. ibi: *Exemplo enim longè grauius peccat quidquid peccat, quod ad eius similitudinem popularium ferè mores conformantur*, Soto & Couarr. vbi supra.

Et mirè condicit illud diui Matthei ca. p. 13. 6. versiculo 18. *Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut Prophetas, non veni soluere, sed adimplere*; & postea inquit: *Iota unum, aut*

unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Vbi Maldonatus tradit, ideo Christum supremum Principem dixisse, vt qui legem diligentissimè obseruatur suo exemplo quantum vellet discipulos suos legis obseruatores esse ostenderet: nec ille vt Princeps, nec qui de eius familia discipuli, (vt moris est apud Principes sæculi) legibus soluti censerentur, ex D. Chryostomo de passione Domini, tom. 3. nouiter notauit pater Velazquez de optimo Principe lib. 4. annotatione 2. num. 5.

14. Et vt ad legum obseruantiam Princeps teneatur, Emanuel Rodriguez quæst. regulari 68. art. 3. num. 1. Victoria, Caietanus, & Antoninus Conradus & Syluester, Abulensis, Nauarrus, & Turcremata cumulati à Suarez dict. lib. 3. cap. 35. num. 4. qui videntur etiam num. 6. ibi: *Quod si fortasse in eo augeatur propter circumstantiam persona, ad summum id erit ratione scandali: & infra n. 8. Si Rex statuit legem taxantem pretium rei, & ipse vt dominus charius vendat, peccat contra iustitiam, & tenetur ad restitutionem ex communi sententia.* Ac rursus num. 26. *Posse legislatorem sua lege obligari, quia fert legem vt minister Dei, cuius auctoritas in illa obligatione interuenit, & quamuis non possit Princeps obligari lege sua tanquam præcepto directe sibi imposto: potest nihilominus obligari præcepto à se lato pro tota communitate, cuius ipse est pars, quia per tale præceptum constituitur certa regula virtutis, quam ipse ex vi rationis naturalis sequitur, tenetur, quia ita præscriptum est ab auctore talis potestatis. Vnde alij dicunt, quod licet idem non possit sibi ipsi imperare, tamen idem vt minister Dei potest se vt hominem obligare lege à se lata, quia operatur per iurisdictionem aliquo modo diuinam, id est, à Deo acceptam, quæ potest habere hanc efficaciam in ipsum habentem, quatenus innitur diuina potestati à qua emanat, quod in idem redit, nam eodem modo ex eisdem principijs explicandum est.*

15. Grauius, & egregiè Vasquez dict. cap. 3. num. 17. cuius hæc sunt verba: *Communis & vera opinio fert Principes habentes absolutam potestatem condendi leges, non minus esse subditos suis legibus, quod attinet ad vim dirigentem, hoc est, non minus eis parere debere, quam debet quicumque alius inferior: & ita non minus peccare si illas transgrediantur, quam si vere inferiores essent.* Et postquam hoc comprobauit auctoritate canonum, & iurium, & diui Ihsidori, ac diui Thomæ, & aliorum, subdit num. 19. *Sicut ius naturæ præcipit, vt inferiores superiorum mandatis, & præceptis obediunt, & ad illa se conformant; illis enim non obedire magna esset in corpore mystico. Reipu-*

blicæ dissonantia cum suo capite: Eodem modo ratione naturali constat Principem vitæ, & moribus cum reliquo corpore conuenire debere; quod si sua etiam statuta, & leges non obseruaret, sed ipse alio iure viveret, quam populus, multum à reliquo corpore Reipublicæ discordaret: & rectè rationis regulam non teneret, id quod in detrimentum quoque Reipublicæ, & rectæ gubernationis cederet: & infra num. 23. *Cum diximus legem latam à Principe obseruandam esse, necessario ab ipso intelligendum est, quando res, quæ lege præcipitur, statui ipsius Principis etiam conuenit, vt si pretia iusta fructibus Princeps imponat, ipsos etiam Regis fructus lex ipsa comprehendat, quia non videtur ratio iniustitiæ postulare magis, vt à ciuibus ea pretia obseruentur, quam à Principe.*

Felicianus tomo 1. de censibus lib. 2. c. 1. 16. in fine ibi: *Accedit quoque non inelegans ratio, quod non excedere à lege præsumitur pretium, non solum est iuris humani, sed etiam diuini, & naturalis, præcipientis rem nec emi, nec vendi minoris iusto pretio: lex autem diuina, & naturalis, quæ vniuersalis est, omnes ligat, clericos, & non clericos, Reges, Imperatores, omnemque mundi creaturam. Latissimè Salas, dictâ disputatione 14. sect. 2. vbi à numero 8. plura congerit, & sub num. 10. prope finem inquit: *Sicut ius natura præcipit, vt inferiores superioribus obediunt, & sic se conformant cum suo capite: ita præcipit vt superiores obseruent leges proprias, & sic se conformant subditis: turpe enim est caput, & membra non conformari; & infra: *Authoritas Principis à Deo est, cuius Princeps est Minister, nõ autem mirum est quod authoritate Dei se ipsum obliget: potest ergo legibus propriis esse subiectus. Atque iterum num. 17. post principium: *Quædam tamen sunt leges propriæ, quæ si non seruet Princeps, peccabit contra iustitiam vt taxantes pretium rerum, quia ex iustitia tenetur seruare pretium iustum, commune non solum naturale, sed etiam legale. Et tandem in finalibus verbis eiusdem numeri: *Principem non posse eximere se à lege propriâ quamuis posset alium eximere, nam in Principem tanquam in Exemplar omnium oculi sunt iuncti. Vnde se omnino eximere à lege, esset in perniciem Reipublicæ, & contra legem naturæ: Patere legem quam ipse tuleris.*****

17. Velazquez de Auendaño de censibus Hispaniæ, cap. 2. num. 24. ibi: *Nouiter ponderatur vt neque Princeps possit vendere prædicta iura minori pretio quam ad rationem quatuordecim pro vno: quia licet regulariter lex Principem conditorè non comprehendat. l. Princeps legibus, ff. de legibus, hoc intelligitur secundum communem scholam coactiuè, directiuè tamen ipsum comprehendit: cum igitur, l. 6. pretium individuum*

indivisiu & legale consibus, à priuatis creandis designauerit, & iustitiam pretij Principem comprehendere iustum sit, ut alibi latius dicendum erit, merito lex census, comprehendens priuatos, & simul ius comprehendens Regem ipsum, à quo iura ipsa venduntur. Henríquez in summa lib. 7. de indulgentiis. cap. 32. num. 3. Scholio incipienti, Quia Princeps, pag. 582.

18 Doctè quidem, & perbellè Mendoza, lib. 1. disputationum, iuris ciuilibus cap. 5. quæst. 2. videndus num. 2. in veris. secundo aduerto, & postmodum num. 6. pag. 175. ibi, quibus sic suppositis, Biantis vniuersi septem Græcis Philosophi præstantissimi instituta sequuntur. adducta quæstioni respondemus, quod Princeps subicitur suæ legi, tanquam quilibet priuatus eius subditus; cum eadem in eo quæ in subditis obediendi fuerit ratio: ille enim solum cum verè Principem opinatur, qui patrius legibus institutis, se primus omnium subiecerit gubernandum, ut refert Calius Rodiginus, lib. 7. lectionum antiquarum cap. 1. & sic si contrahit tenebitur leges à suis antecessoribus latas ab eorū constitutionibus seruare.

19. Nec poterit secundum exempla supra posita pactum quodcumque nudum, seu promissionem mutare, cum secundum sententiam Ifoeratis in oratione ad Nicoclem Regem: Oratio vel vox Principis ad fidem faciendam plus momenti habeat, quam expressum aliorum iusurandum; nec quidem debet modium tritici assè vno pluri quam communis sit æstimatio secundum legem vendere, nec ex malitia sua egrediendo terminos suæ potestatis cõmodum reputet: quod si aliquando fecerit, ad restitutionem in animæ iudicio eorum omnium quæ præscriptum pretium excedant, tenebitur, ex supra relatis.

20. Sextum: deinde notandum est, & quod nostram definit quæstionem, ut quamuis Princeps supremus habeat facultatem abrogandi leges suas & prædecessorum; ita ut id generaliter faciat, & iuxta quod Reipublicæ expediret ad optimam regendi rationem, & subditorum vtilitatem, sed eas non facile mutandas esse, & ex Cleonis sententia meliorem esse statum Reipublicæ quæ legibus vitur deterioribus, sed firmis, quàm ea Reipublica quæ frequenter leges commutat, ut ex Tertulliano, Diuo Hieronymo, & aliis probauit Pater Vasquez de optimo Principe lib. 4. adnotatione 2. num. 1. & solum quando iniquæ leges reddat, & Reipublicæ expediat, tunc mutandæ, ideo non poterit legibus derogare sine causa ex sua potestate quoad seipsum in casibus specialibus, & contractibus suis legibus in vi & robore ma-

nentibus quoad alios; nam tunc nec derogatio legum videretur induci, & licet facta esset, ut iniusta non teneret. Et nota quod tradit Azor. lib. 5. institut. moralium cap. 15. q. 2. Longè diuersam esse rationem de excipiendo aliquem à lege quàm est de abroganda, vel deroganda, quoniam ad aliquem lege soluendum, causa iusta requiritur, ne pars à toto sine causa dissentiat, sed ad legem ex toto vel ex parte abolendam sola Principis sufficit voluntas, quæ est constituta.

Et certum est principium & irrefragabile, 21. Principem teneri ad obseruantiam legum, quæ iustum pretium statuunt, & ad æqualitatem contractuum, & cum id certum sit non magis erit velle Principem posse dispensare in suis contractibus, quàm velle album & nigrum in eodem subiecto considerare, & velle sustinere in Principe; quæ perplexa & incompatibilia considerantur, quia nihil magis pugnat obseruantia legum & contractuum æqualitati, quàm seipsum per dispensationem à lege eximere, vt notauit Petra de potestate Principis, cap. 3. quæst. 3. num. 29. ibi: Princeps enim non potest se cum dispensare in perplexitate, quia etsi Deus noster omnipotens non potest ea quæ implicant contradictionem secundum Theologos, ut concludit Bald. in d. l. eam quam, num. 34. Cod. de fidei commissis, & latius Iafon in l. si ita legatum, in princ. sub n. 1. ff. de legat. 1. & c.

Conducunt verba finalia textus in l. 1. ff. 22. de rebus eorum; nam ubi dominium (inquit) quæsitum est minori, caput non posse obligari, ita Princeps eo ipso quo contrahit, caput non posse à lege se eximere. Quam conclusionem absolute sequuntur Fortunius, Garcia in repet. ad l. Gallus, §. quid si tantum, ff. de liberis & posthumis, num. 295. & duobus sequentibus, & Minchaca controuers. illustrium lib. 1. cap. 25. num. 16. & cap. 26. num. 20. & 29; Mendoza in loco supra proximè relato, numero 35. Ludouicus Gozadin consil. 2. n. 14. Guidonis Papæ decis. 140. Hippolytus Martij, in l. 1. §. Præterea, num. 99. ff. de quæstionibus, Seraphinus de priuilegiis iuramenti, priuilegio 94. num. 6. Stephanus Gracianus 2. tomo disceptationum forensium cap. 280. n. 4. Philippus Decius consil. 602. num. 16. & consil. 603. num. 9. Hieronymus Gratus conf. 60. num. 27. lib. 1. & consil. 1. num. 44. lib. 2. Iafon consil. 8. inter feudalia, Ioannes Neui-canus consil. 12. num. 143. & Iacob. de Leomedis conf. 117. num. 313. Menoch. consil. 15. num. etiam 15. volum. 1. Laurent. de Pinu consil. 2. num. 16. P. Gabriel Vasquez in dicto tomo de legibus, ad quæstionem 97. artic. 4. disput. 178. de abrogatione legis, c. 4. per totum, pag. 332.

Sed

23. Sed expendendus ipse Vasquez num. 23. in illis verbis: Ipse legislator etiam si sibi subditus non sit, hoc ipso quod alius præceptum imponit, eadem lege tenetur, idemque opere exequi debet, quod aliis iniungit: Ergo non potest pro voluntate sine causa rationabili à tali obligatione se ipsum absoluerè, ac perinde nec secum dispensare, nam si ex sua voluntate absque alia iusta causa liberè penderet se ipsum à lege sua liberare, nunquam posset sua lege teneri: qui enim potest ut libet contra aliquam legem sine culpa operari, non potest illa villo modo teneri cui suffragatur l. sub hac, ff. de actionibus & obligationibus, Sub hac conditione, si volam, nulla sit obligatio: pro non dicto enim est quod dare nisi si velis, cogi non possit.

24. Et paulò post tradit Vasquez num. 24. ibi: Ratio ipsa æquiritatis demonstrat inhonestum esse caput membrum non concordare, atque ideo dispensatio quam sibi concederet legislator sine causa, nullius esset effectus, nec à peccato eum excusaret, quia semper perseueraret causa obligationis, nempe ut ipse non seruans legem à toto corpore discordaret. Et num. 25. ibi: Non minus irritum esset id quod sit & contra legem tali obtenta dispensatione, quasi nulla dispensatio concessa esset: etenim ut supra ostensum est, non potest legislator pro voluntate sua sine causa legitima absoluerè se ipsum ab obligatione sue legis, quæ præcipit aliquid, aut prohibet, ac perinde non potest quemquam alium inferiorem sine causa ab hac legis obligatione liberare, ita ut deinceps vti possit vterque dispensatione sine peccato: ergo eadem ratione non poterit se ipsum pro sua voluntate sola, sine causa eximere à lege sua irritante contractum, vel aliquid huiusmodi, ac proinde nec quemquam alium sibi inferiorem; ita ut concessa dispensatione sine causa firmus & validus fiat contractus; nam quemadmodum obligat lex quæ aliquid præcipit, aut prohibet, nec dispensatione concessa sine causa potest quis sine peccato facere contra legem eodem modo lex irritans contractum, obligare debet ad hoc ut factum non teneat, ita ut concessa dispensatione sine causa non minus obliget quàm antea: sicut enim lex præcipiens aut prohibens obligat etiam post obtentam dispensationem sine causa, ne caput aut aliquod membrum dissonet toti corpori, & ideo manet adhuc præceptum prohibens respectu illius cui concessa est dispensatio sine causa; eadem ratione obligare & manere debet lex irritans contractum, vel actum aliquem, quia huius legis obligatio est hæc, ut irritet factum, sicut eius etiam est, ut transgressores obliget ad peccatum.

25. Et in num. 26. ait: Cum eadem ratio sit obligandi in lege ad peccatum, & irritandi actum, & in utroque caput cum membrum, & vnum membrum cum alio conuenire debeat; & num. Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. Pars I.

29. Sicut ille qui transgreditur præceptum Superioris, quandiu præceptum verè manet respectu illius, non solum peccat contra ius naturale, sed etiam contra humanum præceptum, in quo ratio naturalis præcipit obediendum esse: ita etiam qui obtenta dispensatione sine causa, si adhuc manet constitutio respectu illius, operatur contra illam, peccabit non solum contra iudicium illud naturale, sed etiam contra constitutionem ipsam. Et numero 31. satisfacit contrario argumento in hunc modum: Hinc etiam patet solutio argumenti cuiusdam, quod de sumptum est ex obligatione legis: constat enim ex dictis diuersam esse rationem abrogationis legis, & dispensationis: nam abrogatio legis talis est, ut nullo modo maneat lex, neque præceptum respectu aliquis; & ita licet peccatum sit legem sine causa abrogare, tamen facta abrogatione nullus peccat contra legem, neque factum irritum est, quia non manet lex villo modo: concessa autem dispensatione vni sine causa, manet lex respectu aliorum, & consequenter manere debet respectu eius, cum quo sine causa dispensatum est, ut probauimus, & ita non minus tunc ille efficiet contra legem, quasi dispensatio ei concessa non esset.

Pater Suarez lib. 6. de legibus, cap. 19. in nostris terminis idem probat, & multa digna ponderationis refert, vt patet num. 5. ibi: Si Princeps possit valide dispensare cum subdito sine causa, & pro sua voluntate, ergo multò magis secum, quia sicut in voluntate sua posita est lex respectu aliorum, ita & respectu sui: ergo eadem absolutà voluntate poterit à subditos consequens est falsum, aliis Princeps nunquam obligaretur illa, quia obligatio quæ sine causa, & propria voluntate tolli potest, nulla profecto est, vel nullius momenti: & infra numero 7. Non est autem in potestate mea promittere, & non me obligare: Sic ergo licet in voluntate legislatoris sit ponere, vel auferre legem, tamen si vult per legem obligare totam communitatem, non potest, etiam si velit, eximere aliquem ab efficacia legis sine causa, quia lex per se primò respicit communitatem, & ideo quamdiu durat, necessariò est, quasi naturaliter, seu ex vi huius iuris natura obliget omnes, qui sunt de communitate, & uniformiter participant causam, seu rationem legis: ergo exemptio ab illa obligatione iam non potest effici solà voluntate sed per potestatem dispensatiuam, quæ respicit causam, nam quemadmodum leditur ius natura sine causa diminuendo obligationem legis perseuerante lege, in quo cernitur clara differentia inter abrogationem, vel dispensationem legis; nam per abrogationem tollitur omnino lex, & ideo licet irrationabili-

D ter

ter fiat, valet, quia legem esse, vel non esse absolute pendet à voluntate legislatoris: at verò per dispensationem non tollitur lex, sed manente lege per talem dispensationem fieri tenentur, ut obligatio legis non uniformiter descendat ad eos, in quibus eadem causa, & ratio reperitur, quod est contra legem naturalem. Et numero 10 tradit: iniustam esse dispensationem, & nullam, qua permittitur subdito, ut vendat rem carius, quam valet secundum communem estimationem.

27. Et n. 15, disputat an Princeps possit secum dispensare, & tradit ut licet respectu vassalli regulariter non sit nulla dispensatio, & quando subditus vtendo dispensatione peccat venialiter, in Principe legiflatore tradit esse peccatum mortale dispensando secum absque iusta causa, & teneri illam dispensationem reuocare, & quoties voluntarie in ea permanet peccatum profectur, & repetit, & tradit. hæc verba: *Nec est mirum quod in hoc sit maius grauamen Principis quam subditi, quia Princeps tenetur ex officio, & ex iustitia distributiva vitare illam improperationem qua est in tali dispensatione, quã obligatione subditus non tenetur.* Et tandem concludit. num. 17. ibi: *Hoc igitur veriori principio supposito, consequenter dicendum est dispensationem quam sibi legislator concedit in lege sine causa iusta nullam esse, nullumque effectum in ipso habere probatur, quia per dispensationem datam sine causa, non augetur obligatio iuris naturalis, sed obligatio Principis ad obseruantiam legis suæ, & de iure naturali, & non à voluntate humana, & cum non auferatur per dispensationem, ergo valida non est.*

28. Faciunt plura quæ supra notauimus, n. 12. & frustra Principem teneri vi directiuã ad obseruantiam suarum legum statuere, si eo ipso quo pactum contra legem faceret, videretur legem derogare: nulla enim esset obligatio seruandilleges, si absque causa posset illas excludere, cum magis quam subditi, ut sæpius diximus, ad obseruantiam legum Princeps dirigatur. Tiberius Decianus vol. 1. conf. 25. num. 26. & regulariter nemo facere potest quin leges in suis actibus locum habeant, Inemo potest, de legat. 1. l. cum Rex 47. de fideiussor. l. 32. tit. 9. p. 6. nam quoties non est iusta causa quæ Principem eximat à priuatis, ex qua iuste procedat dispensatio, velut Priuatus, Princeps habebitur, ut similiter ratione naturali, & vi directiuã leges obseruare teneatur.

29. Præfertim quando lex fuerit prohibitiua, quia tunc quemadmodum nec potest renunciari, nec proderit etiam si eius renunciatio fiat, glossa communiter recepta in l.

1. verbo, *vir uxori*, Cod. ne fideiussores dotium dentur, & in l. à diuo Pio. 58. ff. de ritu nuptiarum Bartolus, & Paulus in l. de his. 6. ff. de transactionibus, Finguellus de primogenitura q. 24. num. 9. Antonius Gomez in l. 50. Tauri, n. 26. ad medium: & expresse id deciditur in iure nostro. l. 5. tit. 15. li. 5. Recop. agnoscunt Matienzo in ea glossa 1. & Azeuedo num. 6. ita nec contrahendo tacite ei censetur derogari, quæ expresse renuntia-ri non valet.

Vnde apparet regulariter Principem non videri dispensare in lege etiam si contra illam contractum fecerit, nisi quando certus de eius prohibitione, ex iusta causa contra legem fecerit contractum: quia eo casu procedit opinio omnium Doctorum, qui tenuerunt Principem tacite videri dispensare, quando contra legem fecerit contractum: nam id procedit iuxta quod notauimus ex Thoma Sanchez dicto lib. 8. de matrimonio, disputat. 4. à num. 2. & magis locum habet, quando lex habuerit decretum irritans, quod in contrarium factum sit, quia tunc etiam si in contractu clausulæ adiciantur derogatoriæ legum, eis verbis: *Non obstantibus legibus in contrarium*: nam tunc ea clausula derogatoria non comprehendit leges, vel constitutiones, in quibus est decretum, quod irritat, quod contra factum cap. penultimo de Capellis Monachorum, cap. eam te, de ætate, & qualitate, c. nonnulli de rescriptis, & ibi Felinus num. 2. versic. & nota, Decius in leg. certum. num. 4. ff. si certum petatur, & consil. 373. ad finem: & post alios Seraphinus de priuilegiis iuramenti, priuilegio 21. num. 24. & Parisius lib. 4. conf. 42. n. 15. ex pluribus quos refert & sequitur Marefcot. lib. 2. variarum, cap. 38. n. 41. & sequent. quibus addendus est Cæsar Barcius decis. 117. num. 35. vbi tradit prædictam clausulam non obstantibus, non operari in præiudicium tertij: quibus adde plura quæ innumeris relatis notauit Barbosa de clausulis vsu frequentibus, clausula, 82. vsque 89.

Et quoties in lege est decretum quod irritat contra factum, illud decretum ligat etiam Principem, & per contrariam dispositionem nisi expressa sit derogatio talis decreti facta non censetur, ut probat textus, in c. penultimo de præbendis in 6. & ibi notat Lopus, & Geminianus, n. 10. eis verbis: *Quæro quos afficiat decretum Papæ? solutio, dicit capitulum quod non solum afficit manus inferiorum à Papæ sed etiam afficit manus Papæ & executorem ipsius nisi aliud exprimat: & hoc probat iste textus, & Clement. 1. de concessione Præbenda secundum quod nota.* Et idem tenuit Parisius lib. 4. consil. 37. num. 2.

&

& aliis relatis sequitur Antonius Gabriel, communiū opinionum lib. 6. titulo de clausulis, clausula 3. num. 74. & ex decreto irritante necessariam esse expressam & specialem derogationem, ex Castrensi, Ioanne Andrea, Moneta & Nata probauit Barbosa dicta clausula 82. num. 6. & 13.



ALLEGATIO V.

De Gabellarum summaria restitutione facienda in articulo del cobro.

1. *Gabella sunt de regalibus. Gabellas nullus potest percipere nisi expresso Principis priuilegio.*
l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil.
l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil.
2. *Princeps habet pro se præsumptionem ut recuperet vectigalia.*
l. 1. 2. & 3. tit. 15. lib. 8. Recopil.
l. 6. tit. 13. lib. 3. ordinam.
l. omnium 6. C. de vectigalibus, l. vsurpationem 9. C. eod.
3. *Summarie in articulo quem dicimus de cobro, gabella recuperantur.*
l. 18. tit. 8. lib. 9. Recopil.
4. *Titulum suæ possessionis nemo exhibere cogitur, nisi intendat ius in re aliena, vel contra eum sit iuris præsumptio,*
l. cogi, C. de petit. hered.
l. 2. C. de fundis limitroph. lib. 11.
Commendarum Indiarum tituli debent exhiberi cum à Fiscali peterentur.
5. *Fisci priuilegium est, ut ei instrumenta exhibeantur.*
l. 2. in principio, versic. Diuus. ff. de iure Fisci.
Editionis forma antiqua tit. ff. de edendo, in Hispania non practicatur, vbi ex veritate iudicant Senatores.
l. 10. tit. 17. lib. 4. Recopil.
6. *Articulus del cobro habet plenariam cognitionem. Citatio potest omitti quando constiterit citandum non habere defensionem.*
7. *Citatio an possit omitti in summaris.*
8. *Probatio quæ non releuat nec prodest non admittenda.*
9. *Circuitus vitandi.*
l. dominus testamento, ff. de condict. indebiti.
10. *Vectigalia ad publicam utilitatem pertinent.*
l. 1. §. interdictum. ff. de loco publico fruendo.
Ioann. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. Pars I.

l. 1. §. in causa. ff. de questionib.
l. nemo 2. C. de exact. tribut. lib. 10.
l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil.

11. *Mora in recuperandis vectigalibus non ferenda.*
l. nisi opinatores. Cod. de exact. tribut. lib. 10.
l. abstinendum, C. quorum appellat. non recip.
l. 26. tit. 28. lib. 6. Recopil.
12. *Publica utilitas aut periculum in mora facit ne curari debeat de iudiciorum ordine & solemnitate.*
l. fin. ff. de appellat. recipiend.
Appellationis effectus tollitur quando periculum in mora.
l. nemine, C. de relig. & sumpt. numer.
l. 2. Cod. de patribus qui filios distraxer.
l. unica. ff. de officio Consul.
cap. sicut de consecratione, distinctione 1.
13. *Fiscus solus habet pro se præsumptionem in vectigalibus.*
Præsumptione iuris suffragante poterit fiscus lite pendente de vectigalibus, eis uti.
cap. cum persona. §. quod si tales, de priuileg. lib. 6.
14. *Praxis Cancellariorum Pragmaticæ Regis Henrici in causis immunitatis.*
l. 9. tit. 11. lib. 2. Recopil.
15. *Fiscus non debet litigare spoliatus.*
16. *Possessio qua à iure improbat prodesse non potest.*
17. *Possessio in incorporalibus consistit in patientia aduersarij, & cum desinit pati, interruptitur.*
18. *Possessio esse non potest lege resistente.*
l. honores, §. fin. ff. de decurionib.
19. *Possessio precaria non potest ad interdicta possessoria.*
l. 1. in principio, & §. perpetuo, ff. vti possidetis.
l. 1. in principio, ff. de aqua quotid. & aestiua.
l. 1. de riuis.
l. unica, ff. vtrobi.
l. 1. in princ. ff. de fonte.
Possessio precaria ex sola domini voluntate reuocatur.
l. 1. l. cum precario, l. qui precario, ff. de precario.
cap. fin. de precarijs.
20. *Precariæ concessiones in iure Canonico differunt à precario & sine iusta causa non reuocantur.*
cap. 1. & 2. de precarijs.
21. *Lex quæ iubet aliquid executiue, & summarie*

marie fieri, sine mora exequi debet.
l. si qua pena 224. ff. de verb. signific.
l. de consuet. Princip.

22. Possessio sola non prodest, ubi cum ea titulus requiritur.
23. Iudices non possunt recedere in iudicando à praxi & stylo iudiciorum.
l. more ff. de iurisd. omn. iudicium.
24. Observantia posterior in praxi valde prodest, & derogat priorum.
l. mella. 14. §. quid ergo ff. de alim. legat.
25. Observantiam legum fraudare instar sacrilegij est.
l. sacrilegij, Cod. diuersis rescriptis.
l. disputare. Cod. de crimine sacrilegij.
l. fin. ff. de appellat.
l. fin. Cod. de legibus.

De Gabellis, vulgò apud nos Alcabalas, iniuste à priuatis detentis, summarie Principi restituendis, pro explicatione l. 26. tit. 18. lib. 6. & l. 18. tit. 8. lib. 9. Recopil.



Ro fisco, vt quoties apparuerit gabellas, quæ sunt de Regalibus cap. 1. tit. quæ sint Regalia, Bertachinus de gabellis, l. p. in princip. num. 13. Roman. cons. 271. incipit visitata, & probauit Tufch. Pract. lit. G. conclus. 1. num. 7. & lit. R. conclusione 82. ab aliquo possideri, cum in earum possessione se tueri non possit, nisi exhibuerit priuilegium earum & titulum iuxta leges nostras; qui titulus scriptus sit in libris Regiis, quos dicimus de lo saluado, & subscriptus appareat à supremis Magistratibus Regalium rationum, probatur aperte l. 2. tit. 15. lib. 4. l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil. & notarunt Didacus Perez verbo *tributos*. in l. 6. tit. 13. lib. 3. ordinam. Gregorius Lopez in l. 6. gloss. 4. tit. 29. p. 3. Lassarte de gabellis, cap. 19. num. 4. Gironda eodem tractatu, l. p. num. 43. & 7. p. num. 1. Parlador lib. 1. rerum quotidian. cap. 3. num. 34. Gutierrez de gabellis, quæst. 5. per totam, D. Alfaro de officio fiscalis, glossa 20.

2. Et cum de Regalibus sit gabella, Princeps in ea fundat, vt pro se præsumptionem habeat, vt petat à quocumque qui vectigalia possederit, & recuperet, nisi possidens defenderetur ex titulis, qui qualitatibus à iure expressis iustus appareat, l. 1. & 2. & 3. tit. 15. lib. 8. Recopilat. l. 6. tit. 13. lib.

3. ordinam. & de iure civili idem sancitum, l. omnium 6. C. de vectigalibus, ibi: *Quia nulli priuatorum elicitas suffragio proferunt sanctiones, quibus vectigalia, vel cetera huiusmodi qua inferri fisco moris est, sibi asserant esse concessa: facit l. usurpationem 9. C. eod.*

Quo fit vt rectè legibus nostris Principes iuberent Senatoribus Regalis Consilij sui Patrimonij ex l. 18. tit. 8. lib. 9. Recopil. vt summarie, breuiter, & de plano recuperent vectigalia, quæ à priuatis cognouerint iniuste detineri, & inualuit apud nos stylus, vt circa vectigalia primò discutatur articulus quem dicimus *Cobro*, in quo citatio Regali rescripto expeditur in eum qui gabellas detinet, vt priuilegium quo possidet illas intra triginta dies, in Consilio Regis Patrimonij exhibeat, aliàs si non fecerit transacto termino pro Principe, vectigalia administranda, & si in primo termino titulum non exhibuerit secundus terminus, & deinde tertius ex Senatorum arbitrio assignatur triginta dierum, in quibus si non appareat iuste possidere gabellas, pro Principe administrantur, lite ad iustitiam (vt dicimus) remissa ad tribunal Iudicum togatorum, vt iure ordinario qui possidebat vectigalia, in iudicium deducere possit ius quod pro illis habere intendit.

Huius legis nostræ, & senatus regalis patrimonij practica & stylus iustissimis fundamentis fulcitur, & confirmatur, quia potest fiscus compellere quoscumque possessores Regalium exhibere titulum, nam etsi regulariter nemo cogatur edere titulum suæ possessionis, l. cogi, Cod. de perit. hæredit. & ibi Doctores, tamen qui ius in re aliena intendit, meritò titulum docere debet, quia res libera præsumitur; & idem est quoties ius possessori restitit, & est contra eum præsumptio, vt in vectigalium detentatione, Lucas de Pena per textum ibi in leg. 2. Cod. de fundis, Limitroph. lib. 1. 1. & vt debeant exhiberi tituli commendarum apud Indos ex pluribus Regiis Schedulis, Afflicto, Gozadino, Gailio, Rolando à Valle, Rosentoli, Harmano, Pistori, Menochio, Ioanne Francisco, Ponte, Peregrino, Mario, Cultello, Mascardo, Marta, & aliis pluribus D. Solorcano 2. tom. de Indiarum Guber. lib. 2. cap. 28. num. 36. vsque 42.

Cui addenda duo: Primum, esse priuilegium speciale fisci, vt ei sint instrumenta exhibenda, l. 2. in principio, versic. diuus, ff. de iure fisci ex Iafone, Boherio, Peregrino, Alciato, Guidone, Zasio, Bertachino, & aliis probauit D. Alfano de officio fiscalis, glossa 16. num. 72. priuilegio 15. cui addendus Ceuallos communium quæst. 827. Secundum, hodie in praxi in causis ciuilibus non practi-

cari

cari titulum de edendo, & iuris communis regulas, maximè in nostris supremis senatibus, quia cum in eis attenda veritate iudices debeant sententias proferre l. 10. tit. 17. lib. 4. recopil. ideo non esse curandum de apicibus iuris, sed veritate inspecta iudicandum, vt notauit Ceuallos vbi proximè num. fin. & addendus Burgos de Paz, Iunior quæst. 5. ciuili, vbi de materia exhibitionis rectè pertractat.

6. Deinde licet non ordinario iudicio, tamen plenè de causa cognoscitur in articulo sumario de *Cobro*, & non solum vt in quocumque iudicio regulari vnus datur terminus reo possidenti vectigalia ad probandum, sed triplex terminus conceditur, & quocumque successiuè interpellatur, vt de suo iure docere valeat, & cù nihil certius sit apud nos nihil prodesse possessione etiam prescriptio- nis immemoralis, quibus circùstantiis munitæ ad percipienda vectigalia, nisi obtinens tueatur possessionem ex priuilegio in Regiis rationibus scripto, cum appareat nullum ius habere possessorem, qui in tribus terminis interpellatus titulum non exhibuerit. frustra amplius expectandum, quando etiam citatio, quæ alias numquam suppletur, & cui Princeps quasi de diuino & naturali derogare non valet, Clement. Pastoralis §. *Ceterum*, de sententia, & re Iudic. cap. 1. de causa possess. & propriet. & pluribus Augustin. Barbofa, num. 7. Afflicto. decis. 283. in fin. Vant. de nullit. ex defect. cit. n. 3. Scaccia de Iudic. l. 18. num. 7. & cap. 86. num. 2. tamen ex plurium sententia omitti potest citatio, quando is, qui citandus constitit nullam habere defensionem, Castrensis lib. 2. cons. 412. num. 2. Panormitanus, lib. 2. cons. 68. num. 4. Calderinus, cons. 172. num. 8.

7. Et faciunt quæ notauit Menoch. cons. 1142. num. 11. ex Barto. Bardo. Decio. Ioann. Andrea, Innocentio Abbate, Felino, Hippol. Tiraquello, Socino, Dominico Grammatico, Minchaca, Guterrio, Maranta, Carrerio, Thusco, Antonio Petra, Magero, & aliis non esse necessariam citationem nouissimè & doctissimè probauit D. Solorcanus 2. tom. de Indiar. gubernat. lib. 2. cap. 27. num. 89. & 90. & cap. 28. n. 57. & quamuis aliqui etiam requiri citationem in causa summaria tenuerunt, quia ius non potest tollere, quæ iuris naturalis, ex Castren. & Abbate Thus. lit. S. cons. 892. num. 11. id non procedit in notoriis, vt in hoc casu quando titulus non exhiberetur, vltra quam non solum vna, sed triplex præcedit citatio, cum trina interpellatione reus vrgeretur, vt exhibeat titulos quibus possidet, & percipit vectigalia: ac proinde rectius iuxta Regulas iuris procedit at-

ticulus hic summarius de *Cobro* ad recipienda vectigalia, quæ Principi vsurpata fuerunt.

Sed etiam quando iure ordinario probatio admitti posset, cum ex nostris legibus nullo modo prodesse valeat quæcumque possessio aut prescriptio immemoralis non exhibito titulo, & Priuilegio à Principe concessio, vt percipi possent vectigalia: meritò probatio quæcumque reicienda quæ prodesse non valet absque Regali rescripti exhibitione vt probatur vulgari, l. ad probationem. C. de probat. iunctis quæ notarunt Bald. ibi post reliquos ordinarios Pacianus & Mascardus quos refert Nerinus in eo textu, Gregor. gloss. 4. l. 7. tit. 14. p. 3. Et merito leges nostræ & senatus praxis moras, iudiciorum ambages, & circuitus amputat, cum iudices necessariò teneantur vitare, l. *dominus testamento*, ff. de condi. ind. l. 1. D. Castillo, 4. tom. controuers. cap. 61. num. 61. & ex Iafone, Soncino, Curtio Iuniori, Purrurato, Afflicto, Boerio, Ofasco, & aliis in pulchra quæstione notauimus in decisionib. Granatensibus disput. 29. num. 16.

Rursus quia cum ad Publicam Regni utilitatem pertineat, quidquid spectat vectigalia, l. 1. §. interdictum, ff. de loco publico fruendo, & in eis consistere Reipublicæ statum. l. 1. §. in causa, ff. de quæstionibus, & sine eis sustineri non posse. l. nemo 2. C. de exact. tributor. lib. 10. l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. D. Thom. de regimine Princip. lib. 20. cap. 7. Petrus Gregorius de Republica lib. 3. cap. 1. 3. 4. 8. & 9. Antonius Faber in Codice lib. 7. tit. 12. def. 1. Magister Marquez, in Governatore Christiano, lib. 1. cap. 5. §. 3. Auendaño, Belluga & alij quos refert Azbedo in d. l. 2. meritò omnis mora in eis ad suum primum statum reducendis, debet à iure reprobari.

Et meritò statutum, recuperationem vel exacti onè vectigalium executiuè, breuiter, & summarie fieri oportere ex vulgari lege *missi opinatores*. C. de exact. tribut. l. abstinendum C. quorum appellation. non recipi pluribus Parlador. lib. 2. rerum quotidianar. c. fin. 1. p. §. 8. num. 1. cum seqq. Oliuano de re fisci, cap. 15. n. 3. Ofaseus decis. Pedem. 89. num. 3. cum seqq. Couuar. Practicar. cap. 17. num. fin. ex Rebuffo, Ioanne Garcia, & Rolando, D. Solorcano, 2. tom. de Indiarum Gubernat. lib. 2. cap. 28. num. 28. & deciditur iure nostro l. 26. tit. 18. lib. 6. recop. quæ inde explicèda dum agit de forma quæ procedi oporteat contra eos qui contra edicta & constitutiones Principis aliquid fecerint, vt isti vectigalium detentatores; nota verba: *y que no lo podamos mandar tomar todo, y occupar sin se guardar otro orden de derrecho,*

30
30 *in oīra sententia ne declaracione como dicho es.*

12. Nam quando in mora periculum est, aut res notoriè constat vel publica utilitas versatur, quæ omnia conueniunt huic casui, minus curandum est de iudiciorum ordine, & solemnitate, vt arg. l. fin. ff. de appellat. recip. vbi etiam effectus appellationis inde tollitur in pluribus quæstionibus, notarunt Speculator, Felinus, Hippol. Benedictus, Bertachinus, Baëza, Viuius, Parlador, & alij quos refert, & sequitur D. Salgado de Regia protectione, 2. part. cap. 8. num. 72. Tiraquel. de retract. §. 1. glossa 9. num. 32. Cassaneus in consuet. Burgundiæ rubric. 1. §. 4. glossa 1. n. 26. Cacheranus decif. Pedemon. 68. num. 28. & ex l. nemine, Cod. de relig. & sumpt. funer. l. 2. Cod. de patribus qui filios distraxerint, l. vnica, & ibi glossa verbo *expedire* de officio Consulif, cap. sicut, de consecrat. distinct. 1. & aliis idem D. Salgado 3. part. cap. 1. num. 62. & 72. qui etiam videndus dict. 3. part. cap. 7. num. 37. ex Gailio, Cenedo, Marta, Ceuallous, & Thufco, D. Solorcano tomo 2. de Indiar. Guber. lib. 4. cap. 3. num. 22.
13. Sed & fortius procedit, cum nullus priuatur, sed fiscus solum habet pro se præsumptionem, & fundamentum de iure in perceptione vectigalium, & ideo rectè etiam lite pendente vectigalibus vti poterit, & debet cap. cum personæ, §. quod si tales in fine de priuileg. lib. 6. ibi: *Cum de iure communi ordinariorum intentio sit fundata sua iurisdictione vti possint liberè in eosdem*, Couarr. pract. cap. 17. Menoch. de retinenda possessione, remedio 13. num. 154. Cauedo 1 part. decif. 120. num. 3. Gutierrez lib. 3. pract. quæst. 19. n. 17. D. Valença confil. 94. nu. 87. D. Alfaro de officio fiscal. gloss. 16. Gratianus disceptationum tom. 3. cap. 441. num. 14. & quamuis aliquis possideat gabellas, aut aliud quod fiscus à iure competat, nec pro se est præsumptio, nisi incontinenti exhibeat titulum, aut priuilegium, ex quo alicui priuato competat, & potest ille à fiscus spoliari, sicut ille qui possidet vi, clam, aut precario, An. in dict. cap. cum personæ, num. 5. Palat. 1. cap. per vestros de donat. inter, §. sed & pulchra dubitat. num. 43. Rolandus à Valle vol. 2. conf. 89. num. 35. Capiblanco de Baronibus, Pragm. 1. num. 230.
14. Vnde in Cancellariis admissa fuit praxis pragmaticæ Regis Henrici, quæ est l. 9. tit. 1. lib. 1. recop. vt contra illum, qui se intendit eximere à solutione capitacionis, & tributis quod ignobiles Regi soluunt, vulgo *Pecho*, statim eo non audito in matricula plebeiorum describatur, quod dicimus *enpadronar*, etiam si in possessione nobilitatis inueniatur,

si incontinenti non exhibuerit priuilegium, aut instrumentum nobilitatis, quia cum nobilitas sit accidens quoddam, quod non præsumitur, nisi probetur, & fiscus assistat præsumptio, vt exigat tributa, potest rectè sine iudicio vti iure suo, & in statu ignobilium eum constituere, qui non docet apertè de nobilitate, de qua praxi egerunt Otalora de nobilitate, 2. parte 3. partis princip. cap. 5. n. 5. Ioannes Gartia de nobilitate glossa 9. n. 5.

Non enim in eis quæ competunt fiscus, 15. debet ille spoliatus litigare, Rebuffus 3. tomo ad leges Gallicas, tit. de materijs possessorijs, articulo 2. gloss. 2. num. 26. & 28. Aloysius de Leo in l. 1. num. 29. C. vt lite pendente, Menochius de retinend. possessione, remedio 13. num. 154. & probauit Senatus Delphinalis ex Guidone Pap. decif. 107. n. 2. Francisc. Marcus 1. p. decif. 38. n. 4. & veriorem hanc opinionem esse quàm contrariam ex Couarr. & aliorum sententia tradit Baptista Cæsar. 3. p. consil. diuersor. conf. 29. num. 4. & videndus idem conf. 9. num. 228. vsque 235. ex Rolando à Valle, Palatio, Rubio, & alijs, D. Solorcano tom. 2. de Indiarum gubern. lib. 3. cap. 21. num. 52.

Præsertim quia aduersarius, qui vectigalia usurpauit, nullam possessionem in eis potest acquirere, quia à iure improbatum d. l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. & quando lege vel decreto irritatur possessio, nullo modo prodesse potest, vt notarunt Cassiodorus decif. 11. Puteus lib. 1. decif. 175. num. 3. lib. 3. decif. 180. n. 2. Farinacius lib. 1. decif. 666. num. 2. Bellamerra decif. 335. num. 1. Emilius Berallus lib. 3. decif. 15. num. 1. & 2. Gomezus in reg. de annali possessione quæst. 14. num. 5. Gonçales reg. 8. Cancellariæ, glossa 66. num. 18. Gratianus tom. 2. disceptationum, c. 283. num. 23. vsque 28. ex Celfo Hugo de clausulis, Cochier. D. Valença, & alijs, D. Solorcano 2. tom. de Indiarum gubernat. lib. 2. c. 4. num. 83. alia & plura iura adducit idem vbi proximè cap. 8. num. 9.

Et cum in iuribus incorporalibus, qualia sunt vectigalia detentio & possessio nihil aliud sit quàm aduersarij patientia, statim quod quis definit pati, interrumpitur quasi possessio, vt notauit Bart. in l. naturaliter, numero 7. de vsucap. Castrensis in l. 2. num. 5. C. de feruitut. Alex. vol. 2. consil. 108. n. 104. Panormitanus in cap. *illud*, num. 21. de præscript. Caualciano lib. 5. decif. 4. num. 55. & decif. 7. num. 15. Ofascus decif. 101. numero 22. Puteus lib. 3. decif. 385. num. 4. Anton. Faber in Cod. tit. de longi temporis præscript. definit. 2.

Vnde eo ipso quod expressè d. l. 2. improbatum fuit possessio quàm vectigalium priuari sine

sine Regis priuilegio obtinuerunt, vt nec aliqua possessio vel præscriptio etià immemorialis prodesset, nulla extare videtur possessio, quæ possit detentatori patrocinari eo ipso quod voluntatem contrariam possessioni Princeps declarauerit, arg. l. honores, §. fin. ff. de decurionibus, ibi: *Si contrariam voluntatem vel acta Præsidis, vel apud ipsum ordinem, vel quo alio modo contestatus sit*, notauit Ioannes Igneus in repetit. l. necessarios, §. *non alias*, num. 174. ff. ad Senatufconsultum Silianum, & in lege quæ semper loquitur magis in nostro casu procedere tradit Baldus in l. Emilius, num. 37. ff. de minoribus.

19. Sed quamuis velit quisquam aliquam considerare detentionem & possessionem, ea necessariò precaria existimanda, quæ nullo modo prodest vt spoliatus dici possit, quia eam priuaretur, quia non præstat interdicto possessorio, l. 1. in principio, & §. perpetuo, ff. vt possidetis, l. 1. in principio, ff. de aqua quorid. & æstiu. l. 1. ff. de iuris, l. vnica, ff. vtrubi. l. 1. in princ. ff. de fonte: quibus omnibus iuribus apparet in omnibus interdictis illud præcipuè excipi, si precariò quis possideat, tunc enim ex sola Domini voluntate possessio reuocabitur, l. 1. l. cum precariò, l. qui precariò, ff. de precario, c. fin. de precarijs, Felinus in cap. ex parte, de rescript. num. 12. Nauarr. ad titulum de præbend. conf. 6. Valasco de iure emphyt. quæst. 8. num. 27. Achilles de Grassis decif. 5. tit. de restit. spoliat. 1. p. Lancelott. 3. p. de attentatis, c. 24. quæst. 1. & 9. num. 75. Lara de annuierf. & capellanis, lib. 2. c. 6. num. 20. Ludouicus Gomez reg. de annali possessione, quæst. 57.

20. Nec obstat quod ex Abbate in cap. fin. num. 18. de precarijs, vt quamuis possessio precaria sit, non possit sine causa reuocari, quia loquitur aliter in precarijs, quæ longè differunt à precario; precariæ enim erant contractus qui formam & imaginem emphyteusis habebant rerum Ecclesiæ, de quinquennio in quinquennium, c. 1. de precarijs: & hæc conuentiones, vel concessiones sine causa non reuocantur. Verum tamen precarium ad nutum est reuocabile ex dictis iuribus, ita vt etiam si ipse dominus rei spoliauerit eum qui precariò possidet, non potest restitutionem intendere ex eis quæ notaui-mus: sed etiam si in precarijs procederet nostra controuersia, tamen ex iusta causa potest successor, quod eius antecessor inique tolerauit, reuocare, cap. 2. de precarijs.

21. Deinde lex prædicta, quæ iubet recuperari vectigalia iniuste detenta, & summarie ex articulo *de Cobro* redigi ad regale patrimonium, cum sit executiua, vt ex illa appareret, debet sine longiori controuersia, & mora

iudiciorum exequi, l. *si qua pena* 224. vbi communiter scribentes, ff. de verborum signific. l. 1. ff. de constitut. Princip. l. 39. & l. 53. tit. 1. 8. part. 3. Parlador lib. 1. rerum quotidian. cap. fin. 1. part. §. 7. iunctis, quæ notauit Menoch. consil. 1278. num. 1. & 2.

Nam in casibus in quibus requiritur titulus ad possessionem, vbi is deficit, nihil prodest possessio, Baldus in cap. quæ in Ecclesijs, num. 3. de constit. & in l. *locorum*, Cod. de omni agro deserto, lib. 11. Albericus in rubr. de muner. & honor. num. 47. Gemianus in cap. 2. de præbendis lib. 6. Peregrinus de iure fiscali, lib. 6. tit. 8. num. 27.

Ideo merito praxis & stylus supremi senatus Regalis patrimonij admissus, vt de his causis summarie cognoscatur, & non poterunt Iudices à prædicta praxi, & stylo iudiciorum recedere in iudicando, ex Cardinali, & pluribus, quos refert Matienzo, Lancelotus, Aimon, & alij, quos adducit Paz in praxi in initio, num. 5. & communiter Doctores notarunt per textum ibi in leg. *more*, ff. de iurisdictione omnium Iudicum, Bart. in auth. *qui semel*, num. 14. Cod. quomodo & quando iudex, Thufcus practicarum lit. S. concl. 692. & 695.

Verum etsi non caueretur lege nostrâ, & inueteratus ordo nostri Senatus, & stylus id iam diu admitteret, sed hodie & nouiter induceretur, tamen cum iuri consonum, & publicæ utilitati conueniat, etiam obseruandus argumento legis Mella 14. §. quid ergo de aliment. legat. ibi: *eam præstationem sequendam, quæ nouissima fuit*: vbi communiter doctores, quos refert & sequitur Anton. Gabriel communi opinionum titulo de consuetudine, conclus. 1. num. 74. Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionibus, lib. 3. tit. 9. num. 76. Caputio decif. 163. in fine, Maresc. lib. 1. variarum, cap. 55. per totum, Alderanus Mascardus de statutorum interpretatione, concl. 8. num. 9. & 10. nam obseruantia & stylus posterior derogat priorem, Doctores in cap. fin. de consuetudine, quos ibi refert Rochus de Curte sessione 4. num. 6. Ludouicus Roman singulari 43. Bol. decif. 264. num. 8.

Et ideo multò magis inde confirmabitur, quia cum lex ex nostris legibus, nullo alio modo possint vectigalia detineri, nisi priuilegiū exhibeatur à Principe concessum, & inueniatur in Regijs rationibus scriptum, subscriptum etià à Senatoribus Regalis patrimonij, quæ fuerunt illi, qui detinet vectigalia, tres concessi termini, si non exhibuit titulum, constat nullum habere, nec defensionem aduersus dispositionem nostræ legis, cuius fraudare obseruantiam, & implementum instar sacri legij

legij, est l. 5. sacrilegij Cod. de diuersis re-
scriptis, l. disputare, Cod. de crimine sacrile-
gij, l. fin. de appellat. recip. Bart. in l. omnes po-
puli, num. 53. de iustitia, & iure, Baldus lib. 1.
conf. 359. Antonius Petra de potestate Prin-
cipis, cap. 3. quæst. 2. num. 4. & faciunt verba
l. fin. Cod. de legibus ibi: *Quis tanta superbia
tumidus ut Regalem sensum contemere au-
deat?*



ALLEGATIO VI.

Differentia iudicij Petitorij, &
Possessorij in vectigalibus.

1. *Possessionis causa non trahit ad se petito-
rium sed præparat.*
l. & an eadem, §. 1. de except. rei iudic.
Possessorium petitorio non nocet.
l. 1. in fine, ff. de aqua quotid. & æstiva.
2. *Sententia lata in possessorio quod habet
admixtam causam proprietatis non præ-
iudicat petitorio.*
l. sed & si ante, ff. de except. rei iudi-
cata.
3. l. 2. de interdictis.
l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de adq.
posseß.
l. permisceri, ff. de acquir. posseß.
4. *Sententia lata in vno possessorio non præ-
iudicat alij possessorio ex diuersa causa.*
5. *Sententia absolutoria in qua incidenter
actum de dominio non producit exceptionem
rei iudicatae si de causa dominij pos-
sessa agatur.*
l. si inter me, & te, ff. de except. rei iudi-
cata.
6. *Sententia absolutoria in causa Dominij
non declarat absolutum dominum esse.*
Sententia absolutoria lata, quia non pro-
bavit actor, non parit exceptionem rei
iudicatae in alio iudicio ubi probari po-
test.
Sententia lata in petitorio et si pariat ex-
ceptionem rei iudicatae agenti interdicto
retinenda, tamen non parit si in petitorio
reus absolutus.
l. ex sextante, §. Latinus Largus, ff. de
except. rei iudic.
l. sed et si possessori, in principio, ff. de iure-
iurando.
8. *Exceptio dilatoria opposita, & reiecta po-
test opponi in vim peremptoriae.*
9. *Exceptionem in iudicium deducta, de qua
plene cognitum producit rei iudicatae ex-*

ceptio.

l. fin. autem, §. si quocumque, ff. de corn-
pensatio.l. quod in diem, §. si rationem, ff. de com-
pensat.

l. duobus, ff. de except. rei iudicatae.

10. *Exceptio dilatoria opposita in vim perem-
ptoriae, & reiecta amplius non potest re-
fricari.*11. *Iudex de qua re cognouit, de illa pronun-
ciare tenetur.*

l. de qua re, ff. de iudic.

12. *Exceptio rei iudicata, potest opponi ut di-
latoria, & peremptoria.*13. *Exceptionem rei iudicatae opposita ut dilato-
ria, & peremptoria, & plenè de ea dis-
cussa, & reiecta, tam dilatorium ex-
cluditur quam peremptorium.*

*In vectigalibus causa possessionis
discussa, & reo à quo Fiscus pe-
tebat, absoluto, an obstet vel
producat contra Fiscum excep-
tionem rei iudicatae in iudicio
proprietatis ad obtinenda præ-
dicta vectigalia.*

Sententiam in possessione la-
tam non posse iudicio petitorij,
& proprietatis facere præiudici-
cium probatur ex textu in l. &
an eadem, §. 1. ff. de except. rei iudicatae, ibi:
si quis interdicto egerit de possessione, postea in
rem agens, non repellitur, quia in interdicto
posseßio, in hac actione proprietatis vertitur, vbi
glossa, verbo interdicto tradit id procedere,
siue simus in interdicto adipiscendæ, re-
tinendæ, siue recuperandæ, sequitur Mate-
filanus, in l. si de proprietate. C. si à non com-
petenti iudice, num. 21. Parisius, in l. natura-
liter, §. nihil commune, num. 52. de acquir.
posseßione, latè Augustinus Beronius, lib. 2.
confil. 102. num. 29. & 48. & loquens in ter-
minis possessori retinendi tradit Immola in
cap. veniens, n. 11. vbi Panormitanus, n. 26.
de præscript. & id ex omnium sententia cer-
tissimum tradit Menoch. de retinenda, re-
medio 3. num. 808. Ioannes Marcus Aquil-
linus, in repetitione dicti §. nihil commune.
1. part. num. 96. vbi inquit: ideo succumbens
in possessorio de re diuersa, quia sententia
possessorij non trahit ad se petitorium, sed
solum illud præparat & interim præiudi-
cium non parat, vt in l. 1. in fine, ff. de aqua
quotid.

quotid. & æstiva, cum aliis iuribus quæ re-
fert idem Aquilinus vbi proximè & n. 117.

2. *Quod ad eò verum est, vt licet Bartolus,
in dict. §. nihil commune, num. 4. tenuerit,
sententiã latam in possessorio mixtam cau-
sam proprietatis habente, petitorio præiudi-
care, tamen cõtrarium tenent Calderinus, &
Anton. de Butrio in cap. cum dilectus, de cau-
sa possess. & propriet. & Alex. in dict. §. nihil
commune, num. 37. vbi ad hoc ponderat ex-
pressum textum, l. sed si ante, ff. de except.
rei iudic. vbi sententia lata in possessorio ini-
quo incidenter agebatur de dominio, non
præiudicat, si postea principaliter quis velit
agere iudicio petitorio, nam ibi per confes-
soriã petit seruiturem viã per fundum tu-
um ad meum pertinere, & sic incidenter de
dominio fundi quia seruitus debebatur præ-
dio dominantij, l. si cui, ff. de seruitutibus: ta-
men sententia lata pro reo non obstat, quia
cõtra eum possit postea agere rei vindica-
tione ad fundum, vt ibi deciditur, sequitur
Hermanotus, & Decius, ibi, num. 4. r. An-
tonius Rubeus, num. 186. & pluribus sequen-
tibus.*

3. *Maximè quia etiam in possessoriis quæ
habent mixtam causam proprietatis, licet
opinio Bart. esset vera tamen illa procedit in
possessorij, in quibus expressè reperitur
dispositum quod mixtam causam proprietatis
contineant, vt in l. 2. ff. de interdictis: secus
vero in possessorio retinendæ, & aliis posses-
soriis, in quibus regulare est, quod nihil ha-
beat commune cum proprietate, vt in dict.
§. nihil commune, & in l. permisceri, ff. eodem
titulo, quemadmodum declarat in terminis,
Socinus, Iunior conf. 172. n. 6. lib. 2. & ante
eum Paulus de Castro conf. 43. nu. 3. in prin-
cipio lib. 1.*

4. *Quod procedit non solum respectu ipsius
proprietatis, sed etiam sententia lata super
vno possessorio non præiudicat alteri pos-
sessorio ex dissimili causa in iudicium de-
ducto, vt docet Baldd. in l. certi, num. 12.
versic. Quinta autem, Cod. de interdictis,
Abbas in cap. cum dilectus, num. 26. de ordi-
ne cognitionum, & in cap. fin. num. 16. eo-
dem titulo, idque generale est, quod excep-
tio rei iudicatae nunquam obstat, quoties in
secundo iudicio variatur modus, & forma
agendi, vt docuit Bald. in l. si autem, §. si
quodcumque circa finem, ff. de negot. gest.
& textus in l. si is qui heres 25. ff. de excep-
rei iudicatae, vbi & in leg. si mater l. §. ea-
dem. ff. eod. communiter Doctores nota-
runt. Sed maximè procedit, quando vt in
hoc casu sententia lata in possessorio fuit
absolutoria, quia non præiudicat petitorio,*

Ioann. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Pars I.

sed petitorium semper illæsum remanet,
nec præiudicium illatum censetur, vt resol-
uit Ripa in dict. §. nihil commune, n. 103. vbi
Socinus Iunior num. 63. Claudius de Serfe-
lo num. 45. latè Menoch. de retinenda rem.
5. num. 116. cum sequent. & facit doctrina
Bart. in leg. qui Romæ, §. duo fratres, & ibi
Ripa num. 24. Alex. num. 12. ff. de verborum
obligat. vbi tradit absolutoriam in qua inci-
denter actum fuit de dominio non impedire
nouam actionem in qua principaliter domi-
nij causa discutitur, quia per sententiam
absolutoriam non declaratur absolutum
dominum esse, vt probatur l. inter me & te,
de exceptione rei iudicatae, l. diui fratres 27.
ff. de liber. causa, Corneus lib. 4. confil. 126.
num. 6. Menoch. de adipiscend. rem. 1. num.
102. III. II. 2.

Quod eã ratione procedit, quia in dubio 6.
absolutoria censetur lata, eo quod actor
non probauit, & ex causa, quæ resultat ex
actis, non verò quia absolutus esset domi-
nus, vt docet Bartolus in l. Iulianus verum
debitorem, num. 34. versic. quandoque, ff. de
condict. indebiti, & in l. duobus, §. 1. num. 5.
ff. de iure dot. Castrenf. lib. 1. conf. 87. num. 3.
Aretinus confil. 137. n. 5. Marianus Socinus in
d. §. duo fratres, num. 39. & quando sententia
lata fuit, quia actor non probauit tunc in
alio iudicio non obstat exceptio rei iudica-
tæ, vt tradit Bart. in leg. 2. §. 1. num. 3. ff. de vi
bonorum raptor. & facit textus in l. sed si ex-
ceptio 18. ff. de euictionibus.

Et confirmatur, quia etiam si ex magis 7.
communi, & vera opinione in petitorio lata
sententia pariat exceptionem rei iudicatae
contra agentem interdicto retinendæ pos-
sessionis, tamen hoc non procedit, quando
reus fuit absolutus, & actor succubuit, quia
non potuit de dominio probare, vt per tex-
tum in l. extante, §. Latinus, ff. de except. rei
iudicatae, & l. sed et si possessori, in prin. ff. de iure-
iurando, Marcus Antonius Aquilinus. in
dict. §. nihil commune, num. 100. post Ludo-
uicum Bolognetum, & Claud. Marmerium
asserens omnes in hanc sententiam consen-
tire.

Quæ omnia magis sine dubio locum ha- 8.
bent, quia in principio huius iudicij petito-
rij aduersarius opposuit exceptionem dila-
toriam rei iudicatae ex iudicio possessorio, vt
non teneretur respondere in libello quo do-
minium à fisco petebatur, & causa cognita,
& partibus plenè auditis decretum fuit, vt
reus libello petitorij respondere teneretur, à
quo decreto supplicatione interposita &
grauam inum causis expressis reus in con-
clusionem e libelli petiit, vt si locum non habe-

E

ret

ret exceptio rei iudicatæ, quam opposuerat in vim dilatoriæ ad iudicium euitandum, admitteretur in vim peremptoriæ, & vt talis referuaretur sententiæ definitiuæ, quod rectè fieri, & oppositâ exceptione dilatoriâ, & reiectâ, posse vt peremptoriam iterum opponi ex Baldò, Decio, Padilla, Guterrio, Tusco, Gregorio Lopezio, & aliis ego probaui, l. tom. decis. Granat. 40. numero 16. & 78.

9. Sed his non obstantibus reuisionis iudicio primum decretum, vt responderetur libello petitorij confirmatum fuit, quo appareret prædictam exceptionem peremptoriæ amplius non posse refricari, vel opponi ex traditis à Ludouico Romano conf. 410. n. 3. vbi ex leg. *sin autem*, §. *si quocumque*, ff. de compensat. l. *quod indiem*, §. *si rationem*, ff. eod. l. *duobus*, ff. de except. rei iudic. ex Bartolo, Cyno, & aliis probat firmissimam esse conclusionem, deductum semel in iudicio per modum exceptionis sequutâ plenè super illo discussione ex pronuntiatione tacita, vel expressa, quâ exceptio reiicitur, non poterit in alio iudicio amplius opponi, nec per modum actionis vel exceptionis ad eundem finem, ad quem primò deductum fuit: quibus adde Panormit. lib. 1. conf. 50. num. 3. & quæ ex pluribus notauit D. Salgado de Regia protectione 4. part. cap. 7. numero 69.

10. Et ad illud vt exceptio fuisset opposita in vim peremptoriæ facit doctrina Cardinalis in cap. *cum dilectus*, versiculo, *Quero circa id*, de ordine cognit. vbi tradit distinguendum, an exceptio rei iudicatæ sit opposita in vim dilatoriæ, an in vim peremptoriæ: quia, si vt dilatoria, quasi minus plena cognitio adhibita non impediatur deduci principaliter: si verò in vim peremptoriæ quasi plenè fuerit cognitum de exceptione, non possit iterum in quaestionem deduci, & sequitur Antonius Gabriel lib. 2. communium, titulo de except. conclus. 2. num. 5. quæ ego notauit 1. part. decis. Granat. 40. num. 81. cum in casu an respondendum sit libello, dilatorium, & peremptorium contineat decretum quo responderi iubetur.

11. Præsertim quia cum hæc lis diu agitaretur, & prima sententia pro Rege lata fuisset, & in secunda instantia causa reuisa, & proxima pronuntiationi, tamen prædicta non adeo iuri cõsona forent, status iudicij sufficere posset, vt ad sententiam perueniretur, nam semel admisâ petitione fisci, & reiectâ exceptione rei iudicatæ, quæ in contrarium opponebatur, lite iam contestatâ, & iudicio ad finem ferè peracto, quia processum

fuit ad vteriora, omnino iudicandum est in negotio principali, non obstante quacumq; exceptione rei iudicatæ, quia de qua re cognouerit Iudex, de ea iudicare debet, l. de qua re, ff. de iudiciis, tenet Innocentius in c. *cum delicta* de rescriptis, n. 3. versic. *si tamen*, idem Innocent. in cap. *cum Bartolus* de re iudicata, num. 4. versic. *quod à principio posset repelli, & deberet*, & in cap. *fraternitatis* de frigidis & malefic. n. 5. quem sequitur Abbas in cap. *cum contingat* de officio delegati, & in cap. *inter ceteras*, de re iudic. idem Abbas in consil. 80. Antoninus de Butrio in dict. cap. *cum dilecta* de rescriptis.

12. Nec superioribus refragatur, si obiciatur, quod exceptio rei iudicatæ potest opponi, non solum in vim dilatoriæ, verum etiam in vim peremptoriæ, & quod prædictæ sententiæ duntaxat disponunt, quod repellatur huiusmodi exceptio in vim dilatoriæ, & consequenter nunc rectè opponi potest in vim peremptoriæ, vt supra animaduertimus: & notarunt Innocentius in cap. *super literis*, numero 111. de excep. Padilla alios referens in leg. *fratris*, num. 5. Cod. de transf. Mastrillus decis. 148. num. 33. Osualdus ad Donellum lib. 22. comment. cap. 8. in not. lit. I. D. Salgado de Regia protectione, 3. part. cap. 3. num. 1. & 4. part. cap. 7. num. 69.

13. Quia respondetur hoc cessare, quando à principio plenè & exactè tractatum fuit, an exceptio rei iudicatæ obstaret, necne, quoniam si tunc declaratur non obstare, censetur pronuntiaci non solum circa dilationem, sed etiam circa peremptoriam, vt notauit Cardinalis, vbi supra, & hoc est quod nominatim constat ex prædictis decretis, primo & secundo, reuisiones, secundam quas expressè reiecta fuit exceptio rei iudicatæ, etiam in vim peremptoriæ, cum ex eis, quæ notauimus appareat reum obieciisse prædictam exceptionem in vim peremptoriæ, & petiisse ad merita causæ referuari, quo non obstante secunda sententia sine referuatione, lata fuit, & ideo, ne de ea exceptione agatur, directè obstat exceptio rei iudicatæ, vt tradit Socinus Iunior lib. 2. conf. 40. num. 5. & tenuerunt omnes Doctores supra adducti; adde meam decisionem Granatensem 40. n. 81. ultra quam, vt prædiximus, primum iudicium de possessione fuit, nec poterit aliquod præiudicium inferre iudicio proprietatis, de quo nunc agimus.

ALLEGATIO VII.

Vectigalium iudicium, etiam si Vectigalia priuato vendita, in senatu Regalis Patrimonij agendum.

1. *Senatus Regalis Patrimonij habet iurisdictionem in causis quæ nomine Regis, & Fiscii intenduntur.*
l. 1. §. 3. 4. & 5. tit. 2. lib. 9. Recopil.
l. si heredi plures, ff. de condit. institut.
Privilegium amittitur mutatione personæ.
l. per Procuratorem, ff. de acquir. heredit.
2. *Iurisdictio delegata debet intra suos limites contineri.*
l. in agris, ff. de acquir. rer. dom. c. ex parte de officio delegati.
l. quicumque, Cod. de execut. & exact. lib. 12.
l. si diligenter, ff. mandati.
c. si venerabilis, de officio delegat.
Iudicium constat de actore, reo, & Iudice, & omnium personarum legitimandæ.
l. quidam referunt, ff. de iure codicil.
l. non ignorat, Cod. qui accusare non possunt.
c. forum, de verbor. signific.
3. *Fisci præiudicium cause quæ possunt continere pertinent ad senatum Regalis Patrimonij.*
tit. Cod. vbi causa fiscales.
l. 2. l. nullum, Cod. Eodem.
4. *Contractus interpretatio pertinet ad senatum à quo factus.*
l. 2. §. postea ne diutius hoc fieri, ff. de orig. iuris.
5. *Contractus resolutio debet tractari in loco vbi factus.*
l. in contractibus, §. fin. Cod. de non numer. pecu.
6. *Ad Principem spectat de suis causis cognoscere, & à quibuscumque iudicibus aduocare.*
l. proximè, Cod. de his quæ in testamento debentur.
Princeps assignando aliquos iudices causam videtur eam aduocare.

Ioann. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. Pars I.

7. *Gabella soluenda non in loco originis, sed vbi contractus celebratur.*
8. *Gabellam soluendam in loco contractus procedit etiam si alibi sit res vendita.*
l. magis puto, §. illud, ff. de rebus eorum.
9. l. 5. tit. 17. lib. 9. Recopil.
10. *absurdi vitandi argumentum validum.*
l. nam absurdum, ff. de oper. libertor.
11. l. 18. tit. 12. lib. 9. Recopil.
12. *Capitationis Generalis gabellarum Regni caput 22. explicatur.*
13. *Gabellarum immunitatem habent qui privilegia habent non soluendi in libris Regiis.*
l. 4. tit. 9. lib. 9. Recopil.
l. 1. tit. 20. lib. 9. Recopil.
14. l. 29. tit. 19. lib. 9. Recopil.
l. 2. tit. 20. lib. 9. Recopil. & n. 21.
15. l. 4. tit. 20. lib. 9. Recopil.
16. *Iura iuribus expedit concordari.*
c. cum expediatur, de electione.
Legum correctio non inducenda.
17. *Leges Recopilationis iubentur obseruari, & confirmantur ex Pragmatica adducta in principio Recopilationis.*
18. *Leges vna per alias declarantur.*
19. *Leges ad ea quæ frequentius adoptantur.*
l. nam ad ea, ff. de legibus.
Argumentum à solitis valet.
l. certi conditio, §. si nummos, ff. si certum petatur.
20. l. 17. tit. 17. lib. 9. Recopil.
21. l. fin. quaderni administrationis gabellarum explicatur.
22. *Consuetudo attendenda ad solutionem gabellarum.*
l. semper 34. ff. de reg. iuris.
23. *Interpretatio in dubio faciendæ, ne gabella soluatur.*
24. *Commexitatis ratione iudicium procedit.*
l. nulli Cod. de iudiciis.
25. *Prorogatione iudex incompetens fit competens.*
l. 1. & 2. C. de iudiciis.
l. 1. Cod. de iurisdictione omnium iudicum.
l. cum vendente, 4. Cod. vbi cause Fiscales.
26. *Exemptiones dilatoria intra nouem dies opponende.*
27. *Prorogatio locum non habet in iurisdictione delegata.*
28. *Delegata iurisdictione ad vniuersitatem causarum pro ordinaria habetur, & potest prorogari.*

E 2

Vectigalibus

Vectigalibus Castris eius domino venditis, & controuersa exorta cum incolis, an soluere debeant vectigalia in Castro, de mercibus, quae extraxerint, & alibi vendiderint, lite instituta in senatu Patrimonij Regij, an illius iurisdictio, possit declinari quasi ad Regij Patrimonium non pertineant eius Castris vectigalia iam vendita, pro explicatione leg. 5. titulo 17. leg. 2. & 4. titulo 20. libro 9. Recopilat.

ROSSE designatoriam in nostro senatu proponi ex eo intendebat, qui vectigalia possidet, quia ex ordinationibus huius senatus de quibus in l. 1. §. 3. 4. 5. & sequent. tit. 2. lib. 9. Recopilat. & in libello addito lib. 2. tit. 5. solum ad eum spectat cognitio causarum quae nomine Regis nostri & eius Fisci intenderentur contra quoscumque, qui iura Regalia percipere vel exigere velint, & hoc non priuatiuè sed accumulatiuè cum Cancellariis: & cum iam praedicta vectigalia vendita essent priuato qui ex venditione Fiscali obtinet, non videntur pertinere ad senatum Regalis Patrimonij, nam vtrumque videtur copulatiuè requiri vt in eo resideat iurisdictio, esse iura Regalia, & ad principem pertinere, arg. l. si haeredi plures, ff. de condit. instit. & mutatione personae priuati amittitur praedictum priuilegium, l. per Procuratorem, ff. de adquir. haeredit. Bart. in l. 1. Cod. de Nauiculariis, lib. 10. Petrus de Anriboli, in tractatu de muneribus 3. p. num. 86. Didacus Perez in l. 12. tit. 4. lib. 4. Ordinamenti, glossa ne possent, & in casu notabili resoluit Auilesius cap. 2. Praetorum glossa, camera num. 5. ad finem, Auendaño de exequend. mandatis c. 7. num. 7.

2. Ac proinde ad iudices ordinarios pertinere dicendum huius causae cognitionem, non verò ad senatum Regalis Patrimonij, nam cum eius iurisdictio sit limitata, & delegata, debet intra terminos delegationis contineri argumen. l. in agris, ff. de adquir. rer. dom. latè Felinus, in cap. cum delicta,

de rescriptis, cap. ex parte de officio deleg. & suam debet seruare formam, non excedere, l. quicumque, Cod. de executoribus, & exactor. lib. 12. ibi: Hoc tantum potestatis arripiat, quod mandato curiae sua specialiter approbatur ne quod iniunctum alteri fuerit, collegij iure praesumat; ne dum haec sibi inuicem mutui officij licentia patiuntur, agant cuncti quod singulis credebatur. Facit l. diligenter, 8. ff. mandati, cap. venerabilis de officio deleg. & ideo tradit Baldus in l. fin. Cod. de iudiciis vt ante omnia in litis prosecutione debeant legitimi tres personae, scilicet, Iudicis, Actoris, & Rei, quia in eis consistit figura iudicij l. quidam referunt, ff. de iure codicillor. l. non ignorat. Cod. qui accusare non poss. cap. forum de verb. significat. l. 47. tit. 18. p. 3.

3. Sed his non obstantibus, verius est in hoc casu, & similibus huius causae cognitionem pertinere ad senatum Regalis Patrimonij, nam vbi quaeritur de utilitate vel damno fisci, & Patrimonij Regalis in hoc senatu de eo cognosci potest, ex titulo, Cod. vbi causae fiscales, & facit, l. 2. eodem ibi: *Iam non de crimine aut poena mortui, sed de bonis quaerendum est.* l. nullum, Cod. eodem Bald. in d. l. 2. Peregrinus de iure fisci lib. 4. tit. 4. iunctis pluribus quae cumulat Neruius ad dict. rub. C. vbi causae fiscales.

4. Maximè cum fiscus, & eius Aduocatus huic liti se obtulerint, cum maximum damnum Regali Patrimonio intendat inferre illum, qui vectigalia exigit, quia vult exigere vectigalia ab illius loci incolis, cuius vendita vectigalia, etiam si in aliis locis merces vendiderint, & transportauerint, quo casu cum excedat venditionem factam quae celebrata fuit à senatu Regalis Patrimonij, debet in eo necessario de eius interpretatione cognosci, l. 2. §. postea ne diutius hoc fieri, ff. de origine iuris, ibi: *Vt leges corrigere si opus esset, & interpretarentur,* vbi cum decem viri leges tulerunt, eo ipso illis data facultas vt interpretationem darent dubiis, quae circa eas possent offerri: facit gloss. verbo, *Præses prouincia,* in l. ab executeore 4. ff. de appellat. vbi Bart. num. 5. latè Ripa in rubrica, ff. soluto Matrimonio, num. 48. & ita solum ad senatum, à quo praedictus contractus celebratus pertinet eius interpretatio, quia illud solum potest rectè declarare, & cognoscere quid in hoc casu comprehensum.

5. Idque sine dubio in contractus obseruantia certum est, cum etiam quoad eius resolutionem debeat causa tractari in loco vbi factus fuit l. in contractibus, §. fin. Cod. de non numerat. pecunia, & post antiquiores quos refert resoluit Couarruu. lib. 1. var. cap. 4. num.

num. 1. ibi: *Hic verò intellectus mihi non placet si quidem locus vbi contractus fuerit celebratus de iure idoneus est, vt in eo agatur, & tractetur de eius dissolutione, & quamuis aliqui tenuerint, statuentes, vt quamuis quoad nostrum casum certum sit locum contractus aptum esse, vt in eo agatur de implemento contractus, non verò vt in eo agatur de eius rescissione, & dissolutione, tamen additio-nator ad Decium in l. vinum, ff. si certum petatur, num. 11. lit. A, ad concordiam contrarias opiniones conciliat, vt si allegaretur aliquid ad rescissionem, quod penderet, ex ipso contractu, vt dolus, laesio, vel quid simile, peti debet vbi contractus gestus: si verò aliquid extrinsecè peteretur, quod non penderet ab ipso contractu, sed ab extra proueniret, vt si minor peteret restitutionem in integrum, vel mulier allegaret à marito vi coactam fuisse, tunc rescissio contractus non est petenda in eius loco, sed coram iudice Rei.*

6. Igitur eo quod obseruantia quaeritur in nostra controuersia, & quamuis de dissolutione, aut rescissione ageretur, agitur de re quae inest in ipso contractu, videlicet, an eo comprehenderentur vectigalia praedicta, iuxta omnium sententiam debet causa tractari in senatu Regalis Patrimonij, vbi celebratus, idque in dubio est ex nostri regni legibus, nam ex nouis ordinationibus huius Senatus, quae editae anno 1593. decretum fuit, vt de rebus quae fierent in Senatu Regalis patrimonij cognosci non possent in Cancellariis, vt constat capite 74. Curiarum Matrini anni 1585. & insertum est in noua compilatione legum, vt constat ex nouo libello eis addito lib. 2. tit. 5. & ab hoc decreto nullus poterit supplicationem intendere, quia ad Principem ex eius dignitate Regia spectat de suis causis cognoscere, & à quibuscumque iudicibus aduocare, l. proximè C. de. his quae in testament. debentur, ibi *sententia Imperatoris Antonini,* vbi Castrenf. num. 4. plura tradit; Matienzo in l. 3. tit. 10. lib. 5. recop. in glossa 10. in principio: & quando Iudices assignat Princeps, vt in Senatu Regalis patrimonij, videtur causam aduocare ex eleganti doctrina Baldi in cap. *audiuisti* de officio deleg. num. 3.

7. Tum etiam quia ultra damnum, quod fisco ex praedicto facto infertur, manifestè vectigalia regia, & quae ad ipsum Principem spectant, vsurpat is, qui cum emeret vectigalia alicuius oppidi, cum incolae illius vendunt, & emunt in aliis oppidis regni, quae mercimonij causa frequentant, intendit incolatus ratione ad illum vectigalia il-

lorum contractuum pertinere, quia exploratum sanè est, & extra omnem causam & controuersiam, non esse soluendam gabellam in loco originis, sed in eo vbi venditio & contractus fuerit celebratus, vt docuit Bald. in leg. 1. numero 4. in fine, Cod. de contrahend. emptione, Alex. lib. 6. conf. 146. n. 5. lib. 6. Socinus conf. 76. n. 8. lib. 1. Panor. mitanus in cap. fin. num. 30. de foro compet. latè Decius conf. 477. num. 1. vbi tradit gabellam esse onus consecutiuum contractus, & ideo vbi contractus celebratur, ibi in consequentiam gabella debetur: & ex nostris Ioannes Parlador lib. 1. quotidianarum, cap. 3. §. 8. num. 1. Rolandus à Valle conf. 100. num. 49. lib. 3.

8. Quod procedit, licet res quae venditur in vno loco, sit in alio sita, vt notat idem Bald. in leg. *magis puto.* §. *illud,* per textum ibi, ff. de rebus eorum, vbi tradit, qui vendit rem quae sit Florentiae, ibi debet solui gabella, quia in ea peraguntur solemnia contractus, & perficitur venditio: sequitur Decius conf. 477. num. 1. & 2. Iulius Ferretus in tract. de gabellis 9. part. num. 377. adeo vt tradiderit Socinus lib. 2. conf. 302. num. 2. esse maximè odiosa, & consequenter restringenda statuta, quae disponunt, gabellam solui debere in diuerso loco quam in eo, in quo venditio & contractus fuerit initus: & iure nostro aperte probatur ex leg. 5. tit. 17. lib. 9. Recopilat. qua statuitur gabellam bonorum mobilium & se mouentium solui in loco vbi venditio celebratur, dummodo ibi res tradita sit, qui est noster casus, nam mercatores illius oppidi in quo Dominus emit vectigalia, dum accedunt ad alia oppida, ibique merces comparant, & in eo loco vel in aliis vendunt aut distrahunt, certum est in illis soluere debere gabellam, vbi rem tradiderunt, nec pertinere ad dominum loci vbi incolae sunt.

9. Confirmatur vterius, quia praedicta lata fuit ad tollendas, & rescandans multas ambiguitates, quae circa hoc exoriebantur, atque ita subdit ibi: *Muchos dudos acæcer sobre en que lugar, y a que arrendador se a de pagar el alcavala de las ventas de los bienes muebles, y se mouientes:* itaque dicta 5. tollit huius liti dubitationem clarè, & perspicuè decidens, vt gabella bonorum mobilium & se mouentium debeatur in loco vbi venditio fit: & merces venditae traduntur, non verò in loco Originis, cuius emerat vectigalia, si ibi venditio non fiat, & res tradantur.

Idque comprobatur argumento sumpto ab euitando absurdo quod est validissimum in iure, l. nam absurdum cum similibus, ff. de oper. libertor. cum planissimum sit quam magnum

magnum & in tolerabile absurdum sequeretur, si cum incolæ & mercatores, dicti oppidi obstringerentur ad persolvendam gabellam in loco ubi venditionem faciunt, prout de iure adstricti sunt, & molestari possent super eadem Gabella à Ministris, & officialibus Domini eius loci in quo vicini sunt, cum pro eodem contractu non debeat solui duplex gabella, nec multoties nisi semel possent pro ea quis molestari, vt tradit Bart. in l. fin. §. quoties, cum glossa ibi, ff. de publican. Alex. conf. 148. num. 10. lib. 6. Bertachin in tractat. de gabellis 3. p. 8. part. princip. atque loquens in proposito nostri casus, Bartholomeus Vertagola conf. 529. num. 4. lib. 2.

11. Comprobatur hæc sententia ex l. 18. tit. 12. lib. 9. Recopilat. quâ cauetur tunc incolas debere gabellam in locis ubi fuerint vicini, si venditiones ibi perfecerint, ac celebrauerint, & in ciuitate aut villa quæ sit caput territorij, si soluerint gabellam ex re in vno loco territorij distractâ, exempti sunt soluendi in altero: & enixè iubet Publicanos vectigalium conductores non posse in contractibus suis adicere conditionem, vt ex rebus in vno loco venditis in alio diuerso gabella soluatur, & adeò verum est vt licet huiusmodi mercatores merces suas attulerint ad emporia libera, non erant obstricti eam soluere in eo loco, ubi incolæ sunt, sed in illis ciuitatibus, villis, aut locis, à quibus fuerant merces adductæ, vt alibi distrahentur, l. 2. tit. 20. lib. 9. Recopilat.

12. Sed etiam si ex prædicto oppido incolæ mercatores à patria sua exportarent merces, & inueherent in alia oppida, in quibus Regi vectigalia soluuntur, & de eis soluendis cum Rege capitatio est facta, certissimum est non deberi gabellam in loco originis, vt pluries in hoc senatu Regalis Patrimonij iudicatum fuit: & ratio euidens est quia huiusmodi conuentiones vulgò *encabezamientos*, eâ lege & conditione conueniuntur, vt possint gratiæ & remissiones fieri, atque illis frui quicumque vendiderint in locis Capitationis, licet exteri sint, adeò vt non valeat conditio in contrarium, vt colligitur ex conditione. 22. Capitationis Generalis Regni, atque ideo si compellentur Vicini vnus loci in eo soluere gabellam, licet in alio vendiderint, apertè fieret contra prædictam conditionem.

13. Quibus accedit alia ratio, quia huiusmodi incapitationes & earum conditiones descriptæ ac notatæ sunt in Regiis libris, ac subscriptæ & expeditæ à summis Regij Patrimonij quæstoribus, atque ita quemadmodum illi qui habent priuilegia descripta

& adnotata in Regiis libris, & subscripta & expedita à summis Quæstoribus, à Gabellis sunt immunes, l. 4. tit. 9. l. 1. tit. 20. lib. 9. Recopilat. ita similiter immunitate frui debent illi, qui vendunt in oppidis incapitatis vt non soluant in loco originis, si tamen vectigalia satisfecerint in loco incapitationis.

Et in dictis iuribus similiter cauetur, vt 14. quando mercatores à patria sua merces exportauerint, gratiâ illas vendendi in nundinis & emporiis liberis & francis, quorum immunitates descriptæ sunt in libris, quos dicimus *de lo saluado*, & vltra prædictas leges probatur ex l. 29. tit. 19. lib. 9. Recopilat. quâ iubetur persolui gabellam cum dupla Regio Gabellario, si non præcederent requisiti, de quibus in ea, & necessariò ea lex intelligenda in nundinis, & emporiis, quorum immunitates non reperiuntur descriptæ, neque notatæ in libris *de lo saluado*, nam si descriptæ essent, nulla deberet persolui gabella, in hoc enim casu noluit lex gabellam solui in loco, ex quo merces exportatæ fuerunt, sed in eo ubi venditæ, quando talis gabella spectaret ad Principem, & declaratur hæc conclusio ex leg. 2. tit. 10. lib. 9. recopil. quâ disponitur gabellam soluendam in locis, à quibus merces exportatæ fuerunt, si gabella in eis Regi debeatur, etsi vendentes soluerint gabellam in feriis, & emporiis omnino liberis, ubi merces transportarunt, declarans procedere, quando solum ex voluntate domini loci in totum, vel pro parte immunitas concessa, quod longè differt à nostro casu: necesse verò dicendum, quando eius loci, ubi emporia fiunt, vectigalia pertinent ad Regem, licet eius publicani mercatoribus aliquam gratiam facerent, vt constat dicta leg. 2.

Neque refragatur, imò conuenit huic resolutioni l. 4. tit. 2. lib. 9. recopilat. dum ait: *Que los que fueren à vender, y vendieren en qualesquier ferias, ò mercados francos, ò franqueados, paguen alcauala donde son vecinos y moran*, si quidem dicta lex 4. procedit, & intelligenda in eisdem terminis in quibus procedit l. 2. videlicet quando incolæ extrahunt merces à propriis locis, illasque vendunt in aliis immunibus, quas immunitates & remissiones faciunt domini talium locorum ad quos ex priuilegio ius exigendi gabellas pertinet, nam cum merces extractæ fuerint à territorio, ubi gabella Regi soluenda, & postea venduntur in locis immunibus, in quibus gabella non pertinet ad Regem, sed ad dominos locorum, tunc gabellam soluere debent mercatores in locis ubi habitant, & commorantur; at verò quando mercatores

catores extrahunt merces ex variis ciuitatibus, aut villis huius regni, atque eas vendunt in nundinis, & emporiis liberis, eo casu procedit dict. l. 2. vt gabella soluatur in his locis, ex quibus tales merces fuerint exportatæ, nec legislatori vnquam in animo fuit (vt ex tota eius contextura apparet, cum maximè caueat ne Principi fraus in gabella soluenda fiat) vt gabellæ huiusmodi spectarent ad dominos locorum, in quibus mercatores essent incolæ, & habitatores.

16. Hanc esse veram, genuinam, & planissimam interpretationem, & sensum, quo prædicta iura conciliantur, manifestè suadet, quia expedit iura iuribus concordare, cap. cum expedit, de electione, declarat eleganter Franciscus Connanus lib. 1. comment. iuris, cap. 9. num. 5. ibi: *Ceterum si aliquo modo fieri potest, vt leges, quæ putantur contraria, non discrepent inter se, nunquam altera alteram tollit, sed in eam sententiam accipiuntur, quæ vtrisque potest congruere*. Et rursus eodem numero in fine ibi: *Semper enim in diuersis legibus considerandum est quoniam modo ambæ conseruari possent, & si qua est sententia, quæ vtrique suam conseruat vim, & auctoritatem, eam nos amplecti, atque approbare debemus*: quod efficacius procedit, si animaduertamus prædictas leges non solum insertas & comprehensas esse in eodem volumine, sed sub eodem titulo, & rubrica, vt in simili inquit notabiliter Pala. Rubios c. in l. 29. Tauri, num. 8. in fine ibi: *Sed istud de aliarum legum correctione, signanter earum, quæ in hoc volumine continentur, non placet: non enim credendum est, quod leges vnus voluminis eâ facilitate sint conditæ, quod vna aliam corrigat, nec incontinenti est præsumenda correctio textus, & glossa in l. nam ad ea, ff. de condit. & demonstrat.*

17. Nec in hoc attendenda est anterioritas, vel posterioritas, cum omnes confirmatæ sint, & obseruari iussæ ex pragmatica Regiæ maiestatis, quæ initio nouæ recopilationis inscribitur: & quæ eodem tempore confirmantur, eodem tempore facta censentur, iuxta glossam in l. 2. Cod. de testament. tutel. notat Philippus Francus in cap. vt officium, §. 1. num. 3. de hæreticis lib. 6. maximè quoniam præfata lex præcipit, vt in illa depositum adiciatur inter conditiones libelli gabellarum, ac demum confirmatur, ac obseruari iubetur in l. sequenti.

18. Nec aliquod negotium facessit generalitas prædictæ l. 4. quatenus disponit, vt gabellæ solutio fiat in loco, ubi sunt vicini, quasi repugnet dicta lex 2. eiusdem tituli, quâ deciditur, gabellam soluendam esse in

locis vnde merces extractæ, quia non est à iure alienum, vt generalitas vnus legis distinguatur per alteram, & per multa iura, quæ citat, tradit optimè Philippus Corneus conf. 84. num. 9. lib. 2. & conf. 180. n. 6. lib. 3. & conf. 155. in principio versic. *preterea*, lib. 1. Paris. conf. 106. num. 44. lib. 1. & conf. 151. num. 23. & conf. 73. num. 20. & conf. 68. num. 91. lib. 4. Socinus conf. 119. n. 20. lib. 1. Carolus Rtinus conf. 2. num. 3. lib. 5. ubi tradit hoc procedere, quamuis lex sit valde præcisa, Laurent. de Pin. conf. 4. n. 31. Molin. lib. 1. de Hisp. primog. cap. 7. num. 9. & ante eos Bald. in l. omnes populi, num. 16. col. 8. versic. *tertio modo*, ff. de iustitia & iure, statuens: vt si lex antiqua loquitur distinctè, & secunda indistinctè, per secundam non derogatur prima, sed secunda distinguitur per primam: refert & sequitur Corneus conf. 199. num. 67. lib. 2. Decius in l. fin. num. 3. C. de edendo, Ruinus conf. 155. num. 7. lib. 3. Cephal. conf. 18. n. 40. lib. 1. Vincent. de Franchis decif. 149. num. 14. vnde dicta l. 4. quæ iubet gabellam solui in locis ubi incolæ sunt mercatores, qui emporiis liberis aliorum locorum vendunt, accipi debet, quando merces à locis, in quibus incolæ sunt extractæ.

Quod comprobatur animaduertendo 19. quod prædicta lex 4. respexit ad ea, quæ communiter accidunt, & quoniam, vt plurimum vicini extrahunt merces ex locis ubi habitant, illasque vendiderint in aliis locis, cum ad ea quæ frequentius accidunt, iura adaptentur, l. nam ad ea. ff. de legibus, & vallet argumentum à solitis, l. certi conductio, §. si minus, ff. si certum petatur, cum similibus: idcirco in hoc casu vult prædicta lex 4. quod earum rerum, quas vicini extraxerint ex suis oppidis, & venderint in nundinis, & emporiis liberis, persoluant gabellam in loco suæ habitationis; & hoc etiam probatur in l. 137. libelli gabellarum, quæ applicat tres quartas partes conductoribus illius ciuitatis, villæ, aut loci in quo fuerint incolæ, & ex quo extraxerint prædictas merces: ex quo necessario deprehenditur quod simul debent esse vicini; atque ex eisdem locis ubi habitant, merces extrahere, ita quod non sufficit duntaxat esse vicinum, cum lex vtrumque copulatiuè requirat, iuxta quam supplenda & interpretanda est prædicta lex quarta.

Vltèrius quod hæc conciliatio verissima 20. fit, amplius elucescit ex l. 17. tit. 17. lib. 9. recopilationis, qua cauetur, ibi: *Que los que hazen paños, los registren y sean obligados à pagar el alcauala al arrendador de los paños, saluo si mostraren auerla pagado donde las vendieron*

dierum. Et sic prædicta lex disponit quod gabella soluatur in loco, ubi confecti & extracti fuerint panni, non verò ubi mercatores fuerint incolæ, si quidem bene posset contingere quem esse incolam Hispanensem & pannos conficere. Vbedæ aut Beacæ quo in loco talium pannorum debet professionem facere, vulgo *Registro*, & gabellam soluere, nisi ostenderit quod eam persoluerit in loco ubi vendidit.

21. Rursus huius concordia veritas comprobatur ex ordinationibus administrationis gabellarum in l. fin. quâ iubetur mercatorem, vel eum qui transportat merces, debere in loco ubi est incola, testatione Tabellionis docere, se earum rerum soluisse gabellam in alio loco, aliâs illam soluat in loco ubi inhabitat, unde planè ostenditur quod notauimus, quia à mercatore, vel qui merces transportauit, solum exigitur ratio mercium, quas adduxerit ad locum suæ habitationis, non verò illarum quas vendiderit aut emerit in aliis locis huius Regni; quò casu obseruanda est dicta lex 2. nec vllò casu permitti potest, vt incolæ illius loci, ubi vectigalia alicui domino vendita earum mercium quas exportauerint ex Hispani, Corduba, aut aliis Oppidis huius Regni, & postea illas distrahant in nundinis, & emporiis liberis, soluant gabellam Domino loci, ubi vicini fuerint, non verò Publicano Cordubensi, Hispanensi, aut aliarum ciuitatum; cum præterquam quod hoc esset apertè legibus prædictis aduersari, vergeret in magnum præiudicium Regalis Patrimonij, idque non solum esset contra dictam l. 2. & alias Regni quas expressimus, sed etiam aduersus ius commune quo cautum est quem non debere soluere gabellam in suo Domicilio de rebus quas vendiderit extra proprium incolarum, & habitationem, vt post Baldum quem refert, resoluit Iulius Ferretus de gabellis, vlt. part. num. 593. & pro horum iurium explicatione addendum est, quod ex Lafarte, Gironda, Azebedo, & aliis notauit Ioannes, Guterrius de gabellis, quæst. 46. num. 28. quæst. 104. & 105. per totam, quæst. 110. num. 4. quæst. 111.

22. Vterius quia in his omnibus casibus, quos retulimus, probatum fuit ab omnibus litigantibus, tam ab actore qui vectigalia vendita possidet, & gabellam petit, quam à vicinis reis qui soluere recusant, numquam fuisse consuetum vt gabellæ soluantur in loco habitationis mercium, quas vicini mercimonia exercentes venderent, aut emerent in aliis locis huius Regni; & quando est dubium an gabella soluenda de aliqua re, tunc consuetudinem attendendam omnes Doctores

concordes admittunt, & ab ea Ius Gabellarum recipit interpretationem, & declarationem vt exigi possit, vel non, Alex lib. 6. conf. 211. num. 6. Decius conf. 358. num. 3. Rolandus à Valle vol. 3. conf. 29. num. 79. ad finem, Corneus, lib. 3. conf. 181. num. 14. Natta conf. 139. num. 18. cum sequent. & facit l. *semper* 34. ff. de Regul. iuris, Innocentius in cap. *Rainaldus*, in glossa, verb. *consuetudinem*, de testamentis, iunctis quæ ex l. *si fundus*, ff. de euit. l. *quod si nolit*, §. *asidua*, ff. de ædilit. edicto, l. *area*, Cod. de locato, ego notaui 2. p. decis. Granat. 62. num. 2.

Et quando aliquod dubium versatur an gabella in prædictis casibus foret soluenda, semper contra eam est facienda interpretatio, ne soluatur, Bartolus l. *si pupillus*, ff. ad l. Falcidiam, Angelus consil. 385. nu. 1. Decius conf. 48. num. 5. Grauea consil. 3. in fine, & consil. 231. num. fin. & in tractat. de antiquit. tempor. 4. part. num. 231. Ruinus lib. 4. conf. 112. num. 4. Corneus lib. 1. consil. 199. num. 5. Natta consil. 264. num. 8. Bosius in praxi, titulo de vectigal. num. 10. Hippol. Riminal. lib. 1. consil. 26. num. 16. & lib. 2. consil. 163. n. 12. Bursatus consil. 190. Cacheranus decis. 114. num. 5. & 7. Vnde apparet cum Dominus prædicti loci contra leges nostras ius commune & consuetudinem intendere velit extendere vectigalia, & exigere illa, quæ ad Regem pertinent, necessariò in Senatu Regalis patrimonij de causa cognosci debet, & de hoc non posse coram alio iudice iudicium procedere.

Deinde cum venditio fieret à Senatu Regalis patrimonij, quicquid de eius interpretatione dubitaretur, ab illo interpretandum, ubi potest constare quid venditum, quale, quantumque fuerit, & in quo de similibus venditionibus, & gabellarum exactione semper actum fuit, de vsu, & praxi huius rei, & ideo in hac eadem causa, ubi declinatoria exceptio iurisdictionis opponitur de possessione huius rei in senatu regalis patrimonij, causa discussa, & sententia lata à supremis quæstoribus, ideo ratione connexitatis, & dependentiæ, etiam si res ipsa ex sua natura non pertineret ad hunc senatum, debet in eo iudicium discuti, argumento l. *nulli* Cod. de iudiciis, & quæ notarunt Bartol. Decianus, Viuius, Alciatus, Menochius, Tuscus, Bernardus Graueus, Craueta, Missinger, Marta, & alij, quos refert Augustinus Barbosa in collect. dict. l. *nulli*, num. 2. & 6.

Rursus quia in hoc casu iam iudicium institutum fuit in consilio supremo Regalis Patrimonij, & lis contestata: & ideo etiam si deficeret iurisdicção, posset prorogari ex l. 1.

& 2.

& 2. ff. de iudiciis, & iudex aliâs incompetens, competens efficitur, textusque in terminis loquitur, l. 1. Cod. de iurisdictione omnium iudicum ubi procurator Casaris ex consensu partium fuit iudex competens inter priuatos, censetur & expressè probatur in l. *cum vendente* 4. Cod. ubi fiscales causæ, in quo textu non solum quoad ipsam venditionem à fisco factam & eius accessoria, sed etiam inter priuatos si velit conuenire emptor eos, qui vel emere mandauerunt, & quibus rem emptam tradidit, potest coram procuratore Casaris causam agere, nota verba ibi: *Procurator meus, si eius auctoritatem elegeris, cognoscat, vt pecuniam, quæ pretij nomine tibi debetur, & vsuræ quæ fisco soluendæ sunt, consequi possit.* Vnde multò magis in hoc casu Dominus loci qui vectigalia emit, tenetur coram Senatu Regalis patrimonij, quem elegit, causam prosequi, quæ verè eius iurisdictionis est, quando quæ aliena sunt, prorogatione possunt comprehendendi.

26. Maximè quia hæc exceptio declinatoria, vt reliquæ dilatoriæ intra nouem dies debet proponi, aliâs non admittendæ, & multum tempus post nouem dies, & nouem menses opponitur, ac per consequens locum habere poterit exceptio declinatoria, vt de iure nostro constat, l. 1. tit. 5. lib. 4. recopil. ubi expressè intra nouem dies à die actionis intimatæ proponendam esse traditur.

27. Nec poterit obstare prorogationem locum non habere in iurisdictione delegata & limitata, vt est supremi Senatus Regalis patrimonij, & ideo prorogatio videtur non procedere ex celebri doctrina Cyn. in l. 1. ad finem, Cod. de iurisdictione omnium iudicum, ubi argumento textus in l. *testamenta omnia*, Cod. de testam. tradit, si iudex fuerit electus, & cognoscat de certis causis, veluti mercaturæ, non potest illius iurisdicção prorogari, vt cognoscat ad alias causas diuersas, cuius sententiam sequuntur ibi Fulgos. & Salicetus, Panormitanus in cap. P. & G. n. 15. & ibi Immola ex num. 88. Felinus num. 12. de officio delegat. idem Panormit. in cap. *significasti*, num. 16. de foro compet. Alex. Corneus, & Iason. in dicta l. *testamenta omnia*, & multis similibus confirmat Iason in l. *si per errorem*, num. 4. ff. de iurisdictione omnium iudicum, sequitur Greg. Lopez in l. 47. gloss. 1. tit. 18. parte 3. ubi pro hac sententia adducit l. *certa ratione*. Cod. quando prouocare non est necesse, l. *solemus*, §. *la-trunculator*, ff. de iudiciis, in qua iudex de causa criminali non potest etiam ex partium consensu iudicare de pecuniaria & causa ci-

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fife, Pars I.

uili: ubi communiter notarunt interpretes & Castren. in repetitione l. 1. num. 36. Cod. de iurisdictione omnium iudicum, Hippolytus in l. fin. num. 197. ff. de iurisd. omnium iudicum.

Id verò nihil mouet, quippe vltra quam, vt animaduertimus hic casus apertè comprehenditur in iurisdictione supremi Senatus regalis patrimonij, & non censetur iurisdictionis prorogatio, sed comprehensio eorum, quæ necessariò debent contineri, vt Regalis patrimonij administratio rectè expediat, argumento leg. 2. ff. de iurisd. omnium iudicum, & eorum quæ notarunt Bartol. in l. *omnes populi*, num. 60. ff. de iustitia & iure. Menochius consil. 441. num. 56. Medicis in tract. de regulis iur. regul. 9. Marsilius singul. 176. Iason. in l. *propertandum*, §. *si quidem*, num. 9. Cod. de iudic. Roman. ad l. illud, ff. de acquirenda hereditate. Quando iurisdicção delegata est ad vniuersitatem causarum, vt in dicto senatu, pro ordinata habetur, & potest prorogari ex doctrinâ glossæ in cap. *cum causam*, verbo *delegatus* de appellation. glossa in leg. à iudice, Cod. de iudiciis, Bartol. in l. *more*, num. 8. ff. de iurisd. omnium iudic. Doctores, & Alciatus in rubrica de officio ordinarij, num. 20. Menochius lib. 2. præsumpt. 16. num. 28. & lib. 1. de arbitrariis, quæstione 67. num. 31. Barbosa in l. cum prætor, §. 1. num. 37. & sequent. ff. de iudiciis, Azeuedo in l. 1. num. 6. tit. 9. lib. 3. Recopil. Augustinus Barbosa in collect. dict. cap. cum causam, num. 5. & 6.

Denique nihil poterunt mouere, quæ contra obiecta num. 1. nam illud, iurisdictionem senatus regalis patrimonij esse limitatam, & restrictam ad res de quibus in ordinationibus eius senatus, & alia, quæ in huius rei confirmationem adduximus, satis explicationem habent ex eis, quæ nuper notauimus, hunc casum propriè pertinere ad prædictam iurisdictionem, quia agitur de iure fiscali, videlicet de vectigalibus, quæ ad Regem pertinent, & quæ vsurpare intendit, qui oppidi emerat vectigalia, cum extendere velit suum contractum ad ea quæ in eo comprehensa non fuerunt, de quo necessariò in supremo regalis patrimonij senatu cognoscendum est, cum ab eo fuerit venditio expedita, & ideo rectè decretum fuit locum habere exceptionem declinatoriam, sed in senatu causam retinendam.

ALLEGATIO VIII.

Vectigalia Regia vindicanda à Magnatibus Castellæ nec excusandi Regis permissione.

1. Magnates sunt in Castellâ, quos dicimus Grandes, qui post Regem debent honorari.
l. 4. tit. 18. p. 3.
l. 6. tit. 9. p. 2.
l. 21. tit. 21. p. 2.
2. Riccos homes quos antiquitus dicebamus.
3. Ricci homes in Hispania confirmabant Regum privilegia.
4. Ricci homes & titulati sunt de consilio Regis Hispani, licet hodie non habeant exercitium.
l. 4. tit. 4. lib. 2. Recopil.
5. Titulati omnes antiquitus in Castellâ coram Rege caput cooperiebant. Titulati Lusitani, cum à Castellâ illud Regnum proceperit, hunc morem retinēt. Titulati hodie in Castellâ non cooperiunt coram Rege caput, nisi solum excellentiores, quos dicimus Magnates. Regina Hispaniæ Isabella Catholica laudes.
6. Magnatum Castellâ origo, ut coram Rege illi solum caput cooperiant, alij titulati sunt nudato capite.
7. Carolo V. in coronatione Imperij omnes Titulati Hispani nudato capite interfuerunt.
8. Carolus V. post coronationem Imperij noluit omnes titulos Hispaniæ, coram eo caput tegere, sed hunc honorem solum maioribus concessit. Caput coram Rege detegere signum reuerentia.
c. 4. Ecclesiastici.
9. Caput coram Regibus detegere, signum maximi honoris.
10. Magnatum, & de verbo Grande qui egerunt.
Cap. 7. lib. 2. Regum explicatur.
11. Magnates ex illustrioribus potentia, nobilitate, & virtutibus eligendi.
11. Magnus qui factis, & virtutibus excellit.
13. Senatores supremi senatus iustitiæ Castellâ coram Rege caput tegunt, & sedent in consultationibus.
14. Riccos homes differre à magnatibus probatur.
15. l. 5. tit. 8. lib. 9. Recopil. Magnatum differentia.
16. Regem decet nobiles subditos honore, & premiis cumulare.
l. 6. tit. 9. l. 3. tit. 10. p. 2.
l. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil.
17. Magnates debent præcedere, & post Reges & Regum filios maxime honorari.
18. Princeps qui prohibere potest, & non prohibet, consentire videtur.
L. in adoptionibus, ff. de adoptionibus. Procurator non potest factum Domini impugnare.
L. si hominem, ff. mandati, & c. num. 57. Iniuria est negare quod aliis conceditur.
l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & astina & c. num. 59.
19. Magnates ad retinenda, vectigalia Regis iurantur prescriptione immemoriali.
l. hoc iure, §. diutius aqua, ff. de aqua quotid. & asti.
l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. Magnates intendunt in eis limitari, & c. n. 21. cum sequentibus.
20. Magnates sine privilegio ex permissione non possunt detinere vectigalia.
21. Dubium dispositionis ex clausula sequenti explicandum.
l. Verum, ff. de petitione heredit.
l. cum fundum, ff. de verb. signific.
22. Magnates debent magis curare ne usurpentur Regis vectigalia, quia iurant ea defendere.
l. 15. tit. 8. lib. 9. Recopil.
23. Permissionem ut Magnates perciperent Regis vectigalia reuocarunt Reges Catholici.
l. Vnica, in principio, C. de caducis tollendis.
24. Carolus V. & Philippus II. eandem reuocationem permissionis fecerunt. Apostilla legis & scriptura quando probat.
25. Reges nostri cum Hispania turbata potuerunt dissimulare cum Magnatibus ut detinerent vectigalia.
26. Dissimulatio nocet Principi, ubi nullum periculum.
27. Vindicta meditatio solet esse in Principe dissimulatio iniuriarum.
28. Magistratus debent leges sæper obseruare.
l. 1. §. 1. ff. de iustitia & iure.
c. in istis, 4. distinctione.
29. Legum obseruantia remissio valde nocet Principum authoritati.
30. Taciturnitas, & patientia Principis successoribus non nocet.

c. 2.

- c. 2. de præscript.,
l. qui vas, §. vetare, ff. de furtis.
Non pro solum quando accipitur.
l. filius, §. inuitus, ff. de procurator.
l. inuitum, §. ff. de seruit. urban. prædior.
l. non enim, §. 38. ff. ad S. C. Trebell.
l. nec cum filio, 16. ff. de furtis.
31. Taciturnitas non prodest, ut quis obligetur.
l. qui tacet 142. ff. de regul. iuris.
32. l. usus aquæ, C. de fundis rei priuati lib. II.
33. Possessio precaria nihil prodest.
l. 1. l. cum precario, ff. de precario.
34. Princeps tenetur sub pena peccati recuperare vectigalia, quæ iniuste usurpata à subditis.
c. in canonibus, 57. 16. q. 1.
35. Rex non potest noua imponere vectigalia, nisi quando suū patrimonium non sufficit.
36. l. 1. tit. 22. lib. 9. Recopil. Rex in foro conscientia tenetur recuperare sua vectigalia ab iniustis detentatoribus.
Regina Catholica Isabella testamento clausulam apposuit, ut ad Patrimonium Regium redigerentur vectigalia.
37. Decretum Regis pro recuperandis vectigalibus.
38. Magnates non possunt ad detinenda vectigalia iuuari Regis decreto.
39. Rex permittere non potest quod eius grauat conscientiam.
40. Rex ut administrator Regni non potest permittere nec debet, alienationem Regalis patrimonij.
l. fin. §. sed & nostra Maiestas, C. comm. de legatis.
l. si fundus 105. ff. de condit. & demonstrat.
l. cum filius 38. ff. de milit. testamento.
41. Alienationes in Regni preiudicium non valent etiam iuramento confirmate.
c. intellecto, de iure iurando.
l. 1. tit. 17. l. 4. tit. 15. p. 2.
42. Alienatio Regij Patrimonij faciendâ cum consilio senatus.
43. Tributa in Castellâ sine consensu Regni imponi non possunt.
l. 1. tit. 7. lib. 6. Recopil.
Contrariorum eadem est ratio.
Princip. instit. de his qui sunt sui.
44. Fisci officium est defendere Regale Patrimonium, & recuperare quæ ab eo abdicata.
l. 12. tit. 18. p. 4.
l. 1. & per totum tit. 13. lib. 2. Recopil.
l. 1. tit. 2. §. 3. lib. 9. Recopil.
tit. Cod. de aduocat. Fisci.
l. fin. Cod. de pactis.
- l. curator. 3. Cod. de modo multarum.
l. sancimus, 12. l. petitionum 13. §. 1. Cod. de aduocat. diuers. iudicum.
l. 1. & 2. Cod. de lucris aduocato.
45. Popularis actio est recuperare quæ ad Regis spectant Patrimonium.
l. 1. de popul. actionibus.
l. 1. tit. 15. lib. 4. Recopil.
l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil.
46. Fiscalis ex generali muneris mandato sine speciali instituit hæc iudicia de vectigalibus.
l. Magistratus 25. ff. ad Municipal.
l. item eorum, §. sed si ita, ff. quod cuiusque vniuers. nomine.
Mandatam censetur factum secundum formam antiquam.
l. super creandis 9. C. de iure fisci lib. 10.
47. Fiscali non censetur adempta facultas agendi pro Regali Patrimonio, nisi expresse prohibeatur.
l. Pomponius, §. in his, ff. de procurat.
48. Princeps semper leges & ius imitatur & pro eo præsumitur.
l. ex facto 43. ff. de vulgari.
49. Deliberandi effectus.
l. 1. §. casum, ff. de postulando.
l. idemque 22. §. 1. de bon. auth. iudic. possid.
50. Deliberans non consentit.
Iuris dispositio ex verbis dubiis Principis, non eludenda.
l. si quando. C. de inoffic. testam.
51. Permissio non potest plus operari quam privilegium, & illud non valet in vectigalibus nisi cum solemnitatibus legum Hispaniæ.
l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil.
52. Magnates non solum detinent vectigalia Regia ex permissione, sed ex iniustis causis Regibus ignorantibus.
53. Permissionis prætextu possidens vectigalia non debet prohibere, ne litem interdât fiscalis, ut constet an ex tolerantia possideantur.
54. Magnates honorandi à Regibus & beneficiis afficiendi sed sine subditorum præiudicio.
Principes qui donationes immensas reuocarunt.
l. 11. tit. 7. lib. 5. Recopil.
55. Reges non debent immensas donationes facere.
c. intellectu de iure iurando.
56. Permissio ex taciturnitate non potest induci ubi expresse contraria voluntas enuntiatur.
57. Fiscalis non debet, ut reliqui Procuratores, regulari, quia semper habet mandatam cum libera.

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Pars I.

F 2 Fisca

- Fiscalis sine speciali mandato potest intendere supplicationem secundam, pœna mille & quingentarum duplarum auri quod Procuratores non possunt. c. quia ad agendum de procurator. lib. 6. l. 10. tit. 20. lib. 4. Recopil.*
58. *Mandato Regis continentur omnia quæ sunt vicina mandatis.*
59. *Emphyteusis fructus dominus non tenetur eam renouare, maximè si Princeps sit Dominus.*
60. *Ecclesia an obligata sit renouare Emphyteusim. c. ex parte tua, defendis.*
61. *Authent. de non alienandis aut permut. rebus Ecclesiæ. §. quod autem, vers. nec illud, collatione 2.*
62. *Dominus sine dubio non cogendus renouare Emphyteusim quando alij non concedit, sed sibi retinet. l. nemo damnum, ff. de regulis iuris. l. congruit. l. prædium C. de locat. prædior. ciuil. lib. 11. l. iniuriarum, ff. de iniuriis.*
63. *Præscriptio immemorialis, non procedere in vectigalibus & etiam completa nostris legibus improbat.*

De Magnatibus Regnorum Castellæ, quos dicimus Grandes, illorum origine, dignitate, & eis non prodesse tolerantiam, seu permissionem Regis, quæ se defendunt in detentatione Gabel-larum, ne de illis sine speciali Regis permissu aduersus eos actio à fisci Patrono intendatur, ad explicationem l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopilationis.

SUNT in Castella Titulati, quos Magnates dicimus & l. 4. tit. 18. p. 3. vocat *altos homes*, & Bobadilla lib. 1. Politicæ, cap. 16. n. 38. existimat illos esse quos leges nostræ *Riccos homes* appellant, vt in l. 6. tit. 9. p. 2. & comprobatur ex Zurita, Garibaio, Guardiola, Gregorio Lopezio, Ioane Garcia, Quesada, & aliis. Isti verò vt dignitate ceteros præcellunt post Regem, ita debent ab omnibus honorari, l. 21. tit. 1. p. 2. vbi mentio fit Magnatum, & eos esse qui antiquitus Ricci homines dicebantur probauit Vargas

in tractatu de Nobilitate Hispaniæ, discursu 13. num. 10. & idem videtur insinuare Argote de Molina in nobiliario lib. 2. c. 62. Fr. Hieronymus Roman. lib. 4. Reipublicæ Gentilicæ, c. 10. Parlador lib. 2. rer. quotid. c. 13. Blanca in Commentariis rerum Aragoniæ, c. de Riccis hominibus.

Et ex Magnatum classe fuisse omnes Riccos homines antiquitus probatur ex Diuo Thoma de Regimine Principis lib. 2. cap. 22. eis verbis: *In Hispania omnes sub Rege Principes Ricci homines appellantur*, & nomen esse maximi & supremi honoris apud nos, ex Blanca de Optimatibus, Zurita, Ioanne Garcia, & aliis, late probauit Sesse. decis. 1. Aragon. num. 40. cum sequentibus. Gudielius in Chronica Gironum cap. 4. D. Alfonso de Carthagena Episcopus Burgensis in Doctrinali Equitum, tit. 5. de Riccis hominibus, ita scribit: *Antiquamente en España señaladamente en Castilla, y en Leon, a todos los grandes Señores llamaban Riccos hombres*. Et paulò infra ibi: *Por en de lo que las leyes dicen de los Riccos homes, entiendanlo por si los Duques y Condes, y todos los otros grandes Señores*. Et esse dignitatem à Regibus concessam nominis Ricci hominis, ex nostris historiis, legibus partitæ, Beuter, Quesada, Marienço, Ioanne Garcia, Guterrio, & aliis, exornat Bobadilla lib. 2. c. 16. num. 38.

Isti enim Ricci homines confirmabant Regum priuilegia, & cum Regibus in actibus solemnibus interueniebant, ita vt hodie sit manifestum exemplum & testimonium aliquem fuisse Riccum hominem, interfuisse in confirmatione priuilegiorum, Ambrosius Morales 31 p. in discursu generis sancti Dominici, pag. 235. Bobadilla lib. 2. Politicæ, c. 16. num. 28. Aponte in libro Genealogiarum, tit. de Riccis hominibus, & libellus qui dicitur *Lucerus Nobilitatis*.

Vnde plures ex suprâ relatis, voluerunt Magnates eosdem esse, quos Riccos homines dicimus: & confirmatur quemadmodum Ricci homines adhibebantur ad priuilegiorum confirmationem, & vt in bello & pace Regem consulere, vt constat ex nostris Chronicis antiquis Episcopi Salmantini, Astoricensis, Tudensis, & Archiepiscopi Tolerani Roderici: & ideo omnes Titulati, Magnates, & Ricci homines de Regis consilio existimantur, quamuis hodie non habeant exercitium, vt antiquitus habebant, l. 4. tit. 4. lib. 2. Recopil.

Omnes enim Domini vassallorum titulati solebant indistinctè coram Regibus Hispaniæ, caput cooperire, & ex Principum nostrorum beneuolentia eo honore condecorabantur

rabantur, vt iuberentur à Rege pileum capiti imponere; & hodie in vsu est cum omnibus titulatis in Regno Lusitanæ: quod cum ex nostra Castella processerit, ea consuetudo inualuit & obseruatur. Sed apud Castellanos differentia hodie extat, vt maiores Domini, & nobilium familiarum Proceres hac fruuntur prærogatiua, vt coram Rege caput cooperiant, & isti Magnates dicantur: reliquis verò titulatis hic honor non communicatur; de cuius rei principio in nostris legibus & historiis non liquet. Verum ex variis relationibus, & manuscriptis colligitur, eam Magnatum distinctionem cœpisse post mortem inclytæ Reginæ Catholicæ Isabellæ, de cuius virtutibus & excellentia, vltra quæ passim nostri Historiographi referunt, videndus Ioannes Bocacius & eius traductor Iosephus Bethussius in tractatu *delle edonne illustri*, pag. 188. vbi inter excellentiores Orbis feminas, nostram Reginam connumerat, & plura de illa refert. Addendus Iustus Lipsius de monitis & exemplis politicis lib. 1. cap. 7. numero 8. & cap. 8. num. 17. & lib. 2. cap. 2. tit. Muliebris Imperij boni & felicitis, num. 4. Marineus Siculus lib. 21. rerum Hispaniarum. Iouius in vita Gundifalui Ferdinandi, Guichardinus lib. 1. Oforius lib. 1. rerum Emanuel. Ludouicus Viues de Christiana femina, lib. 1.

Igitur post mortem Heroicæ, Excellentissimæ Reginæ Isabellæ, cum ad hæc Regna ex Belgio peruenirent, Regina Ioanna eius filia, & Philippus Pulcher eius maritus, ad quos iure hæreditario successio pertinebat, eos comitabatur plures Titulati, & Proceres Castellæ, quorum primus & dilectus Aulicus Ioannes Manuel, qui Regis Ferdinandi æmulus, Zurita lib. 6. expedit. Italia cap. 28. 29. 30. & 32. & lib. 7. cap. 1. ex seq. vsque ad 6. Sandouallius Episcopus Pampilonensis lib. 1. Historiæ Caroli V. §. 21. Cum enim aduentu noui Regis, ei ferè omnes Regni proceres adhererent, à Rege Catholico Ferdinando discedentes (vt in rebus humanis solet euenire nouitatem & fortunam placere) Zurita dicto lib. 7. cap. 3. Mariana in Historia Hispaniæ in lib. 28. cap. 20. Ioannes Emmanuel vt nouo Regi blandiretur & maiorem maiestatem adiungeret ei quem in suam voluntatem & arbitrium mancipauerat, persuasit omnibus titulatis Castellæ, vt coram illo velut ipse detecto essent capite, vt etiam æmularetur Regi Ferdinando, quasi genero Philippo plus autoritatis quam illi adiceret, & facile consequutus exemplo primi Magnatis Potentioris, & dilectioris Aulici, vt illi & nouo Regi Proceres reliqui placerent. Id equi-

dem solùm quinque mensibus obseruatum, quibus regnauit Philippus Primus. Verum ille breui & immaturo fato vitâ ereptus (felicitatis humanæ inconstantie validum exemplar) redeunte postea Rege Ferdinando Catholico ad regimen horum Regnorum, titulati ad antiquum vsum & consuetudinem redierunt, vt coram eo tunc Administratore caput cooperirent, quemadmodum fecerant dum Rex esset; quæ consuetudo inualuit etiam tempore Regni Caroli Quinti, vsquequò Imperator electus anno 1520. cū esset Aquisgrani, vt primam Coronam Imperij reciperet, & illuc concurrerent plures Duces, Marchiones, & Comites Germaniæ & Burgundiæ, qui quasi feudatarij ex consuetudine illarum regionum assistere debebant detecto capite coram Imperatore, vt tradit Guionus Pifonus de feudis, §. *seruitia incerta*, Aurpachius lib. 1. cap. 27.

Prædicti enim Germani, Burgundi, & alij exteri proceres agrè ferebant Hispanos ab eis differre, & cooperto capite coram Imperatore incedere, & multi decreuerunt, Coronationi non assistere: quod cum intelligeret Imperator, iussit Duci de Alua Cæsaris aula maximo præfecto, dominis Hispanis proponere, vt cum Imperator esset maximus Rex Hispanorum, qui maiores dominatus & Imperium his Regnis adiungit, debebat reuereri ab Hispanis, vt à reliquis exteris Principibus, qui dignitate & vassallis non erant inferiores. Cui propositioni factæ à Duce de Alua, consenserunt Magnates & Titulati Hispani, & omnes in actu coronationis detecto capite interfuerunt, vt alij Principes Germani, Burgundi, & exteri, quod ita factum constat ex quadam relatione manuscripta ipsius Ducis de Alua, qui coronationi interfuit, & per eum Dominis Hispanis Cæsaris voluntas renunciata fuit: & etiam idem in manuscripto refert Antonius de Herrera, Regius Historiographus, qui cum esset Minister à secretis Vespasiani Gonzagæ Columnæ, Nauarræ Proregis, ab eo qui coronationi interfuit, pluries audiuisse testatur.

Finito ergo solemnni Coronationis actu, Imperator noluit omnes Titulatos Hispaniæ indistinctè gaudere eo honore, & præeminentiâ, vt coram eo caput cooperirent, & solùm id facere iussit aliquibus & maximis Hispanorum Dominis, qui nobilium familiarum proceres erant, diuitiis, vassallis, & statibus pollebant, præcellerant, & maiora Coronæ seruitia exhibuerant, & reliqui vltra istos ex Hispanis Titulatis relictis, vt caput detegerent coram suis Regibus: nã apud antiquos & nostri temporis, consuetudinem il-

lam receptam signum esse reuerentiæ Principibus & superioribus caput aperire, & de regere coram illis. Plutarchus Problemate 10. ex Varrone, Plinio, & aliis probauit Alex. ab Alex. lib. 2. dierum genialium cap. 19. & hinc Baptista Egnatius lib. 9. cap. 11. refert factum Laurentij Celsi Venetorū Ducis quem cum Petrus eius Pater numquam æquo animo salutandi causâ adiret, eo quod grauius ferret se filio aperto capite assistere: quâ re filius animaduersâ prudenter excogitauit, ut pileo suo crux aurea imponeretur, quâ visâ, Pater non grauarietur caput de regere, eamque ad hunc vsque diem Principes Veneti retinent. De hac reuerentia & salutatione capitâ detegendi, vide quod ex lib. Ecclesiastic. cap. 4. ibi: *Magnato humilia caput tuum, donec transeunt Principes*, cum Lipsio & aliis notauit Gratianus tom. 2. disceptationum 282. num. 55. & 67.

9. Vnde coram Regibus incedere cooperto capite maximi honoris, & præminentia existimatur, ut tradiderunt Gamma decif. 1. num. 42. Cauedo decif. 2. num. 4. Ioannes Aurpachius lib. 1. cap. 27. Libellus Lucerus nobilitatis cap. 27.

10. Et qui præ cæteris titulatis. eo maxime honore à Regibus condecorantur quasi inter alios *Magni* dicuntur, apud nos *Magnates*, de quibus vltra quos supra ex eodem Bobadilla retulimus lib. 2. cap. 16. num. 38. vbi adducit l. 2. tit. 9. part. 2. quæ vtitur eodem verbo *de Grande*: videndi Ambrosius de Morales lib. 13. cap. 29. Marianus Siculus lib. 4. cap. de magnatibus Castellæ, Sandoualius in historia Regis Illephoni VI. aliâ V I I. cap. 11. Fuluius Pacianus lib. 3. de probat. cap. 37. num. 9. Guardioli de nobilitate cap. 42. & eo verbo vsus est Pontifex Innocentius in cap. *ex multa* 9. §. *secundò quasi iusti* de voto, ex Bartolo, Cornelio Tacito, Suetonio, Iulio Frontino, & loco sacre Scripturæ comprobatur Tiraquell. de nobilit. cap. 37. num. 32. & 33. qui num. sequenti latissime de nominibus, Proceres, Primates, Optimates, multis exornat. Et valde notandum quod Tiraquellus & alij non adducunt ex lib. 2. Regum cap. 7. eis verbis: *sectaque tibi nomen grande iuxta nomen magnorum, qui in terra sunt*, vbi cognomen grande quo Hispani vtimur respondere, ad nomen *Magnorum* traditur, & Regiam dignitatem insinuat, quo Dauid exaltatus, ut notauit ibi Nicolaus de Lyra: & inde apud nos post Regem Primi, & Regiæ dignitati proximi sunt Magnates, ut infra notauimus.

11. Vt ergo hac possent à Regibus prærogatiua condecorari, necessaria est apud nos

maxima nobilitas maiorum, amplum patrimonium, & ingentes diuitiæ, quibus tantæ dignitatis & honoris possit splendor sustineri, nam ut tradit Tiraquellus dict. num. 33. debent esse in aliquo Potentatu, Baronia, vel regalia possidere, & simul id à Regibus nostris prudenter & iuste obseruatur, ut maiores, & illi quos prædicto honore condecorauerint, virtutibus excelluerint, & magna Regibus ab eis seruitia exhibita sint: & merito, nam ut inquit Seneca lib. 1. de ira, cap. 16. ibi: *Non est, quod existimes verum esse, quod apud disertissimum virum Lium dicitur, vir ingenij magni magis quam boni: non potest illud separari: aut magnum, aut bonum erit, aut nec magnum, quia magnitudinem animi inconcussam intelligo, & introrsus solidam, ab imo parem, firmamque qualis inesse malis ingenuis non potest.*

Igitur magnitudo ex virtutibus, nobilitate, potentia & diuitiis existimatur, & faciunt verba diui Ambrosij loquentis de Abraham, in quo hæc omnia lib. 1. de eodem cap. 2. *Magnus plane vir & multarum virtutum clarus insignibus, quem votis suis Philosophia non potuit equare. Denique minus est, quod illa finxit, quam quod iste gessit, maiorque eloquentia cõmendatione simplex veritatis fides, & iuuat, quod nuper notauimus lib. 2. Regum, cap. 7. fecisse Dominum Dauidis nomen grãde iuxta nomen magnorum, qui in terra sunt, quasi in præmium fidei, pietatis, & virtutum Dauidis: Et apud Gentiles, Magnorum nomine decorabantur illi Dij, qui inter reliquos maximum imperium habebant, & excelluerunt maioribus factis, ut ad explicationem Virgilij lib. 3. Æncidos, dict. versu. 13.*

Cum sociis, natoque, Penatibus, & magnis Diis.

Explicant de Ioue, Minerua, & aliis Seruius & Ludouicus de la Cerda ibi, Turnebus lib. 15. aduersar. cap. 21. addendi Pierius Valerianus de sacris Ægyptiorum lib. 42. pag. 311. Alexander lib. 6. dier. genialium c. 4. vbi innumeros cumulat Tiraquellus.

Ideo in præmium, & honorem virtutis & 13. litterarum Rex noster hac maxima condecorat prærogatiua, inter omnes Senatus solum Supremum iustitiæ & regiminis Castellæ, & in consulatione quæ fit in qualibet hebdomada die Veneris post meridiem, iubet omnes eius Senatores coram eo caput operire, & sedere in subselliis coopertis (vulgò *Bancos entapetados*) egoque cum reliquis Senatoribus pluries interfui: ut quemadmodum maiores titulos eo honore ut caput

caput cooperiant, donat, ita etiam maximum eius consilium præ cæteris honorat.

14. Igitur inde apparet, ut quamuis antiqui Magnates essent Ricci homines, tamen non erat consequens omnes Riccos homines esse Magnates, quia ad horum dignitatem necessarium esse prædiximus possidere potentatum, Baronias, & Regalia, & hodie esse non possunt nisi Duces, Marchiones, & Comites: at verò Ricci homines plures antiquitus inueniuntur in confirmatione priuilegiorum, qui nec titulum, potentatum, aut Baroniam habebant, sed solum aliquo munere vel officio in aula Regum, aut in bello vel gubernatione regnorum fungebantur.

15. Et aperte contra Bobadillam, & alios supra relatos hanc differentiam mihi probat l. 5. tit. 8. lib. 9. recopil. eis verbis: *los Grandes de nuestros Reynos, Duques, Condes, Marqueses, Riccos hombres*, nisi quis dixerit, quod de riccis hominibus traditur, ad omnes quos retulerat referendum, ut omnes titulati ricci homines sint. Verum quamuis id euincat omnes titulos nomine riccorum hominum antiquitus condecorari, non tamen persuadet esse riccos homines eos, quos dicimus *Grandes*: quia id competeret omnibus titulatis, quod absurdum est, & consuetudo demonstrat, præsertim quia Magnatum titulum solum apud nos ex munere Ducibus competit, & de differentia, quæ in Hispania consideratur inter Magnates, & eorum quidam sunt perpetui, alij ad vitam, ut magnitudo sit concessa domibus, vel statibus, aliis verò suis personis, & debeat spectari beneplacitum Regis, ut titulus dignitatum uti possint: & inter ipsos Magnates, quâ differentiâ eos Rex noster honoret, & omnibus *Primos* soleat rescribere, & vxoribus illorum Regina puluinum iubeat apponi: reliquis verò titulatis solum rescribat nomine *Parientes*, & illorum vxoribus puluinum non detur. Videndus Salazar à Mendoza de dignitatibus Hispaniæ, lib. 3. cap. 13. & cap. 15. ex qua differentia titulorum, & Magnatum apparet antiquos riccos homines differre à Magnatibus, quos hodie *Grandes* dicimus.

16. Hos enim & omnes nobiles sui regni Principem decet magnis honoribus cumulare, ut illi augeantur, ut qui clari sunt stemmate, etiam splendeant dignitate, ut dicebat Theodoricus apud Cassiodorum lib. 2. epistola 15. & in eo maximam curam Regum esse oportere notarunt Lucas de Peña loquens in domibus Magnatum in l. *quicumque* 7. num. 13. Cod. de omni agro deserto, lib. 11. Simancos de primog. lib. 1. cap. 17. & 30. D. Molina lib. 1. cap. 11. num. 3. & cap. 18.

num. 13. Baeza de inope debitore, c. 16. num. 104. Neuizanus conf. 12. Rolandus à Valle lib. 2. conf. 1. num. 122. & Tiberius Decianus lib. 1. conf. 33. num. 21. vbi tradit Reipublicæ interesse familias conseruari, & iure nostro probatur Reges teneri augere nobiles subditos, & eorum seruitia prosequi maximis præmiis, l. 6. tit. 9. l. 3. tit. 10. part. 2. l. 7. tit. 7. lib. 5. recopil. Matienzo in ea glossa 3. & 4. D. Molina lib. 1. de primogeniis, cap. 29. & lib. 2. cap. 1. num. 3. Mieres de Maioribus 4. part. quæst. 1. num. 13.

Tunc enim cum subditi à Principe honore & præmiis afficiantur, incenduntur etiam gloriæ studio, & affectu, ut egregia opera in Reipublicæ vtilitatem exhibeant: & cum viderint Regem præferre eos qui virtute & labore incumbunt, alacres & prompti in pericula se conferunt, idque præcipue in Magnatibus attendi oportet, quos Proceres Regni appellat Ioannes Andreas in cap. 1. de his qui feudum dare possunt, num. 6. Freccia de subfeudis lib. 1. in cap. *fuit dubitatum*, num. 10. & eos moribus, officiis præficiendos traditur l. 2. tit. 9. p. 2. & semper eos debere præcedere, post Bobadillam lib. 3. Politicæ, cap. 8. num. 20. Fontanella de pactis nuptialibus, tom. 1. claus. 3. gloss. 1. num. 9. & post Reges, & filios Regum esse honorandos, notauit Bafilus Poncius lib. 8. de Matrimonio, c. 21. §. 2. num. 24.

Ex quo velut communi bono congruat, 18. intendunt Magnates, cum eis Reges nostros tolerasse (ut sic loquamur) & dissimulatione quadam, & permissione velle ut illi percipiant vectigalia, quæ vassalli sui fortè pro defensione Regni ipsis Regibus annuentibus soluere cœperunt, quasi Princeps, qui patitur, consentire videatur l. 1. C. de filiisfam. & quemadmodum Pater, lib. 10. Bartol. in l. 4. §. *si in venditione*, ff. quibus mod. pignus vel hypoth. soluit. & quæ ex Ripa, Socino iuniori, Tiraquello, & Cephalo notauit Surdus conf. 290. num. 57. & qui cum possit prohibere, non prohibet, concedere videatur, & consentire, l. in adoptionibus, ff. de adopt. vbi Doctores communiter, Costa in §. *quid sit tantum*, 2. p. num. 123. Barbosa in l. *que dotis*, num. 164. ff. soluto matrim. Azebedo in l. 2. tit. 3. lib. 5. Recopil. num. 77. nec fisci Procurator possit factum Domini impugnare, l. *si hominem*, cum ibi notatis, ff. mandati, iuncto Baldo lib. 3. consil. 118. num. 5. Aimon. lib. 4. conf. 732. num. 13. & cum in prædecessoribus Magnatum id fuisset admissum, & permissum, iniuria eis irrogaretur, si etiam non permitteretur ex l. 1. §. *permittitur*, de aqua quotidiana & æstiuâ, iunctâ doctrinâ Bartoli ibi num.

num. 1. vbi tradit notandum finitâ emphyteusi, quando maioribus concederetur, descendentes poterunt eam petere confirmari, & de facili impetrabunt, & iniuriâ tribuendum, si non fiat confirmatio.

19. Tum & præscriptione immemoriali iuuatur, & cum habeat vim tituli, l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quodid. & æstiuâ, vbi Doct. Iafon in l. si certis annis limit. 10. C. de pactis, pluribus Bursatus lib. 1. conf. 23. n. 19. & seq. Couarr. in regula possessor, in princ. n. 8. D. Solorcanus de iure Indiar. 1. tom. lib. 3. cap. 3. num. 73. ideo dispositio leg. 2. tit. 15. lib. 4. Recopilat. quæ in vectigalibus excludit præscriptionem immemoriam, quasi à iure exorbitans, restringenda, vt in Magnatibus non procedat lex Principis permisso, vt Magnates intendunt.

20. His equidem quibus iuuari videbantur Magnates, vt Gabellas tolerantia Principû, & permissione percipiant, nihil suadentibus, fisci ius manifestâ iuris ratione, æquitate, & fundamentis confirmatur, vt fisci Patronus possit & debeat intendere actionem pro Regiis Gabellis repetendis à Magnatibus, qui iniuste detinent: & quando non exhibuerint Principis rescriptam cum qualitatibus & solemnitatibus, quæ à iure desiderantur, debeant vectigalia ab illis auocari, vt pro Regali Patrimonio administrantur summario articulo de cobro, causa discussa.

21. Sed fisci ius manifestâ fulcitur constitutione, l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. quæ agit expressè de Magnatibus, ibi: *algunos Grandes, Caualleros, y otras personas*. Hæc verba etsi velint Magnates interpretari, de illis absolute non agi in ea lege, sed de magnis Equitibus, quasi potentes & magni esse debeant, qui vectigalia Regis sibi induxerint soluenda. Verum hanc cauillationem aperte excludunt verba sequentia eiusdem l. 2. vbi sine adiectione *Caualleros*, solum de Magnatibus agit ibi: *Por esta nuestra ley y Pragmatica declaramos que los dichos Grandes, y personas suso dichas, &c.* quo aperte constat de Magnatibus loquutam fuisse d. l. 2. in princ. Et quamuis id sine dubio est, quando aliquid emergere posset, ex sequenti dispositione explicandum, argum. l. vtrum, ff. de petitione hæreditatis, ibi: *Et puto sequentem clausulam senatusconsulti, et si hæc sit ambigua.* l. cum fundum, ff. de verb. signific.

22. Et ratio dictæ legis 2. vt Regale Patrimonium ex vtilitate publica redintegretur, similiter in Magnatibus procedit, imò multo magis quia ipsis ex maiori dignitate & beneficiis, quæ à Regibus obtinent, obligatio iniuncta est, vt iurent se defendere, ne quis ve-

ctigalia vsurpet, sed Regi semper illæsa conferuent, & non possunt cauillari verba l. 15. tit. 8. lib. 9. Recopil. nota ibi: *Que todos los Grandes de nuestros Reynos, Duques, Condes, Marqueses, Ricos hombres, &c.* Quis enim poterit excipere Magnates vt possint cõtra nostrarum legum dispositionem vectigalia retinere, quando eis iniuncta obligatio, & à quocumque vindicent restituenda Regi, nec aliquod impedimentum in exactione tributorum, vel administratione permittant.

Sed & cum dicta lex 2. manifestè in Magnatibus procedat, nam cum cognoscerent Reges Catholici Magnates vectigalia possidere, in eis reprobatur quamlibet permissionem, tolerantiam, aut dissimulationem, quæ ipsi possederint, vel vsurpauerint vectigalia: expendo notabilia verba legis, vbi rationem reddit: *A loqual dieron causa las turbaciones y mouimientos passados, y alguna tolerancia nuestra por algunas causas, que a elle nos mouieron, y algunos las an lleuado sin que scamos sabidores dello, y por otras caussas injustas, de loqual se ha seguido, y sigue gran daño, y detrimento à nuestros Reynos, y a los nuestros subditos, y naturales de ellos, y allende del dicho daño a sido, y es gran cargo de nuestra conciencia, y por que en algun tiempo esso no pueda traer, ni traiga perjuicio a nuestros sucesores, y a nuestros subditos, ni las personas, que las an lleuado, ni sus herederos puedan dezir y alegar que por dicha tolerancia la puedan lleuar.* Et iterum repetit reuocare tolerantiam, & quamcumque consuetudinem, vel præscriptionem immemoriam, vt ex illa nullum præiudicium Regio Patrimonio sequi possit in iure vectigalium, quasi quod (vt lege nostra traditur) ex turbationibus Regni admissum, congruat Regum dignitati, & bono publico, reformari, arg. textus in l. vnica Cod. de caducis tollendis ibi: *Vt quod belli calamitas introduxit, hoc pacis lenitas sopiret.*

In hæcque reuocationem dissimulationis, & tolerantie Regum Catholicorum Ferdinandi, & Isabellæ consensisse etiam videtur Carolus Quintus Imperator, nam quamuis quando excitata fuerunt turbationes Castellæ, quæ vulgo dictæ *comunidades*, anno 1518. iuberet D. Imperator suspendi aliquas lites Magnatum, Procerum, & Potentiorum Regni, tamen postea improborum seditione extinctâ, & punitâ, & scâdalis pacatis, cum reddita sibi Castella fuit, vt aliàs de Roma dixit Martialis, lib. Amphitheatri Epigramm. 2. ibi.

Reddita Roma sibi est.

Anno 1524. expressè confirmavit, dict. leg. 2.

8c

& reuocationem tolerantie ex rescripto, quod extat in Archiuo villæ de Simancas, & eius filius D. Philippus Secundus, similiter probavit, & iussit obseruari Patris rescriptum circa reuocationem, vt constat ex Apostilla nostræ l. 2. in eis quæ anno 1598. excusæ fuerunt, vbi aperte refert, & Apostillam marginalem non tantum in legibus, quando compilatores de aliquo testantur, vt in hoc casu probare, sed etiam in scripturis, & instrumentis, quando eadem manu Apostilla scripta fuit, vt ex Socino seniori, Crauera, Ruino, Curtio Iuniori, Francisco Marco, & aliis Menoch lib. 5. præsumpt. 20. num. 9.

25. Rursus quia licet tempore quo nondum Sarracenis Hispania expiata, quia Magnates maximo auxilio erant ad eorum debellationem, potuerunt Principes dissimulare vt vectigalia perciperent, quasi omne quod pecuniarum inde colligerent, in bello impenderent, vt ipsis opem & seruitium ferrent, aut quando Regna seditiosis hominibus turbata, tunc ne querelas Magnates excitarent, quasi vectigalibus priuarentur, prudenter Reges nostri quasi conuientes voluerunt pati, & permittere illorum iniustam detentationem, nam ex præcepto Polybij lib. 9. *Taciturnitas & dissimulatio Imperatori exercitus necessaria est.*

26. Verumtamen quoties iam rebus pacatis viget Regimen, & iustitiæ administratio, dedecet Regum dignitatem non reuocare, quod ex turbationibus, vt traditur d. l. 2. inductum fuit, aliàs enim ex dissimulatione timor aut defectus potentie præsumi poterit. Vnde contemptus, qui semper Regimini maxime vitandus, nam vt ex Agapeto Diacono refert Lambertus Daneus in Thesaurio Politico, Aphorismo 20. *Principi curandum est, ne ipsius potestas propter mansuetudinem & dissimulationem spernatur*; ita prudenter cauerunt Reges nostri, & postquam omnia expulsis Mauris Granatensibus anno 1492. eorum regno & vrbe dominatis, postea cum in Hispania nullum bellum imminerebat, nec seditio poterat timeri anno 1504. ediderunt d. l. 2. quæ reuocarunt omnem dissimulationem, tolerantiam, aut permissionem, ex qua Magnates vellent iuuari ad detinenda Regia vectigalia, interruptâ illorum possessione, vt nec immemorialis eis prodesset, aut officeret iuri Regalis Patrimonij, quin vectigalia ad illud redirent.

27. In quo heroës illi sapientissimi & magnanimi voluerunt ostendere numquam ex animo acquieuisse audaciæ Magnatum, qui in Regiam dignitatem insultarunt, tributa vsurpando, sed illico quando conducibile

Ioann. Bapt. Larrea Allegat. Fise. Pars I.

fuit, tolerantiam, & permissionem reuocarunt, vt punirentur, qui vectigalia vsurparunt: non ignorans Rex Ferdinandus peritissimus Politicorum illud principium Titi Liuij lib. 9. *In strenuis silentiū post iniuriā, non patientia indicium est, sed vindicta plerumque meditatio.* Id quidem magis quam probare videntur meditate nostros Principes, cum statim vt potuerunt, & congruum fuit, improbarunt permissionem & tolerantiam.

Quisquis igitur Magnatum tolerantiam allegat, ille harum legum verba circumscribit, aut earum executionem fraudare intendit, quod à Senatoribus nullatenus ferendum est, quippe Magistratus iuris, & iustitiæ Sacerdotes l. 1. §. 1. ff. de iustitia & iure, in eo maxime munus sui specimen exhibere debebant, vt legum obseruantie inuigilent: semper enim illorum munus est secundum leges iudicare, cap. in istis, 4. distinctione, nec quæ iustæ sunt leges (vt nostra dicta l. 2. quæ nulla rationabiliter, & quæ magis Reipublicæ expediat) aliquatenus obsolescere permittant, nam vt ait Cicero in oratione pro Cluentio, loquens de Magnatibus ibi: *semper non quod ipse velit, sed quod lex & religio cogitare.* Et idem Cicero in libris de legibus, & lib. Rhetor. & de constantia legum & obseruantia, Diuus Augustinus epistola 119. cap. 19. Pontanus lib. de obedientia ex Diodoro, Fulgoso, Plutarcho, & aliis pluribus, Matthæus Tympus signum optimi Principis, & Magistratum proponens in legum obseruantia in speculo iudicium, 1. part. signo 99. & 100. & Reipublicæ exitium appropinquare, cum leges non obseruantur, Adamus Gontzen lib. 6. Politicor. cap. 11. adde plura, quæ notarunt Petrus Herodius lib. 2. rer. iudicat. tit. de legibus cap. 1. 2. cum sequent. Magister Marquez in Gubernator. Christiano, lib. 1. proœmio, Bobadilla lib. 2. cap. 2. num. 40. & 81.

Nam vltra quam munus iniunctum non adimplent Magistratus, qui in legum executione aliquo modo desides frigescent, Principis sui decorem maculant, & existimationem lædunt, & optimum regimen conturbant, nam vt tradit Herodotus lib. 3. *Mimique prudenter sua auctoritati consulit is Princeps, aut Respublica, quæ leges ipsa suas irridet, & manifestissime aspernatur, ceteris enim ad idem faciendum præbet viam & exemplum.* Vbi enim manifesta constitutio est, sedulo, & magnâ curâ edita, vt dict. l. 2. tit. 15. lib. 4. recop. enixè eius executio iniuncta geminatione triplici in ea improbata permissione, vt vectigalia à priuatis & Magnatibus percipiantur, quod nisi caligo mentium

G tium

tium, aut nimirum Magnatum industria potest Iudices suadere, vt aliquid permissione admitterent, vel audirent: quæ enim potest interpretatio fieri contra legem, quæ Magnatum permissionem improbat, damnat, & iniustam declarat, vt in ea permissione & tolerantia defendantur contra ipsa verba aperta, legis mentem, & rationem?

30. Verum etiam si nostris legibus id non decideretur, manifestè tamen iure communi taciturnitatem & patientiam Principum successoribus non obesse probauit cap. 2. de præscript. & qui tolerat, & tacet, videtur dissimulare pro meliori euentu, non autem consentire argumento legis, qui vas, §. v. ex re, ff. de furtis: & silentium nullum dare titulum Bald. in l. 1. Cod. de emancipat. liber. n. 6. & tolerantia cuiusque temporis non iustificat possessionem in his, quæ absque Principis concessione (vt vectigalia) adquiri non possunt, Albericus in rubrica, ff. de muner. & honoribus num. 97. Geminianus in cap. 2. de præbendis, lib. 6. Peregrinus de iure Fisci, lib. 6. tit. 8. num. 27. & tunc consensum inducit taciturnitas in rebus præiudicialibus quando de damno alicuius agitur, l. filiusfam. §. inuitus, ff. de procurat. Vbi lectio illa notanda, quæ in aliquibus Codicibus: nam inuitum accipere debemus non cum qui contradicit, verum eum quoque, qui consensisse non probatur: accipiendum illud non pro non solum, & non tantum, vt denotat textus ibi, *verum eum*, & aliàs notauimus multoties in iure similia repetiri ita accipienda, l. inuitum, ff. de seruit. vrb. prædior. l. non enim 38. ff. ad Trebellianum, l. ne cum filio 16. ff. de furtis, vbi non pro non solum, vel non tantum debet intelligi, & videndi Antonius Augustinus lib. 2. emend. cap. 1. Gilbertus Regius lib. 2. Enantiopha, cap. 10. Pacius lib. 19. Ifagog. tit. 4. num. 7. idem cont. 5. quæst. 33. & pro explicatione l. 3. §. sed si, ff. de suspectis tutor. notauit Donell. lib. 3. comment. cap. 16. ex Cuiacio, Mureto, Gedeo, Antonino Fabro, & aliis Osualdus in notatis, littera H.

31. Et taciturnitatem non prodesse, vt consensus eliciatur ad aliquem obligandum, l. qui tacet 142. de regul. iuris, Socinus reg. 194. Menoch. pluribus lib. 3. præsumpt. 42. conducunt, quæ tradit Alex. lib. 4. conf. 17. num. 12. Socinus Senior vol. 2. conf. 167. num. 10. & Socinus Iunior lib. 3. conf. 9. n. 17.

32. Et satis apertè iure etiam communi improbat quidquid dissimulatione, vel conuentione ex iure Regio sublatum est, vt illa non præstet titulum, & reuocetur quod ex ea turbatum fuerit, vt constat l. vsus aquæ

5. Cod. de fundis rei priuatæ, lib. 11. eis verbis: *Vsus aquæ fundorum nostrorum utilitatibus seruiebat, plurimorum dicitur usurpatione sublatus, idque procuratorum conuentione, vel dissimulatione perfectum.* Et ibi: *quia igitur satis iniustum est, iubet præscriptione summo reuocari.*

33. Sed quamuis considerari aliquatenus valeret possessio, quæ non est, illa non aliter habenda, nisi precaria, quasi ex permissione, aut tolerantia Principis procedat: & ideo simul atque contrariam voluntatem expresserit, manet reuocata l. 1. l. cum precario, l. qui precario, ff. precario: quid enim apertius poterunt Reges nostri exprimere velle possessionem potius detentionem reuocare, quam editis legibus, in quibus tam magna cura penitus absurdum tolerantia delerent?

34. Idque maiori argumentatione procedit, quando Principes nostri in ipsa l. 2. edicunt, id esse contra bonum publicum, cuius maxima cura ad eos pertinet: *Sed etiam maximum grauamen inferre tolerantiam Regali conscientia, legis verba sunt: indeque prouenit: quia Princeps tenetur etiam si imminet periculum scandali tributa, & vectigalia, quæ vt Principi concessa, à quibuscumque iniuste detinentibus vindicare, aliàs peccabit mortaliter, cap. in canonibus 57. vers. valde iniquum 16. quæst. 1. probauit. D. Thomas 2. 2. quæst. 43. artic. vltimo, D. Thomæ Cantuariensis exemplo & aliis confirmat D. Couuar. in reg. peccatum 1. p. num. 6. & non potest Princeps liberalitatem exercere cum magnatibus in subditorum damnum, vt vassallis imponat noua vectigalia, & illis relinquere quæ detinent, vt inquit Cicero, lib. 1. de officiis: *Nam qui aliis nocent vt in aliis liberales sint, non benefici & liberales, sed perniciosi iudicandi sunt.* Adde quod notarunt Bart. in l. ab omnibus, 107. ff. de leg. 1. Iason in l. auus neptis, ff. de pactis, Abbas in cap. accidens, de præscriptionibus, Barbatia vol. 2. conf. 13. Franciscus Marcus 1. part. decif. 457. num. 8. ex aliis Bossius tit. de Principe, num. 164.*

35. Iuuat opinio, imò potius constans, & solida doctrina quam tradunt Theologi, & iuris Doctores solum Reges posse imponere noua vectigalia, & à subditis exigere, quando non possit occurrere publicis necessitatibus, ex bonis, & redditibus regalis Patrimonij, nam quæ illius sunt, prius debet Princeps repetere, & vt sic loquamur, in eis facere excussionem, antequam nouis collectis oneret subditos: ita ex pluribus notauit Molina de tributis, disput. 667. tenuerunt Innocentius in cap. Innouamus de censibus, Albericus

ricus in l. neminem, num. 2. Cod. de sacrosanct. Ecclesiis, Laudensis de fisco, quæst. 33. 62. & 118. & innumeris relatis Magister Marquez in Gubernatore Christiano, lib. 1. c. 16. per totum.

36. Quod rectè præsensisse videntur nostræ leges: nam quoties de nouis vectigalibus instituentis agitur, illud primò edicunt non sufficere redditus Regalis Patrimonij, vt passim inuenies: & vide l. 1. tit. 22. lib. 9. Recopil. & nota eius verba: *T no bastando para esto ni las nuestras rentas, ni los arbitrios, ni expedientes de que se a usado el nuestro Patrimonio esta exhausto, consumido, y embaracado de manera que del no nos podemos preualer ni auudar: quasi antequam ad eum statum deuenirent redditus Regij, non debeant, nec possint peti aut imponi nouæ collectæ: & hanc recuperandi vectigalia Regum obligationem, & quantum illorum conscientiam grauet, aliquantulum omittit insinuauit nostra Hispana excellentissima Regina Catholica Elisabeth, nam etsi cum marito ediderit d. l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. de reuocatione tolerantia & recuperatione vectigalium, quæ iniuste detinerentur, specialem clausulam adiecit in suo testamento, sub quo decessit, & subscriptum fuit die duodecimâ Octobris anno 1504. in quo pro animæ suæ tutela edicit, ex necessitatibus quæ occurrerunt, & bellis postquam Regnum adeptæ, non potuisse vectigalia, Gabellas, tertios, & alia iura Regalia, ab iniustis detentatoribus reuocare, sed cum eis dissimulasse: ideo iubet vt quid Magnates, & alij detinerent, restitueretur Regio Patrimonio improbatâ tolerantia, quæ non posset aliquem præbere causam præscriptioni etiam centum annorum.*

37. Nec enim Magnates iuuare poterit decretum Regis nostri Philippi I V. remissum supremo Senatui Regalis Patrimonij, Kalendis Septembris, anno 1628. quo edicit publicas necessitates, & Regalium reddituum oppignorationem compulisse, vt omni curâ ageretur quomodo aueretur ærarium, pro communi Fidei & Regnorum defensione: & à suis Ministris insinuantur, sine dispendio & grauamine suæ conscientia non posse noua tributa imponi, si prius non repeterentur vectigalia ab iniuste detentatoribus, ideo iubet vt omnes lites quæ pendunt super gabellis à priuatis detentis, statim fiscales prosequantur maximâ curâ & studio, & statim subdit: *In litibus quæ possent interdi contra Magnates, qui vectigalia percipiunt prætextu permissionis maneo deliberans, vt iubeam quod magis iustum fuerit, & meo seruitio congruat.* Verba nostræ idiome sunt: *T en los pleitos que se Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Pars 1.*

puieren poner de alcavalas de permission que goçan Grandes, quedo mirando para resolver lo que fuere justo, y conuiniere a mi seruiçio. Ex quo Magnates intendunt non posse sine speciali Regis decreto, de vectigalibus quæ possident, quæstionem moueri, aut iudicium intendi, quovsque Princeps deliberet quod fieri oporteat.

38. Sed tamen prædicto decreto non obstante, fisci Aduocatus ad cuius munus pertinet omnia vectigalia repetere, & ad Patrimoniū Regale redigere, debet & poterit intendere iudicia pro vectigalibus recuperandis.

39. Quod quidem suadet, quia nullo modo præsumi potest Regem nostrum probare permissionem & tolerantiam, quam sine læsione & grauamine Regalis conscientia admitti non posse legibus nostris apertè edicitur: & in eodem decreto, quo Magnates intendunt defendi, Rex noster testatur (vt proximè animaduertimus) ad excitandos fiscales vt summâ curâ iudicia de Gabellis iniuste detentis instituant, & prosequantur, sine grauamine suæ conscientia non posse noua vectigalia exigere, si prius quæ iniuste usurpata ab iniuste detentatoribus non repeterit. Et ideo nec velle, nec posse de iure Principem approbare tolerantiam dicendum, quia quæ iuri & pietati aduersantur, facere non possumus, l. filius 15. de condition. instit.

40. Tum quia cum hæc dissimulatio est permissio eius quod à Regio Patrimonio abdicatum, non debet Princeps facere, vel permittere: nam velut administrator bonorum Regni, non congruit eorum alienationem permittere, Bald. vol. 3. conf. 159. num. 5. Platea in l. 3. num. 8. Cod. de locat. prædior. ciuil. lib. 11. facit l. fin. §. sed & nostra maiestas, Cod. commun. delegat. 1. si fundum 105. de cond. & demonstr. l. cum filius 38. de milit. testam. ibi: *Verumtamen alienum ius minuere non potest,* Petrus Gregor. lib. 3. de Republica, cap. 8. n. 3. & 4.

41. Et alienationes in maximum Regni præiudicium non valent, etiam si iuramento confirmantur, cap. intellectu de iureiurando, vbi Hostiensis, Ioannes Andreas, Panormitanus, & Butrius, Bartolus in l. prohibere, §. planè, ff. quod vi, aut clam, Rolandus vol. 1. conf. 2. num. 5. cum sequentibus, Couar. in cap. quamuis pactum, 2. part. §. 2. num. 4. Molina de Hisp. primog. lib. 1. cap. 3. num. 17. 18. & probatur l. 1. tit. 17. l. 4. tit. 15. p. 2. & Gregor. Lopez in l. 8. tit. 1. dict. part. 2.

42. Et quando aliqua alienatio facienda cum sui Senatus consilio oportet probari, vt notarunt Barbosa de præscript. trigin. num. 43.

Roinofus obseruat. 73. Cauallus, Gratianus, Shifordequorus, Ant. Faber, Magerus, quos refert D. Solorcanus tom. 2. de Indiarum Guber. cap. 12. n. 50. Et subiungo elegantem locum Titi Liuij, quem nullus ex prædictis refert: ille enim lib. 9. ex sententia Titi Veturij, & Spurij Posthumij inquit: *Princeps coactus, vel vltro in totius Regni incommodum absque ordinum consensu nihil pacisci, vel sponte potest: est enim non dominus Regni, sed ex legibus tantum administrator: cuius ordines duntaxat de ipsius Regni iure quidpiam imminuere possunt: itaque huiusmodi promissa (dic permilla in hoc casu) sunt nullius momenti.*

43. Et apud nos id magis locum habet quando sine Ordinum & Urbium, quæ Prouinciarum capita consensu in comitiis generalibus non solent in Castella iuxta leges nostras Principes suo arbitrio noua instituire vectigalia, l. 1. tit. 7. lib. Recopil. adde quæ latè alibi allegat. 59. num. 9. & ac perinde nec solâ suâ voluntate aliquid dissimulatione minuere & abdicare, vt quod admissum in vectigalium constitutione etiam in destructione (talis enim est iniuste detinentibus tributa relinquere) dicendum, quasi eadem sit contrariorum ratio; principio instituit de his, qui sunt sui, l. 1. ff. eodem, Aristoteles lib. 7. Topicorum, cap. 1. Surdus consil. 1. n. 92. & consil. 115. num. 34. Brunofus à Sole in locis communibus, verbo *contrarietas*, Sesse decif. 52. num. 38. Fusarius de subtit. quæst. 245. num. 8.

44. Cum igitur Princeps expressè concedere priuatis non debet, quæ vt principi data sunt vectigalia ad Principatus munus exercendum, quare ex tolerantia aut permissione Fisci Aduocati non debent impediri, ne de hoc quod maximè bonum publicum conducit, iudicium intendat, quia ad eius officij munus, onus iniunctum pertinet l. 12. tit. 18. part. 4. l. 1. & per totum tit. 13. lib. 2. l. 1. tit. 2. §. 3. lib. 9. Recopil. & de iure communi Procuratoris, vel Aduocati Fisci mentio est in tit. Cod. de Aduocatis Fisci, l. fin. Cod. de pactis l. Curator. 3. Cod. de modo multarum, l. sancimus 1. 2. l. petitionem 13. §. 1. C. de Aduocatis diuersi iudic. l. 1. & 2. C. de lucris Aduocatorum, Dionem, Cassium, Lampridium Iulium Capitolinum, Fenestellam, & alios, qui huius Fiscalium officij auctoritatem exornarunt, refert Petrus Gregor. lib. 49. syntagm. iuris, cap. 7. num. 9. ex nostris per integrum tractatum D. D. Franciscus de Alfaro de officio fiscalis, vbi latè probant ad eius muneris exercitium spectare omnia quæ à Regali Patrimonio vsurpata fuerunt

in iudicium deducere, & vindicare, idque magis in titulo sui officij explicatur, vbi ille iubetur petere, defendere, & conseruare quidquid pertineat ad Regale patrimonium.

Idque etiam quasi causa publica quæ ad 45. populum & omnes pertineat, potest, vt popularis actio, à quocunque intendi, l. 1. tit. 15. lib. 4. l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil. notarunt Doctores communiter in l. 1. ff. de popul. actionibus, Bart. Farinatus, Iulius Clarus, Decius, Paz, Ceuallos decif. Valentina, Rodericus, Suarez, Lara, Donellus, & D. Richard. quos ego adduxi 1. part. decif. Granat. 30. num. 16. & alij, quos refert Peregrinus de iure fisci, lib. 7. tit. 2. num. 17.

Sed & fisci Procurator semper hæc iudicia 46. intendit suo iure sine nouo mandato, & generale quod habet intelligendum iuxta consuetudinem & stylum Senatus Regalis Patrimonij, vbi hæc de vectigalibus iniuste detentis actiones semper admittæ & expeditæ, l. *Magistratus* 25. ff. ad Municipalem, ibi *moribus competit, l. item eorum §. sed si ita, ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, notauit Bart. in l. si fraudatur, ff. quæ in fraud. credit. lason in l. certi conditio, §. si nummos, ff. si certum petatur, Bald. in cap. 1. num. 5. qui feudum dare possunt, Rebuffus de consuetudine in præfatione num. 82. Decius in l. *semper in stipulationibus*, num. 10. ff. de reg. iuris, Salaçar de vsu & consuetudine, cap. 2. Claperis cent. 1. causa 35. quæst. 4. num. 6. vbi tradit mandatum censer datum secundum formam antiquam, & pro vt consuetum, quibus adiungo textum in l. super creandis 9. Cod. de iure fisci lib. 10. ibi: *quæ statuta sunt quæque antiquâ consuetudine commendantur in pabulis*, cui adde eruditissimum D. Laurentium Reminez de Prado in Pentecontarcho, cap. 11. vbi textum emendat contra Deltium & Cuiacium, & alios refert doctus D. Franc. de Amaya in dict. l. 9.*

Nec videtur impediri Aduocatus Fisci, ne 47. actionem intendat prædicto Regis nostri decreto, dum inquit: *Principem deliberaturum quid fieri oporteat in vectigalibus quæ Magnates possident permissionis prætextu*: nam pluribus excluditur Magnatum intentio, quia in eo cui cõcessum est de rebus fisci, vt eius Procuratori experiri nisi manifesta, & aperta sit voluntas contraria prohibendi non censetur facultas agendi reuocata, l. *Pomponius, §. in his, ff. de procurat. ibi: si forte euadens sit contra voluntatem*, vbi expresse pro fiscali deciditur, quia debet esse contraria voluntas expressa in eo, qui habet mandatum: nam contra

tra illam agere non poterit Speculator, & Castrensis ex quibus Gregorius gloss. 7. l. 2. tit. 5. part. 3.

48. Sed, & Regis nostri voluntas non debet nec potest probare permissionem, quæ iniustitiam continet, & peccatum vt prædiximus vectigalia iniuste detentata non vindicare, maximè legibus resistentibus, l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. quæ tam enixè & geminatè tolerantiam & permissionem improbant, & Princeps semper leges, & ius imitatur, l. *ex facto*, 43. ff. de vulgari. Et pro eius factis & verbis præsumitur vt iura tueatur, & in eo quod faceret velle quod ipsa lex, lason in l. *causas*, num. 6. Cod. de transact. & lib. 3. consil. 57. vers. octauo, Decius conf. 64. num. 10. & conf. 580. num. 2. Cauallanus conf. 120. num. 8. Gozadino consil. 101. num. 10. Casaneus Grammaticus, Neuizan. & alij quos refert Menoch. lib. 2. præsumptione 10. num. 7. & 8.

49. Rursus quia eo verbo quo Princeps velle deliberare edixit: nõ impedit quæ à iure, & legibus nostris statuta sunt, vt Procuratores Fisciales de Regalibus, quales sunt vectigalia, iudicia instituant, quia qui deliberat se preparat vt aliquid decernat, non verò improbat quæ disposita sunt vt planè colligitur ex titulis, ff. & C. de iure deliberandi, & ideo nihil est magis alienum à ratione naturali, & ciuili, quàm ex hac præparatione deliberationis Regis nostri velle tolerantiam, & permissionem vectigalium, quæ iniuste detinentur, approbari, & pondero textum in l. 1. §. *casum*, ff. de postulando, eis verbis quæ nobis congruunt: *Sed hoc deliberabimus*: vbi in quæstione an cæcus possit magistratum obtinere, traditur nihil ex iam factis mutari, sed cæptum Magistratum retinere, & quodcumque priuilegium alicui competat. (vt in hoc casu Magnates intendunt, ex suæ Magnitudinis priuilegiis non posse aduersus illos intendi actione de vectigalibus quæ iniuste ex tolerantia & permissione vsurparunt) id enim si priuilegium est, pendente tempore deliberationis competere non potest, & expendo, l. *idemque* 2. §. 1. ff. de bonis authorit. iudic. possid. ibi: *Vel dum deliberant scripti hæredes de aduenda hereditate, non oportebit priuilegium dari, non enim in eadem causa est*, Iunctis quæ notauit ad hunc textum Bartolus in rubrica, Cod. de suaforio edicto.

50. Et nulli dubium est ratioe ciuili, & naturali deliberantem non consentire, ac proinde nullatenus colligi potest cõsensum Principis, vt confirmet vel approbet tolerantiam & vno verbo, eoque dubio, de hoc delibera-

bimus, vt in decreto, totam iuris dispositionem tot vigiliis, curâ, & studiis elaboratam velle euerti, arg. l. *si quando*, Cod. de inofficioso testam. & suorum prædecessorum in Regno, aui, proaui, & Catholicorum Regum decreta rescindere qui tolerantiam vt iniustam, & Publicæ vtilitati aduersam improbarunt.

Deinde quia etsi ex prædicto verbo, permissio & tolerantia Regis nostri induceretur & ea ius præstaret quid valebit prodesse permissio, quando expressa concessio & rescriptum de vectigalibus cuiusque Magnati concedendis à Principe expeditum non prodest, nisi priuilegium in libris rationum Regalium, quæ dicimus de *lo salvado*, scriptum sit, & subscriptum simul à Senatoribus Consilij Regalis Patrimonij, l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil. iunctis quæ supra notauimus sæpius, & non debet operari tacitum (si quid tacite voluntatis ex prædicto decreto desumi potest, quod valde negandum) plus quàm expressum deficientibus prædictis qualitatibus, quæ in tolerantia & permissione non inueniuntur.

Denique, nam vt Reges nostri insinuant 52. in prædicta l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. non solum ex permissione & tolerantia Magnates vsurparunt, & detentarunt vectigalia, verum ex turbationibus Regni, & in aliquibus tradunt, Reges ignorasse eorum vsurpationem, & fuisse factam non solum ex tolerantia, sed ex aliis causis iniustis, vt aperte exprimunt verba ibi: *A loquel dieron causa las turbaciones y mouimientos passados de estos nuestros Reynos, y alguna tolerancia nuestra per algunas causas, que a ello nos mouieron, y algunos los an lleuado sin que seamos sabidores de ello, y por otras causas iniustas, de lo qual sea seguido, y signe gran daño, y detrimento a nuestros Reynos, y a los nuestros subditos, &c.* Et cum non solum ex tolerantia, sed ex aliis causis iniustis processisse vectigalium vsurpatione Reges enuntiant, & multoties id ignorasse, palam sit illum qui se fundat in tolerantia & permissione Principis, illam ipsam necessariò debere probare, & non possedisse ex alia causa, sed quia Princeps permisit sciens vectigalia ab eo possideri, aliàs enim non tolerat, vel dissimulat qui ignorat: vt statim hæc omnia in sequenti Allegatione probabimus, ad quem lectorem remitto ne ista longior procedat: ibi enim rectius discutietur, vbi agendum de pluribus causis, ex quibus Magnates detentant vectigalia.

Concludendum igitur est, vt etiam si ex prædicto decreto Regis nostri non constaret 53. expressè non prohibere fisci Procuratori ne

iudicium de vectigalium derentatione instituat aduersus Magnates, sed potius decretum aperte interdiceret, vt in eis vectigalibus, quæ ex permissione Magnates detenta uerint, lis non institueretur, adhuc nullo modo inhibendum fisci Procuratori, vt actionem intendat; quia in litis discussione cognosci debet ex quo iure vectigalia detineantur in hoc enim maxima utilitas Regali dignitati, & Patrimonio prouenire apparebit, si quis hac consideratione rem tractauerit: nam aut ex tolerantia & permissione Magnates detinent vectigalia; vel iure proprio, aliquo titulo & colore quæsitò: primo casu Regis interest, vt Magnates fateantur ex tolerantia detinere vectigalia, & permissionem probent, vt inde appareat illud beneficium precarium à Principe obtinere, vt quando ipse voluerit, possit reuocare. Secundo verò casu, si proprio iure, & non ex permissione obtinere intendunt; manifestè à tolerantia Principis excluduntur, ac perinde etiam si non comprobata esset permissio, sed (quod absit) prædicto nostri Regis decreto probaretur, non possunt defendere, nec vt ex quocumque alio titulo impedire ingressum iudicij ex permissione & tolerantia; nam etiam si expressum rescriptum aliquis ex Magnatibus haberet, cum qualitatibus à iure expressis non poterat impediri litem institui, & ideo neutiquam potest denegari Procuratori Fiscali actionem exercere, nisi & Regi, & publicæ utilitati maximum damnum accedat, vt statim latius probabitur.

54. His verò quæ contra expensa fuerunt supra num. 16. breuiter occurrendum est. & illud quod adiicitur ad publicam utilitatem pertinere Magnates honoribus prosequi, præmiis afficere, eorum augere dignitatem, non negamus; sed tamen vt valde Reipublicæ noxium vectigalia ab eis detineri dict. l. 2. improbat, nec Princeps sine iniuriâ publica, & conscientiæ læsione id potest permittere, & tolerare, semper enim Reges Castellæ maximis beneficiis, & largitionibus nobiles vafallos cumularunt, vt notum est, & adeo liberales semper extiterunt, vt multoties donationes reformare necessarium iudicauerint, sequuti exempla plurium Principum, nam Galba reuocauit Neronis donationes, & ad decimam partem reformauit, vt refert Cornel. Tacit. lib. 1. histor. eis verbis; *proxima pecunia cura, & cuncta scrutantibus iustissimum visum est inde repeti, unde inopia causa erat: bis & vicies mille sestertium donationibus Nero effuderat, appellari singulos iussit, decima parte liberalitatis apud quemcunque eorum relicta.* Et Impera-

tores alij etiam fuerunt, vt apud Græcos de Basilio Macedonico refert Garibrius lib. 9. compendij hist. cap. 21. apud Anglos Reges Eduardus & Henricus, vt refert Pineda in Monarchia Ecclesiastica lib. 28. cap. 26. §. 3. & 4. & de Regibus Aragonum Ramirò, & Ildephonso III. Zurita lib. 1. Annalium, cap. 53. & lib. 4. c. 93. & lib. 7. c. 5. & de nostris Regibus Castellæ, de Ioanne I. Aluarus Gartia in eius historia anno 41. cap. 26. de Rege Henrico II. Mariana lib. 17. de rebus Hispaniæ, cap. 18. de Regibus Catholicis, & Regina Ioanna eorum filia, Zurita in expeditionibus Italiæ, lib. 5. cap. 84. & 2. tom. lib. 7. cap. 8. de Carolo V. Sandoualitus in eius Chronica lib. 1. §. 21. & facit l. 11. tit. 7. lib. 5. Recopil. & Philippus II. & III. idem fecerunt, vt constat ex clausulis testamentorum, refert verba Melchior Feho 2. part. de decif. Lusita. 184. num. 34. cuius memoratur doctif. Solorzanus 2. tom. de Indiar. Gubern. lib. 3. cap. 12. num. 51.

Sed Reges non debent immensas donationes facere, cap. intellecto, vbi Doctores de iureiurando, Gregor. Lopez gloss. 2. per textum, ibi l. 10. tit. 18. part. 3. pluribus D. Alfaro de offic. Fiscal. gloss. 34. §. 1. num. 6. & §. 4. n. 1. Et vtinam hodie etiam ad debitum modum Regiæ liberalitates reducerentur, cum ad id compellerent aliquando angustia Patrimonij Regij, indigentia rariorij, & penè exhaustum esse, vt necessitatibus publicis non valeat occurrere. Et ita multoties Reges nostri donationes immoderatas reuocarunt.

56. Illud autem quod contra obiectum, Princeps qui patitur, & cum possit, non prohibet, cõsentire videatur, expressè nostra lex 2. excluditur, quâ voluntas contraria omninò explicatur, tolerantiam & permissionem Principes improbant.

57. Quod pertinet ad *si hominem*, ff. mandati, vt Procurator non possit improbare factum domini sine speciali mandato, ideo nec Fisci Procurator Regis permissionem, facilius excluditur, quia vltra quod nulla est Regis permissio, Fisci procurator non metitur aliorum Procuratorum regulis, quia semper habent mandatum cum libera, & omnia potest, quæ requirunt speciale mandatum, argum. cap. *quia ad agendum*, de Procurator. lib. 6. Bartol. in l. 1. in prin. ff. de officio Procurat. Cæsar. Laudensis de Fisco quæst. 16. D. Alfaro de officio Fiscal. gloss. 34. num. 233. Et ideo quamuis reliqui Procuratores non possint sine mandato speciali secundam supplicationem cum pœna duplarum mille & quingentarum intendere, quia aliàs pars non obligabitur pœnæ, tamen Fiscalis potest supplicare

supplicare sine speciali mandato, & bona Regis obligare, l. 10. tit. 20. lib. 4. Recopil. & in dict. l. *si hominem*, nihilominus, vt ex littera constat, adhuc probabitur procedere factum Procuratoris, etiam sine speciali mandato, quando iustis rationibus motus fuit: ergo fiscalis qui iuste intendit executionem dict. l. 2. rectè agere valebit.

58. Et de mandato Regis, vt comprehendat, & contineri eo omnia, quæ sunt vicina mandatis ex dict. l. *si hominem*, Bart. Caltrinsi, Iafone, Innocentio, Barbatia, Buttrio, Tiraquello, Tusco, Gratiano, Suarez, Surdo, Farinacio, & aliis D. Solorcano tom. 2. de iure Indiarum Gubernat. lib. 2. cap. 4. num. 58. & 59. quantò magis quando fiscali expressè mandatum, vt à quibuslibet detinentibus vectigalia recuperet?

59. Nec ex lege prima, §. *permittitur*, iunctâ doctrinâ Bartoli, ff. de aqua quorid. & æstiuâ, Magnates possunt iniuriæ tribuere, si cum eis non toleret Princeps, quod aliis permittit, quia, vt sapius diximus, in nullo tolerantiam probat, sed in omnibus improbat dict. l. 2. sed doctrina Bart. procedit in feudis, & emphyteusi; vbi magis consuetudo quàm in aliis præualet: nec inde argumentum sumi potest, Molina lib. 1. de primog. cap. 7. tum & communiter improbat teneri Dominum renouare emphyteusim finitam, quia aliàs frustra in certam generationem daretur emphyteusis; si semper esset renouanda, vt notauit Sarmiento lib. 3. selectar. c. 7. num. 5. & idem notauit improbens Bartolum Rosental de feudis cap. 7. conclus. 24. num. 21. Marta de iurisdictione, 4. part. casu 20. num. 14. & sine dubio in Principe non procedit, Rosental vbi proximè num. 20. Antonius Gabriel lib. 3. communium opinionum, titulo de iure emphyteut. conclus. 1. num. 22. Parif. vol. 1. conf. 23. num. 250.

60. Et circa Ecclesiam in emphyteusi non esse obligationem ad renouationem, argumento cap. ex parte tua 2. de feudis, ibi: *feudum decedentis liberè, si videris expedire concedas*, ex quo textu probarunt, quos refert Caldas, Pereira de renouatione emphyteut. quæst. 8. num. 12. Valasco, consultatione 123. num. 9. Mart. de iurisdictione, 4. part. casu 20. num. 9. Augustin. Barbof. ex Surdo, Nicolao Garcia & aliis comprobatur, in collect. d. cap. ex parte, num. 8.

61. Facit Authentica de non alienandis, aut permutandis rebus Ecclesiæ, §. *quod autem*, versic. *nec illud*, collat. 2. quamuis in contrarium, vt etiam Ecclesia sit obligata ad renouationem Emphyteusis, & comprehendit lege, quæ de renouatione ediceretur, pluribus

probarunt Caldas, Pereira dict. quæst. 8. per totam, Bobius de statut. vrbis præscript. glossa 19. num. 209. Riminaldus Iunior vol. 4. conf. 447. Beccius conf. 3. num. 49. & 62. Marta sibi contrarius in compilat. decif. 3. tomo, tit. de emphyteusi, cap. 12. & semper ita iudicatum à Rota Romana probatur decif. 230. 1. part. Pauli Emilij Varalli, & decif. 195. 2. part. diuers. & decif. 610. Seraphini per totam, qui ad finem refert duas alias decisiones concordantes, Lucana Oradini 148. lib. 2. & decif. 62. Orani lib. 2. & plures alios referunt pro hac sententia Ant. Gabriel lib. 3. communium, tit. de iure emphyteut. conclus. 1. in principio, & à n. 13. Sarmiento lib. 3. select. cap. 7. Ioannes Garcia de expensis, cap. 15, num. 18. Franchis decif. 123. Iulius Clarus lib. 4. recept. sentent. §. emphyteusis, q. 43. per totam, & textui in dict. cap. ex parte respondent Alex & Decius, quos refert eum textum interpretans Ripa in l. 1. ff. de priuileg. credit.

Sed etsi compellendus esset dominus emphyteusis eam renouare, Bartolus loquitur quando eam reuocat, vt extraneo daret, & adducit l. *congruit*, l. prædia, Cod. de locat. prædior. civil. lib. 1. secus verò si dominus sibi vellet retinere, vt in nostro casu, quia tunc non potest procedere doctrina Bartoli, vt ex Iafone, Abbate, Nicolao de Millis, Ripa, & Gocadino probauit Acofta in tractatu de maioratu bonorum Regiæ Coronæ, 1. part. num. 40. idem tenuerunt Lasus lib. 2. conf. 8. num. 44. Angel. Aretinus conf. 69. num. 10. Afflictis, & eius additio decif. 237. num. 3. Beninteadis decif. 19. Æmilij Varallus decif. 303. & 304. Iulius Clarus lib. 4. receptar. §. emphyteusis, quæst. 43. num. 4. Tuscus practicar. lit. E, conclus. 226. num. 93. Trentacinquus lib. 3. variarum, tit. de iure emphyteut. resolutione 5. num. 7. maximè cum Rex sibi retinere vellet, quod alius ex suo Patrimonio retinet sine aliquo titulo, quod longè differt à casu emphyteusis, vbi est titulus, & cum Princeps suo iure vteretur, non potest iniuriæ tribui, l. *nemo damnus*, ff. de reg. iur. l. *iniuriarum*, ff. de iniuriis, Menoch. conf. 41. num. 11. Parifius vol. 3. conf. 72. ad finem, Surdus conf. 10. num. 45. & 46.

63. Postremò quod obijciunt de immemorabili præscriptione expressè circa vectigalia nostris legibus improbat l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. quam non solum procedere in præscriptione incepta, sed in iam perfecta, & completa, certissimum est, & nos latè probauimus allegatione decima quinta per totam.

ALLEGATIO IX.

Magnates quibus modis vsurparunt vectigalia Regis.

1. Regibus ignorantibus vsurpata vectigalia.
2. Turbationes Regnorum Castella, & bella in causa fuerunt ut vectigalia vsurparentur à Magnatibus.
3. Stipendia dominorum vassallorum qua in redditibus Regis suorum locorum debent consignari causam praeberunt ut vectigalia vsurparentur.
l. 6. & 7. tit. 5. lib. 9. Recopil. & d. numero 28.
4. Iurisdictionis concessio cum iuribus regalibus causa fuit, ut vsurparentur vectigalia.
5. Domini vassallorum induxerunt percipere gabellas diminutas ut pro decima vigesimam soluant vassalli.
6. Vectigalia intendunt Magnates cum iurisdictione transferenda.
7. Reus in exceptionibus actor est. Possessio ex pluribus causis adquiri potest Dominium nisi ex una causa non acquiritur.
l. possideri 3. §. ex pluribus de acquir. possess.
l. cum res 4. Cod. de contrah. emptione.
l. non ut ex pluribus, ff. de reg. iuris.
8. Possessionem quis sibi mutare non potest. l. possideri 3. §. illud, ff. de acquir. possess. l. cum nemo 5. Cod. eodem.
l. ad probationem, Cod. locato.
l. & si manente, l. certè §. Iulianus, & l. fin. ff. de precario.
9. Possessio extrinsecus mutari potest causa mutata.
l. possideri 3. §. sed etsi l. qui bona, §. quod scripsi, ff. de acquir. possess.
l. non solum, §. quod vulgo, ff. de usucapio.
l. 1. §. ult. ff. pro donato.
10. Permissio & tolerantia probanda à Magnatibus, si illa velint defendere vectigalia qua possident.
11. Praesumptio iuris est pro fisco in vectigalibus.
Probatione non eget qui fundamentum habet de iure.
l. sine possidetis, Cod. de probationibus.

l. cum de indebito, ff. eodem.
c. cum Ecclesia Sutrina, de caus. possess. & propriet.
Nobilis si non probat se exemptum, debet solvere el Pecho, licet Fiscus nihil probet, quia pro Fisco assistit iuris praesumptio.

12. Praesumptio, qua pro aliquo assistit, transfert in aduersarium onus probandi.
l. fin. in principio, ff. quod metus causa.
l. siue nuptura in fine, ff. de iure dotium.
13. Forma specificè adimplenda in decreto, statuto, & rescripto.
14. Scientia Principis necessaria ad valorem permissionis, & tolerantiae.
Cap. fin. de iureiurando, lib. 6.
Ignorans non consentit.
l. si per errorem, ff. de iurisdictione omnium iudic.
Ignorans non permittit, potius expressè prohibet.
l. qui vas, §. vetare, ff. de furtis.
Ignorantia praesumitur.
Cap. praesumitur de reg. iuris in 6.
15. Principis scientia quando praesumatur, ex longo tempore praesumptio cedit veritati.
16. Patientiam debet probare, qui in ea fundatur, quando est necessaria.
17. Temporis lapsu solemnitas praesumitur. Negatiua quando improbabilis.
18. Probare ex aliqua causa possidisse non negatiuum est, sed affirmatiuum.
Probatio nulla ex assertione partis.
cap. si Papa de privilegiis.
leg. exemplo, Cod. de probationibus.
19. Negatiua probanda quando est coniuncta cum affirmatiua.
20. Negatiua probari debet ab eo, qui in ea se fundat.
21. Vectigalia non debent permittere Magistratus à Dominis vassallorum detineri.
22. Liberalitas non est, sed crudelitas cum subditorum damno eam exercere.
Auth. nullum reddentem agricola, colat. 4. nouella 43. cap. 1.
23. Seditioes regnorum propter immoderatam tributa.
24. Regna plura extincta, qua tributorum nimio onere ruerunt.
25. Principes leniter se habeant in exigendis vectigalibus.
26. Princeps non debet facere donationem, qua offendat publicam utilitatem.
l. rescripta, Cod. de precib. Imper. offerendis.
l. nec auus, Cod. de emancipat. liberorum.
l. 2.

- l. 2. §. meritò, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico.
l. fin. Cod. de statuis & imaginibus.
l. si quando, Cod. de testibus.
27. Vectigalis noni iustitia consistit in necessitate, ex qua imponitur.
Authent. de mandatis Princip. §. deinde vero talem, collatione 3.
 28. Consilij hominum fragilitas, ut damnum eueniat, unde commodum prouisum.
 29. Titulum extendens, & ultra illum possidens nullum ius acquirit.
c. cū persona, §. quod si tales de priuileg. l. 6. l. 4. tit. 15. lib. 4. Recopil.
 30. Permissum certo casu & modo, ultra eum non permissum.
l. sicut, §. sed etsi, ff. quibus mod. pignus, vel hypotheca soluitur.
l. si itaque 21. ff. de vulgari.
l. statu liber. 10. §. fin. ff. deleg. 2.
l. cum Prator in principio, ff. de iudiciis.
 31. Principum concessiones subditis factae habent naturam precarij.
l. cum precario, ff. de precario.
Silentium non dat titulum.
Titulo, & permissione possidere sunt contraria.
l. usus aqua, C. de fundis rei priuatae, lib. 11.
 32. Regalium iurium concessione non veniunt vectigalia nisi exprimentur.
 33. Possessio in vectigalibus non extendenda
l. si idem, Cod. de codicillis.
l. 1. §. Iulianus, ff. de itinere, actūque priuato.
c. contingat, cap. tua, de decimis.
 34. Dolus non debet prodesse ad obtinenda vectigalia.
l. qui cum tutoribus, §. qui per fallaciam, ff. de transactionibus.
l. ita fidei, ff. de iure fisci.
Vicesima tributum apud antiquos.
 35. Vectigalium permissio de vno ad alium non transit.

Magnates Regnorum Castella qui detinent vectigalia Regia, variis de causis ea occuparunt, & ideo audiendi non sunt, si solum ex tolerantia Principum se defendant pro explicatione l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil.

1. **M** L T R A quod de permissione, & tolerantia ediximus, etiam in hac allegatione probandum est non sufficere allegari tolerantiam (quā Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars I.

uis valida esset) nisi expressè probauerint ex nulla alia causa possidisse, & Principem eius habuisse notitiam, quia ut traditur in d. l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. multis de causis vsurpata fuerunt vectigalia Rege ignorante, & aliis modis iniustus ultra tolerantiam & permissionem, quod ex pluribus, quas experti fuimus, controuerfis circa vsurpationem Gabellarum illud exprimentum & declarandum est.

Primò aliqui bellorum ratione & turbationum horum Regnorum, quo tempore ille validior qui potentior, aliqui induxerunt vel vsurparunt vectigalia, inducta eo colore quasi Regibus opem ministrent, & Rex consentiret conniuentiā, dissimulatione, & tolerantia: & tunc distinguendum est, an aperte constet Principem huius vectigalium vsurpationis habuisse notitiam, vel eam ignorauisse.

Secundò alij titulum habuerunt, quia ex nostris constitutionibus Regni l. 6. & 7. tract. 15. lib. 9. noua Recopil. iubetur ut stipendia quae à Regibus habent Magnates, Praelati, Titulari, aut alij Equites, vel Milites, quae dicimus acostamientos, si habent aliquorum locorum iurisdictionem, consignentur in vectigalibus eorum, ut ideo melius exigantur quasi iurisdictione sua sibi consulant in exactioe vectigalium ad stipendia soluenda, & cum id plus quam ducentis & septuaginta antea annis statueretur à Domino Rege Henrico IV. anno 1458. & 1462. quo tempore vectigalia exiguiora fuerant, & postea ex pace, quae hæc Regna fruerentur Mauris expulsis à Granatensi Regno, populis adauctis auerentur vectigalia, quae ab initio fortè non sufficiebant in eis locis ad stipendia soluenda dominis locorum; ponamus fuisse stipendium, vel acostamiento centum mille marauedinetorum, & vectigalia eius locorum tunc non aestimari nisi octoginta mille, ut in pluribus casibus compertum fuit, cum nihil maneret quod pro Regali Patrimonio exigi possit, quia maior quantitas stipendij consignata ex libris rationum Regis, eorum vectigalium exactio oblitterata, postea etiam si maiora fuerunt, eo colore apud dominos locorum remanserunt pretextu consignationis.

Tertiò aliqui, quibus Princeps iurisdictionem oppidorum donauit, & adiecit facere concessionem cum omnibus iuribus Regalibus, eo colore quasi vectigalia de iuribus Regalibus sint, ea percipere ceperunt & huc vsque in vsurpatione durarunt.

Quartò, plures Domini in suis locis induxerunt vectigalia eis à vassallis depedi, vnum
H ex

ex viginti quod vigesimam dixerunt, & adhuc in pluribus Bœticæ locis, inuenimus non soluere incolas Gabellas ex decem vnum, sed cum viderent à suis Dominis releuari, quia solum viciesimam soluebant, patienter sustinuerunt, & nunquam Regi denuntiarunt.

6. Quintò, ipsos Magnates qui tolerantiam & permissionem Regis intendunt locorum iurisdictionem cum iuribus in eis habentibus cum aliis ex facultate Regia permittunt: unde intendunt vectigalia quæ illi possidebant, ad alios transferenda, & in detentatione conferuandos, quæ omnia suo ordine breuibus quo possint, discutienda.

7. Quoad primum præterea quæ nuper animaduertimus, tolerantiam, & permissionem Principis esse iniustam, improbatam, & nunquam Regem potuisse pati vt à priuatis exigenter vectigalia, quæ sui patrimonij sunt ad Regni defensionem à subditis concessa: Vltra animaduertendum est, quisquis Magnatum qui se intenderit tolerantiam tueri in exceptione tolerantiam, in qua actor est, l. in exceptionibus 19. ff. de probation. Abbas in c. cum super, num. 3. de concess. præbend. Rota Genuensis de mercatura, decis. 91. num. 5. debet allegare, & probare nullo alio titulo, quam ex tolerantia & permissione Regis detinuisse vectigalia, quia cum ex pluribus causis vltra tolerantiam possint detineri, d. l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. & quisque possessionem intendit eam possit ex pluribus causis habere l. possideri 3. §. ex pluribus, ff. de acquir. possess. cui non obstat l. cum res 4. C. de contrahend. empt. eis verbis: *Intelligere debemus duplicari sibi titulum possessionis non potuisse*, quia ibi possessio pro proprietate accipienda, vt post Duarenum, Gifanium, & Borcoltem ex d. l. 4. ferè apparet, de dominio agi constat ibi: *Dominum se factum*, probauit Osualdus ad Donellum lib. 5. commentariorum, cap. 16. in notatis lit. H, & tenuit etiam Gothofredus in notatis dict. l. 4. igitur quamuis dominium non nisi ex vna causa acquiri potest, quia semel quæsitum nihil plus expectat, tamen possessio ex pluribus acquiri valet, & postea dominium quærat, vt in exemplis d. §. ex pluribus, l. non vt ex pluribus, ff. de Regulis iuris.

8. Tamen illud certissimum est in iure non posse qui ex aliqua inceperit causa possidere, eam sibi in possessione mutare, l. 3. §. illud, ff. de acq. possess. l. cum nemo 5. C. eod. vbi cõmuniter probant Doctores l. ad probationem 15. C. locato, l. etsi manente, ibi: *nam nec mutatur causa possessionis l. certè, §. Iulianus, l. fin. ff. de precario, aded vt nec successoribus eius, qui*

possidet, permittitur possessionis causam mutare, Castrensis in l. neque fructuarium, num. 2. Cod. de usufructu, & 2. part. conf. 439. & 440. Natta conf. 471. num. 12. Tiraquell. de iure constituti, ampliatione 13. num. 5. & 6. Tuscus practicarum, lit. P, conclus. 472. num. 11. 14. & sequent.

Et quod notauit Donellus lib. 5. comment. cap. 16. videri posse mutari possessionem, vt qui ex iniusta, & nulla causa possidet, non prohibeatur ex noua & iusta possidere, & sic vsucipiat, quod etiam probauit Duarenus ad l. 3. §. 4. ff. de acquir. possess. vt qui tenuit ex deposito emat, & hæres fiat, l. possideri 3. §. sed si is, l. qui bona, §. quod scriptum, ff. de acquir. possess. l. non solum 33. §. quod vulgò, ff. de vsuca. l. 1. §. vlt. ff. pro donato, nihil contra quod tradidimus, facit, quia his casibus, & aliis, à iureconsultis exprimentur, quando mutatio possessionis permittitur, ipse nõ sibi solum mutat possessor, sed extrinsecus mutatur possessio ab alio, qui nouum dedit titulum, quod iure permittum est, secus vt sibi quis mutet. Et hæc distinctio ex Iurisprudentiæ regulis probatur dict. l. 3. §. quod vulgò, dict. l. qui bona, §. quod scriptum, & dict. l. si nemo. Et facilius in nostro casu exemplum fiet, si Magnates, qui aliquo titulo iniusto inceperint vectigalia detinere, cum titulus non sufficiat, quia nostris legibus excluditur, & reprobatur, velint se in detentatione conferuare vectigalium, excipiendo ea retinere, & exigere prætextu tolerantiam, & Regalis permissionis, quod ferendum non est, quia nihil extrinseci ab alio, id est, à Rege accedit, vt in dictis iuribus, sed ipse iniuste possidens, timens spoliari, vult permissione, & tolerantiam tueri, & ad eam reducere ius & titulum, quem proprio iure antequam controuersia de vectigalibus moueretur, habere intendebat, tum & nihil Princeps de nouo facit, vt toleret, & permittat, qui ante non tolerauit in eo, qui non possidebat ex permissione, sed ex titulo.

Igitur cum ex multiplici causa possent Magnates incipere detentare vectigalia, si quando ab eis fiscalis intenderit ad Regium patrimonium reducere, & vindicari, ipsi excipiant vectigalia Regis permittit & tolerantiam possidere, id non sufficit ab illis allegari, nisi manifestè probent, quasi ex pluribus modis, quibus vectigalia vsurpata fuerunt dict. l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. eis verbis: *y algunos las an lleuado, sin que seamos sabidores dello, y per otras causas injustas, debent expressè tolerantiam probare, nam cum sit fundamentum suæ intentionis, quæ defendunt*

dunt illorum ius non esse in controuersia iudicij deducendum sine speciali Regis mandato, illud in quo aliquis fundat intentionem suam, vel exceptionem probare teneri, etiam si fundetur in negatiua, Abbas, Baldus, Albericus, & plures, quos refert Mascardus conclus. 1159. num. 6. 7.

11. Præsertim quando pro fisco assistit iuris præsumptio, quæ semper est pro Rege in vectigalibus percipiendis, l. omnium cum l. sequent. l. vsurpationem, Cod. de vectigalibus, l. 1. & 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. l. 1. 2. & 3. l. 15. tit. 8. l. 1. tit. 18. lib. 9. recop. Et ideo fundamentum habet de iure, vt nulla egeat probatione ex Regul. l. siue possidetis, Cod. de probationibus, l. cum de indebito, ff. eodem, cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa possessionis. & propriet. Ioannes Gartia gloss. 8. num. 4. vbi ideo, quia Rex fundat in tributis ab omnibus vassallis (quod dicimus *pecho*) percipiendis, si nobilis non probauerit se exemptum, quando à fisco sua nobilitatis possessio turbaretur, adhuc soluet, etiam si nihil fisco probauerit: addendi Menoch. lib. 2. præsumpt. 33. num. 2. latè Pacius lib. 1. de probat. cap. 8. Surdus conf. 82. nu. 39. Schraderus vol. 1. consil. 4. num. 168. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 141. num. 21.

12. Et quamuis non esset fundamentum intentionis excipientis, & ideo probare teneretur, quod allegat præsumptio iuris, quæ contra illum est, onere probandi grauarer, l. fin. in princip. ff. quod metus causa, l. siue nuptura, in fine, ff. de iure dotium, Crotus conf. 110. num. 5. Surdus conf. 1. num. 63. Ex Pannormitaido, Craueta, Cephalo, & Marfilio, idem Surdus conf. 152. num. 24. Pacius lib. 5. de probat. cap. 9. 11. & 19. Farinac. de testibus, quæst. 69. num. 34.

13. Quod magis procedit, quando ex pluribus causis, vt animaduertimus, potest vectigalium vsurpatione procedere, & nouissimum decretum Regis nostri anno 1628. & si vt præcedenti allegatione probauimus, nihil impedit quin de his vectigalibus iudicia discutiantur, tamen apertè insinuat, qui se defendunt ex permissione illam probare oportere, nam eius quoad hoc verba sunt: *En los pleitos que se pudieren poner de alcavalas de permission que gozan grandes quedo pensando: nam cum solum deliberare Rex noster edicat, in litibus vectigalium, quæ sint permissionis, etsi inde iuxta notata non possit induci prohibitio, vtcunque illam velint introducere Magnates, debent prius probare possedisse ex sola tolerantia, & permissione, vt prædicto decreto iuuarentur; nam adiectio illa, de Alcavalas de permission que gozan*
Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Pars 1.

Grandes, importat conditionem, quæ inducit formam, Menoch. conf. 133. n. 9. quæ antea & præcisè adimplenda, vt docuit Baldus in Authent. matri & auia, Cod. quando mulier tutelæ officio fungi potest, Ruinus conf. 199. num. 3. lib. 1. latè Tiraquell. de retract. conuent. §. 2. gloss. 1. num. 3. Socin. Iunior lib. 1. conf. 122. num. 29. & lib. 2. conf. 85. num. 15. Patif. lib. 1. conf. 97. num. 159. Menoch. conf. 1257. num. 24. & in decreto & statuto tenaciter forma seruanda, ex Romano, Alexandro & Ancharano, Tuscus practicarum, lit. F, conclus. 414. & lit. S, conclus. 555. & in rescripto, quod est iuris stricti, cap. cum dilecta 22. cap. sedes, cap. fin. de rescriptis, Afflictis decis. 366. num. 3. Nata conf. 594. num. fin. Becius conf. 21. num. 14. August. Barbosa in collect. dict. cap. dilecta, num. 4. omnino formam diligentem custodiendam probatur dict. cap. cum dilecta, de rescriptis, & ibi Doctores, Decius, Natta, Guido Papæ, Vantius, & alij, quos refert, & sequitur Surdus conf. 181. num. 5. Menoch. conf. 192. n. 2. adde plures, quos pro obseruantia formæ retulimus in decis. Granatenfi 43. num. 4. & 29.

Et eum nemini dubium, prædictum decretum non respicere alia vectigalia, nisi quæ ex tolerantia, & permissione possidentur, ideo vt possint Magnates illud pro se inducere, & adducere, de hac qualitate prius docere debent, & Principem habuisse scientiam suæ detentationis, quia id omnino necessarium, vt tolerantia & permissio procedat cap. fin. de iureiurando lib. 6. vbi communiter doctores Paris. vol. 1. consil. 47. num. 96. Casar Barzius decis. 48. num. 23. cum seqq. & decis. 61. num. 19. Tiraquellus de retract. lignager, §. 36. glossa 2. num. 31. aliis enim qui ignorat non consentit arg. l. si per errorem ff. de iurisdictione omnium iudicum: & tantum abest ignorantem velle permittere quin potius expressè prohibet, l. qui vas, §. vetare, ff. de furtis ibi: *Vetare autem dominum accipimus etiam eum qui ignorat, hoc est eum qui non consentit*, Iuncto Bartolo, Alexandro ibi, Baldo ad l. si sine, Cod. ad Velleian. & ideo Principis scientia probanda, quia in dubio semper præsumitur ignorantia, reg. præsumitur 47. de regulis iuris in 6. Menochius, Mascardus, Mugonius, Iosephus, Ludouicus, Surdus, Romanus, Rolandus, Tuschus, & quàm plurimi quos refert August. Barbosa in collect. dict. regulæ num. 1. & 3.

Nec aliquid contra suadebit ex longo tempore scientiam Principis præsumi, Molina lib. 2. de Hisp. primog. cap. 6. num. 15. ex Becio, D. Padilla, Peregrino, Surdo, Barbosa, H 2 bosa,

bosa, Capicio, Azebedo, & aliis innumeris D. Castillo tom. 7. de tertiis, cap. 28. n. 5. quia id quod ex præsumptione colligitur, cedere oportet veritati, cum expressè in nostris legibus Reges edicant non habuisse scientiam prædictæ usurpationis vectigaliū d. l. 2. tit. 15. lib. 4. Recop. eis verbis: *Y algunos las an lleuado sin que seamos sabidores de ello.*

16. Iuuat doctrina Angeli in §. *sequens*, n. 28. instit. de actionibus, etsi in locatione patientia locatoris præsumatur nisi contra probauerit conductor, tamen quia vt petat locator debet præcedere patientia, si ille petierit contra conductorem, debet prius patientiam probare quasi suæ intentionis fundamentum quod sequitur Iosephus Ludouicus decif. 2. num. 7. & refert D. Castillo lib. 3. controuerf. cap. 3. num. 16. & ideo si certissimum non esset ex pluribus causis posse adquiri possessionem dict. l. 3. §. *ex pluribus*, & vectigalia à Magnatibus detineri dict. l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. & præsumi posset, vt in patientia diximus ex nulla alia causa quam ex tolerantia vectigalia possideri (quod nullo modo procedit) adhuc permissio & tolerantia quæ necessaria & præuia, vt Magnates obtineant & in qua fundamentum suæ intentionis consistet ab illis probanda.

17. Nec poterunt Magnates defendi eo quod illis sufficere debet allegare permissionem, & tolerantiam, quia ex temporis lapsu omnia ad illam necessaria præsumuntur, Cephalus lib. 1. consil. 57. num. 11. Capicio decif. 16. n. 1. D. Valencuela consil. 18. num. 15. Menoch. lib. 2. casu 433. num. 24. Et probare non possedisse ex alia causa quam ex permissione Principis, contineat negatiuam quæ improbabilis in iure existimatur ex Baldo, Saliceto, Lanfranco, Corneo, Natta, Cotta, & aliis D. Ludouicus decif. 325. num. 9. pluribus Tiberius, Decianus, vol. 4. responso 19. num. 31. ex Rotæ decision. Gratianus disceptatio. cap. 525. num. 32. & satis probata censetur ex quo non apparet contrarium ex Baldo, & Corneo, Craucta conf. 1. num. 11. quam sequitur Menoch. contr. 322. num. 44. idem tenuit Gratianus discept. cap. 125. num. 30. maximè quia compossidentes vectigalia habeant contra se præsumptionem, quæ in vectigalibus percipiendis fiscum adiuuat facile poterit præsumi ex nullo alio titulo permissione, & tolerantia Regis vectigalia Magnates derentasse.

18. Verumtamen id parum mouebit, quippe illud quod exigimus probari ex nulla alia causa possedisse, nisi ex tolerantia, non est negatiuum, sed planè assertiuum, id est pos-

sessionem habere ex permissione, & ideo omnino probandum ab eo qui suæ intentionis fundamentum exhibet, vt not. per textum ibi in l. *qui accusare*, cum vulgatis Cod. de edendo cap. nonne de præsumption. Patianus de probatio. lib. 1. cap. 7. per totum, & cum decretum palam edicat Regem deliberare circa recuperationem vectigalium quæ ex permissione detinerentur vt eo aliquis se defendat, debet concludenter probare solum ex permissione detinuisse, non aliunde, nec sufficere illud in libello fateri, quia probatio nulla ex partis assertionione, cap. *si Papa*, de priuilegiis, vbi glossa & doctores communiter & perniciosum id esse traditur in l. *exemplo*, Cod. de probatione.

Tum etiam negatiua (si quidquam eius in hoc casu quis consideret quod admitti non potest) est probanda, quia est coniuncta cum affirmatiua, Paulus de Castro, Felinus, Ruinas, & Antonius Gabriel, quos refert & sequitur Gratianus discept. cap. 562. num. 61. nec dicitur improbabilis, quando potest instrumentis constare, quia tunc facilis probationis existimatur, Bald. in l. *si contra*, C. de appellat. Alex. lib. 4. conf. 95. in princ. Cassiodorus decif. 5. ex Bartolo, Iafone, Alexandro, Natta, Surdo, Croto, Rolando, & Cephalo, Gratianus discept. c. 748. num. 15. & c. 877. num. 23. & posset probari à Magnatibus exhibitis titulis locorum & rescriptis donationis Regis, vt appareret an ex aliquo colore qui in prædictis titulis contineatur vsurpauerint vectigalia, & nunquam qui permissionem allegarunt, titulos exhibet locorum, & maxima cautela est eos occultare, vt postea vitiosus ingressus tempore obliteretur, vt in eis qui se volunt præscriptione tueri, notarunt D. Molina lib. 2. de primog. c. 6. n. 75. Auendaño in cap. 69. Prætorum, 1. p. cap. 12. num. fin. Ioan. Garcia de nobilitate, glossa 21. num. 73. Hondedeus vol. 1. conf. 82. num. 43. Marefcot. var. lib. 1. cap. 13. num. 5. Peregrinus de iure fisci lib. 6. tit. 8. num. 25. & vol. 1. consil. 3. num. 71.

Deinde quod absque controuersia est, vt etiam si quilibet negatiuam in præsentem considerare velit, adhuc, quia in ea se fundant Magnates, non possedisse nisi ex permissione probare tenentur; nam qui vt suæ intentionis fundamentum allegauerit negatiuam, eius debet probationem exhibere, siue negatiua sit facti qualitatis probabilis vel improbabilis, Bart. in l. penult. §. docere, ff. ne quis eum qui in ius vocatus, ex Ripa, Decio, Craucta, & aliis Menoch. consil. 284. num. 11. & hoc vt regulare sit, & procedat etiam quando aliquis excipit de negatiua, vt in nostro casu

casu probare teneatur, Alex. lib. 6. consil. 42. col. 2. Decio in cap. 2. de rescript. & consil. 192. col. fin. Aimon conf. 112. num. 6. & ex Bartolo, Alexandro, Innocentio, Felino, Castrensi, Ofasco, & aliis, vt indubitatum probauit Gratianus discept. c. 793. num. 9. Herculanus in tractatu quomodo probetur negatiua, num. 2. ex Patiano nouissimè D. Castillo tom. 7. de tertiis, cap. 13. num. 17. cum sequent. etsi sufficeret Magnatibus sola permissionis allegatio, vt aduersus illos actio nõ posset intendi lex quæ fauore publico & Regalis Patrimonij inducta, ne præscriberentur vectigalia, minus posset quam sola partium assertio in hoc casu quoad Magnates, & in odium Regis retorqueretur contra l. quod fauore, C. de legibus, quasi effugerent præscriptionis prohibitionem, eo solum quod assererent ex permissione & tolerantia possidere.

21. Manet igitur in hoc casu non posse defendi Magnates tolerantia vel permissione in derentatione vectigalium, & si quam eis velint iudices concedere, monendi sunt ne minis indulgeant permissionem, nec impediant in harum actionum exercitium quod Princeps adhuc nunquam expressè prohibuit, curent maximè vectigalia ad Regale Patrimonium redire, quia his temporibus, quo ex ingruente bellorum clade, populi nouis collectis & tributis grauentur, valde iniquum est permittere à priuatis vectigalia detineri, quorum causa publica est, vt iam diximus.

22. Et quamuis liberalitas Principes deceat, numquam tamen liberalis, sed crudelis dicendus, qui in populi dispendium finit alios ditari, vt dicebat Ciccaio lib. 3. officiorum, l. *quoniam*, C. de ædificiis priuatis, etsi Rex noster plusquam millies aureorum annuorum reddituum vectigalium quæ iniuste detinentur à Magnatibus, & aliis titulis, repperet, excusaret noua instituere vectigalia & seruitia à Populis exigere, quo maximè grauantur, vt experiamur quod antea edixit Imperator Iustinianus, in auth. *nullum credentem agricola*, coll. 4. ibi: *Et ex hac causa quosdam colonorum fuga latebras petiisse: & cum ex utilitate quam Magnates consequuntur in derentatione Vectigalium inferiores & subditi grauentur, conueniunt verba Theodorici Regis apud Cassiodorum lib. 2. var. epist. 16. Vt qui functionem propriam vix poterat sustinere deuotus, alienis oneribus prematur infirmus: & possent Populi qui ex iniusta priuatorum detentatione vectigalium, nouis grauantur, vsurpare verba quæ Imperator edixit nouella 43. cap. 1. ibi:*

Nec enim sustinemus aliorum onus, ad alios transferri, nec tam immitem proponere formulam, vt quotidie vectigalia augeantur.

Et fere in omnibus Regnis seditiones vectigalium dolore excitatæ. Romani instante bello Volsco magnam seditionem passi fuerunt inter plebem, & Senatores, ortâ discordiâ, instigatâ plebe, quia ob iniquum tributum imperatum æs alienum fecisset, cui satisfacere non poterat, vt post Liuium, Halicarnasseum, & Plutarchum tradit Sabellius lib. 8. Æneid. 2. Et excidij Hierosolymitani, & Rebellionis, Iudæorum causa fuit Quirinius Syriæ Præfectum velle ad tributa & censum recensere facultates eius Prouinciæ, vt notauit Iosephus lib. 18. antiq. c. 1. cum sequentibus; sed Bâtij turbationem, quia Rhodij agrè tulerunt nouum vectigal, & Antiochenis scandala ex nouo tributo ab Imperatore Theodosio imposito referunt Sabellius lib. 2. Æneid. 5. & Nicephorus lib. 9. c. 42. & Parisiensis & Galliarum seditio ob vectigal vicefimæ rerum venalium indictum, Æmilium lib. 9. & de Protagenibus ob eandem causam, Fulgos lib. 9. c. 7. in Anglia Londini tumultus, & mortis periculum Regis Ricardi II. referunt Polydorus lib. 10. Angliæ Historiæ, & Fulgos lib. 9. c. 7. & de Scotis cum Henrico VII. Polydorus lib. 26. de Belgis: grauisima scandala, ob nouas tributorum exactiones, Tornacenses & Gandauenses suscitauerunt, iuxta Æmilium lib. 8. & 9. & idè de Venetis tradit Sabellius lib. 10. Æneid. decade 1. & de aliis notauit Crancius lib. 9. Vandaliæ; cap. 1. & lib. 10. c. 14. & de Castellæ seditionibus, vulgò *comunidades*, ex nimia auaritia Gubernantium, & tributis, originem habuisse nostra Hispaniæ monumenta testantur, & Paulus Iouius de Hadriano VI. Oforius lib. 12. de rebus Emanuelis.

Sed & tributa semper fuisse vetustissimam seditionum causam ex Tito Liuiio lib. 5. probauit Adamus Contzen, lib. 9. Politicorum, cap. 3. §. 2. vers. *verum*, & idem dict. lib. 9. cap. 8. §. 4. vbi multa refert exempla, & seditionum illam maiorem causam ex mala vectigalium administratione tradit Carolus Scribanus in Politico Christiano lib. 1. cap. 2. ex Symbolo Pythagoræ, & Clemente Alexandrino lib. 5. Stromatum in principio notauit Magister Marquez in gubernatore Christiano, lib. 1. cap. 16. sed & Regna extincta quia vectigalium pondere ruerunt, vt de Romana Republica Saluianus lib. 4. tributorum vinculis strangulatam perisse tradit, refert Adamus Contzen, lib. 7. cap. 29. §. 9. vbi acerbitatem dolet exactorum.

Hæc igitur libenter addimus, vt caueant

Principes, ne iam instituta vectigalia quæ ipsi debentur à priuatis detineri sinant, vt ex eo ad noua instituenda cum magno subditorum detrimento, & publici status periculo compellantur, & quàm leniter in tributis instituendis, & exigendis se habere debeant, monet noster Petrus Nauarrete in conseruatione Monarchiæ discursu 18. Cui adde. Contzen lib. 8. politicor. cap. 7. §. 4. & 6. Magister Marquez dict. cap. 16. vbi ex pluribus sacræ Scripturæ locis, & pluribus Doctoribus late probat, & nouissimè plura valde notanda ex sacris Litteris, & profanis rectè cumulat Pater Velasquez in tractatu de optimo Principe lib. 4. annotatione 15. 16. 17. 18. 19.

26. Sed hanc desiderem liberalitatem non possunt aliquo modo Principes facere tolerando vectigalia in commune bonum inducta, in priuatam vtilitatem cedere, vt iam prædiximus. Nec aliqua donatio fieri debet à Rege, quæ offendat publicam vtilitatem, l. *rescripta*, Cod. de precibus Imperat. offerend. l. 2. §. *merito*, & §. *si quis à Principe*, ff. ne quid in loco publico, l. *nec minus*, Cod. de emancipat. liberorum: nec enim aliorum, id est, Magnatum commoda subditis regni damnorum occasionem præbere debent, si horum vectigalium defectu nouis grauarentur, vt traditur in l. *fin.* Cod. de statutis & imaginibus: nec oportet pro alienis commodis sibi difficultates adstruere, l. *si quando* 18. Cod. de testibus.

27. Si quidem difficulter Princeps noua tributa petere potest, dum quæ sua fuerunt, non recuperat, cum iniustitia noui vectigalis sit necessitas, vt tradunt omnes supra relati, & iustam causam præcedere debere notant Sixtinus, Arifminus, Tepatus, Trentacinquius, Humada, Rosental, Farinacius, & alij, quos refert Barbosa in collect. l. 3. num. 5. Cod. noua vectig. institui non posse, & est communis omnium sententia, nec videatur necessitas urgere, quando sua bona Princeps detinere patitur, vt notauit Antonius Faber in Cod. lib. 7. tit. 12. ne rei Dominicæ, vel templorum, definitione 1. vbi tradit tunc teneri subditis Principis occurrere, tributa dependere, quando ipsius bona iam consumpta essent, & publicis necessitatibus non sufficerent, & iudices in eo animaduertere oportet, ne ista damna subditi patiantur, & si qua dubitatio inciderit, potius pro fisco, qui pro se præsumptionem habet, iudicari oportet, vt vectigalia recuperet; nam id Quæstoribus sacri Patrimonij, in cuius locum successerunt Senatores eius consilij, iubet Imperator in Authent. de mandatis

Principum. §. *deinde*, *verfic. talem*, collat. 3. eis verbis: *Talem te præbebis temetipsum omnibus, & publice, & priuatim, vt terribilis quidem sis delinquentibus, & in deuois circa fiscalia.* Vbi notandum coniungi cum delinquentibus, in deuois circa fiscalia, quasi eo ipso, quo quis non fauet fisco, delinquat, quantò magis delictum considerandum iniuste vectigalia publica detinere, & postea Principis permissione & tolerantia se defendere.

Secundo autem casu quoties Magnates 28. detinent vectigalia, eo quod eorum stipendia, quæ dicimus, *Acostamentos*, in vectigalibus locorum, quorum iurisdictionem habebant, consignata fuerunt iuxta l. 6. & 7. tit. 15. lib. 9. Recopil. quæ hoc iubet fieri à supremis regalis patrimonij Consiliariis, adeo vt illi iurare teneantur illud adimplere, & si non fecerint, damna vindicantur pœna quadrupli, & cum id inductum fuisset, vt rectius vectigalia exigi possent, si in quocunque loco domino iurisdictionis pro suo stipendio consignarentur, & ipse sibi exigeret, tamen cautè nostris legibus statutum, vt computatio fieret stipendiorum cum vectigalibus, ne possent à Magnatibus detineri & vsurpari: nota verba; *Por que se color del dicho sueldo, no hagan toma de los maravedis de nuestras rentas*, sed tamen in nullo magis humanæ prouidentia fragilitas indicatur, quàm vt ex eo quod tam magna curâ prouentum fuit, ne vectigalium vsurpatio fieret, inde maiorem eorum à Magistratibus detentionem originem habuisse, vt supra num. 3. animaduertimus: & notanda sunt verba P. Mariana de rebus Hispaniæ, lib. 13. cap. 11. dum agit de omnium rerum penuria & egestate, quæ tempore Regis Ildephonsi, sapientis attulit his Regnis pretiorum taxatio, emptoribus pretio taxato victualia vendere recusantibus, ibi: *sic maiorem perniciem plerumque afferunt, quæ sapientissimè in salutem excogitata videbantur*, de quo ego in decis. Granat. disputat. 11. num. 30 quasi ex legum nostrarum cautione, vt melius, & facilius vectigalia exigerentur, via aperiretur vsurpationi, & semper decipiamur recti specie, cui adiungo notabilia verba Plinij Iunioris in Pannegyric. ad Trajanum, inquit: *Habet has vires conditio mortalium, vt aduersa ex secundis, ex aduersis secunda nascantur, occultat utrorumque semina Deus, & plerumque malorum bonorumque causa sub diuersa specie latent.*

In hoc igitur casu quia non suo nomine, 29. sed alieno ex consignatione stipendij inceperunt Magnates possidere quasi non ex se possideant

possideant, nec vltra quàm fuerit quantitas stipendij, nunquàm vel ex tolerantia, vt aliquo iure poterit detinens vectigalia ipsa sibi defendere, tum quia extendit titulum, & vltra illum possidens, nullum ius acquirit, vt notatur in c. cum personæ, §. quod si tales, de priuilegiis lib. 6. vbi communiter Doctores. Et tunc nec per mille annos poterit vltra titulum ius acquirere, Molina lib. 2. de primogen. c. 6. n. 60. Ioannes Garcia de nobilitate, gloss. 12. n. 80. Thufcus practicarum, lit. T, conclus. 3 11. n. 3. pluribus D. Castillo lib. 5. controuers. c. 93. num. 54. Dominicus conf. 96. num. 4. idem in dicto §. quod si tales, vbi sequuntur post Monachum Ioannes Andreas & Anchar. num. 4. & ideo in hoc casu possessionem non habere qui contra titulum detinet vectigalia tradit l. 4. tit. 15. lib. 4. Recopil. & quasi alieno nomine possidens, & velut administrator, quia tali intuitu consignata vectigalia, vt ipse exigeret nomine Regis, & tunc vltra id quod concessum nullam detentionem potest intendere, aut vectigalia ex tolerantia in totum sibi vsurpare.

30. Quia vltra quam nullo modo potest dici Magnates possidere, sed administrare; vt ex glossa in l. maxime 29. ff. de administratione tutorum, cum Baldo, Siluano, Thufco, Galhuala, & aliis pluribus, adducens exemplum Episcoporum Claromontis probauit D. Castillo tom. 7. de rebus, cap. 38. num. 7. cum solum Princeps permitteret administrationem ad consequenda vectigalia in solutione stipendiorum. Vltra id permisit non videretur iuxta regulam, vt quod certo modo, & ad genus personarum, vel aliquod tempus permittitur, non intelligitur vel extenditur, vltra eos casus, gloss. fin. in l. maritus, Cod. de procuratoribus, l. sicut, §. sed et si, & ibi gloss. verbo *onera*, ff. quibus modis pignus vel hypotheca soluitur, l. si itaque 21. ff. de vulgaribus, l. statu liber. 10. §. fin. de leg. 2. glossa in verbo in tantum legis 2. §. cum Polybius, ff. de vsuris, l. cum Prator, in princip. ff. de iudiciis, Menochius conf. 682. n. 9. idem Menochius conf. 744. num. 7. qui adducit Ruinum lib. 1. confil. 89. lib. 9. versiculo, confirmatur.

31. Tertio verò casu quando aliquis Magnatum obtinuit à Principe iurisdictionem locorum, addito in concessione eam fieri cum omnibus iuribus Regalibus, & eo pretextu detinerunt vectigalia, multo minus poterunt in iudicium deducere permissionem & tolerantiam, quia cum ex titulo se defendat, nullatenus valebunt se permissione tueri, pugnant enim hæc inter se, quippe omne quod respicit permissionem, nullum ius demonstrat in detinente, quia id referendum est ad

precarium, vt iam prædiximus Allegatione præcedenti, & omnes Principum concessionnes subditis factas naturam precarij plerumque fortiuntur, Bartolus in l. *hotes*, ff. de capitiis, num. 4. Natta conf. 511. num. 4. & 19. & conf. 5 12. num. 1. & idem Natta conf. 676. num. 52. volum. 3. & vol. 4. conf. 657. num. 13. Menoch. confil. 307. vol. 61. & lib. 1. de arbitrariis, quæst. 55. num. 4. & 5. & semper potius precarium, quàm donationem præsumi notauit Baldus in l. *ad secunda*, num. 28. quæstione 9. Cod. de feruit. Mantica de tacit. & ambig. conuent. tom. 1. lib. 2. tit. 2. num. 11. & tom. 2. lib. 13. tit. 5. num. 9. & cum ista precariæ concessionnes ad nutum concedentis reuocentur, vt notatur in l. *cum precario*, ff. de precario, nihil ex proprio iure poterit intendere detinens vectigalia: & ideo qui titulum habuit & eo tueri intendat, non poterit aliquo modo vt permissione, quæ nihil iuris præstat; at verò titulus, ius, & possessionem adiicit ei, qui titulo se defendit; vt propria authoritate ex suo titulo obtineat, Bartolus in l. *cum solus*, in fine, ff. de vsucapionibus, Bald. in l. *fin.* quæst. 1. vbi Zucardus n. 418. Cod. de edict. Diui Adriani tollendo, Menochius de recuperanda possessione, remedio 13. num. 25. idem Menochius confil. 180. numero 56. vnde repugnantiam & perplexitatem haberet possidere vectigalia iure proprio ex titulo, & postea ne iudicium de eis intendatur, non iure proprio, sed ex permissione Regis detinuisse allegare, & ideo multoties iniustitia tolerantia non discussa, eo quod Magnates à principio quando ab eis ego petebam vectigalia, exceperunt habere titulum ad obtinenda, postea verò etsi voluerint se tueri permissione Principis, & dissimulatione, admissi non fuerunt; sed vt doceret de titulo decretum fuit, quia qui excipit de titulo, nullo modo potest se ad tolerantiam & dissimulationem referre, quia, vt inquit Baldus in l. 1. C. de emancipationibus liberorum, num. 6. *Silentium non dat titulum, supra de transact. l. si pro fundo, nam silentium nihil est, titulus & iurisdictionis aliquid est.* Refert & sequitur Hector Æmilius de iure feudali, quæst. 31. num. 24. Et ideo per solam patientiam & permissionem non induci renouationem emphyteusis, nec aliquem titulum acquiri, post Baldum & alios, quos refert, probat Socinus senior volum. 2. confil. 167. num. 10. Alexand. lib. 4. confil. 17. num. 12. Socinus iunior lib. 3. confil. 9. num. 17. & facit textus, quem iam notauimus in l. *vsus aquæ*, C. de fundis rei priuatæ, lib. 11.

De tertio verò, de quo in hoc casu, quando cum iurisdictione concessa fuerunt iura regalia, 32.

regalia; non comprehendi tributa nec gabellas, quæ Regi debentur in præfenti non agimus, quia solum de tolerantia nostra tractatio, ad aliam autem remittimus allegationem, in qua specialiter de ea quaestione agemus: & vide allegationem 13. per totam.

33. Rursus quartò circa modum quo Magnates detinuisse vectigalia præsertim in Betica notauimus, & ea à vassallis exigere nomine vicefima, quo casu dubium non est, non posse iuari tolerantia & permissione, quia gabella quæ est decima, non solum nomine differt à vicefima, sed etiam quantitate & substantiâ, & ideo quamuis in gabellis tolerantia procederet, non poterat in vicefima admitti, ex l. si idem, C. de codicillis, & cum solum vicefima detineretur, de vna ad aliam extensio non facienda, quia illa possessa, & gabella quæ respicit decimam, non possessa, l. 1. §. Iulianus, l. ff. de itinere actûque priuato, cap. cum contingat 29. cap. tua 30. de decimis, vbi Doctores Bald. lib. 2. consil. 256. num. 1. Ludouic. Roman. conf. 368. num. 8. & consil. 389. num. 9. Panormit. in cap. cum olim, num. 7. de præscript. & in terminis notauit Bart. in l. 4. §. in omnibus, num. 4. ff. de public. & vectig. num. 4. vt qui probaretur exegisse gabellas de aliquibus, non verò de omnibus, postea de illis solum quæ exegit poterit percipere. Adde Iasonem lib. 3. consil. 81. num. 11. Rebuffus de decimis, quaest. 14. num. 9. Natta consil. 636. num. 130. cum seqq. vol. 3. Crauetra vol. 4. conf. 643. num. 7. Thuscus Practicar. lit. P. conclus. 340. Ant. Faber, in suo Codice titulo de acquir. poss. definit. 3.
34. Nec quidem poterit permissionem vectigalium & tolerantiam allegare, qui suppresso nomine sub vicefima titulo operam dedit, vt ignoraretur gabellas detinere, argumento legis, qui cum tutoribus, §. qui per fallaciam, ff. de transactio, l. ita fidei, ff. de iure fisci, & in casu simili probauit Tiracquellus, de retractu lignager, §. 35. gloss. 4. num. 30. cum sequent. maximè quia numquam in vicefima sed in decima quam dicimus Alcaualas, tolerantia, etiam si iniusta, fuit Regum nostrorum, vt illi testantur, d. l. 2. tit. 15. lib. 4. Recop. quibus adde hoc vicefima tributum tempore Augusti inductum fuisse, cuius mentio in l. fin. Cod. de edict. Diui Adriani tollend. l. 2. §. ex his auditoribus, ff. de origine iuris, l. nulli 13. iuncta in inscriptione de transact. l. hereditariu 68. ad l. Falcid. & in scriptio. l. mille 154. de verb. significat. & quod referens Plinium Iuniorum, & Dionem notauit Brisson, de

verbis iuris, verbo vicefima, & quod ex Plinio, Liuius, Arriano, Cicerone, Suetonio, Lampridio, & aliis Bullengerus de Imperatore Romano, lib. 9. de vectigalibus, cap. 39. 40. 41.

Denique in quinto casu, quando ad alios iure primi possessoris transferuntur bona, aut vectigalia, in quibus permissionem & tolerantiam Magnates possent allegare, vt nullatenus quamuis permissio ferenda possit ad secundos possessores extendi, apparebit ex eo quod prædiximus, concessum vel permissum in vna persona non posse ad aliam extendi: vt notauimus num. 30. Præsertim si non fuerint Magnates, nam Princeps, qui cum his ex dignitatibus, vel aliis rationibus dissimulat, nollet cum aliis permittere & tolerare.



ALLEGATIO X.

Gabellæ contra Regem nisi titulo expresso acquiri non possunt, etiam in oppidis aggregatis his Regnis.

1. Principis beneficium latissimè interpretandum.
2. Observantia subsequuta declarat priuilegium. l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil.
3. Nominis diuersitas facit rem dissimilem.
4. Gabella non veniunt quacumque generali concessione.
5. Cap. tit. qua sint Regalia in feudis. l. vectigalia de publicanis, & vectigal. l. 1. & 2. Cod. de vectigalium noua instit. non poss. cap. 1. tit. de capit. qui curiam vendid. in feud.
6. L. obligatione generali 6. l. denique 8. de pignoribus. c. quoad translationem, de officio delegati. l. si mihi, & Manio, ff. de legat. 3.
7. Priuilegium ad instar concessum non comprehendit gabellas, nisi specialiter concedantur, etiam si in alio priuilegio gabella comprehendantur.
8. Vectigalia non veniunt in concessione etiã concessis Regalibus.
9. Vectigalia non percipiet ille, cui ius regale concessum l. in fraudem, Cod. de annoniis & tributis, lib. 10.

l. omnium

- l. omnium C. de vectigal. & commissis.
10. Gabella, & redditus Regij differunt. l. 11. tit. 28. p. 3. l. 4. tit. 11. lib. 4. Recopil.
 11. Reditus Regij referuntur ad salinas, & portuoria. l. 1. & 2. tit. 8. lib. 9. Recopil. Dispositione generali non comprehenditur quod habet speciale nomen. l. si de certa, Cod. de transact. l. quoties idem sermo, ff. de reg. iuris. l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil.
 12. Iurisdictio differt à iure colligendi vectigalia.
 13. Gabella id est, Alcaualas, tempore Regis Alphonfi I I. in Castella inducta.
 14. Siffa in Lusitania inducta, multò postquam in Castella Gabella.
 15. Donatione generali non comprehenditur, nisi quod donator tempore donationis habebat. c. Pastoralis, de donationibus. c. quod autem, §. 1. de iure Patronat. l. si domus 74. §. fin. de legat. 1.
 16. Donatione facta à Principe iuris Regalis nihil ea comprehenditur, nisi de iure doceatur.
 17. Pertinentia donata: de illis debet constare.
 18. Vectigalibus concessis non potest fieri exactione nisi eo modo quo tempore concessionis fiebat. l. 16. tit. 10. lib. 5. Recopil.
 19. Siffas in Lusitania nihil differre à nostris gabellis pluribus probatur.
 20. Cap. 93. 123. 139. 140. ordinamenti Lusitani del Regimiento da facenda, explicatur.
 21. Observantia non prodest quando apertè repugnat titulo. Interpretatio debet sensum exprimere, non perimere. l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil.
 22. Aiamonte cum Regnum Hispalense à Manris vindicatum, iterum ad Castellam, & ad illud redactum.
 23. Incorporatio vnius rei cum alia quid operetur. l. unica, Cod. de priuileg. corpor. vrbis Roma lib. 11.
 24. Prouincia, qua adicitur Regno debet regulari iuxta leges illius Regni. l. sed si plures, §. filio impuberi, de vulgar. l. unica §. bis ita, Cod. de caduc. tollend. l. si conuenerit, l. 2. §. si nuda de pignorat. actione.
 25. Populus sine legibus, vel moribus esse non potest. l. omnes populi, ff. de iustitia, & iure. Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Pars I.

Gabellas non posse contra Regem acquiri, nisi titulo expresso cum solemnitatibus, l. 2. titulo 15. lib. 4. l. 1. titulo 18. lib. 9. Recopilat. etiam procedere in Oppidis quæ ex aliis Regnis, videlicet Lusitano, Castella aggregata & vnita fuerint.



VIUS rei controuersia exorta in lite, quam ego intendi aduersus Marchionem de Aiamonte, pro recuperandis Gabellis, quas in ea Villa, & aliis sui maioratus, sine titulo & priuilegio Regis possidebat: ille excipiebat villam donatam fuisse à Rege Portugallie Sancio Capelli nomine, Pelagio à Correa, Magistro Ordinis Diui Iacobi, à quo ille ius habebat, & exhibebat priuilegium donationis, expeditum anno 1248. quo donabatur villa cum omni territorio, & iure, quod Rex habebat. Quã vniuersali verborum dispositione intendit Marchio comprehendi gabellas, quasi beneficium Principi latissimè interpretandum, l. beneficium, 3. ff. de constitutionibus Principum, l. ason in l. Imperium, num. 14. de iurisdic. omn. Iudic. Cota in memorabilibus, verbo priuilegia.

Et omnis concessio iuris Regalis comprehendat gabellas, Sixtinus de Regalibus, capite quinto, maximè cum priuilegium interpretaretur tanti temporis possessio & observantia quæ sufficit ad illius confirmationem, ex notatis per Panormitanum & Antonium Butrium in cap. cum dilectus, de consuetudine. Idem Panormitanus in cap. certificari, de sepulturis, num. 2. Bart. in l. emptor fundi, ff. pro emptore: pluribus, D. Molina de primogeniis, lib. 2. cap. 6. num. 57. Ioan. Franciscus Ponte lib. 1. conf. 30. num. 49. & facit l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopilat. & in terminis gabellarum priuilegium non planum seu imperfectum suppleri & declarari ex possessione quadragenaria subsequuta, Auilesius in cap. 3. Prætorum, Gironda de priuilegiis, q. 6. num. 75. Flores de Mena quaest. 21. §. 3. num. 134.

Sed etiam dicebat Marchio, cum nec prædecessores perceperint gabellam, quã ab eis petitur, quia solum possederam siffam & decimam, quæ in Regno Portugallie soluebatur, & ante tempus donationis prædictæ, Regibus

Regibus Lusitanis debita erant, & cum nomine differant, inde rectè differentia & diuersitas consideranda, argumento l. si idem, C. de codicillis, Baldus in cap. 1. de capitaneo, qui curiam vendidit, Rolandus à Valle vol. 3. conf. 2. num. 19. Craueta in responsio pro Genero, num. 425. Menochius, conf. 409. num. 76.

4. His tamen non obstantibus fisci ius aperte argumentis suadet ut in hoc casu à Regali Patrimonio gabellæ debeant recuperari. Primum quia donatio prædicta non potuit comprehendere gabellas, quæ nullâ generali concessione videntur donatæ, nisi exprimentur aperte. Secundò, eo tempore concessi non potuerunt quia nullæ erant tempore donationis sissæ, decimæ, & gabellæ in Regno Portugalliæ. Tertiò, quippe nulla obseruantia subsequuta præscriptio & possessio potest prodesse ad gabellarum acquisitionem. Quartò quia Villa de Ayamonte & aliæ eius territorij & iurisdictionis fuerunt Regni Castellæ, & quomodolibet, eius legibus post aggregationem iudicandum quod ad illas pertinet, & prædicta argumenta ita comprobantur.

5. Primum cum alibi notauimus vestigalia & gabellas esse de Regalibus, & nulla concessione etiam vniuersali censeri concedi, nisi exprimentur, cap. 1. quæ sint Regalia in visibus feudorum, l. vestigalia, ff. de public. & vestigal. l. 1. & 2. Cod. vestigalia noua instit. non posse, ex Romano & aliis Decius conf. 534. num. 1. ex Bertachino & aliis, Tuscus verbo gabella, conclus. 1. num. 7. Minsingerius cent. 5. obseruatione 29. facit cap. 1. lib. 2. tit. 15. in visibus feudorum de capitaneo, qui Curiam vendidit, ibi: Respondetur illud beneficium in venditione non contineri, nisi expressè de eo actum sit, ex Baldo & Boherio, Mantica de tacitis & ambiguis conuent. lib. 4. tit. 9. num. 27.

6. Et probatur argumento l. obligatione generali 6. l. denique, 8. ff. de pignor. vbi communiter notatur cap. quoad translationem de offic. delegat. ex quo colligitur, vt generalis translatio honorum non extendatur ad ea, quæ specialem requirunt concessionem ex Albaroto, Mantica, vbi proximè, n. 21. ex Andrea Siculo & Luca de Peña, Gamma decif. 31. num. 5. & 7. ex l. si mihi, & Mæuia de leg. 3. cum Pinello & Auileffio in terminis Gabellarum, Gironda de Gabellis 2. part. num. 88. vbi tradit: Ex verbis quantumcunque generalibus nunquam videri concessum à Principe, quod est reseruatum in signum supremæ potestatis.

7. Nec sufficit concessio vniuersalis, & am-

pla, quia licet concederetur priuilegium ad instar alterius, in quo vestigalium concessio expressa, adhuc Gabellæ non concederentur, nisi earum specifica mentio fieret, iuxta quod notauit Tuscus practicarum verbo priuilegium conclus. 763. num. 8. priuilegium concessum ad instar alterius non aequiparari in his, quæ speciali notâ digna sunt, vt tenuerunt Nauarrus, Cochier, & alij, quos refert Augustinus Barbosa conclus. 5. num. 1.

8. Et quod magis est etiam concessis Regalibus numquam venit ius imponendi, vel colligendi vestigalia, vt ex decif. 29. 1. part. nouissimarum Rubei tradit Marta in cõpilatione decisionum, tom. 4. verbo, regalia, cap. 2. nam etiam in concessione de reseruatibus non veniunt quæ iure vel consuetudine Principi relicta, ex Felino, Castrensi, Alberico, Laudensi, & Valasco, Cauedo 2. part. decif. 66. num. 4. 5. & 6.

9. Idque ex eo prouenit, nam quamuis omne ius Regale alicui concederetur, quia vestigalia in signum supremæ dignitatis & potestatis Principi relicta, adhuc ille, cui ius Regale concessum, non percipiet, quia valde odiosum est aliam quam Principem vestigalia & Gabellas percipere: & ideo de eis specialiter exprimentum, & vestigalium exemptio adeo restringenda, vt quamuis concedatur, non subsistet ex regulis prædictis, nisi adiecta clausula, non obstante, vt argumento legis in fraudem, Cod. de annonis, & tributis, lib. 10. l. omnium, Cod. de vestigal. & commiss. ex Bartolo, Saliceto, Bertachino Ferrato, Francisco Marco, & Ruino, Riminaldo, Baffio, & Petro Gregorio probauit Mastrillus 2. p. decif. 156. num. 3.

10. Sed & quod plus est, etiam si expressè concederentur redditus Regales, quos dicimus, pechos y derechos, quod in donatione prædicta non continetur, etiam si expressè id illa comprehenderet, adhuc ad vestigalia & gabellas non extendenda, quia verbum pechos est ius, quod refertur ad signum vassalli, vt expressè nostris legibus probatur, l. 8. tit. 22. part. 1. vbi Gregorius Lopez exornat, & redditus Regis, id est, rentas, differunt à gabellis, vt probatur l. 1. tit. 28. part. 3. l. 4. tit. 11. lib. 4. Recop. vbi distingui videntur à vestigalibus, ibi: Los remates de los arrendamientos de nuestras rentas, y alcavalas que se hizieren en nuestra Corte, vbi dictio & aperte denotat gabellas non comprehendere sub nomine redditus, cum specificè de gabellis mentio fiat; quia coniunctiua ponitur inter diuersa, l. sepe, de verb. signif. cap. querelam, & ibi gloss. verbo, emi non potuit, de simonia, gloss. & rubric. ff. de iur. & facti ignorantia, Gozadinus

Gozadinus in l. qui se patris, num. 7. Cod. vnde liberi, Ripa in cap. ex parte, num. 41. de rescriptis, Tiberius Decianus vol. 2. conf. 25. num. 15. & 16. Surdus conf. 313. num. 22.

11. Nam redditus Regis, id est, rentas reales, referuntur ad Salinarum, Portuorum, & alia quæ differunt à gabellis, vt constat ex toto titulo 8. lib. 9. Recopil. & quamuis in l. 1. 2. & aliis eius tituli agitur de iuribus Regalibus, vt in prædicta donatione donata fuisse iura Regalia asserit Marchio, nunquam de gabellis quasi diuersæ sint, in eo titulo agitur, cum generaliter de omnibus regalibus rebus tractaretur, & vniuersali dispositione non continetur illud, quod habet speciale nomen, quo significandum, nisi fiat expressa mentio, argumento l. si de certa, vbi notatur, Cod. de transact. & argumento l. quoties idem sermo, ff. de reg. iuris ex Bart. Bald. Decio, & aliis, Greg. Lopez in l. 5. gloss. 1. titulo 33. part. 7. & in terminis Gabellarum Angelus conf. 239. num. 2. ad finem, & meo sensu aperte probatur ius fiscale in l. 1. tit. 10. lib. 5. Recop. vbi donata villa cum omnibus iuribus, quæ in ea Rex habet, & debet habere, non videtur concessa iurisdictioni, sed solum redditus soli, ex quo multò minus gabellæ, quæ sunt de Regalibus reseruatibus, debent censeri concessæ, cum etiam si expressè concedantur, priuilegium non prodest, nisi habeat solemnitatem, & qualitates, de quibus in l. 2. tit. 15. lib. 4. l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil. & de eis alibi laudè egimus allegat. 8. multò minus, vbi nullum priuilegium est vestigalium, ea priuatus percipere potest.

12. Maximè quia etiam si iurisdictioni expressè concederetur, non ex eo potest quis gabellas percipere, quæ magis ex Regalibus & reseruatibus exultantur, & tradit rationem Baldus vol. 5. conf. 243. num. 1. & 2. Vt quamuis ius colligendi pedagium coheret solo, non tamen ad solum vel territorium pertinet utilitas, & non est ius colligendi gabellas eiusdem speciei cum iurisdictione, & in terminis, iurisdictione donata verbis quantumcunque generalibus, non videri concessum ius vestigalium ex eodem Baldo, Cumano, Immola, Boffio, & aliis notauit Gironda de gabellis 1. part. num. 60. ex Craueta & aliis Marius Muta decif. 99. num. 2. 8. & facit, quod tradit D. Ludouissus decif. 487. num. 4. & ex Iacobino de S. Gregorio, Peregrino, & aliis D. Hieronymus de Leo decif. Valentini 82. n. 15. & 16. quibus adde Immolam conf. 121. numero 4.

13. Secundò ultra quàm verba donationis nullo modo possunt comprehendere vestigalia, & ad ea extendi, etiam si prædicta non Ioan. Bapt. Larrea allegat. Fisc. Pars I.

procederent, & verba ampla & apta essent, vt gabellæ comprehendi possent, tamen eo tempore quo donatio facta, id est, anno 1248. nec centum, & multis postea annis gabellæ in Regno Portugalliæ, sissæ, aut decimæ introductæ erant: nam in regno Castellæ, vbi multò antea gabellarum vsus incepit: prima earum mentio fuit anno 1342. quando concessa fuit Regi Ildephonso I. I. & tunc non perpetua, sed temporalis fuit ad expugnationem vrbs Castriæ, id est, Algezira, & postea temporaliter, vt bella & necessitas exigerat Regibus concessæ, vt ex Ioanne Mariana, Garibaio, & aliis nostris Historiographis alibi notauimus, & probarunt Gironda de gabellis, in præludio, num. 8. Gutierrez in eodem tractatu, quæst. 2. num. 2. & 3.

14. Et vt ex Chronicis Lusitanis constat plus quàm centum postea annis, nec sissæ, decimæ aut gabellæ vestigal. in Regno Lusitanæ inductæ fuit, nam vt alia omitamus ex Chronicis Regis Ioannis Primi Lusitani apparet tempore Regis Dionysij, qui successit Ildephonso Tertio, & iste Sancio Capello, qui donationem fecit villæ de Ayamonte, nunquam in Lusitania sissæ vel decimæ inductæ fuerunt, vsque ad Alfonso I. V. filij Dionysij tempus: cuius tempore, post magnam pestem, ex instrumentis probatur inductas fuisse decimas, & sissas prædictas, non vt Regibus soluerentur, sed populi inter se induxerunt ad publicas illorum necessitates subleuandas, & refertur in Chronicis ad constituendos muros vrbs Setubalis duas sissas fuisse impositas tempore Regis Ildephonso I. V. & prædicta Chronica tradit hæc verba: E esta foy a primeira si sa que achamos, que concello lançase e duron ata que a villa foy acabada, & postea tradit tempore Regis Ferdinandi filij Regis Petri ex bellis, & aliis necessitatibus populi prædictas sissas imponebant, & eis utebantur, vnde soluebant quæ ipsis necessaria, & maiorem partem murorū Vlyssipolis eius Regni metropolis ex prædictis decimis, & sissis constructam, quibus vsi fuerunt populi, vsquequo à Regibus successoribus, cum viderent magnam quantitatem ex prædictis sissis colligi, per duos aut tres annos à populis petierunt, & postea necessitatibus, & indigentia durantibus prorogata sissæ fuerunt: vt ex Chronicis Lusitanis earum verba referens tradit Cauedo 2. p. decif. 113. num. 8.

15. Vnde apparet tempore Regis Sanci Capelli, nec in multis postea annis sissas & decimas in Lusitania inductas non fuisse, nec tempore multorum Regum, vt Ildephonso Tertij, qui successit Sancio, nec tempore I 2 Dionysij

Dionysij filij Alfonsi Tertij, nec Alfonsi Quarti, filij Dionysij, nec Petri filij prædicti Alfonsi, nec filij Petri Ferdinandi, cum eius tempore historia Lusitanæ tradiderint, populos induxisse decimas, & sillas, ad eorum necessitates, & Reges successores temporaliter petiisse. Ex quo manifestè consequitur non potuisse, quamvis verba donationis non repugnarent, sed admitterent gabellas, censeferi concessas, quæ non erant, quia in donatione non comprehenditur, nisi quod tunc donator habebat, cap. *Pastoralis* 7. de donat. eis verbis: *Quod suum est conferre videtur, cap. quod suum est, §. 1. de iure Patronat. l. si ita, ff. de usu & habit. & faciunt verba l. si domus 74. §. fin. de legat. 1. ibi: Non videri proprietatem rei legatam, sed id ius quod in vestigalibus fundis habuerit.*

16. Et ideo etsi potuissent gabellæ comprehendere in concessione iuris Regalis, quod negauimus, non potest Marchio aequaliter obtinere, nisi apertè probauerit eo tempore donationis, gabellas, id est, sillas & decimas in Lusitania Regi Sancio solui, quia donatione facta à Principe iuris quod habet, nihil ea comprehenditur nisi de iure concedentis doceatur, Innocent. in cap. *ceteri*, & in cap. *cum ad sedem*, de restit. spoliat. Curtius iunior consil. 158. num. 28. & 29. Menoch. consil. 395. num. 17. & conf. 515. num. 8. Surdus conf. 311. num. 19. Mieres de maiorat. 4. p. quæst. 20. num. 133. & probauit Alexander lib. 2. consil. 18. num. 5. eis verbis: *Et si comes concesserit, aut vendiderit Ecclesie quidquid mei iuris in eo fundo est; Et traditur non valere traditionem, nisi probetur quid ius continet.*

17. Facit quod notauit Craueta consil. 293. num. 5. vbi tradit, si venderetur castrum cum terris & iuribus pertinentibus ad ipsum, venditio est limitanda ad terras quæ sunt Castrum nam participium illud, *pertinentibus*, resoluitur in relatiuum, id est, *quæ pertinent*, & ex glossa Bart. & Alex. confirmat & subdit hæc verba: *Itaque probari debet quæ, quot & quanta essent illa bona ad Castrum pertinentia, sicut quando conceditur ius quod quis habet in tali fundo; nam probari debet de tali iure, alias concessio nihil operatur.* Et confirmat quod refert ex Cynno & Decio consil. 302. num. 3. 14. & 15. & facit Ruinus lib. 2. consil. 108. num. 2. & sequitur Crauetam & alios circa venditionem tenuit Rolandus à Valle vol. 2. conf. 82. num. 28. & vol. 3. conf. 2. n. 21. cum Speculatore, Imola, Aretino, Craueta, Alexand. Syluestro, Aldobrandino probauit Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 10. num. 5. & 6.

Vnde cum in hoc casu non probauerit 18. Marchio, imò nec interderit probare eo tempore sillas & decimas inductas, & pertinere ad Regem Sancium, potius verò apertè constat multis postea annis non admittas, & aliquibus post Sancium Regibus, non solui, videtur nullatenus ex natura rei & donatione, sillas, decimas, vel gabellas, posse comprehendere: quibus addè l. 16. tit. 10. lib. 5. Recopil. vbi etiam concessis vestigalibus, traditur non posse exigi, nisi eo modo quo debebantur, & eorum exactio fiebat tempore concessionis.

Nec quidquam monebit quod in contrarium obiciebatur, gabellas quæ Regibus Castellæ debentur longè differre à sillis, & decimis Regni Portugallæ, vt non possint à Marchione recuperari gabellarum iure: quippe certius est idem esse decimas & sillas Regni Lusitani, ac gabellæ Castellæ, & vt testibus Lusitanis id confirmari videatur apertè probauerunt Cabedo dict. decif. 113. num. 8. eis verbis: *Libet etiam hic adiungere verba Chronica Regis Joanni Primi Lusitania circa originem gabellarum, quas sillas vocamus, quas populi soluunt per incapitationem seu encabezaamiento in c. penult. 2. p. fol. 314. qua est in publico Regni quæ sunt huiusmodi.* Et idem Cabedo, ibi num. 5. tradit: *de Gabella autem quæ soluitur ex venditione seu permutatione quam sissam dicimus: & expressè denotauit etiam Barbosa in l. hares absens, §. proinde, numer. 88. ff. de iudic. ibi: In Regno autem Portugallia, generaliter constituitur; vt ibi soluitur gabella, vbi traditio siue solutio facienda sit, vt disponitur in articulis de las sillas, c. 4. §. 3. & sequent. quod etiam comprobant Pinel. in l. 22. part. C. de rescind. vendit. num. 35. vbi constituens differentiam inter tributum reale, quod ex re præstatur, & gabellam seu vestigal fiscale tradit: *Et intelligi debet constitutio apud Lusitanos dos artigos, da sillas.* Melchior Phæbo, 1. p. decif. 24. num. 27. eis verbis: *qui constanter tenent gabellam quam sissam vocamus semper esse soluendam in loco venditionis: Et omnes Doctores Lusitani nullam differentiam constituunt inter sissam & gabellam, sed potius eis nominibus promittunt vt synonymis vtuntur.**

Et licet plures possem cumulare, rectius 20. comprobant ipsæ leges & ordinamenta Portugallæ in libro, *de Regimiento y ordenanças da facenda*, in capitulis 93. 123. & cap. 139. nota verba: *De todas mercaderias, e cosas que en estes Reynos se vendesen, e comprasen, pagasen sissa cada vez, que assi forem vendidas ou compradas.* Et similiter comprobatur. cap.

140. vnde constat nihil aliud esse sissam apud Lusitanos quàm gabellam apud nos, & nomen decimæ apertè demonstrat, nam gabella decima est vt omnibus notum.

21. Tertio similiter facit, quia cum nostris legibus de quibus in principio huius allegationis, non possint acquiri gabellæ, nisi priuilegio præscripto, & titulo qui habeat solemnitates, quas ius exigit, nulla consuetudo & possessio prodesse poterit, quia sine priuilegio à iure improbatum omnis possessio, consuetudo, & detentatio, dict. l. 1. tit. 15. lib. 4. Recopil. & cum in prædicta donatione facta à Rege Sancio Capello, nulla mentio facta de gabellis, nec potuerunt comprehendere, quæ tunc non erant, nec multis postea annis Regibus solutæ, nullam potuit obseruantia subsequuta concessioni adiungere interpretationem, quæ necessaria non est, quando est contra titulum, nam debet fieri interpretatio exprimendo sensum, non perimendo, vt argumento, cap. *cum dilecti* de accusat. ex Bald. & Tiraquello, D. Salgado de Regia protectione 4. p. cap. 12. num. 47. & notant Doctores per textum, ibi in l. *prospexit*, ff. qui & à quibus, ibi: *sed ita lex scripta est.* Adde quæ notantur Menoch. lib. 3. præsumpt. 145. num. 4. Mantica, Galinius, Maiolus, & alij quos refert. D. Castillo de usufructu, cap. 30. num. 56. & coniecturæ omnes cessant, & obseruantia, quando apparet de veritate, Surdus, consil. 242. num. 9. Monach. decif. 1. num. 20. & decif. 23. num. 36. Gratianus tom. 5. cap. 824. num. 10. vnde cum ex veritate tituli appareat gabellas, nec fuisse concessas nec posse concedi, nihil contra id consuetudo vel obseruantia nocere poterit.

22. Quarto etiam pro fisco facit non posse aequaliter diuerso iure censeferi villam de Ayamonte, & alias suæ iurisdictionis, vt ex parte Marchionis allegabatur fuisse eam oppida Regni Lusitani, vt insinuat donatio facta à Rege Sancio Capello, quia potius verius esse ea oppida esse ex Regno Castellæ, videlicet Regni Hispaniensis, sed cum à Mauris illud obrincretur qui finitimi erant, curabant ab eis oppida recuperare, & cum Lusitanus Rex villam de Ayamonte, & oppida eius iurisdictionis quando à Mauris Regnum Hispanense detinebatur, à Mauris vindicauit, & propinquior esset, cum postea Hispanis esset capta à Rege Castellæ Ferdinando Sancto, ad eius Regnum omnia oppida, quæ antea illius erant, fuerunt reducta, vt ex Chronica antiqua Regis Ferdinandi palam demonstratur, in qua re etiam notandum est, quod ex Chronica Regis Castellæ Alfonsi

Vndecimi Trinepotis Ferdinandi Sancti colligitur cap. 67. ad finem pag. 37. anno 1325. à Mauris recuperasse Castellarum Regem villam de Ayamonte, & Castrum & turrim Alfaquini.

Sed quamuis prædicta oppida non essent 23. Castellæ, sed ex tunc eius regno ex tempore donationis aggregarentur, eo solum debent iuxta leges horum Regnorum iudicari, ex eis, quæ in plurimis, & similibus casibus, de aggregatione locorum post multos notantur Gregor. Lopez in l. 7. gloss. 3. tit. 20. part. 3. Auendaño de exequendis mandatis, 1 part. cap. 4. num. 7. Azebedo in l. 1. tit. 10. lib. 5. Recop. num. 39. & quando non consideretur esse in hoc casu restitutionem, cum sit incorporatio locorum vnius Regni in alio (quæ magis significat, quàm annexio, vnio, applicatio, vel subiectio) nam incorporatio omnia complectitur, & facit vnum tantum corpus, & vnum de altero efficitur, quæ sunt verba Quintiliani Mandosij in Reg. 12. Cancellariæ: & tantum potest incorporatio, vt operetur per modum confusionis, notauit Albertus Brünus, tractatū de augmento, conclus. 2. num. 3. ibi: *quoddam est augmentum per modum confusionis seu incorporationis: & ponit exemplum in metallo infuso in auro, vel in argento, in aqua vino infusa, & flumine quod in aliud influit; ita vt desinat esse quod antea erat, incorporatum; & de corpore alterius, cui vnitur efficiatur, & probauerunt Lucas de Peña in rubrica Cod. de bonis vacantibus, & de incorporatione lib. 10. num. 2. ibi, *incorporare est corporis alicuius membra facere*, & in l. vnica Cod. de priuilegiis corporatorum vrbis Romæ lib. 11. ibi: *Sed in honorem aeternæ vrbis corporatis inducta suffragia valere præcipimus*, vbi glossa verbo, *corporari inquit: corporatus dicitur qui in corpore aliquo scribitur proprie sicut membrum aliquod hominis corporatum dicitur*, Anguisola consil. 242.*

Quippe vnitorum vna, eademque est natura, & Ioannes Baptista Ferretus volum. 2. conf. 241. num. 5. resoluit verbum *incorporamus*, habere magnam vim, & significationem operari, quæ totalem iurium transfusionem sequitur; & commendat Brixinianus in reperiario ad decisiones Cauatani in versic. vnio, num. 2. & 13. Olanus in præfatione sui operis, num. 15. cum sequentibus, & num. 23. & faciunt verba textus in l. *sed & si plures*, §. *filio impuberi*, ff. de vulgari, ibi: *inuncta enim hereditas cepit esse*, l. vnica, §. *his ita*, C. de cad. tollend. ibi: *Propter unitatem sermonis quasi in vnum corpus redacti sunt*, notantur Aretinus in l. si Pater, de vulgari. Ias. & Angel. in d.

- §. filio impuberi, & in maiorat. D. Molina lib. 1. de primogeniis, cap. 3. num. 6. & cap. 11. num. 2. vsque ad num. 8. & in terminis, vt quando Prouincia adiicitur Regno, vel vlla adiicitur Comitatu, ita quod sit vnum Regnum, vel vnus Comitatus cum primo, tunc augmentum debeat regulari secundum leges municipales eius, cui accedit, tenuit Barrol. per textum ibi in l. si conuenerit, l. 2. §. si nuda, ff. de pignor. act. Baldus in l. cunctos populos, col. 2. Cod. de summa Trinitate & fide Catholica, & in l. etiam, Cod. de iure dot. Albericus in i. p. itatorum, quaest. 130. Romanus conf. 215. Fulgos. in l. si constante, C. de donat. ante nuptias, Alex. in l. 1. & in l. si ex toto, ff. de leg. 1. Iason in §. in persona, instit. de actionibus, Oldradus consilio 257. num. 16.
25. Ex quibus consequitur hæc oppida de Ayamonte, & quæ subiacent eius iurisdictioni, fuisse Regni Castellæ, & quamuis ex Lusitano Regno Castellæ aggregarentur vel incorporatione vnica, sine dubio legibus Castellæ subiaci debent, postquam abhinc quadringentis annis pars Hispalensis Regni existimantur, aliàs enim si Castellæ legibus non subiacerent, cum certum sit non vti Lusitanis ordinamentis, sine legibus hæc oppida viuerent, contra quod traditur in l. omnes populos, ff. de legibus, & communiter ibi notatur omnes populos legibus, vel moribus regi, & iuxta Valerium Maximum lib. 3. c. 9. *vt corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine legibus, suis partibus vt nervis, ac sanguine & membris vti non potest.*
26. Denique contra obiecta facile eliduntur, nam quod de beneficio Principis latè interpretandum vulgariter traditur, non potest in hoc casu locum habere, quando ipse Princeps suis legibus edixit, gabellas non nisi expresse priuilegio & rescripto cum solemnitatibus legum Hispaniæ acquiri non posse.

ALLEGATIO XI.

Gabellarum exemptio quomodo regulariter interpretanda.

1. Gabellas debent soluere omnes qui expresse non exempti sunt.
l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil.
Qualitates plures requisitæ: omnes debent concurrere, nec sufficit aliquas.
l. si heredi plures, ff. de condit. institut.
2. Priuilegia exemptiones gabellarum, refe-

renda ad ea quæ ex cultura venduntur, non ex negotiatione.

Dictiones Provt & secundum, sunt causatiuæ.

c. Abbate sanè, de sent. & re iudic. lib. 6.

3. l. 32. tit. 18. lib. 9. Recopil.
Priuilegiorum interpretatio ad Principem spectat.
l. ex facto, ff. de vulgari.
c. cum venissent, de iudiciis.
c. olim tibi, de verb. signific.
4. Princeps, potest facere priuilegiorum restrictionem.
l. qui fundus, C. de omni agro deserto lib. 11.
5. Priuilegia possunt restringi per legem.
6. Princeps potest renouare priuilegium exemptionis.
l. 33. tit. 18. lib. 9. Recopil.
7. Interpretatio priuilegij potior est, illius qui concessit.
l. fin. C. de legibus.
8. Persona verbo an comprehendatur vniuersitas.
Vectigalia pertinent ad utilitatem publicam.
l. 1. §. interdū, ff. de loco public. fruendo.
l. 1. §. in causa, ff. de quaest. iudicibus.
l. 2. C. de exact. tribut. lib. 10.
Authent. de mandatis Princip. §. publicorum, coll. 3.
l. 11. tit. 28. p. 3.
l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil.
l. 1. tit. 8. lib. 9. Recopil.
l. 1. tit. 21. lib. 9. Recopil.
9. Interpretatio admisa non mutanda.
l. minime, ff. de legibus.
l. si de interpretatione, ff. de legibus.
l. seruo inuito, §. cum Prator, ff. ad S. C. Trebell.
l. filius emancipatus, ff. ad l. Cornel. de falsis.
10. Obseruantia dat priuilegio interpretationem.
c. cum dilectus, de consuetudine.
c. quod dilectio, de consanguin. & affinit.
11. Priuilegia etiam exuberantia non referenda ad id quod non solet concedi.
l. si miles, 3. ff. de milit. testam.
l. quoties, ff. de rebus dubiis.
l. Lucius, §. imperatores, ff. ad municipalem.
12. Coniectura melior ex consuetudine disponentis.
l. si seruus plurium, §. fin. ff. de legat. 1.
13. Verba exuberantia & generalia priuilegiorum iuxta subiectam materiam interpretanda.

l. si

- l. si vno, ff. locati.
l. si insulam, ff. de prescriptis verbis.
14. Derogatio legum necessaria quando contra eas priuilegium conceditur.
l. si quis in princ. 22. ff. de leg. 3.
 15. Confirmatio priuilegij non extenditur ad actum qui est contra ius nisi fiat expresse derogatio per clausulam non obstantibus.
 16. Confirmatio generalis non extenditur ad ea quæ specialiter sunt adempta.
legum specialis derogatio requiritur iure Hispano in priuilegiis.
l. 1. tit. 14. lib. 4. Recopil.
 17. Propter culturam qui excusatur à gabellis debet propriis sumptibus culturam facere.
cap. dilecti, de decimis.
cap. licet 11. de decimis.
cap. ex parte 10. de decimis.
 18. Exemptio vnius persona vel rei non debet ad aliam extendi.
Priuilegiorum est facienda stricta interpretatio.
cap. cum capella 16. de priuilegiis.
cap. porrò 7. de priuilegiis.
cap. recipimus eodem.
Priuilegium immunitatis alicui pro bonis suis concessum, non transit in singularem successorem.
l. licitatio, 9. §. ult. ff. de public. & vetig. & num. 19.
l. atatem 3. §. ultimo, ff. de censibus.
 19. Priuilegium immunitatis in dubio presumitur personale non reale.
Gabella non debetur propter rem sed propter contractum.
Persona mutatione res mutatur.
l. 1. C. de imponend. lucretiua descriptione lib. 10.

Priuilegia non soluendi Gabellas aliquibus oppidis concessa, quomodo sint intelligenda pro interpretatione l. 11. tit. 18. lib. 9. Recopilat.

RO cuius rei explicatione notandum est iuxta dispositionem l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopilat. omnes teneri soluere gabellam, nec posse excusari vsu & consuetudine, quamuis immemoriam, nec ex aliqua causa, nec priuilegio; & solum excipit, si priuilegium non soluendi gabellam scriptum esset in rationi-

bus Regiis, & libris quos dicimus de lo saluado, & subscriptum à Regiis calculatoribus maioribus; & cum duæ istæ qualitates requirantur, non sufficit scriptum esse priuilegium, nisi etiam sit subscriptum, quia vna qualitas sine alia non sufficeret, argum. l. si heredi plures, ff. de condit. inst. & fuit doctrina Bart. in l. 1. §. quod autem, ff. ne quid in flumine priuato, dicentis omnes qualitates à statuto requisitas esse verificandas, sequitur Decius conf. 520. num. 11. ex Felino A finio & Beccio probauit Surdus decif. 75. num. 11. & priuilegium ipsum attendi oportet, vt habeat qualitates requisitas, non verò rescriptum, ex quo priuilegium expeditum, vt notauit Greg. Lopez in l. 29. glossa contra los derechos, tit. 18. part. 3.

Hoc autem interpretatur, & explicat l. 11. titulo 18. lib. 9. Recopil. vbi expresse traditur omnia priuilegia quæ vsque ad illam legem concessa, & postea concederentur, ex quibus aliquibus oppidis, ne eorum vicini soluant gabellas, concessum fuit, intelligi oportere, vt solum exemptio procedat in rebus suæ culturæ, quas dicimus de labrança criança, non verò in eis, quæ pertinent ad negotiationem, & tradit id procedere provt in dictis priuilegiis continetur, quæ dictiones secundum & provt, stare videntur causatiuè quasi diceret, quia id est quod continent prædicta priuilegia; vt de dictione secundum & provt, notauit glossa fin. in cap. quoniam Abbas, de officio delegat. idque verum est quando aliquid certum disponitur vt in cap. Abbate sanè, de sententia & re iudicat. lib. 6. videlicet: *Si verò verbum determinet personale, causaliter debet intelligi, vt sit sensus concedimus secundum præteriti temporis morem, id est, quia ius præteriti temporis obtinuit.* vbi notat Antonius de Butrio num. 8. Bart. in extrauag. ad reprimendum, verbo provt, Felinus in cap. inter dilectos, num. 7. de fide instrumentorum, Decius in cap. 2. num. 6. verific. & tali casu, de confirmatione vtili, vel inutili. Grammat. decif. 59. n. 20. Rora decif. 40. num. 2. in secunda parte, Natta vol. 1. consil. 160. num. 18. & 19. Peregrin. de fideicommiss. art. 16. num. 11. Ferrerus, conf. 36. num. 5. Decianus vol. 2. consil. 58. num. 61. & 62. Rosental de feudis, cap. 6. conclus. 34. n. 1. Marefcot. lib. 2. variar. cap. 1. num. 77. cum frequentibus, quibus addendum quod ex Aretino, Maranta, Octauiano, Vulpello, Menochio, Tufco, & aliis pluribus notauit Barbosa de dictionibus vsu frequentibus, dictione, provt, & ex Ruino, Grato, Gozadino, Cota, Cenedo, & aliis pluribus, idem Barbosa dictione secundum.

Præfertim

3. Præfertim iuxta dispositionem legis 32. titulo 18. lib. 9. Recopil. ubi traditur eos quibus concessa est exemptio soluendi gabellas solum eâ vti posse in rebus quæ vendiderint ad necessitatem rei familiaris, at verò si ex negotiatione venditionem fecerint, aut de rebus quæ ab aliis habuerint, tunc gabella soluenda sit: nota verba: *Pero de todo aquello que trataren, o contrataren demas y allende ahora sea suyo, o prestado sean obligados a pagar la alcavala, y assi mandamos se guarde y cumpla de aqui adelante, & priuilegijs in interpretatio ad Principem spectat, l. ex facto, ff. de vulgari: ibi Priuilegia principalia ipse Princeps interpretari solet, cap. cum venissent, de iudicijs cap. olim sibi, vbi Innocentius, Abbas, & ceteri de verb. signific. probant Oldradus, Gutierrez, Gironda, Ioannes Garcia, Cota, Greg. Lopez, & Cochier, quos refert Barbosa in collect. dict. cap. cum venissent, num. 2. & 3.*
4. Sed etiam eorum restrictionem Princeps facere debet, & potest, vt in l. qui fundus, Cod. de omni agro deserto, lib. 11. probant Abbas, Immola, Cardinalis, Felinus, & Decius in cap. nouit de iudicijs, quod communi omnium sententia receptum videri tradit Couuar. lib. 3. variarum, cap. 6. num. 1. sequitur Burgos de Paz in proœmio legum Tauri, num. 315.
5. Quod planius procedit quando Princeps disponet per viam legis ex celebri doctrina Bald. in leg. nupta, in principio, ff. de senator. quem sequitur Palac. Rubios in reper. rubr. de donat. inter. §. 69. num. 15. & Pinel. in l. 1. 3. part. Cod. de bonis maternis, num. 61. illatione 16. Costa in l. cum tale, §. si arbitratu, limit. 2. in fine, ff. de condit. & demonstrat. Aluar. Valasc. consult. 132. num. 15. in 2. part. Mantica lib. 13. de ambiguis conuent. tit. 40. num. 5. & ex eo defendi posse plures leges Castellæ tradit Fontanella de pactis nupti alibus, clausula 4. gloss. 5. num. 22. in fine.
6. Et quod Princeps possit liberè reuocare priuilegijs exemptionis probat Corta in memor. incipit emptus ratione, Vrsilus ad Afflictis decif. 361. facit etiam l. 33. dicto titulo 18. lib. 9. Recop. ubi expressè declarantur dubia legis præcedentis, qua dispositio exemptionem Gabellarum solum admittendam in ebus, quæ ex patrimonio quis vendiderit, aut ex necessitate rei familiaris, & in ea traditur quomodo id accipiendum, quia multipliciter fraudes fiebant, omnes vendere dicentes ex necessitate rei familiaris, nota verba: *mandamos que todas las personas, que tienen las dichas exemptiones por virtud de los priuilegios que tienen, gocen, y sean libres de aqui*

adelante de alcavala, de todo lo que vendieren, que verdaderamente fuere de sus labranças, y crianças donde quiera que lo vendieren, sin que en ello ay a fraude, ni collusion alguna, y que de todo lo otro paguen acabala conforme a las leyes.

Et plura priuilegia de quibus in supremo 7. regalis patrimonij senatu contentio est, concessa fuerunt à Domina Regina Ioanna à qua dict. ll. 32. & 33. editæ fuerunt, & interpretatio melior, & clarior ab eo, qui dispositionem condidit, l. fin. Cod. de legibus, Burg. de Paz in proœmio legum Tauri, num. 312. Simon de Retis lib. 1. de interpretatione vltim. volunt. interpret. 1. dub. 3. num. 1.

Et quamuis verbum *persona*, de quo in dict. l. 33. regulariter non comprehendit vniuersitatem, Bald. in c. 1. §. conuenticula, n. 2. de Pace iuramento firm. & vol. 3. conf. 132. col. fin. Roman. conf. 400. n. 4. & conf. 436. n. 5. tamen ex identitate rationis, vel ex publica utilitate comprehendi debet, vt notarunt Alex. lib. 2. conf. 116. num. 31. vsque 39. Tuscus lit. P. conclus. 318. num. 13. Baldus in l. 2. num. 2. & 3. Cod. de impub. Iason. vol. 1. conf. 118. num. 24. Hector Emilius de iure feudali, quaest. 3. num. 15. eis verbis: *Et in materia conseruatoria publica utilitatis, non est dubium, quod rescripta emissa contra personas includunt vniuersitates: & ideo quod de his priuilegijs dictum est, non solum procedit in eis, quæ concessa priuatis personis, sed etiam quibuscumque vniuersitatibus, quia in vctigalibus semper vtilitas publica consideratur l. 1. §. interdictum, ff. de loco publico fruendo. Et ideo tributa neruos Reipublicæ appellat Iuriconsultus in l. 1. §. in causa, ff. de quaestionibus, l. 2. Cod. de exactor. tribut. lib. 10. auth. de mandat. Princip. §. publicorum, collat. 3. l. 11. tit. 28. part. 3. l. 2. tit. 15. lib. 4. l. 1. tit. 8. l. 1. tit. 21. lib. 9. Recopil. adde Parlador, lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 3. num. 30. Palatius Rubeus in introductione rubricæ de donation. inter. num. 18. Gironda de gabellis 5. part. num. 20. Montaluo in l. 50. titulo 6. part. 1. verbo *Franqueças*, Petrus Greg. de Republica, lib. 3. cap. 1. & 4. Ant. Fab. in Cod. titulo, quæ sit longa consuetudo, definitione 1. & lib. 7. ne rei Dominicæ, vel templorum, definitione 1.*

Deinde quia semper in Hispania ex omnium senatum decretis eam interpretationem prædicta priuilegia obtinuerunt, vt generalis exemptio à solutione gabellarum solum procedat in venditione rerum, quæ ex proprio patrimonio & cultura procederent, quas dicimus de *labrança y Criança*, non verò quando ex negotiatione contractus

- ctus fierent, & minimè sunt mutanda quæ interpretationem certam semper habuerunt l. minimè, l. si de interpretatione, ff. de legibus, l. seruo inuito, §. cum Prator, ff. ad SC. Trebell. l. filius emancipatus 14. ff. ad l. Corneliam de falsis.
10. Et ex obseruantia priuilegium accipit interpretationem, cap. cum dilectus, de consuetudine, cap. quod dilectio, de consanguin. & affinit. & vtrouque Doctores, Molina lib. 2. de Primogen. cap. 6. num. 58. vbi Bellonum, Syllanum, Beroium, Becium, Socinum iuniorem, Peregrinum, Surdum, Menochium, Tiberium, Decanum, Mascardum, Sixtinum, Marefcotum, & alios cumulat, addit. ad Molinam num. 57. latè Iosephus Ludouicus conclus. 38. per totam, & obseruantiam tollere dubitationem præcedentem, & esse Regiam omnium interpretationum, vt latè probat, & exornat Fontanella de pactis nuptialibus 2. tom. claus. 6. gloss. 3. 2. p. num. 30. cum sequentibus; & est decisio Rotæ apud Favinam l. tom. decif. 429. num. 6. & 2. tomo decif. 170. num. 4. & decif. 463. num. 2. & alibi de obseruantia plura tradidimus alleg. 87. per totam.
11. Vterius quia cum plura ex prædictis priuilegijs, quæ exemptionem gabellarum indulgent, concessa fuerint à Domina Regina Ioanna, & propter eius infirmitatem gubernaret eius Pater Ferdinandus Rex Catholicus, non potuit ille priuilegium maius & amplius concedere quàm Reges Castellæ solerent, & aliter quàm suis legibus declararunt: nam licet verba priuilegijs sunt ampla, & exuberantia, non credendum ad illud extendi, quod non debet, nec solet concedi, argumento l. si miles 3. ff. de mil. testam. ibi: *Nec credendus est quisquam genus testandi eligere ad impugnanda sua iudicia*, l. quoties 13. ff. de rebus dubiis, Menoch. lib. 6. præsumpt. 4. & 6. l. Lucius, §. Imperatores, ff. ad municipalem, ibi: *Cum ad ea quæ mandari possunt, voluntatem dedisse videaris*.
12. Idque magis suadetur, quia idem Rex Catholicus Ferdinandus, regnante D. Ioanna, omnia priuilegia limitauit: & interpretatus in d. l. 11. titulo 18. lib. 9. Recopilat. & ex vsu & consuetudine Patrisfamilias, resultat prima & potior coniectura voluntatis, l. si seruus plurium, 50. §. fin. ff. de legat. 1. ibi: *ante omnia ipsius Patrisfamilias consuetudo*. Et cum omnia familia priuilegia eam habuerint apud nos interpretationem, idem dicendum est in quocumque priuilegio, etiamsi clausulis & verbis generalibus illud exuberet, ex dict. §. fin. ibi: *deinde Regionis in qua versatus est, exquirenda est: & addenda quæ ex Imola, Ioan. Bapt. Larrea Allegat Fisc. Pars 1.*

Butrio, Cephalo, Corneo, Craueta, Menochio, Tiberio, Deciano, D. Salgado, & aliis, notauimus in decif. Granatens. decif. 41. n. 4. Et priuilegia sumunt interpretationem ab aliis eiusdem qualitatis, Mandellus, Albenf. vol. 1. conf. 64. num. 33. & consil. 172. num. 47. & 48.

Et ideo in aliquibus priuilegijs, vbi verba valde exuberantia inueniuntur, videlicet: *vt gabella non soluatur de venditionibus, que in aliqua villa. Et addit postea: de rebus que in ea colerentur, nascerentur, & fierent*. Ego semper probare intendi prædicta verba generalia præcedentia esse per sequentia verba restringenda, & limitari oportere iuxta subiectam materiam, l. si vno, ff. locati, l. si insulam, ff. de præscript. verb. Alex. lib. 4. consil. 95. num. 10. Decius in cap. qua fronte, in fine, de appellat. Surdus decif. 320. num. 11. & 12. & vna pars copulatiua declarat aliam, Socinus in l. 1. num. 1. ff. de rebus dubiis, Romanus conf. 231. num. 2. Surdus decif. 272. n. 23. & decif. 322. n. 65. Rota 2. p. diuersor. decif. 119. num. 15.

Denique in priuilegijs concessis post d. l. 11. dubium esse non potest; quia cum ex illa omnia priuilegia interpretarentur, vt locum habeant solum in rebus quæ ex cultura & labore procederent in oppido, cui gabellarum exemptio concessa, quodcumque priuilegium etiam amplissimis verbis & clausulis datum, vt præter dictam legem extendere, esset necessarium expressè fieri derogationem d. l. 11. iuxta l. si quis in princip. 22. ff. de legat. 3. eis verbis: *Sed hoc ita locum habebit si specialiter dixerit prioris voluntatis se penitus, & voluisse vt legatarius plura legata accipiat*.

Et in priuilegio quod ius repugnat, necessaria est iuris, & legum expressa derogatio, saltem generalis per clausulam *non obstantibus*: Ioann. Andreas, Anchar. & Dominic. in cap. vnico de excessibus Prælat. ix. 6. Panor. mit. in cap. nonnulli, num. 10. de rescriptis, vbi etiam Felinus num. 9. & 30. & quamuis sequatur priuilegij confirmatio, vt in dubio non referatur ad actum qui est contra ius, probauit Innocent. in cap. dudum, de decimis, in fine, Abbas in cap. examinata, num. 6. de confirm. vtili vel inutili, Felinus vbi proximè dict. num. 9.

Et generalis confirmatio non sufficeret ad ea quæ specialiter sunt adempta, Anchar. conf. 2. ad finem, Craueta conf. 257. num. 3. Rolandus lib. 1. conf. 2. num. 161. Surdus consil. 330. num. 14. & iure Hispano non sufficeret derogatio generalis legum, in priuilegio contra ius, sed debet specialis derogatio legis

legis fieri, ex l. 1. tit. 14. lib. 4. Recopil. & limitatio dictæ legis 11. rectè procedit in omnibus privilegiis, quia præterita & futura respicit, quo casu omnia comprehenduntur: & probarunt Mandellus, Albenis lib. 1. confil. 185. num. 28. & 32. vbi ex Bartolo, Caltrensi, & aliis probat Thuscus lit. L. conclusionem 260. num. 2. Hector Æmilius de iure feudali quæst. 32. num. 49. Alderanus, Mascardus tractatu de statutis, conclus. 8. num. 70.

17. Vnde succedit pro Regio fisco, vt tunc exemptio non soluendi gabellam locum habere possit, quando quis suis propriis sumptibus, vel laboribus fundum coluerit, nam ita debet immunitas interpretari: si verò quis rem emerit ab eo qui colit, quamuis gabellam non debeat ipse Colonus, tamen empror si postea vendat, soluere tenebitur, etiam si sit vicinus eius oppidi, vt in fortioribus terminis decifum est, nam privilegiati super decimis non soluendis de suis prædiis, de his quæ ab aliis conducunt, decimam soluere tenentur, cap. dilecti 8. cap. licet 11. de decimis, probarunt Rebuffus, Azor, Suarez, Moneta, & Campanillus, quos refert Barbosa in collectanea, dict. cap. dilecti, n. 2. Et immunitas concessa de illis rebus quas quis propriis laboribus, vel sumptibus coluerit, non aliter privilegio gaudebit, quam si ita coluerit proprio sumptu & labore, c. ex parte 10. cum duobus sequentibus de decimis.

18. Nam exemptio vnius rei vel personæ non debet ad alios extendi, cap. cum Capella 16. de privilegiis: & privilegiorum stricta est faciendâ interpretatio, cap. porrò 7. cap. recepimus 8. de privilegiis, iunctis quæ ex Felino, Armino, Tapia, Suarez, & Thoma Sancio notauit Augustinus Barbosa in collectan. d. cap. 7. num. 11. Et privilegium immunitatis pro bonis suis alicui concessum non transit in singularem possessorem, l. licitatio 9. §. vltimo, ff. de public. & vectigal. l. atatem 3. §. vlt. ff. de censibus, Ioannes Andreas ad Speculatorem titulo de censibus, §. nunc dicendum, in additione magna, Ancharan. & Dominicus in c. 1. de immunitate Ecclesiarum lib. 6. Natta lib. 1. conf. 218. n. 7. & 9. Rolandus à Valle lib. 4. conf. 61.

19. Et privilegium immunitatis in dubio præsumitur personale, non reale: Alex. lib. 1. confil. 101. in fine, Natta dict. conf. 18. & immunitas gabellæ non soluendæ ad personam restringenda, quia gabella non debetur propter rem, vt ex Baldo probauit lafon lib. 2. sed quia contractus initus ex quo gabella soluenda, Alex. lib. 5. conf. 123. col. 2. vers. Præterea ista quinquagesima, Cephalus lib. 4. confil. 553. num. 8. & quamuis ille vicinus, qui rem

coluerit, debeat immunitate gaudere, quia messis apud feminantem dicitur messis suæ culturæ, eo ipso quo res alteri venditur, iam apud eum culturam censer non oportet, quia per alienationem perditur nomen & privilegium, & mutatur forma & natura rei mutatione personæ, iuxta l. 1. C. de imponenda lucrat. descript. lib. 10. l. licitatio, §. fin. ff. de publicanis & vectigalibus, Bart. in l. per Procuratorem, in fin. ff. de acquir. hæredit. Baldus in rubrica, Cod. de vsuris, quæst. 8. versiculo mutatione personæ, Craucta consilio 213. in princip.



ALLEGATIO XII.

De Priuilegiis exemptionis Regis Henrici, & eorum reuocatione.

1. *Henrici IV. Regis Hispania tempore plures turbationes exorta. Regia dignitas debet à subditis venerari. Regis oppressionem quod factum, reuocandum.*
l. 29. tit. 18. p. 3.
cap. 1. §. Porrò tit. quæ fuit prima causa beneficij amit. in feudis.
2. *Belli calamitate inductum debet pacis lenitas sopire.*
l. vnica. in princ. C. de cad. tollend.
l. 17. tit. 10. lib. 5. Recopil.
3. *Donationes magna in præiudicium Regia corona reuocanda.*
cap. intellectu, de inreiuando.
l. 4. tit. 11. l. 25. tit. 14. l. 14. & 15. tit. 27. libro 9. Recopil.
l. qui fundos, Cod. de omni agro deserto, lib. 11.
4. *Donationes plures factæ à Rege, quamuis exigua, si iunctæ ledant Regium Patrimonium, reuocanda.*
5. *Priuilegia Regum conseruare publici interest.*
l. si constante, Cod. de donation. ante nupt.
l. si quis 2. Cod. de omni agro deserto, lib. 11.
6. *Donationes Regum sine iusta causa non reuocanda, cum illa verò ex publica utilitate iusta est reuocatio.*
7. *Reges plures donationes ab ipsis factas reuocarunt.*
8. *Priuilegia à Regibus in præiudicium Patrimonij*

22. *Tempore certo permissum, extra illud prohibitum.*
l. Imperator, de postulando.
23. *Priuilegia exemptionis vectigalium odiosa, & restringenda.*
Vectigalia publica non concedenda priuatis.
l. 2. c. 4. tit. 2. lib. 9. Recopil.
l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil.
24. *Fisci res sine fiscalis interuentu alienari non potest.*
l. 3. §. multa, vers. Diuus, l. si fiscus 7. de iure fisci.
l. fin. C. de aduoc. fisci.
l. 7. tit. 1. lib. 9. Recopil.
25. *Æstimatio fieri debet ad concessionem, vel venditionem rei quæ Regalis Patrimonij.*
Pretium ex presenti non præterito tempore æstimandum.
l. si quos, Cod. de rescindenda venditione.
l. 3. §. Diui, ff. de iure fisci.
l. 1. cap. 32. titulo 2. l. 19. tit. 9. lib. 9. Recopilat.
26. *Priuilegia reuocata l. 39. tit. 18. lib. 9. Recopilation. non valebunt etiam si specificè confirmentur, nisi fiat mentio dict. l. 39.*
Subreptitia concessionem non subsistunt.
l. 1. tit. 12. lib. 3. ordinamenti.
27. *Confirmatio relinquit rem cum sua qualitate.*
28. *Confirmatio non operatur quando aliquid lege annullatur, nisi legis mentio fiat.*
l. 11. tit. 7. lib. 5. Recopil.
Princeps non videtur sibi præiudicare ex generali legum derogatione.
l. nec damnosa, l. rescripta, C. de precib. Imper. offer.
29. *Priuilegij reuocatio operatur, ac si privilegium non datum.*
l. 1. §. & cum hereditas, ff. de his que in testamento delentur.
lege 1. §. si quis ex mortis, ff. quorum legat.
30. *Importunitate multa conceduntur quæ alias non concedenda.*
cap. cum in iuuentute, de purgatione canonica.
cap. fin. de rescriptis, lib. 6.
lege 1. Cod. de petition. honor. sublatis, lib. 10.
l. 29. tit. 18. p. 3.

Privilegia exemptionis Gabellarum concessa à Rege Henrico IV. anno 1462. an reuocata & nulla censeantur, ex reuocatione quam fecit omnium illius concessionum pro explicatione l. 4. & 17. tit. 10. lib. 5. l. 39. tit. 18. lib. 9. Recopilat.

- I.** **V**M tempore Regis Henrici plures exortæ fuissent turbationes in his Regnis, vt constat ex pluribus quæ notarunt Zamalba lib. 17. compendij historialis cap. 8. Ioannes Mariana lib. 3. historiar, cap. 4. Didacus Enriquez de Castillo in historia Regis Henrici, cap. 40. Antonius Nebriffensis in historia Regum Catholicorum, 2. p. cap. 113. Cunita lib. 18. Annal. cap. 2. & latè tempora oppressionis distinguens Ioannes Garcia de Nobilitate, gloss. 2. per totam: & Regia dignitas debeat ab omnibus venerari, obsequio & obedientiâ prosequi, & quasi adorari: ita l. 1. C. de silentariis lib. 12. ibi: *Vt iam in adoranda nostra serenitate*, vbi gloss. fin. Lucas de Peña per textum ibi in *Leuefionum*, C. de cursu publico, & in l. 2. Cod. de fabricensibus, eis verbis: *adoraturus Aeternitatem nostram*: quia vt Deus in terris Rex habetur, Bobadilla lib. 2. Politicæ, e. 10. n. 15. & cap. 16. n. 1. & lib. 3. c. 2. num. 3. 4. & 5. cum seqq. Equum fuit vt omnia quæ per oppressionem à Principe exorta, reuocarentur, & qui per Tyrannidem ab eo adepti officia & beneficia, eis priuarentur, vt expressè traditur l. 9. tit. 18. partit. 3. & ex cap. 1. §. Porro, tit. quæ fuit prima causa beneficium amittendi: & ex Albaroto, Anania, Rolando à Valle, & aliis pluribus probauit Ioannes Garcia de Nobilitate, dict. gloss. 2. n. 17. & 18.
2. Ideo vt quod belli calamitas introduxit, hoc pacis lenitas sopiret, vt tradit Imperator in l. vnica, Cod. de caducis toll. vbi Bald. numero 2. Tiraquellus in tractatu, *cessante causa*, verbo *cessante bello*, vbi plures referunt: merito Rex Henricus Quartus in comitiis generalibus à die 15. Septembris, anni 1464. vsq; ad annum 1473. omnia beneficia, donationes, & priuilegia, quæ concessit, reuocauit, quod etiam probarunt Reges Catholici in comitiis generalibus vrbis Tauri in l. 17. tit. 10. lib. 5. Recopil.
3. Huiusque rei mentio etiam fit in l. 39. tit.

18. lib. 9. Recop. & in l. 4. tit. 11. l. 25. tit. 14. l. 14. & 15. tit. 27. lib. 9. Recopilat. & regulariter quæcumque donationes magnæ, & quæ fuerint in præiudicium Regiæ Coronæ, reuocandæ, ex textu in cap. *intellecto*, de iureiurando, vbi communitè Doctores, Albericus in procemio Digestorum, §. *discipuli*, num. 17. Bartolus in l. 3. §. *planè*, ff. quod vi aut clâ, vbi Angelus in §. *sed si permiserit*, num. 2. Iason lib. 1. conf. 36. num. 1. Alex. lib. 5. consil. 1. num. 28. Bald. in l. nuptæ, ff. de Senatoribus, ex l. qui fundos, Cod. de omni agro deserto, lib. 11. idem Bald. in l. vit. num. 5. ff. de constit. Princip. Antonius Corderus in tractatu de potestate Regia, quæstione 4. Couart. in c. *quamuis pactum*, 2. p. §. 2. num. 4. verf. *Quod autem Rex*, Palatius, Rubeus in cap. *per vestras*, de donat. inter. post nabile, secundum §. *sed est pulchra dubitatio*, num. 41. pluribus latè Mieres de maiorat. 4. p. quæst. 1. limitatione 6. num. 28. cum sequentib. Gozadinus conf. 8. n. 38. cum sequentib. plures quos cumulat Anton. Petra de potest. Princip. c. 32. §. 2. ex num. 39. Marienzo in l. 11. gloss. 9. num. 3. tit. 7. lib. 5. Recopil. Pinel. in l. 1. Cod. de bonis matern. 3. p. num. 62. cum sequentib. D. Paz de Tenuta cap. 57. num. 22. & sequentib. Valascus consult. 119. num. 12. & Cauedus 2. p. decif. 75. num. 12.

Et quamuis donationes exiguæ sint quælibet de per se, tamen si ex omnibus Regali patrimonio præiudicium fieret, adhuc reuocandæ quasi nullæ, vt tradit idem Mieres, vbi proximè, ibi: *Et si aliud diceremus, daretur occasio, quod si vnus Rex faciat multas donationes, quarum qualibet de per se regnum multum non laderet, sed simul iunctæ, quod tales donationes essent valida, quod est contra ea, quæ scripta sunt, & contra l. 1. & 3. Cod. de inefficis donationibus, quæ ad hoc sunt notabiles, & quod si omnes donationes conseruata sint excessiua, Rex non possit eas facere, tenuerunt Lucas de Peña in l. quicumque, Cod. de omni agro deserto, lib. 11. Imola in cap. 2. de donat. Mattheus de Afflictis in constit. Neapol. in proæmia, in parte, vigesimoquarto quæro, num. 6. fol. 3. Rolandus conf. 1. num. 123. & 124. lib. 2. & contrarium neque tyronibus in hac scientia persuaderi potest, pro quibus facit, quod scribunt Cifuentes, & Tellus in l. 28. Tauri, num. 4. vbi volunt, quod si ex pluribus minutis donationibus factis filiis fiat ascensus, imputatur quintum, & confirmat idem Marienzo glossa 3. num. 2. fol. 162. hodie l. 12. tit. 6. lib. 5. Recopilationis, quod tradunt Rodericus, Suarez in l. quoniam in prioribus, Cod. de inoffic. testament. in fine, pag. 235. Gregorius in l. 8. tit. 4. p. 5. glossa verbo *en vida*, post principium: & confirmo per textum*

textum in l. Sancimus, §. si quis autem per illum textum à contrario sensu, Cod. de donat. & doctrinam Bartoli in l. Modestinus, ff. eodem titulo, Alexander in l. si plures, ff. de pactis, & concordant. quos citat Antonius Gabriel lib. communium opinionum, titulo de donat. conclus. 1. num. 12. pag. 192. & eandem sententiam amplectuntur Castrensis, Iason, Lucas de Peña, Negtiantius, Albertus, Brunus, Parisius, Matienus, Menochius, Laudensis, Hieronymus Gabriel, Tiraquellus, Morofcius, Trentacinius, & decifio Dolana, & Fontanella, quos in terminis refert additio ad Molin. lib. 1. cap. 3. num. 17.

5. Nam quamuis ad publicam vtilitatem pertinere dicatur conseruatio priuilegiorum, quæ à Principe concessa, vt argumento l. 1. Cod. de bonis, quæ liberis, & l. si constante, Cod. de donat. ante nuptias, notauit Castrensis lib. 1. conf. 317. num. 5. Tiberius Decianus vol. 1. conf. 1. 25. nu. 53. quia etsi Patrimonium Regis diminuat, tamen abundat Fiscus, quando subditi diuites fuerint authenticis, vt iudices sine quoquo suffragio, §. *cogitatio igitur*, colum. 2. l. si quis 2. Cod. de omni agro deserto, lib. 11. Baldus lib. 5. conf. 410. num. 5.
6. Tamen id quod suadet publica vtilitas ex illa etiam fit, vt possit Princeps ex iusta causa propter bonum publicum donationem moderari, vt resoluunt plures, quos retulit Antonius Gabriel l. 2. communium conclus. titulo de iure quæsito non tollendo, conclus. 7. & hoc casu, quando publica vtilitas aliud non suadet, intelligendum est, quod tenuerunt plures, quia decet Principis beneficium esse mansurum, non posse reuocari, Molina lib. 4. de primog. c. 3. num. 20. Burgos de Paz conf. 25. num. 51. Peregrinus de iure Fisci, lib. 6. tit. 1. num. 10. Menoch. conf. 1003. num. 90. cum sequent. quia prædicti Doctores, & omnes qui contra tenuerunt eo casu admittunt, quando sine iusta causa fieret reuocatio, sed cum publica vtilitas versatur, cum nulla iustior causa interuenire possit & ex illo vulgari Ciceronis præcepto: *Salus populi suprema lex est*, merito admittenda reuocatio.
7. Et plures Reges, non solum Rex noster Henricus similes reuocationes fecerunt, vt constat ex eis quæ notarunt, Cornelius Tacitus lib. 1. histor. §. 6. de Galba Imperatore, qui decima parte donati relicta, reliquum vindicauit, & Basilius Macedonicus Imperator etiam reuocauit, Garibaius lib. 9. histor. cap. 21. de Regibus Angliæ Henrico & Eduardo, scriptores testantur, de nostris Regibus, de Ramiro Rege Aragonum Zu-

rita, lib. 1. Annal. cap. 53. Mariana lib. 10. Histor. cap. 16. de Alfonso I. I. Rege Aragonum, idem Zurita, lib. 4. Annal. cap. 93. de Regibus Castellæ, Henricus Tertius, non solum reuocauit, sed factò abdicauit in moderata, Ægidius in eius noua Historia; cap. 57. de Ioanna I. I. Aluarus Garcia in eius Chronica, cap. 26. Garibaius, lib. 16. cap. 16. Regina Ioanna, quæ concessit Philippus Pulcher eius maritus, reuocauit, Zurita in expeditione Italiae, lib. 7. cap. 38. Rex Catholicus Ferdinandus omnia quæ eius Pater Rex Ioannes donauit, nulla reddidit, Zurita lib. 20. Annal. cap. 41. & Regina Catholica Isabella in testamento, idem fuit; adde quod in Historia Caroli V. tradit Prudentius Sandovalius lib. 1. §. 21. & nostri Reges conseruauerunt in testamentis reuocare omnia quæ in præiudicium Regalis Patrimonij donata

Vnde fit ex eadem publica vtilitate priuilegia quæ Regale Patrimonium maximè lædunt, sunt rescindenda etiam si iuramento priuilegium vel donatio firmaretur, vt præter supra adductos, & c. *intellecto*, de iureiurando Holtiensem, Ioannem Andream, Butrium, & Panormitanum ibi, & reliquos iam relatos, probarunt Oldraldus conf. 94. Rolandus lib. 1. conf. 2. num. 95. Antonius Petra de potestate Principis, cap. 17. num. 20. cum seqq. Molina lib. 1. de primogeniis cap. 3. num. 17. & 18. Albericus & quæ ex Restauro Castaldo, Menochio, Azeuedo, Mierez, Ludouico Gomez, Menchaca, & aliis congestit addit Molina num. 17. & 18. Ioannes Garcia de nobilitate gloss. 1. §. 1. num. 10. cum seqq. Intrigliolus de feudis centuria 1. quæst. 53. num. 163. cum seqq. Loazes in allegatione pro oppido de Mula, dubitatione 1. Azeuedo in l. 3. tit. 10. lib. 5. Recopil. & probatur in l. 1. tit. 17. l. 4. tit. 15. partit. 2. Gregorius Lopez in l. 8. tit. 1. eadem partit. Nicolaus Rubiner lib. 4. decif. 4. num. 16. vsque ad 22. idque præcedit etiam in donationibus factis in seruitiorum remunerationem, Belluga in speculo Principis, rubrica 9. num. 5. 6. & 8. Molina dicto cap. 3. num. 18. Azeuedo in l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil. num. 11. Palacios, Rubios in rubrica de donat. inter. §. 69. num. 14. cum seqq. Pinellus in l. 1. C. de bonis maternis, 3. p. n. 62. verf. infertur decimo quinto, Marienzo in l. 11. tit. 7. lib. 5. gloss. 9. n. 1.

Sed etsi nolimus Regiæ dignitati & potestati detrudere, & fateamur posse Reges Castra & Oppida sui Regni donare argumento l. Hi quibus, Cod. de fundis patrimonialibus, lib. 11. ibi: *Hi quibus patrimoniales possessiones vel à nobis, vel à diuinis parentibus nostris sacra largitate donata sunt, inconcussi possideant,*

atque ad suos posteros transmittant. cap. Abbate sanè 3. de sententia & re iudicata lib. 6. vbi proponitur locum de Roselis Monasterio donatum fuisse à Rege Aragonum, & constat ibi donationem valuisse, & confirmatur ex ea quam fecit Constantinus Imperator sancto Syluestro Pontifici, de qua in c. Constantinus 96. distinctione, & ex Burfarto, Marra, Menochio, Cauedo, Ioane Garcia, & plus quam quadraginta Authores, quos refert, resoluit additio ad Molinam d. n. 17. & 18. & probatur l. 8. tit. 1. l. 1. tit. 17. partit. 2. l. 5. tit. 9. lib. 5. ordinamenti, l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopilat.

10. Idque magis procedit in Regibus Hispaniæ, qui maximis laboribus, periculis, & impensis per septingentos annos Hispaniarum Regna, vrbes, & oppida à Saracenis occupata, vindicarunt: & ob id absolute vrbium & oppidorum effecti sunt Domini, non recognoscentes superiorem, gloss. in cap. *Adrianus*, 66. distinctione, Oldraldus conf. 69. Palacios, Rubios in proemio rubricæ de donat. inter. num. 18. Gaspar Velascus in *Imperium*, l. 52. de iurisdictione omnium iudicum, Couarruias in reg. peccatum, 2. parte, §. 9. num. 9.
11. Tamen id procedit regulariter, non verò quando in magnum Regni, Regis, & eius patrimonij præiudicium fieret donatio, quia tunc non valeret, d. cap. *intelleto*, de iureiurando, ibi: *In præiudicium Regni sui & Regis honorem*. Et notant plures quos supra retulimus, quibus adde Nattam lib. 3. conf. 640. num. 10. Gregor. Lopez in l. 8. tit. 1. p. 2. glossa 3. aliàs enim rectè alienationem castri vel oppidi sui Regni licere Regi ex iure & consuetudine Castellæ certum est, non obstante l. 4. tit. 15. p. 2. quæ videtur prohibere alienari bona immobilia Regni, quia loquitur in casu speciali quando Rex minor est, & sub tutela, vt colligitur l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil. eis verbis: *No siendo hechas en tiempo de tutorias de los Reyes*: & ita intelligitur l. 5. tit. 15. p. 2. nam expressè loquitur quando donatio tenderet in graue damnum Regis, vt interpretatur Gregor. Lopez, ibi, gloss. verbo, *en su vida*, & ita dictas leges intelligendas tenuerunt Loazes in dicta allegatione pro Mula in tertio fundamento pro parte oppidi, & in primo pro Marchione: & ita respondet dictis legibus Menoch. cõf. 1003. adde Simoncellum in tract. de decretis, lib. 1. tit. 2. num. 1. vbi plures refert.
12. Verum tamen vt appareat an sit alienatio nociua Regi & Regno, ideo decretum in l. 3. tit. 9. l. 5. ordin. quæ est l. 3. tit. 10. l. 5. Recop. quæ vulgò dicitur lex Pinciæ, Reges Hispaniæ

non posse alienare ciuitatem aliquam, arcem vel populum Regni, nec iurisdictionem aliquam, sed permanere illa debere in Regia Coronâ, & esse impræscriptibilia. Et solum excipitur casus, quando ob vrgentem necessitatem, vel magna seruitia, aut alia de causa Rex teneatur vassallo, aut alij benemerito donationes & beneficia conferre, quia tunc facere poterit, visà tamen & cognitâ donatione & causâ à sex Procuratoribus Vrbiu, quos Princeps elegerit, & à maiori parte Senatorum sui Consilij: & adiecta est clausula decreti irritantis omnes alienationes quæ sine prædicta solemnitate fierent, & eam legem confirmarunt Catholici Reges Ferdinandus & Elisabeth, vt tradit Matienzo in dict. l. 3. vbi gloss. 7. num. 7. qui etiam testatur Carolum Quintum Imperatorem, & Hispaniarum Regem, anno 1525. & 1527. ac eius filium Philippum Secundum anno 1556. confirmasse prædictam Vallisoleti legem, eiusque mentionem faciunt Matienzo, & Azeued. in ea, & videtur obligare successores in Regno, quia facta fuit iuxta formam & vim contractus, ex traditis à Bartolo, Baldo, & Doctoribus in l. *digna vox*, Cod. de legibus, cum adductis à Matienzo in dict. l. 3. gloss. 2. num. 4.

Et quamuis aliqui crediderint nullam vim esse eius legis, quia nunquam fuit vsu recepta, argumentum cap. *erit autem*, lex 4. distinctione, Surdus conf. 58. num. 9. & ita respondet dictæ legi 3. Menochius conf. 1003. num. 38. & sequentibus: tamen certissimum est, quando lex, vel decretum habet clausulam irritantem, vt in dict. l. 3. non posse per non vsu venditionem, vel præscriptionem contra illum, & ius adquiri, Felinus in cap. *cum accessissent*, num. 30. limitatione 4. de constit. Archidiacon. in cap. *cum beneficio*, num. 2. de præbend. in 6. Iafon in l. *non dubium*, n. 17. Cod. de legibus, Decius in l. *acta*, quæ contra. num. 10. Cod. de pactis, Angelus, Aretinus consil. 72. per totum, Hieronymus Gabriel vol. 2. consil. 151. num. 16. Tapia in l. *fin. ff. de constit. Princip. 2. part. cap. 2. num. 22.*

Verum negari non potest prædictam legem 3. quæ facta fuit, vt cum deliberatione, & consilio fierent alienationes Regalis patrimonij, vt utilissimam esse, & valde Reipublicæ conducere eius obseruantiam: nam omnia cum consilio fieri expedit, iuxta quod iubetur Prouerbiorum 13. ibi: *sine consilio nihil est faciendum*. & Eccles. 32. & constat ex traditis à Diuo Augustino in tractatu de lapsis, & homilia 1. D. Ambrosio in exameron, D. Gregorio lib. 30. moralium, & lib. 1. registri: notauit Seneca epistol. 38. ad Lucilium,

&c

- & Cassiodorus lib. 6. variar. epistol. 19. eis verbis: *omnis prouidens consilium querit*, Salustius in Catilinario, Cicero de senectute, Quintus Curtius de rebus Alex. lib. 7. Maiolus de maiestate imperij Romani pag. 205. plura adducit P. Velasquez de oprimo Principe lib. 3. adnotat. 1. num. 3. & 4. ex iure ciuili & nostris legibus Hispaniæ: plurima cum lauit Bobadilla lib. 2. Polit. cap. 6. aliàs enim si ex consilio non probetur iustam esse donationem, sed iniquam, & in maximum præiudicium regni non posse à Rege fieri, dicendum est, vt omnes supra allegati tenuerunt, & vltimus probantur latè, Cenedo ad decretales, collectanea 109. Præpositus in præludijs feudorum, num. 27. & 24. Iafon in eisdem præludijs, num. 77. vbi Laudensis num. 31. Bald. in cap. *licet causam*, num. 7. de probationibus, Antonius Faber in Cod. tit. si contra ius, vel vtilitatem publicam, definitione prima, pag. 68.
15. Nam Rex velut administrator bonorum Regalis patrimonij, & Regiæ Coronæ consideratur, & alienare non potest, Petrus Gregorius de Republica lib. 3. cap. 8. num. 3. & 4. Hothoman. quæst. illustr. quæst. 1. & in eis dominium videtur habere, vt Prælatus in bonis Ecclesiæ, & maritus in eis, quæ sunt eius vxoris, Baldus de Pace Constantiæ, versiculo amplius, Renarus Chopinus de dominio Franciæ lib. 2. tit. 1. num. 2. Petra de potestate Princip. cap. 32. dubit. 2. princip. num. 199.
16. Et permisa generali administratione, non videtur alienatio concessa, Panormit. in cap. *edocere*, de rescriptis, Marianus Socinus lib. 1. conf. 74. num. 24. Ioannes de Immola in rubrica de donat. num. 21. Rebuffus in compendio alienationis rerum Eccles. num. 42. Decius conf. 173. num. 1. Couarr. lib. 2. var. cap. 17. Suarez allegatione 21. Menoch. de arbitrariis, casu 172. Antonius Gabriel lib. 3. communium tit. de rerum alienatione, conclus. 1. Rolandus lib. 1. conf. 15. Et in marito respectu bonorum vxoris, l. 1. & per totum ff. de fundo dotali, l. 2. §. *cum lex*, Cod. de rei vxoria actione, l. 7. l. 29. tit. 11. part. cap. *cum contingat*, de iureiurando, Barbosa in l. 5. p. ff. soluto matrimonio. Et Principem maritum Reipublicæ censei ex Gaspare Contarino, Pineda, & Bobadilla ego probavi in decis. Granatensibus, disputatione 7. num. 9. & in terminis non posse Regem, vel principem bona Coronæ alienare in præiudicium regni & principatus tenuerunt Nicolaus Reusner lib. 4. distinctione 4. num. 16. vsque ad 22. Ludovicus Morosius conf. 45. num. 20.
17. Sed vt cumque fieri possit hæc alienatio, nec tempore quo facta esset in præiudicium

Regis, vel Regni, tamen si postea fuerit damnosa, aut priuilegium nociuum debet irritari, arg. cap. *suggestum*, de decimis, cap. *quanto* 16. de censibus, l. 5. tit. 20. part. 1. & in terminis donationis factæ à Principe, l. 43. tit. 18. part. 3. ex Mandello Albenfi, & aliis Pinel. in l. 2. Cod. de rescind. venditione, 2. part. cap. 1. n. 2. Rolandus à Valle lib. 2. consil. 1. num. 173. Tusc. practicar. lit. L. conclus. 295. num. 18. & ante eos probauit Natta conf. 538. per totum, & in terminis annui redditus redimibilis, vt redditus debeat reduci ad legitimum modum inspecto tempore solutionis cuiusque anni, quo soluitur, quando in eo tempore iniustus redditus appareat, probauit Apostilla ad Alex. lib. 7. conf. 187. lit. C. Rodriguez lib. de annuis redditibus, quæst. 12. num. 9. Auendanus de censibus, cap. 46. num. 6. & 7. & ego norau in decis. Granat. 11. num. 7. & 65. 66. Vnde extempore futuro debet limitari, quod ante factum fuit.

18. Ex quo merito Rex Henricus IV. post illum Reges Catholici immoderatas, & nociuas donationes ab eo factas reuocarunt, quia ita fieri iustitiæ & rationi consentaneum apparuit, vt de suis concessionibus Reges Catholici fecerunt, & alij Reges, de quibus supra num. 7.

Difficultas autem in eo versatur, an priuilegia exemptionis solutionum vectigalium, vel alia quæ concessa fuerunt à Rege Henrico IV. anno 1462. comprehendi possint prædictâ reuocatione, aut aliquo modo sint infirmanda propter prædictarum legum dispositionem, quæ reuocationem donationum inducunt: nam etiam si in l. 10. tit. 11. lib. 2. & in l. 4. & 17. tit. 10. lib. 5. l. 2. tit. 7. l. 4. tit. 11. l. 25. tit. 14. lib. 6. l. 14. & 15. tit. 27. lib. 9. Recopilat. mentio fiat de reuocatione à die decima quinta Septembris anni 1464. tamen in l. 39. tit. 18. lib. 9. Recopil. generaliter, & indistinctè in comitiis villæ de Ocaña, anno 1469. & in Curia oppidi de Santa Maria de Nieua, anno 1473. omnia priuilegia exemptionis vectigalium, quæ in decem retro annis concessa fuerint, reuocantur, & irrita fiunt: vnde cum anno 1469. in decem annis ante illum comprehendatur annus 1462. videtur etiam si ante diem decimam quintam Septembris anni 1464. concessum fuisset priuilegium, debeat irritari.

19. In qua re omisa distinctio quatuor temporum, de qua Ioannes Garcia de nobilitate, glossa 2. num. 12. vbi computat quando Rex Henricus pacificè, & quietè Regnum gubernauit ab eo, in quo postea à maleuolis & improbis subditis oppressus, in eo videbis: nam transferre non est mei ingenij, illud

illud verò notandum, concessionem, quæ fiunt pro regni adeptione, vt in Henrico II. adeo nullas esse, vt nec per legitimam Regni ademptionem confirmantur, Felinus in cap. 1. num. 7. de probat. & ibi Decius num. 31 Grammatico. voto 28. num. 16. & in terminis concessionum Regis Henrici II. Palacios Rubius in repetitione rubricæ de don. inter, §. 69. num. 19. Matienzo in l. 11. tit. 7. lib. 5. Recopilat. glossa 9. num. 7. & 8. Valasc. consult. 110. num. 18. siue vt in Rege Henrico IV. donationes & priuilegia oppressus à subditis faceret, & concederet, l. 29. tit. 18. part. 3. ibi: *Por muy gran culpa non pudiendo al facer por desuuar gran daño: & facit textus in cap. cum venissent, de institution. & quod tradit Palacios vbi proximè, num. 18.*

21. Ego verò circa hæc priuilegia distinguendum censeo, quippe d. l. 7. tit. 10. lib. 5. Recopilat. nostri Reges Catholici restantur, eos fecisse declarationem circa prædictas donationes, quam iubent obseruari: vnde si priuilegium, de quo dubium esset, prædictâ declaratione fuit comprehensum, id obseruandum, & id probare debet, qui intendit d. l. 39. non reuocari eius priuilegium argumento l. qui accusare. 4. C. de edend. l. actor, Cod. de probat. l. 1. tit. 14. part. 3. aliàs fiscus absolueudus: nam qui non probat, quod debet, vt fundamentum suæ intentionis, perdit causam, l. 1. §. item quaesitum, vbi Bart. ff. de aqua publica arcenda, l. Prator 3. §. docere ff. de vi bonor. rapt. l. denunciaffe 17. §. quid tamen, ff. ad legem Iuliam de adulteriis, l. habebat 13. ff. de inflit. actione notarunt Canonistæ, in cap. 2. de rescriptis.

22. Sin verò de illo nihil declaratione prædicta expressum fuit, & probatum, quod pertinet ad casum priuilegiorum exemptionis vectigalium, debet regulari ex d. l. 39. tit. 18. lib. 9. Recopilat. vt quæ in decem annis ante illa comitia, vbi reformatio, illorum decreta irritantur: verò in aliis donationibus factis à Rege Henrico, oppidorum & iurisdictionum, procedat limitatio, de qua in dict. l. 4. tit. 10. lib. 5. Recopilat. cum similibus iam relatis, vt solum infirmentur, quæ concederentur à die decima quinta septembris anni 1464. nam ea limitatio ad illud tempus operatur exclusionem anterioris temporis, quia talis est natura & vis temporis limitati, vt præter, vel post illud tempus contrariam dispositionem inducat; l. Imperator, ff. de postul. l. si vnus, §. 1. ff. de pactis, l. statu liberum, §. Stichum, l. Titia cum testamento, §. fin. ff. de legat. 2. Riminald. vol. 3. conf. 271. ex num. 19. vsque 25. Iacobus de Sancto Geofigio in l. si fundum, §. possessor, ff. qui satifdare.

cogantur, Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. glossa 2. num. 4. Ofascus decif. 85. num. 113. Surdus decif. 75. num. 1.

23. Nec mirum, si facilius reuocationem inducamus, & eam ad maius tempus extendi admiserimus in priuilegiis exemptionis vectigalium, quia ea tanquam odiosa magis restringenda, quippe vectigalia priuatis concedere semper in Reipublicæ nocumentum cedere certum est, quippe sine tributis non potest publicus status sustineri, vt alibi probauimus, & vt tradit Cornelius Tacitus lib. 13. annalium: *Nulla Respublica aut Imperium necdum magnum tributis, aut vectigalibus carere potest*, & cum sint necessaria ad Imperij onera sustinenda, non debeat in priuatorum commodum vel exemptionem cedere, vnde meritò plures similes eorum concessionem reuocatas supra probauimus num. 7. & in regno Siciliæ donationes de collectis reuocatas à Rege Martino tradit Maffrillus lib. 1. de Magistr. cap. 19. num. 28.

24. Et probatur l. 2. cap. 4. tit. 2. lib. 9. Recopilationis, in qua iubetur Senatoribus supremi Consilij Regalis Patrimonij, vt in quantum potuerint, excusent vindicationes gabellarum, quia semper necessarium existimatur à Regali Patrimonio nunquam abdicari: & hæc priuilegia iure nostro non valent nisi scripta sint in libris rationum Regalium, quos dicimus, de lo saluado: aliàs etiam à Regibus concessa sint, irrita & nulla censentur, l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopilationis, & antea decretum erat à Rege Ioanne II. in Curijs Matriti, anno 1423. vt similia priuilegia, aut alia quæ continerent concessionem reddituum regalium, si non essent scripta in libris rationum & calculatorum Regis, & ab anno editæ legis scribantur, aliàs in posterum irrita, & nullius momenti manere: & ideo facilius inducenda limitatio eorum priuilegiorum.

25. Tum etiam quia in priuilegiis exemptionis reddituum regalium, aut venditionibus rerum Regalis Patrimonij, debet fisci Patronus interesse, aliàs nullius roboris erit, quod aliter factum fuerit, l. 3. §. multa, versic. Diuus, vbi glossa verbo *restituuntur*, l. si fiscus 7. ff. de iure fisci, l. fin. Cod. de aduocat. fisci, Petrus Gregorius lib. 49. syntagm. iuris, cap. 7. per totum, maximè num. 3. & 14. cum seqq. concludit l. 7. tit. 1. lib. 9. Recopilat. Peregrinus de iure fisci, lib. 4. tit. 4. num. 5. versic. Tertio requiritur, & lib. 7. tit. 2. num. 2. gloss. in l. 1. Cod. de fide instrument. & iure hæcæ fiscal. lib. 10. Bofius de fisco, num. 23. Garcia de nobilitate, gloss. 3. num. 13. & 14. Ioannes Galefius de priuileg. fisci, priuileg. 31. D. Alfarius de officio.

officio fiscalis, glossa 16. speciali 65. numero 210.

26. Sed in his priuilegiis exemptionis, aut venditione vectigalium præcedere debent æstimatione quantitatis reddituum, & iusta pretij taxatio, l. si quos, C. de rescind. vendit. ibi: *Rei qualitas & reddituum quantitas æstimetur*, l. 3. §. Diu, ff. de iure fisci, ibi: *Diui Fratres rescripserunt, in venditionibus fiscalibus fidem & diligentiam à Procuratore exigendam, & iusta pretia non ex præterita emptione, sed ex præsentis æstimatione constitui, sicut enim diligenti culturæ pretia prædiorum ampliantur, ita si negligentius habita sint, minui ea necesse est*. Vbi notant scribentes, maximè Cuiacius ibi: *Nam vt ait hic §. in venditionibus fiscalibus Procurator Cesaris omnem fidem & diligentiam præstare debet, quod & à quolibet Procuratore exigitur, l. à Procuratore, Cod. mandati*. Ex quo infert: *Quod Procurator Cesaris non bene fungitur officium suum, qui per ambitionem & gratiam vendit pretio viliori, & rescindendam venditionem, quia fisco fraudi est*. Et paulò post, ibi: *Denique non est rata venditio fiscalis, nisi fiat iusto & vero pretio, quod vtrique non constituitur ex præteriti, sed ex præsentis temporis æstimatione, vt ait hoc loco pretium cuiuslibet rei pro tempore est, atque ita fit, vt prædium quod olim pluris fuit, hodie minoris æstimetur; quapropter non quanti olim emptum, æstimatumque fuerit, sed quanti hodie sit spectatur spectatâ qualitate & redditu præsentis temporis, dict. l. si quis, C. de rescindend. venditione, & l. 4. C. eodem titulo, l. si fundum, per fideicommissum, supra de legat. l. 2. Cod. de patribus, qui filios, adhibita interpretatione glossæ: idem Cuiacius in l. 2. Cod. de iure fisci, lib. 10. vbi concludit nullius momenti esse quodcumque sit gratiosè in perniciem Reipublicæ, & allegat l. Præses, Cod. de transact. & in l. 2. eodem titulo, & in rubrica, & l. 1. C. de fide instrumentorum, & iure hæcæ fiscalis lib. 10. & in l. fin. ff. de iure fisci, latè exornant Pancirol. lib. 1. variar. cap. 93. & videtur probari expressè l. 1. cap. 32. tit. 2. l. 19. tit. 9. lib. 9. Recop. Quæ omnia cum non procederent, nec præcederent in priuilegiis quæ à Rege Henrico Quarto concessa fuere, meritò reuocata cum iure ipso nullitatem censentur habere.*

27. Sed & quod plus est, etiam si postea in forma speciali confirmatio sequeretur, adhuc nullius momenti existimanda, nisi expressè mentio fieret reuocationis dict. l. 39. tit. 18. lib. 9. Recopilat. quo casu magis noua concessio dicenda, quia validatur donatio, vel priuilegium nullum argumento cap. 1. & cap. veniens, de transact. Decius in cap. 1. de confirmat. Ioan. Bapt. Larrea allegat. Fisc. Pars I.

matione vtili vel inutili, num. 6. ex Parisio, Grammatico, Gozadino, & aliis, Molina lib. 2. de primogen. c. 7. num. 8. Gratian. 3. tomo discept. cap. 586. num. 23. Thuscus lit. C, conclus. 710. per totam; nec confirmatio non expressa d. l. 39. quæ concessionem & priuilegia reuocauit, potest subsistere, & velut subreptitia nullius momenti censenda argumento cap. super literis, 20. cap. postulasti, 27. & ibi Doctores de rescriptis, cap. si motu proprio, 23. de præbend. lib. 6. cap. 2. de filiis presbyt. eodem libro l. 1. l. & si legibus, C. si contra ius vel vtilitatem publicam, Castrensis lib. 1. conf. 369. num. 2. Baldus in l. præscriptione, num. 1. Cod. si contra ius vel vtilitatem publicam, Rodericus, Suarez allegat. 12. num. 30. & allegat. 28. num. 26. Couarr. lib. 1. variar. cap. 20. num. 1. & 5. Thuscus lit. S, conclus. 720. cum sequentibus; & addenda quæ circa obreptionem & subreptionem notauimus alleg. 86. per totam.

28. Nec proderit in confirmatione exprimi tenorem priuilegij & concessionis, etiam si diceretur confirmari, non obstante quacumque lege in contrarium aut clausulis derogatorijs, iuxta quod traditur l. 1. tit. 12. lib. 3. Ordinam. quæ est lex 1. tit. 14. lib. 4. Recopilat. eis verbis: *Por ende mandamos que los tales cartas o aluaales, que no valan ni sean cumplidos aunque contengan que sean cumplidos, no enbargante qualquier fuero, o ley, o Ordenamiento, o otros qualesquier clausulas derogatorias*. Et addendi Alex. Iafon, Romanus, Abbas, Felinus, Crotus, Ludouicus Gomes, Cremenfis, Staphileus, & alij, quos refert Couarr. in rubrica de testamentis, 2. p. num. 20. versic. secundò infertur, Grammaticus decif. 20. & videnda quæ notauimus allegat. 4. num. 30.

29. Nam cum priuilegium illud sit reuocatum ex dict. l. 39. licet regulariter confirmatio firmitatem addat, nisi expresserit validationem eius, quod tunc nullum erat; nihil proderit confirmatio, nam eius naturæ est, vt confirmatum maneat in omnibus eius terminis, qualitate, & statu, arg. l. legata inutiliter, 19. ff. de leg. 1. l. Aurelius 29. §. testamento, ff. de liber. legata, dict. cap. veniens, de transact. iunctâ glossâ, verbo *confirmatam*, gloss. & Doctores in cap. ex parte, de constit. Craueta conf. 257. num. 4. Mandellus lib. 3. confil. 564. num. 19. Rolandus volum. 1. conf. 29. numero 32. Surdus conf. 331. num. 18. & confil. 349. num. 7. & 8. & conf. 361. num. 37. Peregrinus conf. 62. num. 6. Rosental de feudis cap. 6. conclus. 68. num. 1. D. Ludouicus decif. 267. num. 1. Farinae. in nouiff. 1. p. decif. 301. num. 1. & decif. 668. num. 4. & in priuilegio

legio implicita est reuocatio, quæ eius facta fuit, arg. l. fin. ff. si ex noxal. caus. agat; ideo debet expressè derogari ex confirmatione.

30. Et in terminis clausulæ Henrici Secundi ex l. 11. tit. 7. lib. 5. Recopil. vt quamuis tenor priuilegij inferatur in confirmatione, nisi prædictæ clausulæ expressa reuocatio fiat, non prodesse confirmationem ex gloss. in l. ex his, verbo, cum, C. de testament. milit. Iafone, & aliis probauit D. Paz de tenuta, 2. p. cap. 57. num. 319. cum sequentibus, & in terminis legis mentalis apud Lusitanos, quæ idem disponit, tenuit Valascus, 2. tom. consultatione 132. num. 22. Et ratio est quia cum ex prædicta clausula fuerit ius quæsitum Regiæ Coronæ, merito sine eius expressa reuocatione, & cognitione causæ non poterit confirmatio procedere, vt ex Felino, Baldo, Afflictis, Decio, Putco, & aliis probauit Paz vbi proximè num. 20. ex Abbate, Alexandro, & Vancio, in terminis, Cauedo 2. p. decif. 77. num. 9. nec sub verborum inuolucro & generali legum derogatione censetur sibi Principem præiudicare, l. nec damnosa, 3. l. rescripta 7. Cod. de precib. Imp. offerend. Baldus in cap. venientes, num. 4. de iur. iurando, Felinus in cap. 2. num. 40. de rescriptis, Menoch. lib. 3. præsumpt. 44. num. 12. cum seqq. Farinac. secunda part. nouiss. decif. 569. num. 6. ad finem.

31. Quod multò magis si ex iure quæsitum Regiæ Coronæ metitur, procedit in reuocatione priuilegiorum Regis Henrici I V. quia ex tunc, & tempore d. l. 39. ius fuit quæsitum Regiæ Coronæ, nullis & inualidis redditibus priuilegiis & concessionibus exemptionis vectigalium; at verò in clausula Regis Henrici Secundi ex reuersione ad Coronam, etiamsi in futurum speretur, non tamen præfens, & adeò proximum ius consideratur, vt in d. l. 39. operatur enim reuocatio priuilegij, ac si datum non fuisset, vt in l. 1. §. & cum hereditatis, ff. de his quæ in testament. delentur ibi: *Ademptio iure facta videtur non quasi adempta, sed quasi neque data, & quoad illud quod reuocatum videtur remanuisse in Regio Patrimonio l. 1. §. si quis ex mortis, ff. quorum legat. eis verbis: Quia portio legis Falcidiæ apud heredem ipso iure manet, et si corporaliter res in solidum translata sunt.*

32. Et ad rationem dictæ legis primæ, tit. 14. lib. 4. vbi exprimitur quæ ratione priuilegia non valcant contra ius, vel in Regiæ Coronæ præiudicium, etiamsi in eis generalis legum derogatio fiat eis verbis: *Porque acaee que por importunidad de algunos addendus textus in cap. cum in inuentute, de purgatione canonica, ibi: compulsi fuimus, non iuris necessitate,*

sed importunitate petentium, cap. fin. de rescriptis, lib. 6. l. 1. Cod. de pet. bon. sub. lib. 10. l. 29. tit. 18. p. 3. Abbas per textum ibi, in cap. nonnulli, num. 10. de rescriptis, Palacios Rubios in repet. rubricæ, de donat. inter. §. 81. num. 4. cum seqq. Rodericus, Suarez allegatione 28. num. 17. & 18. Didacus Perez in l. 1. tit. 12. lib. 3. Ordinament. Matienzo in l. 3. gloss. 11. num. 1. & 2. tit. 10. lib. 5. Recopilat. Mieres de maiorat. 1. p. quæst. 3. num. 87. cum sequentibus. Romanus, Hippolytus, Cepola, Boherius, Rebuffus, & alij plures, quos refert Azeuco in dict. l. 1. tit. 14. lib. 4. num. 1. vsque ad 7.

ALLEGATIO XIII.

Vectigalia expressè debent donari, aliàs non comprehenduntur donatione generali.

1. Villa de Arnedo donata fuit à Rege Henrico Secundo, Bertrando Claclinio Comestabili Gallia.
 2. Donatio facta à Principe territorij cum omni iure, persona illustri, an comprehendat vectigalia.
 3. Venditum quid sit in dubio colligendum ex pretij quantitate.
 4. Titulus interpretandus ex obseruantia subsequenta.
 5. Iurisdictione concessa, ex coniecturis quando potest intelligi concessum ius colligendi pedagium.
 6. Prescriptio immemorialis quamuis ex ea apud Hispanos non acquiruntur vectigalia, an profit ad interpretationem tituli vt percipiuntur.
 7. Princeps an possit tollere prescriptionem immemoriam iam completam.
 8. Iurisdictione probatur ex perceptione vectigalium, l. litibus. C. de Agricol. & censuris, lib. 10.
 9. Vectigalia non comprehenduntur sub concessione iurisdictionis.
- Vectigalia fiunt de regalibus, & reserua in signum suprema potestatis quibuscumque verbis generalibus concessa non videntur.*

10. Rega

10. Regalia non veniunt generali concessione. cap. quoad translationem, de offic. delegati, & 2. 17.
11. Iurisdictione concessa et si non possit sine perceptione vectigalium expediri, adhuc non videntur concedi vectigalia.
12. Vectigalia non coherent iurisdictioni.
13. Gabellarum origo.
14. Vicesima, vel trigesima ab initio pro gabella soluta.
15. Vicesima solum soluebatur tempore Regis Henrici Secundi.
16. Decimam gabellam populos Castella à principio semper repugnasse constat.
17. Vectigalia nullà generali concessione veniunt.
18. Specialiter prouidendum, nisi ita fiat, videtur omissum.
19. Donatum censeri non potest quod tempore donationis non erat.
20. Vectigalia non possunt extendere, nec intendere priuati, sed solum Rex.
21. Princeps non videtur donare quod habet, vt Princeps.
22. Vectigalia non debent solui alij quàm Principi, nec Priuati à solutione excimi.
23. Venditione non comprehenduntur que non sunt de natura rei vendita.
24. Iurisdictione est annexa territorio, non verò Gabella.
25. Cancellarie Hispania quamuis supremam Principis iurisdictionem exerceant in suo territorio, non possunt collectas imponere.
26. Vectigal colligendi ius non venit in cessione territorij.
27. Principi reseruata non videntur concessa etiamsi clausula concessionis manerent superflua.
28. Regum donationes debent scribi in libris & rationibus regalibus.
29. l. 2. C. de diuersis rescriptis.
30. Rubei decisiones explicantur.
31. Villa de Arnedo mentio vbi sit.
32. Expressum quod facile esse potuit, si non factum, videtur omissum.
33. Coniecture cessant vbi dubium non est.
34. Possessio ultra titulum nihil prodest.
35. Prescriptio immemorialis potest interpretare titulum qui extat, non verò quando non est titulus, & immemorialis improbat.
36. Possessio præfens non releuat ab onere exhibendi titulum quando agitur de re qua sine titulo obtineri non potest.
37. Possessio qua requirit qualitatem, non prodest sine ea.

L 2 38. Decij

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fife. Pars I.

38. *Decij consilium 271. declaratur. l. i. tit. 10. lib. 5. Recopil.*
 39. *Immemorialis praescriptionis reprobatio in l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. ad completam eo tempore referenda.*
 40. *Bertrando Claclinio plura Rex Henricus donauit.*
 41. *Moneta noua in Castella cusa fuit, & deterior, ut soluerentur Bertrando, & eius militibus stipendia.*
 42. *Moneta deterior in comitiis Tauri diminuta, & ad valorem antiquum reducta.*

Vendito, vel donato castro cum omni territorio, tamen vectigalia quae Principis, non comprehendit, ut ex hoc titulo emptor, vel donatarius retinere possit.

- M**AGNA in hoc casu contro- uersa orta est inter fiscum & Comitum stabuli regnorum Castellae super Gabellis, vulgo, *Alcabalas*, villae de Arnedo: nam cum villam Mosenus Bertrandus Claclinus Comes stabili Galliae haberet ex donatione quam ei Henricus I. Castellae Rex fecerat in remunerationem auxilij, quod praestitit ad Regnum obtinendum; Bertrandusque eam permutaret cum Petro de Velasco Comestabili antecessore, in qua venditione simul omnia iura, ut ipse habebat, comprehensa fuerunt, ex quo postea Domini praedictae villae gabellas exigerunt, & hodie etiam in earum detentatione se defendunt eis praecipue fundamentis.
2. Quippe donato territorio omne ius quod in eo Rex habebat, Bertrando donauit, quibus videntur Gabellae comprehendit argumento textus in cap. 1. quae sint Regalia, ex traditis ab Otalora de nobilitate 1. part. cap. 2. num. 26. & quoties à Principe fit donatio vniuersalis alicuius territorij, si fiat personae illustri (ut in praesenti) & aliae circumstantiae persuadeant, videlicet si exprimantur aliqua ex Regalibus, omnia comprehenduntur donatione, ut notarunt Castrensis tom. 1. conf. 63. per totum, Cuman consil. 162. in princip. versic. *ut omnis*, Tuscus practicar. lit. R, conclus. 82. num. 28. & 29.
3. Idque eo maxime persuaderi intendebant, quia cum pro dicta villa de Arnedo, suburbia & municipia Ciuitatis Soriae, & mille duplas auri Bertrando praestaret Petrus de Velasco, nisi comprehenderentur gabellae solum

pro nuda iurisdictione excederet pretium, & semper ea interpretatio fieri oportet, ut res data aequiualeat acceptis. Hieronymus Gabriel lib. 1. conf. 168. num. 30. Cephalus conf. 505. num. 2. Mantica de tacitis & ambiguis conuent. lib. 6. tit. 9. num. 11. & ex quantitate pretij sumenda coniectura, ut cognoscatur an sit vendita res tota vel pars, Baldus in l. 1. num. 5. Cod. qui testament. facere possunt, & cum quantitas pretij conueniat rei, tota res censetur comprehensa in venditione, Bart. in l. cum tabernam, versic. *Quod autem dixi*, ff. de pignoribus, & in l. semper, in stipulationibus, vbi Decius num. 8. ff. de regulis iuris relati à Menoch. lib. 3. praesumptione 73. num. 1. & in dubio semper illud censetur venditum, quod pretio aequiualeat, Alex. lib. 5. conf. 48. num. 5. & conf. 68. num. 9. Afflict. in c. 1. §. *Illud quoque*, num. 23. & 24. de prohibita feudi alienatione, per Federicum Purpuratum conf. 344. num. 6. & conf. 473. num. 23.

Maximè quia haec interpretatio facilius sumenda, cum pro longo tempore gabellas Domini praedictae villae de Arnedo ex ea venditione percepissent, iuxta quae tradiderunt Ludouicus Romanus consil. 271. n. 4. Decianus lib. 3. conf. 134. num. 42. Mantica de tacitis, & ambiguis conuent. lib. 4. tit. 9. n. 14. & probauit Bald. vol. 3. consil. 425. ut in Castri concessione possit dignosci quantum complectatur, ex eo quod postea sequutum est interpretandum, Mandellus consil. 64. n. 69. Craueta vol. 5. consil. 766. num. 6. Paris. lib. 4. consil. 3. num. 11. Ruinus lib. 4. consil. 53. num. 12. Ludouicus Molina lib. 2. de primogeniis, cap. 6. num. 58. & expenditur de iure nostro, l. 1. tit. 10. lib. 1. Recopil. vbi cum dubitaretur an in titulo alicuius villae comprehenderetur iurisdictione, traditur non comprehendit, nisi quadraginta annis ea usus fuerit donatarius.

Quibus ego adiungo, quod ex decif. 34. 5. & 35. Rubei notauit Marta in compilat. decifionum tom. 4. verbo, *Regalia*, cap. 1. vbi tradit ex coniecturis concessa iurisdictione posse comprehendit ius colligendi pedagium, & eam vrgentem coniecturam in hoc casu procedere dicebatur, quia cum adeo magna seruitia Bertrandus Regi Henrico exhiberet, non aequiualeret donatio nuda iurisdictionis, nisi etiam gabellae donarentur, ex doctrina Alexandri in l. *diuortio*, §. *donationes*, num. 6. ff. soluto matrimonio, & interpretatio fit accipienda, ut res data aequiualeant acceptis, Afflictis decif. 68. num. 2. ex Baldo, Iafone, Cagnolo, Cephalus lib. 4. consil. 505. num. 2. ex Ruino, & aliis Hieronymus Gabriel consil. 668. num. 30.

Sed

6. Sed etiam simul praescriptio immemoralis obicebatur, ut etsi non prodesset ad obtinenda directè vectigalia, tamen sufficiat ad interpretationem tituli ex doctrina Baldi in auth. *quas actiones*, num. 5. C. de sacrosanct. Ecclesiis, & in cap. 1. num. 5. de controuers. inuestitura in feudis, Antonius de Butrio ex cap. *cum dilectus*, num. 5. de consuetudine, vbi in terminis gabellarum, ut possit titulus probari & interpretari per immemorabilem tenuit Minchaca lib. 2. controuers. illustrium, cap. 84. num. 13. ad finem, Petrus Barbosa in repetit. legis *omnes*, Cod. de praescriptionibus.
7. Sed etiam obicebatur legem nostram 2. titulo 15. lib. 4. Recopilat. non potuisse in vectigalibus improbare praescriptionem immemorabilem tempore legis editae iam completam, quasi Princeps non valeat tollere ius causatum ex praescriptione, Ant. Petra de potestate Principis, cap. 25. num. 26. post Iafonem, Ruinum, Parisium, & alios Cephal. conf. 342. num. 75. Surdus conf. 262. num. 65. Gironda de priuilegiis, num. 903. Baldus de praescript. 5. part. 5. partis, quaest. 7. num. 3. & quaest. 8. num. 1. Mieres de maioribus 4. p. quaest. 20. à num. 246. & tempore quo nostra lex edita fuit anno millesimo quingentesimo & quarto, & iam erat completa praescriptio immemoralis: nam donatio fuit facta Bertrando à quo habuit Petrus de Velasco anno 1370. plusquam 130. anni antequam dicta lex ederetur.
8. His igitur non obstantibus quae ab Ad-uocatis Comestabili allegabantur, adhuc fisci ius manifestum apparuit, ut ad Regale Patrimonium vectigalia dictae villae pertinerent, quia nullo tituli colore iuuatur, sine quo saepius diximus vectigalia Regis obtineri non posse, & notandum est, ut quamuis Bertrandus Petro de Velasco vendiderit villam cum redditibus, id est, *rentas*, in donatione Regis Henrici facta Bertrando, nihil amplius quam dicta villa cum iurisdictione & territorio donatione comprehensa, ut ex ea apparuit, & quamuis ex gabellarum exactione probetur iurisdictione & territorium, quia imponere & exigere ad merum imperium pertinet, facit l. *litibus*, Cod. de agricolis, & censitis, lib. 10. l. *indicia certa*, Cod. de rei vindicat. cap. licet causam de probat. per textum, ibi notarunt interpretes communiter ex Baldo, Calcaneo, Craueta, Socino seniori, Bruno, Decio, & aliis, qui tenuerunt, probauit Menoch. conf. 21. num. 18. & conf. 147. num. 21. idem Menoch. de retinendo remedio 3. num. 582. Corneus vol. 1. conf. 333. n. 10. Surdus conf. 429. num. 46.

Tamen è conuerso vectigalia non comprehenduntur sub concessione iurisdictionis: nam, ut inquit Baldus vol. 5. conf. 243. num. 1. ius colligendi pedagium cohaeret solo, non tamen ad solum vel territorium pertinet utilitas, & ideo ad fiscum perceptio pedagij, & non ad Castrum, vel territorium Castri, nisi esset tale Castrum, quod haberet pro se fisci priuilegium, & ideo Baldus ibi num. 2. tradit: *Et non est ius colligendi gabellas eiusdem speciei cum iurisdictione*. Et quia vectigalia sunt de Regalibus, & reseruata in signum supremae iurisdictionis, ea quantumcunque generalibus verbis concessa non videntur, ex Baldo, Firmiano, Imola, Cumiano, & Aegidio Bosio, in terminis probauit Gironda de gabellis 1. part. num. 60.

Et nunquam vniuersali concessione veniunt Regalia cap. *quoad translationem*, vbi Doctores de officio delegati in terminis concessionis Castri Alberticus in lege 1. num. fin. ff. de officio eius quem sequuntur interpretes Matia, Socin. vol. 3. conf. 98. num. 31. Natta conf. 487. num. 13. & 31. Surdus conf. 127. num. 62. & conf. 152. num. 34. Boher. q. 50. num. 13. Laudensis de Principe notab. 115. Menochius de praesumpt. lib. 3. praesumptione 97. num. 41. Couaruu. practicar. cap. 1. num. 10. Rosental de feudis, cap. 5. de Regal. conclus. 14. num. 1. & in additionibus sub lit. A, Mastrillus de Magistratibus lib. 1. cap. 14. num. 6. Cabedus 2. part. decif. 12. num. 2. quia verbis expressis non dubiis regalia debent concedi, Craueta vol. 5. conf. 895. num. 1. Sixtinus de regalibus lib. 1. cap. 5. num. 76.

Et quod magis est, etiamsi concessa iurisdictione nullo modo expediri posset, nisi Regalia concederentur adhuc concessione iurisdictionis non veniunt, nisi exprimantur ex Abbate, & aliis probauit Felinus omnino videndus in cap. *Prudentiam*, §. *sexta*, num. 4. & in cap. *Praterca*, num. 2. versic. *secunda limitatio*, de officio delegati: eis verbis: *Secunda limitatio fit, si illa talia essent de reseruatis Papa, quia etsi iurisdictione nullo modo expediri posset, illa tamen non viderentur concessa*, & in Regalibus quamuis concedantur, numquam tamen imponere reseruata, etsi sine illis alia concessa non possint expediri, Surdus consil. 152. num. 34. unde cum in hoc casu Regalia non donata, & vectigalia de reseruatis censeantur, non poterit villo modo admitti, donata iurisdictione vectigalia comprehendit.

Iuuat quod tradidit D. Ludouif. decif. 487. num. 4. ut descenderet à falsitate testimonium, in quo testis dixerat: sciebat mancipium esse talis iurisdictionis, etiamsi nec sciret,

L 3 sciret,

sciret, an eius vectigalia ibi exigerentur, & addit D. Ludouif. eis verbis: *Vltra quod non pugnant simul scire locum esse de territorio, & nescire an in eo gabella exigantur*, quippe non est consequens iurisdictionis gabellarum exactio, etiam si iurisdictionem insinuent, vt ex Craueta, & aliis probauit Marius, Natra decif. 99. num. 18. & in eadem specie, vt concessio Castro cum mero & mixto imperio ex eo non transeat ius exigendi gabellas, ex Iacobino de sancto Georgio, Peregrino, & aliis probauit Hieronymus Leo 1. part. decif. Valent decif. 82. num. 15. & 16.

13. Sed nec etiam aliquo modo potest interpretari hac concessione iurisdictionis comprehendigabellas, vltra quod omnino diuersa sunt vectigalia & iurisdictionis, quippe etiam si ex Garibayo, Mariana, & aliis, quos refert Ioannes Gutierrez de gabellis quaest. 2. num. 2. & 3. origo gabellarum in his Regnis esset anno 1342. ex concessione facta Regi Ildephonso Vndecimo, ad expugnationem vrbs Carteix, omnes tamen Historici tradunt concessionem fuisse temporalem, & solum ob hanc causam, quamuis postea anno 1349. ad expugnationem Calpenfis vrbs, eidem Regi Ildephonso iterum concessio facta, vt refert Garibaius lib. 14. compendij Historialis, cap. 23. & Mariana lib. 16. Historiae Hispanae cap. 15. & fuisse limitatam concessionem denotat Gironda de Gabellis in praeludio, num. 8. vbi tradit, quomodo possit conciliari, quod ex Garibayo, & Lafarte refert Gutierrez dict. quaest. 2. num. 3. concessam fuisse gabellam sine temporis restrictione, vt id non sit interpretandum, perpetuo fuisse concessam, sed tunc solum non fuisse restrictam dum bellum cum Sarracenis duraret.

14. Sed tamen certum fuit non solum eo tempore gabellam vniformiter, ita vt in omnibus locis quasi ius Regale exigeret: nam vt tradit Garibaius dict. lib. 14. cap. 17. Regi Ildephonso ad expugnationem Carteix, vulgo *Alfecira*, concessae fuerunt duae minae vulgo *meajas*, ex quolibet *marapesimo*, qui constabat quadraginta minis, & ideo non decima gabella, sed vicefima tantum concessa, & ita postea eius filius Rex Petrus solum vicefimam exegit, vt tradit Petrus Lupus de Aiala in eius Historia anno secundo sui Regni, cap. 18. id tamen postea vrgentibus necessitatibus Regni immutatum, & ex decem vnum pro vectigali concessum fuit anno 1366. sed nec in omnibus locis admissum, cum postea tempore Regis Henrici II. Ioannis I. & Henrici III. qui successerunt Petro, necdum in tempore trium Regum adhuc

decima, sed vicefima solum exigebatur, vt ex Chronico Regis Henrici III. cap. 21. probauit Lafarte de gabellis, ad l. i. tit. 17. lib. 9. Recop. num. 13. taxans inde Garibaius Historiographum, in eo quod dixit duas minas ex quolibet Marauetino, qui quadraginta constabat, fuisse concessas, & ideo vicefimam exegisse Regem Ildephonsum: nam vt ex Couarr. probat eo tempore sexaginta minas valebat quilibet Marauetinus: vnde colligit solum trigefimam exegisse.

Constans vero est tempore Regis Henrici II. solum vicefimam solui: nam ei concessae fuerunt tres minae ex quolibet Marauetino, quod respondet vicefima, cum ille sexaginta minis constaret, & eo etiam tempore solum vicefimam solui admittit Gutierrez dict. quaest. 2. num. 7. vbi tradit anno 1393. plusquam viginti, postquam donationem fecit Henricus II. Bertrando dictae villae de Arnedo nondum decima, sed tantum vicefima exigebatur, ex quo nullius iudicium admittere poterit donatam fuisse decimam (quam inde exigunt domini villae de Arnedo) quae tunc non erat: quippe semper Regna Castellae eam repudiarent, nec vnquam acquirerunt decimae solutioni quousque post mortem Regum Catholicorum Ferdinandi & Elizabethae, Cardinalis Franciscus Ximinius dum esset horum Regnorum Gubernator, vt ex Molina de iustitia & iure 3. tom. disputatione 623. num. 1. tradit Gutierrez vbi supra num. 10. pro vna summa cum Regno conuentionem fecit, vt pro deo vnum solueret, quae fuit prima capitatio, vulgo *encabezamiento* horum Regnorum.

16. Sed ego notandum cenfeo vt tempore Regis Petri, quo dicitur decimam fuisse concessam, nunquam ei consensisse populos Regni: nam in ipsa Curia quae tunc erat in ciuitate Burgenfi, Castellae Metropoli, populares in exactores decimae indignatos, sine metu vindictae & iustitiae Regis Petri, exactores occiderunt, vt constat ex Petro Lupo de Aiala in eius Historia ann. 2. sui Regni, c. 5. Et quod magis mirandum de elato animo, & minus acri ipsius Petri, nunquam inquisitio aduersus occidentes facta, nec aliqui carcerati fuerunt, nec defidiae Gubernatorum non tribuendum, sed prudentiae; nam etsi in priuatorum delictis exacerbari suplicia publice congruit, tamen communis & vniuersa populi insultatio & delictum dissimulationem petit & veniam, iuxta illud Senecae lib. 2. de ira, cap. 10. *In singulos seueritas Imperatoris recte distinguitur, at necessaria venia est vbi totus deseruit exercitus.*

Et

Et Luca nus cecinit:

— *Quippe ipsa metus exoluerat audax
Turba suos quidquid multis peccatur
inultum est.*

Vnde cum eo tempore nondum introducta esset decima gabellarum quando donatio villae de Arnedo cum territorio Bertrando facta fuit, nec populi, etsi decima peteretur, ei acquisissent, vltra quam solum villa cum territorio donata, licet expresse de iuribus Regalibus ageretur, & donatio ea respiceret, solum poterat intelligi in iuribus praesentis temporis, non futuris, ex Bartolo, Decio, Baldo, Alexandro, Panormitano, probauit Thufcus practicarum lit. D, concl. 626. num. 28. & 29.

17. Idque valido argumento procedit, quia nulla de gabellis mentio facta in praedicta donatione, & cum gabellae sint de Regalibus, l. 1. & 2. C. noua vectigalia institui non posse ex Romano, & aliis Decius cōf. 534. n. 1. Minsingerus cent. 5. obseru. 29. ideo non veniunt in generali concessione nisi aperte exprimantur, vt proximè notauimus, & probatur c. 1. lib. 2. tit. 5. r. de Capitaneo qui Curiam vendidit in vrbibus feudorum, eis verbis: *Respondet illud beneficium in venditione non contineri nisi expresse de eo actum sit.* ex Baldo & Boherio Mantica de tacitis & ambiguis conuent. lib. 4. tit. 9. num. 27. facit l. obligatione generali 6. l. denique 8. ff. de pignoribus, vbi notant omnes l. qui peculij 47. de peculio, & argumento c. quoad translationem, de officio delegati, vt generalis translatio bonorum non extendatur ad ea quae speciale requirunt concessionem, ex Albaroto, Mantica vbi proximè num. 21. ex Andrea Siculo & Luca de Peña, Gamma decif. 31. num. 5. & 7. & ex l. si mihi, Maxia de legatis 3. cum Pinello & Auilefio in terminis gabellarum, Gironda de gabellis, 2. p. num. 38. ibi: *Nec vnquam ex verbis quantumcunque generalibus videtur concessum à Principe quod est ei reseruatatum in signum supremae potestatis, vt notatur in d. c. quoad translationem.*

18. Nec ad hoc prodesse poterunt verba plena & exuberantia, quia quod specialiter prouidendum nisi ita fiat, censetur neglectum arg. l. si de certa, C. de transact. l. emptor, §. Lucius, ff. de pactis, l. doli clausula, de verborum obligat. & in specie vt gabellae nunquam venditae vel donatae censentur, nisi expresse concessae fuerint, vt indubitatum tenuerunt Tiberius Decianus dict. lib. 3. responso 124. num. 42. Romanus consil. 27. numero 4. Mantica de tacitis & ambiguis

conuentionibus lib. 4. tit. 9. num. 14.

19. Idque etiam si aliqua coniectura suaderent gabellas concessas, quanto magis cum nullae esse possunt, nec aliquo modo censeri potest donatum quod tunc non erat, c. Pastoralis 7. de donat. ibi: *Quod suum est, conferre videtur*: cap. quod autem, §. 1. de iure patronatus, l. si ita 17. de vsu & habitatione. Et ego expendo textum elegantem in l. si domus 74. §. fin. de leg. 1. vbi dupliciter probatur, quia agens de fundo vectigali, Iuriscultus quod vicinis alicuius populi soluebatur, tradit si ipsis vectigal legaretur, non valere legatum, quia nullum ius in vectigali testator habebat: & addit alium casum, Nota verba ibi: *Sed si non municipibus, sed alij fundum vectigalem legauerit, non videri proprietatem rei legatam, sed id ius quod in vectigalibus fundis habuit.* Et videndum celebre consilium Rolandi à Valle, conf. 82. num. 16. vol. 2. vbi tradit ex Ruino: *Donationem Imperialem factam Monasterio sancti Michaelis de Curia, qui dicitur Zena, non tribuit aliquod ius Ecclesiae nisi ostendatur quod illa Curia spectaret ad Caesarem Maiestatem, quia per illam Caesar videtur tantum donasse ius quod in illis habebat.* l. c. quae nondum 15. §. quod dicitur, ff. de pignoribus.

20. Igitur quantumvis vectigalia donarentur in hoc casu cum decima non exigebatur, non potest percipi à donatario, nec licet donaretur vicefima, quae tunc erat ad decimam extendere, donatarius non poterat, quia priuatorum non est vectigalia instituire, & extendere, sed solum Regis, l. 14. tit. 11. l. 27. tit. 18. lib. 6. l. 16. tit. 8. l. 15. tit. 27. lib. 9. Recopil. in terminis decif. 8. Camerae Imperialis, num. 11. Minsinger. centuria 5. obseruat. 29. Couarr. in reg. possessor. 2. p. §. 4. num. 1. Thefaur. decif. 16. Cauedo 2. p. decif. 24. num. 10. ex Afflict. Lessio, & aliis, Hieronymus Leo 1. p. decif. Valentina 82. num. 6. & expresse lege nostri Regni probatur in l. 16. tit. 10. lib. 5. Recopil. vbi aperte deciditur quando vectigalia donantur, non posse extendi à donatario, sed eo modo percipienda, quo antea soluebantur.

21. Deinde quia etsi vniformiter gabellae soluerentur tempore concessionis, & sequenti, & in donatione D. Regis Henrici comprehenderetur villam donare cum territorio & omni iure quod Regi pertinebat, nunquam dicendum vectigalia comprehendere, quia cum Principi debeantur vt Regi, nunquam ex verbis generalibus illa se abdicare videtur Albericus in l. fin. Cod. de iurisdictione omnium Iudicum, Calcaneus conf. 101. columna. 1. Socinus iunior vol. 3. conf. 98. n. 3. 1.

ex

ex Iacobino, Laudensi, Bossio, Natta & Rolando à Valle tenuit Surdus conf. 47. n. 38. pro certo statuens quando Princeps concedit vassallo omne ius quod habet in tali castro, ceteri solum illud ius transtulisse quod sibi competit tanquam Domino, non tanquam Principi, & maximè procedit in vectigalibus, nam quamuis expressè concedantur regalia aliquibus expressis, tamen nunquam venit ius imponendi vel colligendi vectigal ex decis. 29. primâ parte nouissimarum Rubei tradit Marta in compilatione decisionum, tom. 4. verbo *Regalia*, cap. 4. nam in concessione de referuatis non veniunt quod iure, vel consuetudine Principi relicta, vt ex Felino, Alberico, Paulo Castrensi, Velasco, & aliis notauit Cauedo 2. p. decis. 66. num. 4. 5. & 6. vbi etiam Dominus perpetuo vassallorum aliquod territorium Princeps adiunxit, & concessit, eo addit o, vt volebat in eum omne ius quod habebat, transferre, adhuc nunquam videtur concessum quod in signum supremæ iurisdictionis Principi referuatur.

22. Et ad eò vrget argumentum, vt quoties vectigal imponitur, adeo exorbitans & iniquum existimatur alteri quàm Principi solui, vel aliquem priuatum ab eo eximi: vt quamuis expressè eius concessio aut exemptio concedatur, adhuc tamen operari non poterit nisi adiungatur clausula *non obstante*, ex quibus & argumento l. in fraudem, Cod. de annoniis & tributis lib. 10. l. omnium, C. de vectigalibus & commissis, ex Bartolo, Salicero, Ferreto, Francisco Marco, Ruino, Riminaldo, & aliis probauit Mastrill. 2. p. decis. 156. num. 3.

23. Sed etiam si Princeps concesserit omne ius quod in castro habuerit, nunquam venire vectigalia expressè notauit Surdus conf. 53. num. 1. quia intuitu Regiæ dignitatis soluentur, & differentiam constituit inter iurisdictionem, gabellas & datias, vt quamuis vassallo, cui concessum fuit feudum totius iuris quod Princeps in eo habebat, vt eius loco subrogaretur, hoc intelligendum circa iurisdictionem, non tamen quoad exactionem librarum quæ vt Principi concedenti soluebantur, & confirmat idem Surdus conf. 127. vbi pluribus probat & addit rationem num. 64. ibi: *quia in venditione non includuntur ea quæ non sunt de natura rei vendite*: l. si mercedem, §. si cum fundum, de actionib. empt. vt ex Innocentio, Bartolo, Baldo, Iasone, & aliis ibi probat, & similiter ex Alberico, Bossio, Natta, Rolando, & aliis, idem Surdus confil. 210. num. 51. vt defenderet Ducem Montisferrati, vt quamuis subinfeudaret ali-

qua oppida cum omni iure quod ei competere poterat, tamen rectè adhuc potuit prohiberi, ne salnitrum (vt eius verbis vtar) ex quo puluis conficitur ad vsum tormentorum, colligere posset, quamuis concessio subinfeudationis esset generalissima ea referenda ad alia iura quæ habebat tanquam Dominus loci, non verò quæ ei competunt vt Duci.

Facit etiam quia longè differt iurisdictione 24. à gabellis quia iurisdictione annexa est territorio ad eius tutelam, l. congruit, ff. de officio Præsidis: at vero percipere datium & gabellas, nõ est de territorio, quia transeuntes qui de eo non sunt soluere solent, vt vltra predictam hanc differentiam considerauit Immola conf. 121. num. 4. nam quamuis valde ampla sit concessio iurisdictionis meri & mixti imperij adhuc non inducit facultatè imponendi, & exigendi vectigalia: & ideo Præsides prouinciarum quorum amplissima potestas fuit circa iurisdictionem, l. 1. l. *Illicitas*, §. *per vniuersas*, ff. de officio Præsidis, adhuc tamè sine expressa concessione Principis non poterant imponere vel exigere vectigalia, l. 1. & 3. C. vectigalia noua institui non posse.

Et quantum iurisdictione ab eis differat, 25. inde constat, nam quamuis in Cancellariis nostris suprema Principis resideat iurisdictione, adeo vt earum sententiis lites finiantur, vt iure ordinario ad aliud tribunal appellatio non sit, l. 1. tit. 20. lib. 4. Recopil. adhuc tamen sine expresso Principis permisso & rescripto Cancellariæ in suo territorio nullas Collectas imponere valent, l. 16. tit. 8. lib. 9. Recop. nam id pertinet ad ius Regale, quod multum differt à sola iurisdictione, & ex Ciccerone lib. 2. Rhetoricorum rationem reddit Ægidius, Bossius in praxi titulo de Regaliis num. 28. *quia regalia admittere est Maiestatem Regis minuere*: Et tenet nullis verbis generalibus ius vectigalium concedi, & Cuman. conf. 162. num. 3. ad finem, differentiam constituit, vt etsi instituere noua vectigalia sit ex Principi referuatis, adeo vt nullo modo concedere possit, nec à se abdicare titulo Cod. vectigalia noua institui non posse, l. *inter publica*, ff. de verb. significatione, tamen, etsi instituta vectigalia concedere valeat, id fieri debet expressè concessione, non subintellecà, ex quibuscumque verbis generalibus.

Præsertim quia vt prædiximus, ex natura territorij & dominij quod donatum fuit in hac villa non possunt venire vectigalia, nec etiam illa quæ vectigalium ratione destinata, vt si venderentur prædia cum omnibus 26. quæ

quæ ibi venditor haberet, & essent domus ad colligenda pedagia, adhuc illæ domus comprehendi non deberent ex Bart. Bald. Innocent. & Socino iuniori probauit Surdus conf. 127. num. 64. nam etsi venditor vtatur verbis generalibus, ea tamen restringenda sunt ad id quod ex natura rei venditæ, Bald. in rubrica Cod. de contrah. empt. Iason in leg. 1. num. 15. de iurisdictione omnium iudic. vbi probat ius colligendi vectigal, non comprehendendi ex concessione alicuius rei vel territorij; & pluribus tenuit Surdus vbi proximè num. 62. & ex Marfilio & aliis Antonius Petra de potestate Principis, cap. 22. num. 44.

27. Quod in tantum procedit, vt quamuis ne clausulæ maneat inutiles, & superflue oporteat eas extendi, argumento l. si quando 112. de legatis 1. ex Simone de Prædis, Galinio, Mieres & pluribus D. Castillo, tom. 4. controuers. cap. 38. adhuc tamen solum intelligendæ, & extendendæ, vt operentur iuxta naturam rei venditæ, vt tenuit Alex. in l. 3. in principio, num. 23. de acquirenda possessione, & vol. 5. conf. 21. num. 8. Iason in *l. quominus*, num. 126. de fluminibus, & Ripa num. 130. vbi tradit, vt quamuis donetur aut vendatur prædium cum suis pertinentiis, & omni iure adhuc quod in eo competere possit, tamen non censetur donatum vel venditum ius ædificandi furnos, aut exigendi collectas, aut aliud quod ad Principem spectat.

28. Denique, quia hæc donatio non est infinuata, nec scripta in rationibus regalis patrimonij, quas dicimus, *libros de lo saluado*, & iuxta l. 9. tit. 10. lib. 5. Recopilat. omnes donationes, quæ antea à Regibus factæ erant, & quæ postea fierent, iubentur scribi in prædictis libris, aliàs declarat eas irritas, & inanes, & ideo quamuis expressè gabellæ concederentur in dicta villa de Arnedo, & tunc soluerentur Regi concedenti, non poterat aliquatenus locum habere, nisi rescriptum scriberetur in prædictis libris, vt vltra dictam legem nonam probatur l. 1. tit. 18. lib. 9. Recop. ideo cum nullo modo apparuerit prædictam donationem hanc habere solemnitate, eà non poterit donatarius iuari argumento l. *scire oportet*, §. *consequens*, de excusat. tutor. ibi: *non aliter audiatur, quam si obseruauerit constitutum tempus*.

29. Facit regulal. 2. Cod. de diuersis rescriptis & ibi notata est in cap. *plerumque* 23. vbi glossa verbo *intra annum* de rescriptis, obseruat in terminis Matienzo in dict. l. 9. gloss. 2. Auendaño de exequendis mandatis, 2. p. cap. 4. n. 8. Franciscus Marcus 1. part. decis. 41. Gironda de priuilegiis, n. 325. & quamuis Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Pars I.

hodie Princeps validam redderet prædictam donationem, & suppleret omnes, defectus adhuc solemnitas dictæ legis 9. obseruanda iuxta quod ex glossa, & pluribus probauit Cassiodorus decis. 33. super regul. Cancellariæ, num. 1. & 2. Ludouicus Romanus confil. 383. Dominicus de sancto Geminiano confil. 128. num. 3. Mandosius ad reg. 10. Cancellariæ, quæst. 1. in principio, Tuscius practicarum, lit. G. verbo *gratia*, conclus. 57. num. 1. 8. 9. & 10. latè Rebuffus in praxi beneficiis, 2. part. cap. 1. de rescripto, perinde valere n. 45. Marta de clausulis 1. part. clausula 32. n. 1. Riccius 4. part. collectanea 1471.

Quibus nihil obstant quæ supra in contrarium obiecta, quia primum, vt donato territorio villæ & omni iure Regio videatur comprehendi vectigalium donatio, satis probauimus id non posse procedere, quia multum differt iurisdictione à iure percipiendi vectigalia, nec obstant decisiones Rubei 34. & 35. quia loquuntur circa priuilegium, in quo res valdè insolitæ concessæ fuerunt, & de concessione facta à Pontifice nepoti à fratre, vt sedaret rixas & contentiones inter officiales diuersæ iurisdictionis; & ille finis non sequeretur, si maneret aliena iurisdictione ad vectigalium exactionem, & ideo gabella, quæ Ecclesiæ soluebatur, ex qua rixæ occasio, videtur etiam donata, quod longè diuersum est in hoc casu, vbi Rex donans iurisdictionem & villæ territorium, nondum habebat eo tempore decimam & gabellas, & cessat prædicta ratio.

Nec secundum obstabit, quasi non correspondeat pretio, & permutationi mille duplarum auri, & suburbium ciuitatis Sorix permutatio villæ de Arnedo cum sola iurisdictione sine vectigalibus, quippe vltra quam prædicta villa de Arnedo est antiqua cum propugnaculo, familiis nobilibus, infertili solo sita, vt de illustri populo eius mentio sit in historia Regis Henrici II. vt constat ex Petro Lupo de Aiala, cuius etiam meminit frater Franciscus Gonzaga Archiepiscopus Mantuæ de origine Religionis sancti Francisci, circa foundationem Monasterij dictæ villæ, id etiam non oportet regulari ex permutatione Bertrandi & Petri de Velasco, sed ex donatione villæ, quam Henricus Rex fecerat Bertrando, & cum in ea non poterant comprehendi vectigalia, quæ tunc non erant, nec aliqua mentio vectigalium facta fuit, non potest aliqua interpretatio, vel coniectura prodesse, vt contra ipsum donationis instrumentum comprehendatur, quod non continetur, nec potuit contineri, & in rescripto, & lege, quod non dicitur expressè, nec

nos dicere debemus, Bald. lib. 1. conf. 298. col. 1. Socinus lib. 3. conf. 64. num. 3. Decianus vol. 1. responso 13. num. 11. Surdus conf. 574. num. 5.

32. Præfertim, quia si tempore donationis vectigalia exigerentur, facile esset exprimere, si vellet. l. unica, §. *si autem ad deficientis*, C. de caduc. tollend. ibi: *nam si contrarium volebat, nulla erat difficultas coniunctim ea disponere*, cap. ad audientiam de decimis, Craueta conf. 6. num. 66. Surdus conf. 143. num. 15. & conf. 340. num. 2. Decianus lib. 3. conf. 114. num. 15. Cancer. tom. 2. variar. cap. 20. de legatis ex num. 377.

33. Et quamuis coniecturæ sumendæ tunc solùm, quando titulus esset dubius, quia vbi dubium non est, præsumptiones non procedunt, l. *ille, aut ille*, §. *cum in verbis* de legat. 3. Bart. in repet. l. adrogat. de adopt. num. 27. & in l. *si pluribus*, §. 1. num. 1. de legatis 2. Spino in speculo testament. in rubrica 2. part. n. 25. Menoch. lib. 3. præsumpt. 145. num. 4. Azebedo in l. 11. in principio, tit. 8. lib. 5. Recopilat. ex Tiraquello, Gallinio, Mayolo, & Mantica, D. Castillo de usufructu, cap. 30. num. 56. nec titulo alia adiicienda interpretatio, quam quæ ex verbis desumitur, argumento Auth. de triente, & semisse, §. *consideremus*, collat. 3. Bart. in l. *illam*, 19. num. 1. Cod. de collat. lason in l. vinum, num. 8. ff. si certum petatur, Rolandus à Valle vol. 4. conf. 24. num. 23.

34. Nec obstabit obseruantia subsequuta ex qua Domini dictæ villæ vectigalia perceperunt, quia vltra quam ex usurpatione iniusta ignorante Principe à titularis, & dominis locorum fuisse vectigalia exacta traditur in dict. l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopilat. quando apparet ex donatione nihil amplius in ea villa, quam iurisdictionem & territorium Bertrando Regem donasse, nihil sequens possessio poterit titulum lædere contra mentem donantis ex celebri doctrina Castrensis tom. 2. conf. 81. num. 3. vbi tradit quamuis ex antiqua possessione præsumatur aliqua solemnitas, quæ defuerit, id tamen locum non habebit, quando ex ipso titulo constat defuisse solemnitatem, aut non comprehendere illud ad quod extenditur, quia temporis præsumptio cedit veritati, quæ ex tenore tituli apparet, vt ex Bartolo, Speculatore, Innocentio, & aliis probauit Castrensis, vbi proximè n. 3. Grammat. decis. 79. num. 21. Ant. Gabriel titulo de præsumpt. conclus. 1. limitat. 4. n. 57. Menoch. lib. 3. præsumpt. 137. num. 79. Mascard. de probat. conclus. 1332. num. 33. D. Molina lib. 2. de primogeniis, cap. 6. num. 74. Tuscus verbo, *solemnitas*, conclus. 325. num.

22. Marefcot. lib. 1. resolut. cap. 13. ex num. 1. ad 5. & quamuis adeo magna præsumptio fit pro validitate actus, quando ex inspectione actorum deprehenditur aliquis defectus, cessat præsumptio, Surdus conf. 61. num. 49. & semper obstabit possessioni vectigalium titulus in quo vectigalia non comprehensa, & qui vltra titulum possedit potius iniustus detentor, quam possessor censendus, vt ex cap. veniens penult. in fine de præscript. probauit Mandellus Albensis conf. 299. num. 14.

Nec admitti potest quod ex opposito dicebatur, non allegari possessionem & vectigalium præscriptionem, vt titulum, nam certum est eam non admitti, d. l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopilat. sed ad tituli interpretationem vt ex Baldo, vol. 2. conf. 242. Felino, & Balbo, refert Greg. Lopez, in l. 7. gloss. 1. tit. 29. p. 3. quia id procedit, vt ipse tradit, quando titulus iustus allegaretur, nam cum de illo constaret si aliquod dubium emergeret, posset immemoriali præscriptione declarari: sed tamen in hoc casu nullus extat titulus vectigalium, nec extare potuit eo tempore quo gabellæ institutæ non erant.

Sed etiam si villæ de Arnedo maioratus factus postea fuit, & in eo omnia exprimantur quæ pertinent ad iurisdictionem, non tamen aliquid de vectigalibus adiicitur, & ideo certum est nullam antiquitatem fuisse vectigalium possessionem, sed nouam usurpationem, cui causam dederunt Castellæ turbationes iuxta d. l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. & vt notauimus, etiam si si titulus esset, si non haberet solemnitates quæ à iure requiruntur, titulus non prodesset & succedit doctrina Baldi in l. *non ignorat*, C. qui accusare non possunt, vt quando status præsens indicat, quod non potest haberi possessio sine priuilegio, tunc quasi possessio non prodest, nec releuat ab onere bene probandi priuilegium ex Bartol. Cino, Speculatore & Innocentio probauit Alex. in l. Titia 35. num. 5. ff. solut. matrimonio: sequitur Imola & antè tradiderat Bald. in d. l. Titia, & idem voluit additio glossæ singularis in l. *solemnibus*, C. de fide instrument. quæ non admittit quasi possessionem eius quod non potest haberi sine priuilegio, quam glossam sequitur Bald. ibi & declarat Castrensis, & tenuit Palacios Rubios, in cap. *per vestras*, §. 1. vers. *sed è pulchra dubitatio*, numer. 43. & 44. vbi ex cap. *cum persona*, de priuilegiis lib. 6. tradit, quasi possessionem non releuare ab onere probandi titulum, quando ius resistit adducens l. 1. C. de reis postulandis, Archidiac. Abbatem, Anchar. Petrum de Antiboli & alios.

Et quoties titulus vel patientia Regis non potest

potest circa vectigalia operari sine prædictis solemnitatibus, tunc possessio etiam per mille annos nihil præstat sine qualitate, nec sufficit possidere cum qualitate reprobata, Caualino, l. p. milleloquio 419. nam defectus qualitatis inducit exclusionem tituli, argum. eius quod notatur in l. *cum notissimi*, C. de præscript. triginta vel quadraginta annorum, & eo casu nihil obstant immemorialis præscriptio vt ex Anchar. confil. 81. tradit Palacios Rubios, l. notab. vers. *Vnum tamen*, & numer. 7. & pro hac sententia Barahona in additionibus adducit Minchacam, Couarruiam, & Gregorium Lopez.

38. Nec aliquid mouere poterit confil. 271. Decij, vbi defendit ex immemoriali Ducem Metinæ Sidoniæ ad obtinendas collectas ex Tynnorum piscatione, quia vltra quam consilium Aduocati non est, lex procedit in aliis iuribus Regalibus, non in gabellis, in quibus apertè immemorialis præscriptio legibus nostris improbata, & ita etiam accipienda l. 1. tit. 10. lib. 5. Recop. quæ tradit adquire iurisdictionem ex possessione 40. annorum cum titulo, & quantum differant gabellæ à iurisdictione iam ostendimus.

39. Et quod dicitur l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. quæ improbat immemoriam non procedere in iam completa, vltra quam supra notatum est allegat. 15. etiam in iam causata præscriptione procedere, tamen nullo modo potest probari tempore dictæ legis iam fuisse completam immemoriam, quia lex edita plusquam centum & triginta retrò annis, qui excedunt longiorem vitam hominis, & de immemoriali in hoc casu ante editionem legis nullus sit, qui deponere valeat.

40. Denique quod obiectum de seruitiis Bertrandi, vt ea rependi non viderentur nudæ iurisdictionis donatione sine gabellis, vltra quam vectigalia, quæ tunc non erant donati non poterant, vltra prædictam villam Rex Henricus Bertrando donauit Ciuitatem Sorriæ, villas de Atienzo, Almazan & plures, & Molinam cum titulo Ducatus, quæ omnia postea Rex ab illo recuperauit, pro pretio ducentarum, & quadraginta mille duplarum auri, vt tradit Petrus Lupus de Ayala in eius Historia anno 9. cap. 8.

41. Sed ad solutionem stipendiorum, quæ Bertrando & eius militibus auxiliariis debebantur, ingens pecuniarum summa condonata, quæ adeo magna fuit, vt cum non sufficeret ad id Regalis Gaza, noua moneta cusa fuit, vt possent solui stipendia, quæ debebantur, & necessitatis succurrendæ causa fuit exiguioris valoris quam intrinseci, idque in vrbe Toleti decretum fuit consilio pro-

Iean. Bapt. Larrea Allegat. Fife. Pars I.

cerum regni, quod ad id Rex iussit congregari, & tempore ea moneta deterior redditamagnam indigentiam rerum & pretiorum augmentum induxit, constat ex Chronico Regis Henrici II. anno 4. sui Regni, cap. 10. vbi Petrus Lupus de Ayala hæc notanda verba refert. *I por todo esto acordò de labrar monedas que decian Cruçados, y valia cada vn cruzado vn marauedi y otra moneda que decian Reales, y valia cada real tres marauedis, y era moneda muy baxa de ley, y ordenò el Rey que en cada vn Arcopispado, se labrase tal moneda, y pusieron la arenta, y montò muy grandes quantias, y luego de presente aprouecho que pagò con ellas à Moßen Beltran y a los estrangeros, que vinieron en su seruicio, que les debia muy grandes quantias. Otrofi à muchos de los suos que debia mucho en manera que despues por tiempo se daño esta moneda, y llegaron las casas à muy grandes precies en guisa que valia vna dobla trecientos marauedis, y vn Cauallo sessenta millia marauedis, y asi todas las cosas.*

Et eadem Chronica anno 6. cap. 8. refer- 42. tur cum in dies mala creuissent ex moneta deterioratione, quæ cusa fuit, vt soluerentur stipendia Bertrando, & suis militibus in comitiis generalibus Regni, quæ celebrata in vrbe Tauri, decretum fuisse, vt valor eius monetae diminueretur ad antiquum redactus quo damnis medicina adhibita: nota verba: *Otrofi en estas Cartas, ordenò el Rey D. Henrique porque en las guerras y necesidades el auia ordenado en el tiempo pasado de mandar labrar y se labrò vna moneda que decian Reales, y eran de baxa ley, y que valia el Reale tres marauedis, y el cruçado vn marauedis lo qual se auia echo por poder pagar enteramente muchas y muy grandes quantias, quel debia à Moßen Beltran de Claquin y à otros Caualleros y estrangeros del Reyno, y que agora por alguna causa que huuo, para ello la moneda era tan dañosa que no balia nada, y por esta razon las viandas, y armas, y caualllos, y joyas, y plata, eran en tal quantia que no se podia comprar, que llegó à valer vn cauallo bueno de aquella moneda ochenta mill marauedis, y vna mula quarenta mill: el ordenò en estas cortes que hasta que hubiessemos Theoros para labrar otra moneda, que tornasse el Real que valia tres marauedis, à valer vn marauedi, y el Cruçado que valia vn marauedi que valiesse dos Cornados, y con esto se enmendo mucho el echo, hasta que despues se ordenò de otra guisa.*

Quæ similia & alia damna experti fuimus cum moneta ærea valore creuit apud nos, & ideo postea anno 1628. diminuta, de quo plura tradidimus in decis. Granat. cap.

12. per totum omnino videndum, & hoc factum Regis Henrici illis addendum est.

44. Unde ex prædictis constat iure deneganda vectigalia villæ de Arnedo Comiti Itabuli Castellæ, & ita obtentum fuit: nam ille pro certo pretio redemit, & à consilio Regalis patrimonij eorum nouum priuilegium obrinuit.

ALLEGATIO XIV.

Venditio eius quod donatum, non potest extendi ultra id quod donatione comprehensum.

1. Vectigalia non potest percipere priuatus, nisi de rescripto Principis ei cõcedantur.
2. Emptor petere non potest nisi quod ad venditorem pertinebat.
Pertinentibus venditis intelligitur si pertineant & de hoc inducit conditionem.
l. quod si in venditione, 10. ff. de hæreditate vel actione vendita.
l. quod si sit, 13. eodem.
3. l. nam hoc modo, 11. ff. eodem.
4. Feudum venditum cum iure quod in eo quis habet, debet ius verificari, vt in eo constet venditio.
l. locus 26. ff. de acquir. poss. & num. 6.
5. Venditio facta cum pertinentiis accipienda de illis quæ sunt ex natura rei non alterius qualitatis.
6. Incertitudo impedit possessionem.
l. possideri 3. §. incertam, ff. de acquirenda possess.
Prescriptio impeditur ex incertitudine tituli.
Venditio non habet effectum antequam constet, quid venditum.
l. necessarii 8. ff. de periculo & cõm. rei vendita.
7. Constituti clausula non transfert possessionem, quando est incertum, quod possidendum.
l. si non designata, Cod. de falsa caus. adiecta legato.
l. fin. Cod. eodem.
l. si pure, ff. de fideicommiss. libert.
l. at quin natura, §. Scauola, ff. de negotiis gestis.
l. cum seruus, ff. de condit. & demonstrat.
8. Titulus eius qui vendit dat essentiam contractui.

l. si procuratorem 8. in principio, ff. mandati.

l. idem 10. ff. eodem.

l. 1. §. si seruus, ff. de positi.

l. si tantum 12. ff. ad S. C. Macedonian.

l. unica, §. res vero, Cod. de impon. lucr. descript. lib. 10.

9. Relatum est in referente cũ suis qualitatibus.

l. Asse toto, ff. ad l. falcidiam.

Clausula generalis venditionis non extenditur, nisi ad quod verò concessum.

10. Possessio extra titulum non prodest.

l. 1. §. ait Prator, ff. ne quid in loco publico, cap. porro de priuilegiis.

11. Diçtio, prove, vel secundum est relatiua & restrictiua.

12. Rex etiam si aliquid concedit, nihil præstat, nisi prius appareat, ad Regem pertinere, quod concessit.

Vassallorum dominus præsumitur iniuste usurpare vectigalia.

13. Notabilia nisi specialiter notentur videtur neglecta.

l. item apud Labconem, §. ait Prator, ff. de iniuriis.

l. quero, ff. de actione empti.

l. si quis mobilia, §. sed utrum, ff. de acquir. heredit.

14. Verbum, Pecho, apud nos accipitur pro eo quod soluitur ratione recognitionis, & Vassallij.

l. 8. tit. 21. part. 1.

Alcauala, & eius nomen distinguitur à pecho.

15. Reditus nomine & rentas non comprehenduntur gabella.

l. 11. tit. 28. part. 3.

l. 4. tit. 11. lib. 9. Recopil.

Coniunctiua ponitur inter diuersa.

l. sape, ff. de verb. signific.

16. Titulus 8. lib. 9. Recopilat. & eius leges explicantur.

17. Nomina sunt accipienda ex communi loquendi usu.

l. Labeo §. idem Tubero, ff. de supellectilib. legat.

Generali appellatione non comprehenditur quod habet speciale nomen, nisi eius mentio fiat.

l. si certa, Cod. de transactionibus.

l. quoties idem sermo, ff. de reg. iuris.

18. Vectigalia nulla præscriptione etiam immemoriali possunt acquiri.

l. 1. ad fin. tit. 15. lib. 4. Recopil.

l. 2. eodem tit. & libro.

l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil.

l. 6. tit. 13. lib. 6. ordinam.

19. Titulus destruit possessionem ultra illum.

cap.

cap. vigilanti de præscription.

20. Cap. dudum de decimis.

Titulum priuilegium & non aliud esse præsumitur.

Si ex Regis donatione obrinens iurisdictione alicuius oppidi, vendiderit cum omni iure quod habebat pertinentiis, & redditibus eis verbis, Rentas, pechos, y derechos, eo prætectu vectigalia non posse detineri ab emptore, et si venditor perceperit, nisi speciali Principis rescripto competant.

NO e sine dubio, & certissimum censemus, quia sæpius prædiximus, nullo modo posse vectigalia à quocumque priuato exigi nisi ei expressim concederentur Principis rescripto cum solemnitatibus & qualitatibus, quas alibi prænotauimus, quo fit vt cum rescriptum nullum extet in hoc casu nullo modo Gabellarum exactio permitti potest.

2. Sed & notari oportet etiam generalibus verbis non posse aliud comprehendere, nec emptorem petere, quàm quod venditor habuit: & hoc posteaquam constiterit habere iuxta doctrinam cuius primus Auctor fuit Oldraldus, quem refert Bartolus in l. si sic legatum 78. §. 1. de leg. 1. num. 6. nam illud participium pertinentibus, resoluitur in relatiuum, id est, quæ pertinent, & inducit conditionem, vt venditio sit conditionalis, si pertineant, argumento legis quod si in venditione 10. l. nam hoc modo 11. l. quod si sit 13. ff. de hæredit. vel actione vendita, vbi Iuriconsultus Vlpianus, Tabolenus, & Paulus, egerunt de eo casu cum quis vendit hæreditatem cum omni iure, quod in ea habebat, vt in nostro casu venditio facta fuit, tunc quasi conditio intelligatur, si hæreditas pertineat, ideo tradit textus in dict. l. 10. quamuis hæreditas ad venditorem non pertinuerit, nihil tamen ab eo præstabitur, quia id actum manifestum est.

3. Et reddit rationem d. l. 11. quæ statim sequitur, ibi: Nam hoc modo admittitur esse venditionem si qua sit hæreditas, sibi emptæ est, & statim in d. l. 13. agens de hoc casu, quando adiicitur clausula: quidquid iuris habet venditor, tradit Iuriconsultus: illo verò ad-

iecto, liberabitur venditor, et si ad eum hæreditas non pertineat, quasi venditio iurium pertinentium conditionem habeant, si pertineant, post Bartolum, in idem adducens Dinum, Baldum, Speculatorem, Oldraldum, Imolam, & alios, tenuit Alex. in d. l. si sic, in 22. & eius additio ibi, lit. A, eiusdem sententiæ refert Castrensem, Curtium, Baldum, Laudensem, & alios.

Et in venditione, cum quis vendiderit feudum cum iure, quod in eo habebat fecutus Alex. idem tenuit Iason in d. l. si sic legatum, §. si simul num. fin. & idem Alex. consil. 18. lib. 2. num. 5. tradit: Si Comes conceperit, aut vendiderit Ecclesiæ, quidquid iuris habet in tali loco, nihil operatur concessio, nisi de iure concedentis appareat: & adducit textum in l. locus 26. de acquir. possessione, ibi: veluti si ita tibi tradam quidquid mei iuris in eo fundo est: & tradit Alex. non valere traditionem, nisi prius de iure constet, & illud probetur: & in terminis est celebre consilium Crauctæ 293. num. 5. si venderetur Castrum cum terris, & iuribus pertinentibus ad ipsum, venditio limitatur ad terras, quæ sunt Castri, & addit hæc verba: Itaque probari debet quæ, quot, & quanta essent illa bona ad Castrum pertinentia, sicut quando conceditur ius quod quis habet in tali fundo, aut loco, nam probari debet de tali iure, aliàs concessio nihil operatur. Quod ex pluribus probat, & adducit Decium consil. 302. num. 13. 14. & 15. Vbi teneri si contractus ad aliquod ius vel instrumentum referatur, de eo constare oportere, vt contractus valeat, quod probauit Ruinus lib. 2. consil. 108. num. 22.

Et idem in venditione fecutus Craucta & supra relati, tenuit Rolandus à Valle vol. 2. consil. 82. num. 28. & vol. 3. consil. 2. num. 21. ex Speculatore, Aretino, Syluestro, & aliis Mantica de tacitis & ambiguis conuent. lib. 4. tit. 10. num. 5. & 6. & facit iuris ratio vt quis nihil aliud vendere videatur aut possit, quàm quod apparuerit habere, vt probauimus allegat. 10. n. 15. & cum venditio facta cum iuribus, & pertinentiis semper accipienda de iuribus quæ sunt de natura rei vendita, non alterius qualitatis, ex Fabiano de Monte, Thuseo, Cephalo, & aliis, Augustinus: Barbofa clausula 34. & quamuis ex iurisdictione imponantur vectigalia, tamen concessa iurisdictione ea non comprehendere alibi notauimus allegat. 13. num. 24.

Hæc enim incertitudo quæ ex non purificata conditione prouenit, non solum impedit possessionem, ex l. possideri 3. §. incertam, l. locus 26. ff. de acquir. possess. sed etiam præscriptio, quæ ex titulo venditionis cau-

fari poterat impedienda, quia antequam constaret quid venditum, venditio non erat, l. *necessario* 8. ff. de periculo, & commod. rei vedit. ibi: *Et si id, quod venierit appareat, quid, quale, quantumque sit, & pretium, & pure venit, perfecta est emptio.*

7. Nec initium tituli, ut inciperet possidere, procedere potest, ut in terminis præscriptionis tenuit Bartolus in dict. l. *si sic legatum*, §. 1. vbi etiam Iason num. 20. Balbus de præscriptionibus 1. part. 3. partis principalis, q. 6. nec possessio transit, etiam si adesset clausula constituti, quæ circa rem incertam non operatur ex Tiraquello, Menochio, Gamma, & Brunone à Sole probavit Augustinus Barbofa clausula 31. num. 35. non valere concessionem iuris, quod quis habet in aliquo loco, nisi proberur, & de eo constet, & ultra relata Alexand. lib. 1. consil. 18. num. 7. adducit l. *si non designata*, & l. *fin.* Cod. de falsa causa adiecta legato, & eius additio, ibi lit. D, in idem adducit Baldum, Imolam, Angelum, Iasonem, Albericum, Aretinum, Castrensem, & Ioannem Fabrum; & necessarium esse id specificè constare, nec sufficiat in genere, ut venditum, vel donatum censetur illud de quo agitur, argumento l. *si pure* ibi: *Item de singulis instruere*, ff. de fideicommiss. libertatibus, l. *at quin natura*, §. *sequela*, ff. de negotiis gestis, l. *cum seruus*, de condit. & demonstrat. Ofasq. decis. 39. num. 4. Viuius decis. 417. num. 16. Natta vol. 3. conf. 636. num. 192. Carolus Bardelonus consil. 25. num. 26. cum sequentibus, Surdus consil. 150. num. 125. & 126. adiiciens, quod non sufficit scire in genere rem gestam, nisi sciat cum integra notitia omnium qualitatam.

8. Tum etiam quia constanter apparuit vectigalia non fuisse vendita, vel donata vendenti, & ille etiam ita ad emptorem transtulit iurisdictionem & castrum, sicut à Rege illi donatum fuit (contractus verba sunt) & cum non appareat in primo titulo vectigalia comprehensa fuisse, ex eo omne ius desumi oportet argumento l. *si Procuratorem* 8. in principio, ff. mandati, ibi: *Et cuiusque contractus initium spectandum, & causam, l. idemque* 10. ff. eodem, l. 1. §. *si seruus*, ff. de positi, l. *si tantum*, 12. ff. ad Senatufconsul. Macedonian. & in specie faciunt verba legis vnicæ, Cod. de imponenda lucratiua descriptione, lib. 10. §. *res verè*, eis verbis, ibi: *nulla enim in huiusmodi causis confusio intercedit occasio, si ad primordium tituli posterior quoque formetur euentus.* Ex quo textu notat Plarea in eo num. 5. attendi primum titulum adeptum, & illum retinere rem, licet postea in alios diversos & contrarios titulos transeat; transit

enim cum onere primo sibi commexo.

Et certum est solum comprehendere in venditione, quod continebatur in donatione, ad quam se venditio refert, ac si in ea inesset ex vulgari regula l. *Asse toto*, ff. ad leg. Falcidiam, Riminaldus Senior lib. 2. conf. 348. num. 16. Cephalus lib. 2. conf. 153. num. 58. cum Oldraldo, Angelo, Imola, & aliis, Craueta lib. 1. conf. 143. num. 4. & 5. Natta lib. 3. conf. 536. num. 138. Menoch. conf. 115. num. 14. ex Socino Iuniori, & aliis Casanate, conf. 47. num. 8. & 9. nam clausula Generalis venditionis non intelligitur, nec extenditur, nisi ad id, quod verè fuit concessum, ex traditis à glossa, verbo, *si dignitatem*, & verbo, *si de dignitatibus*, in Clement. 1. de præbendis.

Et cum in hoc casu venditio facta fuit qualitate iuris, quod ad venditorem pertineret, illud omnino debet attendi ex l. 1. §. *ait Prator*, ff. ne quid in loco publico ex Bartolo, Baldo, Anania, Ioanne Andrea, Antonio de Butrio, & aliis Alex. lib. 1. conf. 119. num. 3. cum Aretino, Castrensi, Decio, & Socino, Craueta conf. 296. num. 5. & 6. Ruino, Agidio, Marsilio, Rolandus à Valle vol. 2. conf. 82. num. 16. & 17. ad eò ut nec usus aut possessio extra titulum aliquid proferat, sed ad illum oporteat limitari cum Geminiano, & aliis Mandellus Albenis conf. 299. num. 14. & faciunt verba textus in cap. *Porro* de privilegiis, ibi: *Si enim eos volumus privilegiorum suorum seruare tenorem, quod eorum metas transgredi minime videantur*; iunctis, quæ notantur D. Couarruias practicar. cap. 17. num. 9. Gutierrez lib. 3. practicar. quæst. 19. num. 11. cum sequent. ex quibus & fratre Emanuele Roderico tradit Barbofa in collect. cap. *cum persona*, de privilegiis, lib. 6. n. 16.

Præsertim ex verbis, quæ in prædicta venditione continentur, ibi: *segum mas cumplidamente*, quæ relationem faciunt ad ius quod Rex dedit, & ea clausula cum relativa sit, nihil aliud disponit, ultra quod in relato continetur, ex Bartolo, Decio, Curtio Iuniori; Gozadino, Socino, & Lanario tradit Marta de clausulis, 3. part. clausula 78. & quando dicitur *provt*, quod idem est, ac *secundum*, in eo casu si quis inuestitus de feudo, *provt, & secundum formam, quæ Titius habuit*, nihil amplius quam Titij inuestituram habere. Et si illa non valuit, nec hanc valere ex Baldo, Castrensi, Alexandro, Iafone, & aliis pluribus probavit idem Marta de clausulis, 2. part. clausula 51. nu. 2. & 3. ex Bartolo, Decio, Ruino, Menochio, Marantha, Tusco, Gratiano, Azebedo, Surdo, & aliis pluribus, Augustinus Barbofa dictione 296.

Sed

12. Sed & quod plus est, etiam si Imperator aliquid concedit, nihil præstat, nisi prius appareat ad Casarem illud quod concessit, pertinere, ut notauit Ruinus conf. 13. num. 7. vol. 1. vbi adducit Craueram de antiquit. temporum 4. part. circa præmissa, in principio: qui probat inuestitum de Castro cum furnis, & molendinis; solum intelligitur inuestitus de iuribus quæ concedens in ipsis habebat, ex quo cum appareat venditorem non habere ius colligendi vectigalia, nec ipsi à Rege concessum, non potuit aliquater in emptorem transferre: & quamvis ille proceperit ex iniusta usurpatione factum fuisse credendum, & semper præsumitur dominus Vassallorum in suis locis usurpare vectigalia, & ideo non est concedenda manutentio eis in iure exigendi, Grammaticus vol. 12. Guido Papa conf. 67. n. 3. Franciscus Ponte conf. 97. num. 26. Coccino decis. 354. num. 5.
13. Sed etiam si Princeps in donatione facta venditori addidisset verba, quæ postea venditor addiderat, & in donatione non continebantur, videlicet vendere *las Rentas, Pechos, y derechos*, adhuc vectigalia non poterant comprehendere: nam ut sæpius diximus, quia quæ de regalibus sunt, nulla conclusione quantumcumque generali, debent comprehendere; & quæ notabilia sunt, nisi specialiter notentur, videntur negligi, & solum attenditur quod principaliter disponitur l. *Item apud Labeonem* 15. §. *ait Prator. ff. de iniuriis* l. *quæro* de act. empti. l. *si quis mihi bona*, §. *Sed vtrum*, de acquir. hæredit.
14. Cui addendum est verba illa, *Rentas, pechos, y derechos* non sufficere, ut comprehendant vectigalia, quia omnia respicere possunt ad ius Vassallorum, nam redditus possunt deberi ei qui iurisdictionem habet, ut Domino loci, non ut Regi, & verbum *Pecho* in proprio sensu respicit id quod soluitur ratione recognitionis & Vassallagij l. 8. tit. 22. p. 1. & distinguitur à Gabella, si attendimus originem verbi *Alcabala*, iuxta quod nobiles Castellæ Regi Ildephonso ad Bellum seruitia petenti responderunt, *que no dariam pechos, si no es al que vala.* ut ex Castillo in Historia Gothorum, tradit Lafarte de Gabellis in præfat. num. 28. ex quibus & Molina probavit Gutierrez, de gabellis dict. q. 2. n. 13. quamuis, & futile, & falsum improbet Sebastianus Couar. in Thesuro linguæ Castellanae verbo *Alcauala*, mutuans originem à verbo Hebræo *Cauala*, quod sequitur Parladorus, et si non admittat Gutierrez, vbi proximè: utcumque igitur sit, & iuris significato, & communi loquendi vsu verbū *Pecho* à gabella distingui dubium non est,

& ideo eius significatione comprehendere non potest.

Quod magis probat, & circa verbum *Rentas*, inde notandum, ut nullo modo eis comprehendantur vectigalia, quatenus respiciunt *Alcabalas*, etsi nomen reditus generale sit ad omne quod Principi soluitur, & probatur l. 11. tit. 28. patit. 3. & in terminis, l. 4. tit. 11. lib. 9. Recopil. eis verbis: *Los Remates de los arrendamientos de nuestras rentas y alcabalas*, quo significatur sub nomine reditus comprehendere gabellas, cum alio nomine specialiter notentur, & coniunctiua, & ponitur inter diuersa, l. *sepe* de verb. signific. c. *querelam*, verbo, *emi non potuit* de simonia, glossa in rubrica de iuris & facti ignorantia, Gozadino in l. *qui se patris*, n. 7. Cod. vnde liberi, Ripa in cap. *ex parte*, num. 41. de Rescriptis, Tiber. Decian. vol. 2. conf. 25. num. 15. & 16. Surdus conf. 313. num. 22.

Sed & quod traditur in dict. l. 11. partitæ, 16. verbum *Rentas* non referri ad gabellas, sed ad aliud genus Regi soluendum, ut in portibus maris & terræ, salinis, & aliis, quæ ibi exprimuntur, ne quis dicat, ideo non comprehendere, quia eo tempore gabellæ introductæ non erant, tamen in legibus Recopil. ex titulo 8. lib. 9. vbi generaliter agitur de *las rentas reales*, y que ninguno las usurpe, adhuc de gabellis ibi non tractatur, omnis enim dispositio illius tituli respicit, ut indemne seruetur pecorum seruitium, & vectigal portuum maris l. 6. & 17. de aliis impositionibus l. 16. de salinis, l. 19. & magis explicat l. 18. eiusdem tituli, vbi cum generaliter iubetur maximè curâ administrandos omnes redditus Regiæ Coronæ; postea subdit, Magistatus de eis debere curare, quemadmodum facere tenentur in Gabellis, quo aperte constat vniuersali nomine redituum non contineri gabellas.

Et cum ex communi loquendi vsu nomina sint accipienda ex l. *Labeo*, §. *Item Tubero* de supellectili legata, ex aliis in terminis gabellarum Angelus conf. 279. num. 2. ad finem, & ex nullo certius colligi potest hæc differentia, quàm ex communi vsu loquendi supremi Consilij Regalis Regij patrimonij, vbi verbum *Rentas* distinguitur à gabellis, & succedit doctrina, ut quoties aliquid posset comprehendere nomine generali, si tamen speciali appellatione significetur, tumquam generali nomine comprehenditur, nisi eius expressa mentio fiat, argumento legis, §. *de certa*, & quæ ibi notantur, Cod. de transactionibus, l. *quoties idem sermo*, ff. de regulis iuris ex Bart. Baldo, Decio, & aliis Gregor. Lopez in l. 5. gloss. 1. tit. 33. partit. 7.

Ex qui-

18. Ex quibus apparet in hoc casu amplius immorandum non esse, quia etiam si Princeps concederet iura Regalia, & ea venditor ad emptorem transferret, adhuc tamen nisi expressè Gabellæ concederentur, non possent ab emptore possideri, quanto magis cum in prima donatione nulla de gabellis concessio facta fuit; nec de iuribus Regalibus, et si ad ea venditor extenderet concessionem, & iura perciperet, cum nulla præscriptio etiam immemorialis, ut certum est, possit acquirere vectigalia, l. 1. ad finem, l. 2. tit. 15. lib. 4. l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil. l. 6. tit. 13. lib. 6. ordinamenti, & supra pluries probauimus.
19. Imò et si præscriptio non esset iure prohibita, titulus donationis, quæ non conceduntur gabellæ, impediret præscriptionem, quæ ex tempore possit causari, quia ipse titulus destruit possessionem, ut notatur in cap. *vigilanti*, cap. fin. de præscript. & in specie agens de immemoriali multis relatis tradiderunt Couarr. in reg. *possessor*. 2. part. §. 8. n. 4. Seraphinus 1. part. decif. 707. n. 6. Pedroche conf. 32. num. 359. Menoch. conf. 150. num. 3. Gilchenius de præscriptionibus, membro 2. cap. 1. num. 6. Fachinus lib. 8. controuers. cap. 8. n. 26.
20. Et facit textus in cap. *dudum*, de decimis, ibi: *allegatus titulus nullus erat*, ubi notant omnes, Alciatus lib. 5. responso. 18. num. 13. & 14. Parisius vol. 1. consil. 114. num. 8. Aimon de antiquit. temporis, 4. part. in sectione Absolutis num. 60. Ofascus decif. 101. num. 37. Surdus consil. 373. n. 4. 3. ubi tradit semper præsumi non existere alium titulum, quam primæuum, & qui illum allegauerit, probare tenetur ex glossa in l. *at si contra*, Cod. de nuptiis, Molina lib. 2. de primogeniis, cap. 6. num. 66. Hondedeus vol. 1. consil. 82. num. 43. Bellamera conf. 10. Puteus lib. 1. decif. 356. Menoch. de retinendo remedio 3. quæst. 74. num. 639. Gratianus disceptationum forensium 3. tom. cap. 441. num. 4. cum sequent. ubi in terminis tradit in Regaliis errorem iuris nullo modo prodesse, aut aliquod ius causare, ut in hoc casu declarandum est: & ita in Senatu fuit obtentum.
2. l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. an procedat in vectigalibus post eam acquirendis vel in iam præscriptione acquisitis.
3. Possessionis causa summarie expedienda.
4. Iudicium summarium possessionis differt à iudicio proprietatis.
5. Principis scientia an necessaria in acquirendis vectigalibus & c. num. 28.
6. Procurator facere non potest contra voluntatem Domini. l. Pomponius, §. in his, de procurat. & c. num. 30. l. si hominem, ff. mandati.
7. Vectigalia Regia ex sua natura sunt imprescriptibilia.
8. Præscriptio immemorialis rectè in vectigalibus potest à principe improbari. Vita longior hominis centum annorum, l. an usus fructus 63. ff. de usufructu. l. usufructus, 8. ff. de usufructu legato.
9. Præscriptio iam causata & completa reprobatur in vectigalibus, l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil.
10. l. eos, §. super, Cod. de usuris.
11. Præscriptio qua iniquè declaratur etiam completa procedere non potest. cap. unico de Clericis non residentibus. cap. 2. de probationibus.
12. Præscriptio que per viam declarationis dicitur, irrationabilis respicit ad præterita.
13. Lex declaratoria præterita comprehendit.
14. Præscriptio completa reprobatur ex lege que declarat iniustam.
15. l. 1. tit. 15. lib. 4. Recopil. & c. num. 28. l. 6. tit. 29. p. 3.
16. Bona fides requiritur ab initio in præscriptione immemoriali. c. 1. de præscript. lib. 6. & c. num. 17.
17. Bona fides præsumitur in immemoriali, & ex præsumptione accipienda opinio eorum qui tradunt non requiri.
18. Præscriptio rectè potest in vectigalibus prohibere quia non possunt obtineri sine Regis concessione.
19. Magnatum fundamentum ut Princeps non possit prohibere immemorialem, refutatur.
20. Vectigalia summario iudicio sunt fisco restituenda. l. nisi opinatores, Cod. de exact. tribut. lib. 10. l. 19. tit. 9. lib. 3. Recopil. l. 26. tit. 18. lib. 6. Recopil.
21. Possessio sine Regis concessione, in vectigalibus

ALLEGATIO XV.

Præscriptio potest à Principe impediri in vectigalibus.

1. Præscriptio immemorialis an possit à Principe impediri.

- libus improbat, l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil.
22. Probatio qua prodesse non potest non admitenda. l. ad probationem, Cod. de probation. c. sape, 44. de appellation.
23. Iudicium summarium in quo plenè cognoscitur parit exceptionem rei iudicatæ ad plenarium.
24. l. à dino Pio, §. si super rebus, ff. de re iudicata. l. si quis à liberis, §. meminisse, ff. de liber. agnoscen.
25. Iudicium in quo de aliquo incedenti vel per viam exceptionis plenè agitur parit in eo exceptionem rei iudicatæ.
26. Scientia Principis necessaria ad Præscriptionem iurium Regalium.
27. Principis scientia quia præsumitur ex longo tempore, & ita accipienda opinio contraria doctorum qui tenent non requiri. Præsumptio cedit veritati. Principis assertioni credendum.
28. Deliberare qui dicit non disponit. l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil. l. 3. tit. 8. lib. 9. Recopil.
29. Fisci Patronus potest intendere pro fisco sine aliqua restrictione. l. 12. tit. 18. p. 4. l. 1. tit. 13. lib. 2. Recopil. l. 1. §. 3. tit. 2. lib. 9. Recopil. l. 1. §. vetare, ff. de furtis. l. unica, §. fin autem ad deficientis, C. de caducis tollendis. c. ad audientiam de decimis.
30. Procuratori non videtur datum mandatum ut iniuste aliquid petat. l. Aurelio, 21. §. Gaius, ff. deliberat. legat.
31. Rescripta & privilegia nociua publice utilitati rescindenda. l. ex facto, ff. de vulgari. l. quod semel, ff. de decretis ab ordin. faciendis. c. suggestum de decimis. c. quanto, de censibus.
32. Princeps in casu necessitatis publica potest expendere bona subditorum.
33. l. illud, §. fin. ff. de minoribus. Procurator potest ex iusta causa reuocare domini factum & voluntatem.
34. Vectigalia recuperare Regem, iustissimè est.

Præscriptio immemorialis an rectè possit à Principe prohiberi in vectigalium acquisitione, & prohibitio comprehendat tam futuram quam præteritam præscriptionem ad explicationem l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil.

IN allegationibus præcedentibus 1. probauimus ius Regis nostri in vectigalibus contra Magnates, nec eis aequaliter posse tolerantiam prodesse, sed plura ab eis obiiciuntur ex quibus intendunt Regalis Patrimoni iura infringere, & ideo necessarium est obiectionibus respondere, ex quo Regis nostri ius magis confirmetur, & manifestius cognoscatur, opponunt enim Magnates non posse à Principe præscriptionem immemorialem impediri, nam adeò efficax ius quod ex illa acquiritur ut ius naturale, censeatur quod non subest Principis constitutionibus, & probare intendunt ex Molina de primog. lib. 2. cap. 2. num. 20. & 21. & referens Baldo etiam conf. 439. in fin. num. 8. & 9. Ceuallos de cognitione per viam violentiæ quæst. 55. num. 36. Petra de potestate Principis, cap. 25. ex num. 26. Surdus conf. 262. num. 65. D. Castillo de tertiis, c. 18. num. 178. & cap. 21. num. 21. col. 4. in princip. Regnerus Sixtin. de Regalibus, lib. 1. cap. 6. num. 15. 19. & 20. Gironda de priuilegiis, n. 903. Mieres de maiorat. p. 4. quæst. 20. num. 246. in nou. editione, optimè Bald. in l. imperium, quæst. 8. num. 13. vers. sed ius quæsitum, ff. de iurisdictione omnium iudicum: & eo tantum citato, Fuluius Pacianus consil. 161. num. 22. & 23. Rolandus consil. 54. num. 18. lib. 4. Craueta conf. 135. num. 20. & conf. 640. Pinellus in rubrica, Cod. de rescind. vendit. p. 1. c. 2. num. 4. Parisius consil. 101. num. 7. lib. 1. Cephalus consil. 342. num. 75. lib. 3. ubi de magis communi testatur, provt & Ludouicus Morosius idem affirmans responso 89. num. 13. & antea responso 64. num. 4. D. Ioannes Baptista Valençuela consil. 93. n. 47. & 48. lib. 1. Iosephus Ramon. consilio 24. num. 99.

Tum etiam obiiciebant præscriptionem 2. tunc solum prohiberi in vectigalibus ex l. 2. tit. 15. lib. 4. Recop. quæ de nouo acquiritur, non verò quæ iam causata & præterita erat, tempore quo dicta lex edita erat, ut ex Paulo Castrensi & Balbo, quos refert Ioannes Gu-tierrez tradit D. Castillo de tertiis, cap. 30. num. 6.

- num. 6. & similiter dicebant esse in possessione Magnates vectigalium, & ad manutentionem quæ inspicitur & attenditur in articulo summario recuperationis gabellarum, tantummodo facti insistentia, & corporalis detentio desideratur, vt docet Gerard. Maiol. conf. 91. num. 53. Cancer. variarum p. 3. c. 14. num. 41. Fontaneil. de pactis nupt. tom. 2. clausula 7. gloss. 3. d. p. 10. num. 24. & 73. Monachus decif. Bononiens. 30. num. 12. & 22. Casar Barcius decif. 47. num. 19. & 25. Franciscus Milanens. decif. 3. num. 179. & 197. lib. 1. quibus accedit Ludouicus Posthius de manutentione, obseruatione 42. num. 98.
3. Et rationem adiungunt, quia omnia quæ contra Magnates expenduntur, tradunt respicere iudicium proprietatis: in possessione verò solùm summarie quærendum an possideat, & summarissimè circa hoc qui possidet, in possessione tuendus, Baldus in l. *foler*, §. *an verò*, ff. de officio Proconf. & in conf. 485. lib. 3. Decius conf. 136. Ripa in l. 2. ff. quorum bonorum; quos sequutus recenset Peregrinus conf. 84. num. 5. lib. 6. & in tractatu vario, in titulo de causa possession. & proprietatis, sub num. 14. Contrard. in l. vnica, C. si de momentanea possess. quæst. 13. num. 16. Fontanella de pactis nuptialibus, tom. 2. claus. 7. gloss. 3. dict. p. 10. num. 23. 28. & 72. Ludouicus Posthius dict. obseruat. 42. num. 94.
4. Et dist. l. 2. titulo 15. lib. 4. Recopilat. quæ improbat immemoriam, procedit quoad proprietatem, non verò quoad possessionem vectigalium, & in iudicio summarissimo continuationis, possessionis, & manutentionis in vectigalibus, quæ se defendunt Magnates, non debet misceri discussio ordinaria proprietatis, quo non differret iudicium summarium ab ordinario, quod nullatenus ferendum est ex Landerchio conf. 95. n. 4. & 6. Ludouic. Posthius d. obseru. 42. n. 102.
5. Tum, vt possit procedere, quod supra notauimus in præscriptionibus, & de acquirendis vectigalibus esse necessariam scientiam Principis, quam nunquam Magnates probarunt, & eorum Aduocati contendunt verius esse non requiri Principis scientiam, ex Alex. dict. confil. 6. *viso themate*, lib. 1. d. num. 4. vsque in finem Consilij, Balbus de præscript. in 2. part. 3. partis principalis, quæst. 6. num. 22. Iacob. de sancto Georgio in tractat. feudali, versic. cum mero, & mixto imperio, columna fin. & pluribus citatis Curtijus Iunior conf. 158. num. 12. vol. 2. Anton. Rub. conf. 21. *viso & diligenter considerato*, num. 7. Baldus in cap. 1. in fine de constit. &

in cap. 1. quæ sint Regalia, Barbatia confil. 35. in *presenti pauca*, num. 13. 18. & 21. vol. 2. Decius conf. 152. in *causa* num. 4. Oldrald. confil. 296. incipit *de iure*, Rapha. Cuman. confil. 84. ad finem, & post plures alios Franciscus Becius confil. 15. num. 9. & 10. lib. Ruin. conf. 105. num. 5. lib. 5. Ioannes Baptista Costa de fact. scientia & ignorantia, inspectione 72. num. 2. Menoch. lib. 3. præsumptione 13. 2. num. 71. versic. & *preterea*, Rosental de feudis, cap. 4. conclus. 32. num. 3. & in scholiis lit. C, Bertazol confil. ciuilium 71. num. 64. D. D. Ioannes del Castillo tom. 5. cap. 93. §. 8 sub numero 36. egregiè Ioannes Baptista Ferrer. confil. 141. num. 3. per totum, lib. 1. D. D. Ioannes Baptista Valencuela tom. 1. conf. 79. n. 94. 95. & 96. Cancer. part. 3. Variar. c. 4. numero 160.

Sed etiam dicebant ex decreto mensis 6. Septembris anni 1628. quo Princeps edixit in vectigalibus Magnatum velle deliberare, vt quod iustum decerneret, de quo supra allegat. 8. num. 37. reuocatum esse mandatum Aduocatis fisci ne possint contra Magnates actionem intendere pro vectigalibus, idque confirmant ex textu in l. *Pomponius*, §. *in his*, ff. de procurat. ibi: *In his autem personis in quibus mandatum non exigimus, si forte euident sit contra voluntatem eos experiri, eorum pro quibus interueniunt, debere eos repelli.* Et idem probatur in l. *illud*, §. final. ff. de minor. & in cap. constitutus de integro restitutione, Baldus conf. 118. incipit, *quia plenissimè*, num. 5. lib. 3. & officiales & ministros Regios non posse facere contra quod ille decreuit, resoluit egregiè Craucta conf. 732. incipit, *Illustissima bona*, num. 13. lib. 4. & addit hæc notanda verba: *Rursus reuocatio hac sicut à voluntate domini pendet, ita à Procureatore non fit: cuius explorata voluntas esse non aliter potest, nisi de domino cognitum habeat.* Angelus in l. *si quis intentione ambigua*, num. 4. ff. de iudiciis, Angelus & alij in l. *inter stipulantem*, §. 1. ff. de verborum obligationibus: facit l. *si hominem* ff. mandati, vbi Procurator cum mandato generali non potest reuocare illud quod dominus specialiter prouidit, nec mutuare quod fecit Barbatia lib. 3. conf. 77. num. 4. & 5. Menoch. lib. 3. præsumpt. 44. n. 6. & idem in simili probatur l. 44. Tauri.

Verumtamen valde in hoc peccarunt, & decepti Aduocati contrarij, & prædictis non obstantibus ius Regij fisci sine dubio in hoc casu procedit, & sequentibus suaderetur.

Primò, quia certissimum est, & absque controuersia, vectigalia Regia ex sua natura esse impræscriptibilia, ita vt in eis nec possessio immemorialis prodesse possit dict. l. 2. tit.

15. lib. 4. Recop. quam exornant & probant Azeuedus ibi, & in l. 1. titulo 18. lib. 9. Recopil. num. 15. Didacus Perez in l. 6. titulo 13. lib. 3. Ordinar. verbo, *tributos*, Greg. Lopez in l. 6. glossa 4. titulo 29. part. 3. Auendaño de exequendis mandatis 2. part. cap. 4. num. 20. & 27. Minchaca de success. creat. lib. 1. §. 10. num. 22. & lib. 3. §. 26. num. 140. Lafarte de gabellis cap. 19. à num. 4. Gironde de Gabellis 1. part. à num. 43. & 7. part. in principio, n. 1. & de priuilegijs quæst. 6. num. 27. Parlador. lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 3. num. 34. Villalobos in antinomij, verbo præscriptio, num. 27. Olanus ibidem num. 49. Molina de iustitia & iure, disputatione 75. versic. *in regno Castella*, Gutierrez de gabellis quæst. 5. per totam, D. Alfaro de officio ficalis glossa 20. qui & omnes Doctores Hispani, qui de hac rescripserunt, constanter prædictum admittunt praxi & stylo regalis, & supremi Senatus patrimonij confirmatum, ita vt de eo dubitari nõ possit, & necessarium esset totum ordinem iudiciorum, & administrationem vectigalium turbare, si de hoc controuersia fieret, & quid aliqui voluerunt, vt quamuis præscriptio immemorialis nõ procedat ad vectigalia adquirenda, tamen poterit prodesse ad interpretationem tituli, quo vectigalia adquiri intenduntur, satis improbauimus allegatione 13. num. 34. & 35. vltra quam in hoc casu procedere non potest, quando Magnates nullum habere titulum contendunt, sed solùm tolerantia, & permissione Principum se defendunt.

8. Secundo, nam etsi posset admitti opinio, vt Princeps non possit ius quæsitum ex præscriptione immemoriali adimere, id procedit vt constat ex doctoribus, supra relatis, quãdo postquam iam perfectum & causatum est, & præscriptio immemorialis completa, Princeps id adimere vellet, sed tamen nullus ex prædictis Doctoribus negabit Principem posse ex iustis causis prohibere, ne in aliquibus procedat præscriptio immemorialis, vt ex Sixtino Romano, Mieres, & alijs in contrarium adductis probauit D. Castillo de tertijs dict. cap. 18. num. 178. nam quamuis id in vectigalibus verum esset, non verò omnino improbatum, vt statim dicemus, cum d. l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. quã præscriptio immemorialis improbat in vectigalibus, edita fuisset anno 1502. necessarium erat vt Magnates allegarent & probarent, vt eo tempore, quod est, 137. annorũ ab hoc anno 1639. præscriptionem immemoriam impletam fuisset causata, quod hodie probari non potest, quia testis de eo tempore deponere non valet, cum longior vita hominis non excedat centum annos, l. *an vsus fructus*, 63. ff. de vsufructu, l. *vsus fructus*, 8. ff. de vsufruct. legat. ex Menochio Molina & alijs D. Lara de vita hominis cap. 33. num. 85. & 86. nec aliquis ex Magnatibus allegauerit, quo fit etsi procedere posset prædicta opinio in vectigalibus, nullo modo in his casibus & hoc tempore locum habebit.

Vterius dicta l. 2. titulo 15. lib. 4. Re copil. 9. quæ improbat immemoriam in vectigalibus, verius est etiam procedere in præscriptione immemoriali, quæ poterat esse perfecta & causata eo tempore quo lex edita fuit, quod in terminis notauit Lafarte de decima venditionis, cap. 29. num. 5. & 6. & ita tenendum esse resoluit, nam ex dicta l. 2. non solum prohibetur & excluditur immemorialis in vectigalibus, sed etiam reprobatur velut iniqua & irrationabilis, ideo tam præteritam, quàm immemoriam postea sequutam excludit: nota eius verba, ibi: *Atque ideo cum in illo casu immemorialis etiam consuetudo & præscriptio tanquam iniqua reprobetur & irritetur à prædicta lege, sit consequens vt nunquam prodesse possit alicui; nec legi debeat derogare qua de venditionis aut permutationis decima lata est, siue consuetudo illa præterita sit, siue futura post legem introducta post legem scilicet qua illam reprobat.* Et idem Lafarte distinguit inter alias res, & gabellas, vt in his specialiter procedat prædictum: nota verba, ibi: *Atque istud quidem quod immemoriali præscriptione diximus intelligendum est in gabella seu alcabala de qua agimus.* Quasi in ea istud specialiter procedat & propter publicam vtilitatem statueretur, ex quo non poterunt ad consequentiam trahi omnes Doctorum opiniones, quæ regulariter tenuerint, vel præscriptionem immemoriam prohiberi non posse, aut prohibitionem ad iam completam, & perfectam non extendi.

Idem etsi aliud agens tenuit Azeuedo in l. 3. tit. 1. lib. 2. Recop. à num. 17. vbi tradit contra leges Regni non posse allegari præteritam consuetudinem, nam quando lex consuetudinem damnat & reprobat, censetur omnis consuetudo sublata, siue præterita, siue futura: & num. 19. tradit his verbis: *Item & quia per simplicem derogationem expressam tamen alicuius consuetudinis prout hic non solum præterita consuetudo reprobata censetur, verum & futura; & ex sententia Felini, Duenas, Aucendañi, & aliorum, quos refert idem Azebedo vbi proximè, num. 21. procedere prædictum statuit etiam in quacumque consuetudine immemoriali, siue præterita, siue futura, ibi: *Quæ quidem in tantum est ve-**

ra, quod etiam talis consuetudo sit immemorialis, nihil adhuc operabitur contra legem consuetudinem reprobantem; quod expressè tenuit Gregor. Lopez in l. 6. verbo, *tributos*, titulo 29. p. 3. & sufficere videtur sola prohibitio immemorialis, ut etiam præterita & futura censeretur prohibita, ut notari solet ex textu celebri in l. eos, §. *super*, Cod. de vsuris, ibi: *ne liceat Iudici memoratam augere taxationem occasione consuetudinis in Regione obtinentis.*

11. Quod cum locum habeat in sola prohibitione præscriptionis, multò magis procedit quando lex non solum prohibet immemoriam, verum etiam expressè illam reprobat, & declarat omnino nullam, iniustam, & iniquam, ut in d. l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopilat. argum. c. *vnici*, de clericis non residentibus, lib. 6. ibi: *consuetudinem illam penitus improbantem*, c. 2. de probat. ibi: *talem consuetudinem reprobamus*; & cum in d. l. 2. immemorialis non tantum prohibeatur, verum reprobetur ut iniqua, iniusta, & contra utilitatem publicam Regni & vassallorum, hoc casu omnis consuetudo etiam præterita censetur reprobata, glossa verbo *rationabilis*, in c. fin. de consuetudine, Panormitanus in cap. 2. de probat. num. 7. & 8.

12. Declarat prædictum Pater Suarez de legibus, lib. 7. cap. 7. num. 9. vbi distinguit duos casus. Primus est, quando lex improbat consuetudinem, vel præscriptionem per modum simplicis declarationis. Secundus, quando iustis de causis disponit lex ut habeatur præscriptio pro irrationabili, & iniqua; & uterque comprehenditur in hoc casu, & in iure eius mentio est: nam aliquando proceditur per verbum *declaramus*, ut in cap. *ex parte*, de consuetudine: aliquando verò per verbum *irritamus*, ut in cap. *cum inter*, de consuetudine, eis verbis: *talem consuetudinem induximus irritandam*, quod rectè explicuit Pater Molina de iustitia & iure, disput. 79. & in hoc sensu loquitur d. l. 2. titulo 15. lib. 4. Recop. ibi: *Que nos per esta ley y Premática desde luego la prohibimos, defendemos, cassamos*: & hæc verba non solum prohibent præscriptionem futuram, sed etiam præteritam iam formatam & completam; nam id expressè denotat illud *cassamos*, id est, annullare præscriptionem iam causatam, & ita rectè tradit Pater Suarez vbi supra, num. 10. ibi: *Et in hoc sensu intelligenda videntur multa iura reprobantia aliquas consuetudines, vel præscriptiones.*

13. Et in iure cerrissimum est, ut quando lex facit declarationem, etiam comprehendit præterita, ut ex Panormitano, Decio, Felino,

in cap. fin. de constitut. Bart. & aliis in l. *omnes populi*, num. 44. vbi id maxime procedere tradit; quando ratio non solum est motiua, sed decisiva, Nauarrus in cap. *si quando*, de rescriptis, exceptione 21. num. 4. & ex Felino, Baldo, Decio, Menchaca, Menochio, Argiano, Morla, & communi Doctorum sententia, ego notavi in disput. Granatens. decis. 11. num. 1. & ita sine dubio procedit in d. l. 2. vbi prohibetur præscriptio, declaratur iniqua, iniusta, & contra publicam utilitatem; & ideo annullatur & cassatur.

Tandem in terminis dictæ l. 2. idem tenuit 14. Ioannes Gutierrez de gabellis, quaest. 5. vbi quaestionem mouet num. 7. an prædicta lex comprehendat omnem immemoriam, siue iam completam tempore quo edita dicta lex, siue non: Et resoluit etiam iam formatam præscriptionem reprobam censeri, idque tradit suaderi expressè ex verbis d. l. 2. ibi: *por haucr cogido y llebado, iunctis verbis, por qualquier tiempo, aunque fuese immemorial*. Ex quibus si simul ut debent accipiantur, manifestè omnis præscriptio præterita immemorialis, si qua fuisset, tollitur.

Et inter alia illud fundamentum expendit 15. Ioannes Gutierrez num. 9. quia ex lege valde antiquiori quam dicta lex 2. tempore Regis Ildephonsi Vndecimi anno 1386. quaest. l. r. titulo 15. lib. 4. Recopilationis, cautum erat iura Regalia non posse aliquatenus tempore acquiri, ut etiam cautum erat in l. 6. tit. 29. p. 3. & ita rectè potuit dicta l. 2. ut iniquam & iniustam præscriptionem immemoriam declarare, quia non potuit procedere à tempore dictæ legis partitæ, & dictæ legis i. titulo 15. lib. 4. & multò magis in hoc casu locum habebit, quia tempore dicti Regis Ildephonsi plura oppida, in quibus Magnates hodie vectigalia detinent, nondum erant fundata: & quod certius est, multò potest id tempus eorum concessionem, & rescripta, & priuilegia tempore Regis Henrici IV. ferè omnes Magnates obtinuisse, & ita rectè concludit Gutierrez dicto numero 9. his verbis: *Quamuis igitur ab illa lege interrumpatur, id est, & fit ex iustis causis precedentibus, quibus etiam si iam completa esset, declaratur cassa & interrupta.*

Quod etiam in terminis dictæ l. 2. Ioan- 16. nem, Gutierrez fecutus tenuit D. Castillo tom. 7. de tertiis, cap. 30. num. 7. vbi postquam retulit verba Gutierrez, tradit ibi: *Hactenus Ioannis Gutierrez placitum & resolutio, quam quidem verissimam arbitramur, & omnino tenendam*. Et reddit rationem, quia in dict. l. 2. Reges Catholici eius auctores non videntur admississe ius aduersum partem ex præscri-

præscriptione immemoriali, quia illa nunquam potuit ex prædictis incipere, nec impleti, & quia Magnates & alij qui vectigalia hucusque detinuerunt, id fecisse videntur, ut traditur in dict. l. 2. violenter, & cum mala fide; & in præscriptione immemoriali, ut in reliquis debet ab initio bona fides interuenire ut ex cap. 1. de præscriptionibus in 6. ex Baldo, Panormitano, Aretino, Franco, Alexandro, Guidone Papa, Calcaneo, Socino, Afflicto, Baldo, Craueta, Antonio, Gabriel, Molina, Menochio, & aliis plusquam centum Doctoribus quos refert, probauit D. Castillo dicto tom. 7. cap. 26. num. 24. qui in eandem sententiam adducit D. Ioannem de Solorcano, & Doctorem Ioannem de Balboa qui me præcesserunt in hoc munere fisci Patroni Regalis Patrimonij, & quorum autoritas solum sufficeret ex eorum doctrina, & quia nulli magis de praxi & stylo nostri Senatus deponere possunt.

17. Et ut excludatur quidquid in hoc casu opponi possit, videlicet quod non videatur exigi bona fides in præscriptione immemoriali, ut qui contrarium tenuerint possint interpretari: solum notandum censeo quod alibi tradidimus allegationibus sequentibus, omnes interpretes qui tenuerunt in præscriptione immemoriali bonam fidem non requiri, non procedere quasi non requiratur bona fides, sed quia ex longo tempore præsumitur in immemoriali, & quando expressè præsumptio excluditur bonæ fidei, certissimum est nullo modo posse immemoriam locum habere, quia cum mala fide nulla præscriptio procedit cap. 1. de præscript. in 6. & cum in dict. l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. aperte tradatur possessionem vectigalium inductam violenter & cum mala fide nullo modo admitti poterit præsumptio bonæ fidei quam lex excludit.

18. Vltèriùs D. Castillo dict. cap. 30. num. 6. verè, *Vnde doctrina*, aliam subiungit rationem ut eorum opinio, qui tenuerunt reprobationem præscriptionis immemorialis non extendi ad iam perfectam & completam, non posse in consequentiam eam opinionem adduci, nec admitti in vectigalibus, nam cum ea sine expresso Principis priuilegio & concessione acquiri non possint, non poterit præscriptio immemorialis procedere: & probat ex Geminiano, Alberico, & Peregrino, & subiungit in hoc nihil fisci priuilegio tribui, sed ex iure communi procedere. Nota eius verba, ibi: *Item dum dicta l. 2. immemoriam præscriptionem etiam præteritam excludit in materia gabellarum, non quidem aliquid exorbitans vel extraordinarium siue*

quo ius aduersum tollere videatur, statuit, vel introduxit, sed imò potius ad eo iuridicè, & iuste se habuisse videtur, ut iure communi conueniens omnino statueret, sicut deprehenditur manifestè ex his, quæ Petrus Barbosa latius scripta, atque annotata reliquit in l. *comperit*, Cod. de præscript. 30. vel 40. annorum ex num. 11. vsque ad 16. vbi ex sententia aliorum multorum auctorum, & ad explicationem legis illius obseruauit, quod Gabelle aut tributa, quæ imponuntur pro soluendis stipendiis militum, vel pro sumptibus, & expensis bellorum quæ occurrunt, vel pro beneficio Reipublicæ ad eius tuitionem, nec etiam immemoriali præscriptione acquiri, aut tolli possunt prout latius ibi comprobatur, & ideo ex sententia D. Castelli dict. l. 2. rectè procedit, non solum ut improbet præscriptionem iam completam, sed etiam ut in vectigalibus posse rectè prohiberi præscriptionem: nam etiam retulerit D. Castillo dict. cap. 30. num. 6. Iafonem, Cephalum, Ruum, Parisium, Surdum, Antonium Petram, Mieres, & alios qui in contrarium expensum: ut Princeps non possit prohibere præscriptionem immemoriam, tamen id locum non habere in vectigalibus statuit ex rationibus prædictis: & ideo non rectè in contrarium expenditur.

Ex quibus manent expeditæ duæ obiectiones, quæ contra Regium patrimonium Magnates obieiebant, de quibus supra n. 1. & 2. videlicet Principem non posse prohibere præscriptionem immemoriam & dictam legem secundam titulo 15. lib. 4. Recop. quæ prohibetur non procedere iam causata, quia hæc fati supra explicata sunt.

Quod verò & iam obiecebatur, quæcumque 20. pro Regali patrimonio expendimus, locum posse obtinere, quando de proprietate vectigalium ageretur; non verò cum de possessione, in qua summarie quaeritur, & qui possidet tuendus est, de quo supra num. 3. quia respondendum est: hæc omnia quæ regulariter procedere possent, locum non habent in vectigalium recuperatione; nam tunc summarie agitur, ex l. *nisi opinatores*, C. de exact. tributorum, lib. 10. & pluribus probauimus allegat. 5. per totam, & iure nostro Regni expressè deciditur in l. 19. titulo 9. lib. 3. l. 26. titulo 18. lib. 6. Recopilat. illis verbis: *Que nos lo podamos todo mandar, tomar y ocupar sin se guardar otro orden de derecho, o sin otra sentencia, o declaracion como decho es*, & in totum (si quod contra obiectum admitteretur) delenda esset praxis Senatus regalis Patrimonij in quo nec audiri oportet, quod de non admittenda hac discussione in iudicio summarie expensum est.

21. Rurfus quod etiam obiectum dist. l. 2. titulo 15. lib. 4. recop. non improbare possessionem vectigalium, sed solum ne iure Domini adquirentur, non solum futile est, sed turpe, & valde reprehendendum, obijcere: nam expressis verbis dicta lex 2. improbat possessionem, vt apparet his verbis: *Aunque en ello pareciesse tolerancia nuestra, o de nuestros sucesores, que para ello no puedan adquirir, ni adquieran posesion, titulo, ni derecho, ni puedan alegar uso ni costumbre alguna;* & valde absurdum est contra expressa verba velle in contrarium dictam legem adducere, & intendere præscriptionem reprobata non reprobari etiam possessionem, quam lex expressè tradit in vectigalibus acquiri non posse.
22. Sed vltra quod obijciebant non esse causam definiendam, vt vectigalia à Principe recuperentur in hoc articulo summario *del cobro*, ne confundatur iudicium summario cum ordinario, de quo suprâ n. 4. ad finem, quia facilem expeditionem habebat, si consideres iure communi & Regio, breuiter & summarie fisco restituendum, quod ex vectigalibus vsurpatum est, vt sæpius diximus: & quando probatio qua faciendâ in iudicio ordinario prodesse non potest, admittenda non est, l. *ad probationem*, Cod. de probat. cap. *sape* 44. de appellat. vbi gloss. verb. *iuris*, Clementina sæpe de verb. significatione, Franchis decif. 221. num. 12. Ioannes Franciscus Ponte lib. 1. conf. 59. num. 1. & cum in vectigalium detentatione nulla possessio, probatio, vel præscriptio proficit, nisi constet de priuilegio, aut cõcessione Principis probatio alterius cuiusq; rei non admittenda, cum prodesse nõ valeat nõ edocto vel demonstrato vectigaliu priuilegio in triplici termino, vel dilacione, quæ in iudicio summario huius articuli *del cobro*, conceditur, vt titulus, & concessio exhibeatur: nam tres termini & dilaciones separatim assignantur, & in qualibet interpellatur possidens vectigalia, vt exhibeat titulum concessis triginta & plus diebus, iuxta qualitatem rei in quocunq; termino, & cum in hoc planius & plenius quàm in iudicio ordinario de causa cognoscatur, videtur de illa amplius non esse necessarium discutere.
23. Præsertim, nam quoties in iudicio summario plenè de causa discutitur, & cognoscitur, non est necessarium expectare iudicium ordinarium, sed ex iudicio executiuo & summario nascitur exceptio rei iudicatae ad plenarium, quando de eo quod in plenario cognoscendum plenariò cognitum fuit in summario, Bart. in l. 1. num. 4. C. de ordine cognitionum, & in l. *quod in diem*, §. 1. ff. de compenfat. Socinus conf. 264. ver-

fic. *circa sextam questionem*, & probauit Abbas 1. part. conf. 50. num. 2. & 3. Et vt singularia pondero eius verba, ibi: *Præterea & secundo, ubicunq; idem prorsus est finis agendi non potest deduci per viam agendi in secundo iudicio, quod fuit deductum in primo, etiam per viam excipiendi*. Et est textus notabilis in l. *duobus*. ff. de exceptione rei iudicatae, & facit quod ex Baldo, Decio, Alex. Curtio, & Parisio notauit D. Alex. Ludouic. decif. 535. n. 15. vsq; ad 18. ibi: *quia plenaria cognitio non attenditur penes ordinem iudicij, sed penes qualitatem probationis, & quando tempus ad probandum datum fuit, ita vt plenè de re cognosci possit*, vt in hoc casu quia tres assignati termini, vt exhiberetur titulus & priuilegium vectigalium.

Nam quamuis regulariter sententia lata, vel decretum in iudicio summario executiuo non pariet exceptionem rei iudicatae quin possit iterum de eadem re ordinariè agere, l. *à Dino Pio*, §. *si super rebus*, ff. de re iudicata, l. *si quis à liberis*, §. *meminisse*, ff. de liberis agnoscendis; tamen hæc regula limitanda est in casu de quo agimus, cum plenè de re cognitum sit in iudicio summario, & vltra suprâ adductos notarunt Cesar Barcius decif. 82. num. 24. & 25. Simon de Præcis volum. 1. conf. 107. num. 13. Socinus senior vol. 2. conf. 255. num. 2. & 6. Gratianus tom. 3. disceptationum, p. 445. num. 4. vsq; ad 10. Decius omnino videndus conf. 96. num. 1. cum seqq. Alex. in dict. §. *si super rebus*.

Et rectè notauit Sesse de inhibit. c. 2. §. 3. conclus. 1. num. 14. qui postquam nostram sententiam admisit, reprobauit; & adeò verum censet vt procedat etiam quando super aliquo iure incidenter per viam exceptionis aut per modum causæ plenè cognitum fuisset; sicut super ipso principali, quia tunc sententia lata super incidenti parit etiam exceptionem rei iudicatae, ac si principaliter de illo actum fuisset, vt ex Bartolo, Innocentio, Panormitano, Decio, & Ant. de Butrio probauit idem esse vbi proximè num. 15.

Præterea quod etiam obijciebatur, non esse necessarium ad detinenda vectigalia per Magnates probari scientiam & patientiam Principis, quam numquam probarunt, de quo suprâ num. 5. facillimè excluditur, nam vltra quam ex plurium sententia longè probabiliori ad præscriptionem immemoriam scientiam & patientiam Principis requiri, vt in omnibus iuribus incorporalibus desideratur eius scientia & patientia, contra quem præscribuntur, & hæc tenuerunt opinionem Cynus, Bartolus, Baldus, Oldradus, Salicetus, Angel. Castrenf. Panormitanus, Aretinus,

24. nus, Bertachinus, Ripa, Alexand. Socinus, Anania, Boherius, Aimon, Craueta, & Palacios Rubios, quos refert Anton. Gabriel lib. 5. communium, titulo de præscript. conclus. 1. num. 59. Albertus Brunus, & alij, quos refert & sequitur Ioannes Garcia de nobilitate, glossa 7. num. 7. Felinus, Iason, Socinus iunior, Ruinus, Beroius, Crotus, Corneus, Cepola, Craueta, Cephalus, & Burfatus, quos refert Achilles Pedrocha consil. 36. num. 386. statuens hanc esse magis communem opinionem & eiusdem sententiæ, præter supra dictos Couarr. Mascard. Raudenssem, Sfortiam, & Azebed. refert Castillo tom. 7. c. 28. num. 4. & de hoc egimus latius allegat. 9. num. 14.
27. Et ex eo contrariæ opinionis Doctores crediderunt non esse necessariam patientiam & scientiam Principis, quia ex longo tempore videatur præsumi, vt ex Becio, Padilla, Gutierrez, Azebedo, Calixto, Ramirez, Peregrino, Barbosa, Surdo, Capito, Mastrillo, & aliis, probat D. Castillo vbi proximè, & D. Molina, quem maximè pro se ad hoc expendunt Magnates lib. 2. de primogeniis, cap. 6. num. 15. idem tenuit eis verbis: *Vel ex eo quod ex huius præscriptionis natura, scientia probatio necessaria non sit, vel quod ex tanti temporis lapsu hæc omnia præsumantur*. Igitur idem Molina & omnes qui in contrarium adducuntur, vt scientia Principis non sit necessaria probari in præscriptione immemoriali, possessione, & detentatione vectigaliu; inde probationem excludunt, quasi præsumatur scientia ex tanti temporis lapsu, & cum præsumptionem oporteat cedere veritati, l. *nuptura filio*, ff. de iure dotium, Surdus consil. 37. num. 17. & conf. 80. num. 19. & conf. 523. num. 18. Gratianus discept. tom. 5. c. 832. num. 15. Thusc. lit. P, conclus. 612. quando apertè constaret scientiam Principis non adfuisse, necessaria illa probanda, non enim potest manifestius ignorantia Regum nostrorum probari in hac re, quàm cum ipsi illam claris & non cauillandis verbis testantur in d. l. 2. titulo 15. lib. 4. Recop. ibi: *sin que scamos sabidores dellos*; & assertioni Principum semper credendum est, Clement. 1. de probat. vbi notatur, & ex Mascardo & aliis pluribus ego notauit alleg. 60. per totam, & nulla potest contra illam præsumptio procedere, & ideo vt præsumatur Principis scientia, probanda est.
28. Denique quod vltimo loco obiectum n. 6. ex decreto Regis nostri expeditum Kalendis Septembris anno 1628. videri eius voluntatem declarari, ne istæ lites vectigalium aduersus Magnates instituuntur, & fisci Patro-

no mandatum reuocatum, quia satis explicatum relinquitur prædictum decretum allegat. 8. num. 37. & cum in eo nullo modo prohibeat Rex noster, vt hæc actiones exercentur, cum facillè posset edicere, sed solum dicat de illo velle deliberare, quia fortè aliqua proposita fuerunt Principi, vt eius patrimonium posset damnus refarcire, quod ex Magnatum detentatione vectigalium patiebatur; & qui deliberare dicit, non disponit, nec prohibet, vt alibi probauimus argumento l. 1. §. *castum*, ff. de postulando, supra allegatione 8. num. 49.

Dicendum est valde absurdum videri inde velle desumere reuocationem mandati fisci Patroni, & illi prohiberi quod pro bono publico, vt popularis actio cuius bet de populo competit intendere, vt quod fisco vsurpatum restituatur, vt resoluit Peregrin. de iure fisci lib. 6. tit. 2. n. 17. & probatur, l. 1. tit. 35. lib. 4. l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil. & non solum id cuiuslibet permissum, sed adiunctis pœnis de quibus, in l. 3. tit. 8. lib. 9. Recopil. iubetur illum qui cognouerit aliquid ex Regali Patrimonio iniuste detentum, statim denunciare, aliàs puniendum.

Et cum Patronus fisci possit pro eo quascumque intendere actiones, generaliter, & sine aliqua restrictione, l. 12. tit. 18. p. 4. l. 1. & per totum tit. 13. lib. 2. l. 1. §. 3. tit. 2. lib. 9. Recopil. non potest absque eo quod expressè reuocatur mandatum prohiberi, cum vltra ea quæ notauimus allegatione 8. nu. 57. vt non videatur vetare qui expressè non prohibet, argumento, l. *qui vas*, §. *vetare*, ff. de furtis, faciunt verba textus, in l. vnica, §. *sin autem ad deficientis*, Cod. de caducis tollendis, ibi: *Nam si contrarium volebat nulla erat difficultas coniunctim ea disponere*, c. ad audientiam, de decimis eis verbis: *nam si intelligeremus tantummodo de noualibus, vbi ponimus de laboribus, de noualibus poneremus*, Quia non videtur comprehensum quod facillè potuit declarari, si expressum non sit ex traditis à Menochio lib. 1. præsumpt. 23. & addendi Craueta consil. 6. num. 66. Decianus lib. 3. conf. 114. num. 15. Surdus, consil. 143. num. 15. & consil. 340. num. 2. Cancerius 2. tom. var. cap. 20. de legatis ex num. 377.

Maximè cum probetur ex eodem textu 30. qui in contrarium adducitur, esse necessariam expressam voluntatem, vt mandatum datum reuocari videatur in l. *Pomponius*, §. *in his* ff. de procurat. ibi: *Si forte euident sit contra voluntatem eos experiri eorum pro quibus interueniunt eos repelli*. Et cum nullo modo dici possit in dicto decreto euidenter reuocari mandatum generale, quod habet fisci

fisci Patronus, videtur non posse prohiberi litem prosequi, & actionem intendere contra Magnates pro recuperandis vectigalibus: nam et si in aliquo contractu expressè à Principe concederetur alicui uti privilegio concessio, vel officio, vel Princeps iuberet, ne fiscus contra illum aliquid peteret, sed potius illum defenderet, quo casu evidens est voluntas ne Patronus fisci mandato sibi concessio vteretur, adhuc illud intelligendū est, ne intulit aliquid petat, non verò si iustè actionem intenderit, nam id non prohibetur argumento legis Aurelio, 21. §. Gaius, ff. deliberatione legat. vbi scribentes, Couarr. in c. Raynaldus §. 1. num. 8. Albericus in l. nullus videtur de reg. iuris, Carrot. de locato, 4. p. quæst. 14. num. 36.

31. Tum etiam quia licet expressè Princeps iudicia de vectigalibus contra Magnates non intendi iuberet, tamen cum à tempore quo prædictum decretum prolatum fuit tredecim excurrerent anni, & in hoc tempore quo bella excitarentur, & propter ea ararum publici penuria experta fuisset, de prædicto decreto quasi nociuo publicæ utilitati, nouâ causâ interueniente, curandum non est, l. ex facto, ff. de vulgari, l. quod semel, ff. de decretis ab ordine faciendis, cap. suggestum de decimis, cap. quanto, de censibus, vbi scribentes, & in cap. accedentes, de præscript. Natta conf. 63. Rolandus conf. 1. num. 170. lib. 2. Riminaldus Iunior conf. 18. num. 67. & conf. 25. num. 45. Lancellot. Gallia conf. 25. num. 40. Belluga in pecul. Princ. reg. 35. §. post militares, num. 12. Franciscus Ponte de potestate Proreg. tit. 5. num. 32. & 41. Ripa responso 7. dubio 8. part. 1. consonat de iure Regio, l. 43. tit. 18. partit. 3. vbi etiam notauit Gregorius Lopez.

32. Et in casu simili publicæ necessitatis potest Princeps expendere bona subditorum, vt notant communiter Canonistæ in cap. qua in Ecclesiarum, de constit. & nos alibi notauimus allegatione 59. num. 19. quanto magis permittendum Patrono fisci, vt vectigalia Regalis patrimonij recuperet, etiam si expressè Princeps prohiberet, quando noua tam vrgens & necessaria causa interuenit maximè cum in præfenti nulla est prohibitio, nec tacita, nec expressa, vt sæpe animaduertimus.

33. Textus verò in dict. l. Pomponius, §. in his de Procuratoribus, l. illud, §. fin. ff. de minoribus, iam suprâ explicati sunt, allegat. 8. num. 47. & 57. at verò textus in l. si hominem 30. ff. mandati, quem pro se adducunt Magnates, iuncto consilio Grauetæ 732. minus etiâ contra facit, quia textus in dict. l. si hominem,

maximè iuuat factum Patroni fisci in præfenti, quippe in eo traditur, sine iusta causa non posse Procuratorem factum domini, aut voluntatem reuocare: at verò cum iusta causa id rectè permittit, & ideo qui accepit hominem, vt eum manumitteret, si postea procurator id prohibeat sine mandato, imò potius contra mandatum Domini, si ex iusta causa id fecerit, tradit Iurisconsultus teneri eum, qui non paruit denunciationi Procuratoris, etiam si voluntatem Domini sequatur, & contra eam videtur agere Procurator, & illum textum interpretantur Decius, Ruinus, Mocius, Iosephus Ludouicus, & alij, quos refert Nenius ibi, Tiraquellus de pœnis tempor. numero 23. vsque 30. Pileus quæst. 101.

An verò hodie iustæ sint causæ recuperandi vectigalia, & ratio ipsa, & decretum Regis nostri ostendit, quo edicit maximè suam conscientiam grauari ex eo quod domini vassallorum detineant vectigalia: quibus adde verba, quæ alibi notauimus, Dominici de Soto lib. 3. de iustitia & iure, quæst. 6. art. 7. num. 3. vers. ceterum. Consilium verò Crauetæ in longè dissimili specie procedit, videlicet quando Princeps expressè aliud privilegium dedit, vel concessionem fecit ad beneplacitum ipsius Principis, quia non potest ab eius Ministris reuocari, quod longè differt à tolerantia, & nostro casu.

ALLEGATIO XVI.

Præscriptio non procedit nisi in iure causato.

1. Præscriptio sine possessione non procedit. c. sine possessione de reg. iuris.
2. Possideri non potest quod non extat. Non entis nulla sunt qualitates. l. qui superstitis, ff. de acquir. hered. C. auditis de præscriptione. l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itinere actûque priuato.
3. Consuetudinis, & præscriptionis differentia.
4. Præscriptio tollit ius causatum, consuetudo inducit de nouo.
5. §. si quis per triginta, titulo si de fundo defuncto & c. num. 6. & 7.
6. Feudum præscriptione adquiri non potest, nisi res vt feudalis possideatur.
7. Possideri non potest nisi quod certum. l. possideri 3. §. incertam, ff. de adq. poss. 8. Præ

8. Præscribi non potest quod iure communi competit. l. sequitur 4. §. lana, ff. de vsucapionibus.
9. Præscriptio, vt procedat, debet res possideri vt præscribenda. l. sequitur 4. §. furiosus, ff. de vsucapionibus.
10. Possessio rei diuersa non infert ad possessionem alterius, nec iungitur vt profit. l. cum heredes, ff. de acquir. possessione.
11. Formaliter res possidenda & apprehendenda vt præscriptio procedat. l. cum heredes, ff. de acquir. possessione.
12. Possessio naturalis non sufficit sed civilis requiritur ad præscriptionem. Possessio civilis adquiri non potest sine affectu possidendi. l. 1. §. per Procuratorem, ff. de acquir. possessio. l. communis, 42. §. Procurator ff. eodem.
13. Possidere non potest nisi qui rem naturaliter apprehenderit. l. possideri 3. §. inde Neratius, ff. de acquir. possess. l. possideri 3. §. inde Neratius, vers. ceterum, ff. de acquir. possess. l. peregrè 44. ff. de acquir. possessio.
14. Præscriptio non procedit ex generali detentatione nisi specialiter res apprehendatur.
15. Depositarius non potest possidere rem depositam nisi eam loco mouerit, animo abdicandi possessionem. l. possideri 3. §. si rem, l. si rem 47. ff. de acquir. possess. conciliantur.
16. Possessio distincta & formalis necessaria ad præscriptionem. c. cum Ecclesia Sutrina, de causa possess. & propriet. c. cum de beneficio de præbendis lib. 6.
17. l. qui vniuersas 30. ff. de acquir. possess.
18. l. rerum mixtura, §. Labeo, ff. de vsucapionibus.
19. Præscriptio non causatur ex actu negatiuo sed requiritur positiuus possessionis.
20. Annua solutiones tot habent præstationes quot anni.
21. Successori qui ex iure proprio succedit non nocet negligentia antecessoris.
22. Maioratus successori non nocet negligentem fuisse possessorem. l. fin. §. sed quia, C. comm. de legat. l. 1. C. de bonis maternis. l. cum notissimi, §. illud, C. de præscript. 30. vel 40. annorum.
23. Præscriptio non amittitur per non usum in iuribus incorporalibus mera facultatis, sed sunt necessary actus contrarij prohibitiui.

Ioann. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. Pars I.

- l. 1. ff. de nundinis.
24. Præscriptio in iuribus incorporalibus non procedit, sine scientia & patientia eius contra quem præscribitur. Principis ignorantia in rebus facti præsumitur. l. verius 2. ff. de probationibus. l. quamquam 17. ff. ad S. C. Velleian.
25. Principem præsumitur ignorare proprium factum propter negotiorum molem. Magistratum præsumitur ignorare proprium factum ex multis negotiis. c. cum olim, de re iudicata.
26. Reges Castella in testamentis improbant possessionem quam vassalli usurparunt, de iuribus Regalibus. Vita hominis longior centum annorum.
27. Præscriptio in materia inhabili procedere non valet. l. vbi lex, ff. de vsucapionibus. Præscriptionis prohibitio à lege facta eam interruptit. c. 17. & 18. Bulla in cena Domini. Præscriptio semel interrupta non potest nec per mille annos reuiuiscere.
28. Præscriptio amittitur per non usum. c. si de terra de priuil. & num. 29. & 36. c. accedentibus, de priuilegiis, & n. 29. & 36. l. 42. tit. 18. p. 3.
29. Præscriptio amittitur per actum contrarium.
30. Præscriptio non causatur contra eos qui non sunt negligentes.
31. Præscriptio non dicitur amissum per non usum, quando actus factus contra privilegium non inducit eius renunciationem.
32. Præscriptio permissiuum, nihil fit contra illud non utendo.
33. l. 1. tit. 21. lib. 9. Recopil. l. neque utilem, ff. ex quibus causis maiores.
34. Præscriptio etiam invito aufert dominium & in alium transfert.
35. Præscriptio quando concessum dignitati non potest renunciatio possessorum nocere. Præscriptio solum amittitur per non usum illius qui alias potuisset privilegio renunciare.
36. Præscriptio quando amittitur in præteritum non in futurum. l. 2. ff. de veteranis.
37. Præscriptio concessum Camera & dignitati reale existimatur, nec renuntiatione Regis amittitur.

O De

*De eadem re quando immemoria-
lis procedere non possit in Ter-
tiis, eo quod Tertie numquam
separata à Decimis, & ideo
non possessa ut præscribantur,
pro explicatione l. i. tit. 21. lib. 9.
Recopilat.*

IN multis controuersis quæ cir-
ca Tertias in Regno & supremo
Senatu Regalis Patrimonij se ob-
tulerunt, apparuit Ecclesias ali-
quas numquam deduxisse Tertias, ut Prin-
cipi applicarentur nec mandasse executioni
Rescripta Pontificum expedita circa Tertias
in fauorem Regum nostrorum, sed integrè
& indistinctè decimas suas percepisse quo
casu cum nullus alius consideretur recursus,
ut contra expressà rescripta Pontificum ius
Regium excluderent in tertiis, ad præscri-
ptionem immemorialem confugiunt, iuxta
l. i. tit. 21. lib. 9. Recopil. & ultra plura quæ
in his casibus immemorialem excludere pos-
sent, quæ vnusquisque percipiet in allegatio-
ne, 28. & prout casus exegerit inducet: in
hac tamen specie videtur nullo modo posse
immemorialem locum habere, quippe cum
nulla præscriptio sine possessione procedat,
cap. sine possessione, de reg. iuris, Puteus, de-
cif. 107. p. 1. Mascardus de probation. con-
clus. 24. num. 23. & conclus. 946. num. 8. Ca-
picus, decif. 209. num. 32. Boherius decif. 55.
num. 6. Monach. decif. Lucensi, 14 num. 36.
Hondedeus, lib. 1. conf. 79. num. 47.

2. Et cum Tertie non separantur à decimis
dici non potest possideri potuisse, quia quod
non est, nec possideri valet, aut præscribi ex
doctrina Baldi, in l. 1. in principio, Cod. de
emancipationibus liberorum, quippe non
entis nullæ eius qualitates existimantur, l.
qui superstitis, ff. de acquir. hæred. Antonius
Gomez. variat. tom. 1. cap. 1. num. 9. & in l. 17.
Tauri, num. 19. Ceuallos, tom. 4. commun.
quæst. 905. num. 80. Gutierrez, practic. lib. 3.
quæst. 35. n. 30. ex Tiraquello, Surdo, Tuscho,
& pluribus, Velasco Axiom. Jur. lit. N, n. 52.
& præscriptio esse non potest in eo quod
non erat tempore quo incipere debebat præ-
scriptio, ita ut immemorialis non procedat,
quando illud circa quod allegatur non exte-
re à tempore immemoriali constat, sed ali-
quibus annis antequam præscriptio allega-
retur inciperet, ut cum rem ab immemoria-
li non fuisse appareat, destruat immemo-

rialis, quæ rei adhæret, cap. auditis, vbi glossa
Panormit. & Felinus de præscript. l. 1. §. hoc
interdicto, ff. de itin. actûque priuat. Paris.
vol. 1. conf. 114. num. 23. vsque 29. Rolandus
vol. 2. conf. 94. num. 17. Ludouicus Gome-
zius, decif. 346. num. 9. Olascus decif. 29.
num. 16. Sesse decif. 187. num. 59. Rebuffus
de decimis, quæst. 14. num. 9. ex Boherius,
Hondedeus, Monacho, Molina, Antonio
Gabriele, Garcia, & aliis, Augustinus Barbo-
sa in collectanea dicti cap. auditis, n. 2.

Nec considerari valebit Tertias posside-
ri quæ numquam fuerunt, quia præscriptio
nō potest inchoari sine possessione, Oldrald.
conf. 264. in vers. *Primo quidem*, Bald. lib. 5.
conf. 365. Aimon. conf. 71. num. 3. Parisius,
lib. 3. conf. 92. num. 39. Alex. lib. 6. conf. 228.
n. 6. & ideo notauit Baldus, lib. 5. conf. 401.
maximè differre consuetudinem & præscri-
ptionem; nam præscriptio est usurpatio rei
alienæ in esse productæ, consuetudo verò
quædam forma introducta ex consensu po-
puli sine usurpatione iuris alieni, & ideo suc-
cessionem respicit, & futura nondum nata,
præscriptio tollit præterita iam formata, ut
notarunt Bellamera conf. 10. in vers. *tertio
differt*, Corneus lib. 3. conf. 22. n. 30.

Et quando ius alicui aufertur, non dicen-
da consuetudo, sed præscriptio, Rolandus à
Valle lib. 1. conf. 5. num. 76. Aimon, Crauera
de antiquit. tempor. 4. p. sectione 1. per totam;
Nicolaus Garcia de beneficiis, 5. p. c. 4. num.
98. & 99. vbi pro hac opinione plures Rotæ
decisiones refert Cæsar de Grassis decif. 2. de
his quæ fiunt à Prælati, num. 3. & 4. Olive-
rius in annot. ad D. Alex. Ludouif. decif. 191.
lit. A. num. 6.

Vnde cum in hoc casu nunquam constet
ex cumulo decimarum Tertias deductas,
non valebit in eis possessio considerari, nec
præscriptio; quia ea dicitur quæ tendit ad
tollendum quod iam est in esse productum,
ut tradit Balbus de præscript. 1. p. quæst. 10.
num. 11. & antea tradiderat Iason in l. de
quibus, num. 43. ff. de legibus, ut præscriptio
currere incipiat à tempore primi actus, qui
præscribi intenditur, idque firmat ex Barto-
lo, Angelo, Imola, & Ioanne Andrea; & fa-
cit textus in §. *si quis per triginta*, tit. si de feu-
do defuncti contentio sit, ibi: *rem aliquam
possedit*, quasi in ea quæstione, an sufficiat
rem possidere, ut inde oriatur præscriptio rei
feudalis, rectè tradatur non prodesse posses-
sionem, nisi quæ tendit ad id quod præscri-
ptione acquirendum.

Et ideo Doctores quærent, qui de re in-
uestitus non fuit, an præscriptione possit rem
feudalem acquirere, & tradunt tunc posse
rem

rem ut feudalem acquirere, & præscribere,
quando illam possedit ut feudum, ex Baldo,
Aluaroto, tradit Balbus de præscript. 4. p.
quæst. 1. num. 1. vbi probat non sufficere lon-
gissimi temporis possessionem, ut præscri-
ptione feudum acquiratur, nisi possessio fue-
rit vniformis, id est, habita semper tanquam
feudalis, quod etiam tenuit Alex. lib. 2. conf.
169. num. 7. statuens debere possidere for-
maliter qui ex possessione præscribere in-
tendit.

7. Et certum est non posse acquiri possessio-
nem quædo res non est certa ratione quoræ,
ut in nostro casu, quia nunquam potuerunt
Tertie possideri, ut argumento legis *posside-
ri 3. §. incertam*, vbi glossa, ff. de acquir. pos-
sess. vbi Bart. Castrensis, Iason, Alex. & alij
ex Cephalo, Neuizano, Romano, Tiraquel-
lo, & aliis, notauit Surdus conf. 423. num. 38.
vbi de simili feudali possessione agit, addu-
cens Baldum, & ex Bartolo, Curtio seniori,
Croto, Bertrando, & Crauera ibi num. 39.
probat non posse legitimam ante liquidatio-
nem possideri propter incertitudinem; cui
addendus idem Surdus conf. 168. num. 48. &
conf. 225. num. 12. ita similiter Tertie in no-
stro casu, quæ nunquam deductione Tertiarum
certificatæ possideri nō poterunt quem-
admodum diximus in feudo dict. §. *si quis per
triginta*.

8. Ex quo Doctores tria colligunt cumula-
tiue necessaria ad præscriptionem: Primum,
continuum possessionem sine interruptione:
secundum, rem possidere formaliter tanquæ
feudalem: tertium, quod inciperet præstare
feruitia Domino ut notauit glossa magna in
titulo de feudo dato, in vicem legis, §. fin.
Alex. vbi proximè, & lib. 4. consil. 112. n. 11.
Decius conf. 144. vers. *sed his non obstantibus*,
Et nihil præstabit possedisse omnes decimas
& percepisse nisi quotam tertiarum posside-
ret, nam debet possessio eadem iure proce-
dere ut notauit, Baldus lib. 3. conf. 159. num.
10. vbi animaduertendum, est quod ille tra-
dit, Regem non posse præscribere aliquid in
suo Regno quoad iurisdictionem, vel impe-
rium, quia id habet de iure communis ac per-
inde cum iure communi possederit Ecclesia
decimas, non poterit præscribere Tertias,
argument. l. *sequitur 4. §. Lana*, ff. de vsucap.
ibi: *Statim emptoris fit*.

9. Et omnino necessum est, ut res posside-
retur talis, ut præscribenda, & ut inquit
textus in l. *sequitur 4. §. furiosus*, ff. de vsu-
cap. ibi: *Sed hæc persona ita demum vsucapere
potest, si ex ea causa possideat, ex qua vsuca-
pio sequitur*, Et addenda sunt quæ circa hunc
textum notauit Gilqueni de præscriptione.

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Pars I.

3 p. cap. 2. num. 7.

Et cum præscriptio procedat circa Ter-
tias, & numquam fuerint Tertie, possessæ,
inde fit, ut præscribi non possint, nec dicen-
dum est, quo ad Tertias pertinet possidere
simul cum possessione decimarum, nam
hæc possessio quæ ad decimas pertinet, ex
diuerso iure procedit, quam possessio Ter-
tiarum, & possessio vnus non infert pos-
sionem alterius, nec iungitur ut profit, ut
tradit Baldus lib. 3. conf. 439. num. 5.

Sed verè non solum specialiter possessæ
non sunt Tertie, sed nullo modo possessæ
nec possideri possent, quia licet generaliter
in decimis inesse videantur Tertie, & eis
comprehenderentur: tamen Tertie non pos-
sidentur antequam Tertie deducantur ex
decimis, nam quamuis hæres in hæreditate
omnia iura habeat, & ipso iure in eum tran-
seant, tamen titulus pro hærede non inducet
præscriptionem, antequam cuiusque rei quæ
præscribenda, possessionem specialiter appre-
hendat, l. *cum hæredes*, ff. de acquir. posses-
sione, quia deficit vnus ex substantialibus
præscriptionis, scilicet traditio vel quasi, ut
argumento legis, *cum solus 29. ff. de vsuca-
pionibus*, notauit Bald. dict. lib. 3. conf. 159.

Et quamuis generaliter decimas aliquis
possideret, & naturaliter tenere videatur
Tertias quæ ex decimis deducendæ, tamen
non sufficit naturalis possessio, quando agi-
tur de re præscribenda, & dominij acqui-
sitione, Calderinus conf. 195. alias 5. sub ti-
tulo de præscriptionibus in principio, Ale-
xander conf. 35. num. 3. in vers. *pro ista opinio-
ne*, Socinus conf. 47. num. 12. lib. 1. Couar. in
reg. possessor. 2. part. num. 7. in vers. *est igitur
necessaria*, ciuili autem possessio non potest
acquiri sine affectu possidendi, l. 1. §. *per Pro-
curatorem*, ff. de acquir. possess. de cuius con-
ciliatione cum, l. *Communis 42. §. Procurator*,
eodem titulo videndus Couar. lib. 3. variat.
cap. 16. num. 9. Donellus lib. 5. comment.
cap. 8.

Sed etiam si quis affectum habeat possi-
dendi nisi rem naturaliter apprehenderit, non
potest verè possidere l. *posideri 3. §. Neratius*,
ff. de acquir. possess. & cum in hoc ca-
su, nec affectum habuissent possidendi Ter-
tias non separatas, nec in eis apprehensio
considerari valeat non poterit præscriptio
procedere.

Pro qua re pondero textum in dict. l. 3. 14.
§. Neratius versic. *ceterum*, ff. de acquir. pos-
sess. vbi quæstionem proponit Iuriconsul-
tus, si aliquis fundum vsuceperit, an simul
cum eo thesaurum qui ibi conditus erat, vsu-
ceperit. Et quamuis Brutus, & Manilius te-
nuerunt

nuerunt; quia fundo continebatur eius occasione thesaurum vsucapi, tamen Sabini sententiam probat Paulus, vt siue ignoret, vel sciat possidens fundum ibi conditum esse thesaurum, vsucapi non posse; nam qui nescit, non possidet thesaurum, quamuis fundum possideat, qui verò scit, quia eius non apprehendit possessionem, nisi loco mouerit, nec possessio fundi tendit ad thesauri possessionem, quam etiam rationem tradit Papinianus in l. peregrè 44. ff. de acquir. possessione, ibi: *cum si alius in meo condidisset, non aliàs possideret, quam si ipsius rei possessionem super terram adeptus fuisset*, agit enim Iuriscultus, quando qui peregrè profecturus pecuniam custodiae causâ in terra condidit; & cum reuertetur, & locum vbi condiderat, in memoria non repereret; quærît, an desineret pecuniam possidere, & tradit non amittere possessionem, quia cum primò eius pecuniæ possessor fuisset; adhuc possessio retinetur, nec damnum adferre debet possessioni memoriæ infirmitas, quando alius possessionem non inuasit, & tradit nihil interesse, an pecuniam quis in suo, vel alieno fundo condidisset, quia etiam si in alieno deponeret, alter non posset cum fundo possidere pecuniam, nisi eam à terra defoderit, & supra terram eius possessionem apprehenderit, quasi non sufficiat generali detentatione aliquid contineri, nisi specialiter possessio eius apprehenderetur, vt notantur Doctores per textum ibi in l. possideri 3. §. *Neratus*, ff. de acquirenda possessione. Bartol. in l. fin. Cod. de sacrosanctis Eccles. Innocentius in cap. 1. de consuetudine, Ceuallos quæst. 156. ad finem, Barbosa in l. diuortio, §. *si fundum*, num. 35. ff. solut. matrim.

15. Rurfus, quod plus est, etiam si quis rem ipsam in specie habeat, non tamen ex ea causa, ex qua possideat, vt depositarius, qui rem depositam detinet, & non possidet, etiam si velit eam à Domino abdicere, & sibi possidere, tamen id facere nullo modo potest, nisi rem ipsam loco mouerit, quasi rem quam habet, & detinet, nisi ad hoc vt specialiter in eam nouam possessionem acquirat, possidere non videatur, l. possideri 3. §. *si rem*, ff. de acquir. possess. nec obstat l. *si rem*, 47. ff. de acquir. possessione, ibi: *nec reddere constitueris*, vbi in eodem casu denotari videtur eo ipso quod noluit reddere depositarius amittere possessionem deponentem, quia ibi *constitueris*, accipiendum est, cum effectu, cum depositarius sibi apprehendit possessionem, quomodo eum textum accipit Darenus in d. l. 3. §. *si rem*, Donellus lib. 5. comment. cap. 12. Osualdus ibi in notatis lit. D,

interpretatur verba, *si possidere constitueris*, id est, si volens possideris, argumento legis vltim. ff. de rerum diuisione, ibi: *transcendere voluerit*, pro volens transcendit; igitur certum est absque eo quod res quam quis habet in specie, vt depositarius animo possidendi eam loco mouens apprehenderit, non posse in ea acquiri possessio, Salicetus in l. 3. Cod. depositi, Panormitanus in cap. *quod propter ad fin.* de electione, Osualdus ad Donel. lib. 5. comment. cap. 12. in notatis lit. D. & omnes notarunt in d. l. 3. §. *si rem*, ff. de acquir. possess.

16. Similiter necessarium erat, vt aliquando ex decimis Tertias deducerentur, vt formaliter posset in eis considerari, possessio, aliàs non distincta nec formalis ad præscriptionem non proderit, vt notatur communiter in cap. *cum Ecclesia Sutrina*, de causa possessionis, & proprietatis, & notari solet in cap. *cum de beneficio* de præbend. lib. 6. & pluribus firmat hanc doctrinam Balbus de præscriptionibus 4. part. quæst. 1. num. 1. in versic. *Sufficit*; aliàs enim in hoc casu cum ad immemoriam præscriptionem debeat omnino probare, qui præscribere intendit se possidisse Tertias; & numquam possessæ præscriptio non procedat, quia ea qualitas probari debebat, & nec alligata est, aliàs enim non præsumitur possessio Tertiarum, sed vsurpatio etiam per mille annos, vt in simili notauit Rebuffus de decimis, quæst. 13. num. 76. 78. Veraldus 1. part. decif. 252. num. 2. & decif. 376. num. 2. 1. part. vbi tradit ita in Rota fuisse iudicatum.

17. Deinde Tertias hoc casu non potuisse possideri suadet ex sententia Pauli Iurisculti in l. *qui vniuersas* 30. ff. de acquir. possession. vbi qui vniuersas aedes possidet, singulas res possidere non videtur, & ideo vsucapi non possunt res singulæ, l. *eum qui aedes* 22. ff. de vsucap. sed & id magis probatur ex textu qui in contrarium adducitur in l. *rerum mixtura*, §. *Labeo*, ff. de vsucap. vbi si is cui ad regularum vel columnarum vsucapionem decem dies superessent, in ædificium eas coniecisset, nihilominus eum vsucapere si ædificium possideret, & siue admittas interpretationem antiquiorum, qui ex paucis temporibus decem dierum non inhiendam vsucapionem tenuerunt, (quod reicit Donellus dict. lib. 5. comment. cap. 12. quia etiam si pauci dies superessent, non mutatur ius possessionis, vt ea deficiente non procedat vsucapio) quasi iam qui eam tenuerunt interpretationem, fateri videantur non possideri regulas vel columnas aliarum rerum occasione, siue cum Donello teneas, ideo

ideo sustineri vsucapionem, quia formaliter & specificè regulæ, & columnæ ab initio possessæ fuerunt, & ea possessio prodest ad vsucapionem complendam, quamuis obliteretur & confundatur possessio cum possessione ædificij, dum in illum conicerentur, quippe ipse Donellus ideo vsucapionem vel possessionem admittit, quia specifica in columnis, & tegulis à principio possessio fuit, quod omnino in nostro casu deficit in Tertias, quia numquam in eis possessio potuit considerari.

18. Et quamuis admittas sententiam Osualdi qui reprobatur Donellus in notatis dict. c. 12. lit. C, & emendationem, quam ex Cuiatio refert, vt in dict. §. *Labeo*, verba *vbi libomimus* interpretanda sint *nihil magis*, vt ex Gilberto Regio lib. 1. Enantiofanon. cap. 20. aliqua iura adducit, semper omnium concors sententia est, non posse regulas, vel columnas, etsi per se à principio speciem separatam constituerint, cum in aliare includuntur, per se possideri, vt notantur in dict. l. *eum qui aedes* 23. ff. de vsucap. & Bart. in l. *qui vniuersas*, ff. de acquir. rer. domin. Baldus in l. 1. num. 4. Cod. de seruis fugit. Decius in l. *si emancipari*, num. 15. Cod. de collat. Socin. Iunior. conf. 159. num. 16. Vnde Tertiarum possessio quæ considerari non valet, non poterit producere præscriptionem.

19. Præterea quia ex hoc casu dici non potest, qui decimas possedit, Tertias possidisse, nec id intendit, sed solum allegat numquam deduxisse Tertias, tunc enim ex actu illo negatiuo causari præscriptio non oportet, positium enim esse debet possidere Tertias, & eas præscribere, vt ex doctrina Alexandri, Castrensis, Iasonis, & aliorum probauit Cræuetæ consil. 154. num. 2. vbi tradit ex actu negatiuo, vt quis non fecit, non produci præscriptionem nisi contra probetur, facere prohibuisse, & solum actum negatiuum habere vim sententiæ, quando habet implicitum affirmatiuum, vt ex eo appellatio sit admittenda, post Butrium, Francum, Decium, Cardinalem, & Alexandrum D. Salgado de profectione 2. p. c. i. num. 72. & num. 104. cum sequent.

20. Maxime quia in annuis solutionibus, vt Tertiarum, tot præstationes, quot anni existimantur, & tot requiruntur præscriptiones quot sunt anni, vt ex Butrio, Fulgofio, Boerio, Guidone Papa, Cepola, Capella Tolosana, Puteo, Mohedano, & censeo, probauit Gratianus 5. tomo disceptationum, cap. 883. num. 14.

21. Tum quando priuilegium vt in præfenti concessum Regibus Hispaniæ, & ita omni-

bus in Regno successoribus, tunc eis prædecessorum negligentia non nocet, quia ex proprio iure suo successores vtuntur priuilegio, vt ex Castrensi, Decio, Siluano, Tiraelio, Couarr. Menochio, & Mieres, probauit Sesse decif. 74. num. 25. Auendaño de censibus, c. 68. num. 23. Surdus conf. 419. num. 28. P. Suarez de legibus lib. 8. cap. 34. per totum, Hector Emilius de iure feudali, quæst. 32. num. 43. Natta conf. 437. num. 36. Caputaquensis lib. 2. decif. 378. Suarez allegat. 3. n. 2. ex sententia Baldi in c. i. n. 2. vers. *ego autem*, tit. si vassallus feud. priuilegiat.

22. Vt in materia successiua quilibet habet ius de per se, & tamquam independens ab alio, & iuxta Curtium iuniorum conf. 181. num. 4. & 5. numquam currit præscriptio ad aliquem actum explicandum, antequam ille actus incipiat, explicari posse, & vt tradit Corneus volum. 2. conf. 43. num. 1. vsque ad num. 13. præscriptio etiam immemorialis nõ potest incipere antequam nata sit actio: & ideo in maioribus negligentia prædecessorum non nocet successoribus, qui habet in se ius proprium, quia non potest concurrere possessio contra aliquem antequam illius ius purificetur, l. fin. §. sed quia, ff. commun. de legat. l. 1. Cod. de bonis maternis, gloss. in l. cum notissimi, §. illud, verbo *longe*, per textum, ibi, C. de præscript. triginta, Natta consil. 437. num. 5. & 6. Ofasco conf. 15. num. 32. Hippolytus, Riminald. conf. 33. num. 142. Mieres de maioratibus, 4. p. quæst. 21. ex numero 6. Ant. Gomez in l. 40. Tauri, num. 90. Fachin. lib. 7. controuers. c. 12. vbi reprobatur Pinellum, qui contra tenuit, & vbi non est negligentia successoris, ad quem ius non deuenit, non debet esse præscriptionis poena, Gratian. tom. 2. cap. 247. n. 10.

23. Sed in his iuribus incorporalibus meræ facultatis, vt est percipere ex decimis Tertias, vel non, iuxta priuilegium limitatur doctrina l. 1. ff. de nundinis, vt priuilegium per non vsum amittatur, & erat necessaria prohibitio vsus priuilegij, vt ab ea præscribi posset, ex doctrina glossæ fin. iuncto textu in l. fin. Cod. finium regundorum, vbi Doctores, Franchis decif. 166. num. 8. Thefaurus decif. 16. num. 4. & decif. 245. num. 4. facit elegans doctrina Andree Gailij lib. 2. obseru. 60. num. 4. qui ex Alexandro, Felino, & aliis, docet ius aliquod per defuetudinem amitti, intelligendum quando sunt actus contrarij, sine quibus amitti non potest, etiam si per mille annos quis eo non vteretur, ideo cum nunquam ex decimis deductæ Tertias, nec Regi denegatæ contra illum circa Tertias præscribi non potest.

24. Præterea in iuribus incorporalibus, vt est ius percipiendi Tertias, non potest caufari præscriptio sine scientia & patientia eius contra quem præscribitur, nam in ea confistit possessio sine qua præscriptio esse non potest. Bart. in l. *naturaliter*, num. 7. ff. de adquir. possess. Angelus in l. *cum notissimi*, §. *imo & illud*, Cod. de præscript. 30. num. 6. Castrensis in l. 2. num. 5. C. de feruit. & aqua, Alex. lib. 2. conf. 108. num. 4. Abbas in c. illud, num. 21. de præscript. Ioannes de Amicis confil. 50. num. 8. & confil. 56. num. 7. Aimon Craueta lib. 5. conf. 973. num. 23. 24. Caualcanus lib. 5. decif. 4. num. 55. & decif. 7. num. 15. Antonius Faber in Codice, lib. 2. titulo de longi temporis præscriptione, definitione 2. & nisi à tempore prohibitionis non potest præscribi ius prohibitium, ex c. Abbate, de verbor. signific. l. 15. tit. 31. p. 3. l. in l. *quominus*, num. 29. ff. de fluminibus, Ripa in cap. *cum Ecclesia Sutrina*, de caus. possess. & propriet. Baldus vol. 4. conf. 473. num. 5. Hippolytus, Riminald. vol. 5. conf. 589. num. 50. Bellonus conf. 8. num. 15. Craueta conf. 952. num. 15. Gratianus tom. 2. disputationum, c. 292. num. 10. quia ex hac prohibitione inducitur scientia eius, contra quem præscriptio procedit, nec sine ea sustinebitur, vt prædiximus, & cum in hoc casu non apparet Regi volenti deducere Tertias, prohibitum fuisse ab Ecclesia, qui decimas possidebat, nec probauerint scientiam Principis, nullo modo præscribere poterit, quia facti scientia in Principe non præsumitur, imò potius quæ sunt facti ignorare censetur, l. *verius* 21. de probat. l. *quamquam* 17. ff. ad Senatusconf. Velleian.
25. Sed & factis proprii ipsius Principis non potest præsumi scientia, vel memoria propter magnam negotiorum molem, Anchar. in cap. 1. num. 5. de constit. in 6. Panormit. lib. 2. conf. 20. num. 2. ex aliis, Tuschus, praticarum lit. I. conclus. 15. per totum, & probatur expressè, c. *Cum olim*, de re iudicat. vbi gratia Pontificis videtur subreptitia, si expediatur contra suum factum, nec ei expressum, quia præsumitur eius immemor, & similiter in Magistratibus & aliis hominibus, multis negotiis implicatis præsumitur ignorantia facti proprii, Bart. in l. *quod iussit*, in fin. de re iudic. & in l. *non fatetur*, num. 10. ff. de confessis, Bald. in l. 2. quæst. 6. num. 9. Cod. de rescind. vendit. Maranta, in l. *is potest*, num. 227. ff. de adquir. hæredit. Mascardus conclus. 879. num. 53. Menoch. lib. 6. præsumpt. 23. num. 47. Igitur prohibitione deducendi Tertias numquam facta, nec probata aut præsumpta scientia Principis, aut Ma-

gistratum, eius facti vt Tertiarum non deducantur præscriptio non admittenda.

Iuuat quia ex testamentis Regum Castellæ videlicet D. Regine Catholicæ, Imperatoris Caroli V. Philippi I. & Philippi III. reuocata fuit quælibet dissimulatio, quam haberent in permissione possessionis Tertiarum, & nullam reddiderunt quamcumque præscriptionem impletâ, & hoc posse Principem facere tenuit Petra de potestate Principis, quæst. 15. num. 15. tamen sine dubio in hoc casu non procedet immemoralis, nam cum abhinc centum & triginta annis à tempore Regum Catholicorum, & Regum successorum, testamentis improbata esset præscriptio, ante reprobationem præscriptionis non potest aliquo modo hodie probari eam fuisse iam causatam, quia cum longior vita hominis centum annos non excedat, l. *in usufructus* 63. ff. de usufructu, ex Bartolo, Decio, Gozadino, & Alciato tenuit Menochius conf. 60. num. 37. & nullus testis poterit de præscriptione hodie disponere, ac perinde prodesse non valebit.

Tum & ab eo tempore in Tertiarum præscriptio procedere non valet, quasi iam in materia inhabili, & prohibita argumento l. *vbi lex*, ff. de vfucap. & ibi communiter doctores, Baldus de præscript. 5. part. 5. partis, quæst. 7. Cephalus lib. 1. conf. 40. nu. 46. & in simili casu probatur l. *usus aquæ*, C. de fundis rei priuaræ, lib. 11. glossa in cap. illud verbum præsumptum 93. distinctione, Parisius vol. 1. conf. 27. num. 53. Raudensis vol. 2. conf. 1. n. 449. Hector Æmilius de iure feudali, quæst. 42. num. 31. cum sequentibus, & hæc generalis declaratio testamentorum sufficere ad interrumpendam præscriptionem immemorabilem, quemadmodum ex clausula Bullæ in Cæna Domini, cap. 17. & capite 18. Bullæ in Cæna Domini, quæ prohibent Pontifices vsurpationem bonorum, & reddituum Ecclesiæ Romanæ; & iubent, nullus audeat sibi retinere, tradunt Doctores id sufficere, vt interrupta præscriptio censetur, & postea ex nullis actibus possit impleri, Felinus in cap. *cum non licet*, num. 19. de præscript. Crescent. decif. 4. de locato, num. 5. Gratianus. 1. tomo disceptationum, cap. 52. num. 6. cum tribus sequentibus, vbi ex Calderino & Socino probat contra Nauarr. & alios, & semel interrupta præscriptio non potest etiam per mille annos reuiuiscere, cap. fin. vbi glossa & Doctores de præscriptionibus, Rebuffus ad constitutiones Regias tom. 2. tit. de melcanurat. & vendent. gloss. 22. vers. *tamen de iure*, Ruinus volum. 4. conf. 118. num. 13. Mandelus Albensis conf. 484. n. 80. idem conf. 222. n. 10.

- n. 10. cum sequent. volum. 2. Puteus lib. 3. decif. 385. num. 3. & 4.
28. Sed contra prædicta opponere solebant præscriptionem, quæ admittitur contra defides iuris sui conseruandi & possidendi, potuisse ex negligentia Principis in hoc casu locum habere, & quamuis præscriptio non procedat, tamen priuilegium Regum Castellæ, vt possint percipere Tertias decimarum per non vsuum, ex longo tempore amissum fuit, cum nunquam in his Ecclesiis Tertiarum petita fuerint, c. *si de terra*, c. *accidentibus*, de priuilegiis, l. 42. tit. 18. p. 3. facit doctrina glossæ Innocentij, Panormitani, Felini, & omnium in cap. *cum accessissent*, de constit. Bartoli & aliorum in l. *falso*, Cod. de diuersis rescriptis, & in l. 1. ff. de nundinis, Abbas lib. 2. conf. 61. num. 7. Menochius libro 6. præsumptione 41. num. 16. Georgius Acazius de priuilegiis, lib. 3. c. 15. num. 23. Carolus de Tapia in l. fin. de constit. Princip. 2. p. c. 1. num. 1. cum sequent. Antonius Faber ad Codicem, lib. 7. titulo 25. definitione 10. Gratianus 3. tom. discept. num. 20.
29. Sed & non solum per non vsuum videtur priuilegium amissum, sed per vsuum contrarium, quia Ecclesia integras decimas percipit, nec aliquo modo Tertias deduxit, & ita semper fecisse videtur contra priuilegium Tertiarum; vnde amissum fuit, ex glossa in c. gratum, de officio delegati, verbo *recessum*, glossa in c. *ex ore*, de his quæ fiunt à maiore parte Capituli, verbo *renuntiasse*, glossa in c. fin. de vita & honestate Clericorum, verbo *cum facto*, vbi communiter Doctores tenuerunt, & in c. *cum accessissent*, de constitutionibus, c. *si de terra*, c. *accidentibus*, de priuilegiis, Bart. in l. 1. C. de his qui sponte, lib. 10. & in l. fin. Cod. de constit. Principum, vbi etiam Ias. num. 53, 54. & 55. ex Barbatia, Bellono, & Balbo probauit Menochius conf. 908. num. 18.
30. Hæc autem omnia quæ obstare videbantur, nihil nostram resolutionem turbare poterunt, quippe quod de negligentia, quæ inducit præscriptionem, obiciebatur, in præfenti locum habere non poterit, cum appareat semper Reges Castellæ pro conseruatione huius priuilegij, Tertiarum plura decreta & leges fecisse, & contrariam voluntatem insinuasse in testamentis, quæ supra retulimus, ac perinde nulla poterit caufari præscriptio, non data negligentia, Ancharanus conf. 5. num. 12. Aretinus conf. 72. num. 24. & 45. iunctis quæ ex Baldo, Alexandro, Ruino, Bertrando, Saliceto, Bertachino, Igneo, Ioanne Lupo, & aliis, probauit Menoch. conf. 1098. num. 21. & 24.
- Nec priuilegium potest dici amissum per non vsuum, quando actus factus contra priuilegium non inducit eius renunciationem, aut fit ab eo qui priuilegio renunciare non potest, vt ex Felino, Decio, Alexandro, & Claudio de Seifelo probauit Menoch. lib. 6. præsumpt. 41. num. 7. & 8. & conf. 1261. numero 23. & antea tradiderunt Bartolus in l. *in filiis*, C. de Decurionibus, lib. 10. glossa in c. vt priuilegia, verbo *semel in anno*, de priuilegiis, Panormitanus lib. 1. conf. 101. Decius in cap. cum accessissent, de constitut. Mandosius in tractat. de præscript. ad instar gloss. 11. numero 9.
- Et iuuat quod tradit Suarez de legibus, libro 8. c. 34. n. 4. 8. & 17. & supra c. 6. n. 10. vt quoties priuilegium solum est permissiuum, eo non vti nihil facit contra priuilegium, nec sufficit ad amissionem priuilegij, quia non est morale iudicium voluntatis renuntiandi priuilegio, & possit aliquando vti, quod etiam probat Suarez dict. c. 34. num. 4. & 8. eâ ratione, quia quemadmodum ex non vsu priuilegij Tertiarum nemo dicere poterit Regem renuntiasse iuri suo, ita nec Ecclesia in nostro casu præscribere poterit hoc quod in vsu deductum non est.
- Et quamuis probet possidere decimas, numquam tamen probauit Tertias possidisse, & ita non procedet præscriptio, quam in defectum tituli permittit, l. 1. tit. 21. lib. 9. Recopil. & cum ex vsu decimarum Ecclesia non vteretur Tertiarum, quia numquam deductæ fuerunt, non poterit eas auferre Regi, cui competit priuilegium, ex sententia Papiniani in l. neque vtilem, ff. ex quibus causis maiores, ibi: *Nec vtilem actionem ei tribui oportet cum sit iniquissimum auferre Domino quod vsus non abstulit*: Agit Iurisconsultus quando qui cepit vsucapere, ab hostibus captus fuit, quia tunc possessione interrupta cessat vsucapio, nec captiuo redeunti utilis actio dabitur, quia antequam acquireret vsucapione impeditus fuit interruptione vsucapionis, & non potest dominium auferre Domino, & clarius exprimitur verba ipsius Papiniani, quæ sequuntur ibi: *quia non intelligitur amissum, quod ablatum alteri non est*, & ex eo textu deducit Bartolus eum, qui de aliqua re ius habet, non antea amittere, quam alteri adquiratur, quasi quod nemini queritur, à nemine perdat, & ex Tiraquello in l. *si inquam*, verbo *libertis*, num. 44. Cod. de reuoc. donat. tradit Neuius ad eum textum. Et cum ex non vsu priuilegij Tertiarum dici non possit eas Regem Ecclesiæ obtulisse, aut renuntiasse Ecclesiam possidere Tertias, præscribere non valebit, antequam Ecclesia possideat

possideat ius Tertiarum, nec à Rege abdicatum antea ceteri oportet.

34. Nec obstabit doctrina glossæ in cap. fin. 26. quæst. 4. vbi distinguit inter amissionem priuilegij per viam tacitæ renunciationis, aut per non vsum per viam præscriptionis, quasi quando agitur de amissione priuilegij ex præscriptione, tunc non amittitur ex voluntate Regis; sed contra ipsam ex natura præscriptionis; quæ etiam inuito aufert dominium, & in alium transfert, quippe doctrina glossæ nullo modo poterit in hoc casu admitti, quia præscriptio, vt prædiximus, locum non habet ex defectu formalis possessionis Tertiarum, actus enim negatiui non deducendi Tertias non constituunt in possessione earum, nec causare valebunt præscriptionem, vt supra notauimus.
35. Nec ex vi renunciationis, quia vt supra animaduertimus ex Menochio dict. præsumptione 4. i. num. 7. & 8. priuilegium concessum dignitati, videlicet Prælato, & Regibus Hispaniæ, in nostro casu, non potest illorum renunciatio obesse successoribus, nam solum ex Panormitano in capite cum accepissent, de constit. num. 8. Felinus ibi num. 28. tunc per contrauentionem amittitur priuilegium ex tacita renunciatione, quando non vsus & contrauentio fit à persona, quæ aliàs potuisset priuilegio renunciare, aliter enim numquam amittitur priuilegium, nisi interueniente positua præscriptione.
36. Idque adeo verum est, vt quamuis non vtatur priuilegio, qui potest ei renunciare, tamen in præteritis renunciatio locum habebit, non in futuris, si quis enim ex priuilegio exemptionem haberet, non soluendi tributa, & adhuc aliquando soluerit, quando sibi præiudicet in iam solutis, non tamen in futurum, nisi contra eum præscriptio procedat, vt notauit Gregorius Lopez in l. 43. gloss. i. tit. 18. part. 3. adducens Bartolum, Cynnum, & Salicetum, & legem 2. ff. de priuilegiis veteranorum; & tunc non amitti priuilegium, nisi quoad illum actum præteritum, non futurum notarunt Baldus lib. 4. conf. 338. Alex. lib. 5. conf. 33. versic. neque ad id constat, Decius conf. 496. num. 2. Decianus lib. 3. consil. 143. num. 30. Suares de legibus lib. 8. cap. 35. num. 10. & tunc vt præiudicet in futurum necessariam esse præscriptionem probarunt Natta conf. 1. num. 6. Gratus conf. 61. num. 46. Ruinus vol. 1. conf. 219. num. 8. & requiri præscriptionem deducitur ex cap. si de terra, cap. accedentibus, de priuilegiis, Alex. vol. 5. conf. 33. Gregor. Lopez per textum ibi in d. l. 43.
37. Denique cum in hoc casu non possit pro-

cedere præscriptio ex prædictis nullo modo consideratur amissio priuilegij, sed quamuis essent plures actus ipsius Regis contra priuilegium: non posset illud amitti, quia non vt homini, sed vt Regi concessum intuitu Coronæ ad Religionis, & fidei tutelam, tunc quali dignitati priuilegium reale existimatur, nec cuiusque Regis renunciatione poterit aboleri, ex traditis ab Oldraldo, consil. 257. num. 1. Alex. lib. 1. consil. 101. num. 2. Federico de Senis consil. 68. per totum, Calderinus conf. 8. tit. de priuilegiis, Romanus conf. 433. num. 7. & 8. Decianus consil. 41. & eo casu amitti non posse priuilegium, in terminis probauit Salas de legibus tractatu 14. disputatione 17. sectione 13. num. 65. vt nisi ex legitima præscriptione priuilegium non aboleatur, & cum præscriptio non procedat, nec etiam ex non vsu amissio priuilegij sequi poterit.

ALLEGATIO XVII.

Veſtigialium conductio respicit ius & spem ea percipiendi.

- Gabellarj solent plures fraudes excitare, vt excusent solutionem pensionis. Renunciatio casus fortuiti qua solet fieri nostris legibus à gabellariis debet specialiter eis perlegi.
- Locator debet prestare conductori liberum vsum rei conductæ, vt exigat pensionem. l. si quis donum, 9. ff. locati. l. habitatores, 27. ff. eodem. l. ex conducto 15. §. Papinianus, ff. eod. l. qui insulam, ff. eodem. Princeps ex suis contractibus obligatur vt priuatus. l. 1. §. si conuenit, ff. de positi. l. Princeps legibus, ff. de legibus. Contractus ad equalitatem reducendi. l. cum pater, §. euictis, ff. de legat. 2.
- Substantialia contractus pacto mutari non possunt. l. cum precario, ff. de precario. Remissio pensionis fit propter sterilitatem. l. si merces, §. vis maior, ff. locati. l. licet, C. eodem, & n. 4. c. propter sterilitatem, de locato. l. 22. tit. 8. p. 5.
- Renunciatio casus fortuiti ad solitum & ordinarium referenda, non ad insolitum & incogitatum.

Conductor

- Conductor nunquam censetur recipere damnnum quod prouenit ex facto locatoris. l. cum proponas 3. Cod. de nautico fœnore. l. qui officij 62. §. fin. ff. de contrahend. emptione. Princeps obligatur ex facto suorum ministrorum. l. fin. in princip. ff. nautæ cauponæ. l. 1. ff. de publican. & veſtigal. l. ex conducto, l. excepto, C. locato.
- Contractus & dispositiones possunt fieri de fortuitis etiam tunc non existente re. l. nec emptio, 8. ff. de contrahend. empt. l. si iactum, ff. de act. emptio. & numero 12. l. de fideicommissis 11. C. de transact. l. & que nondum, 15. ff. de pignorib. l. quod in rerum, 24. in principio, ff. de legat. 1. l. etiam, 17. ff. de legat. 3. l. 1. vers. inest, ff. de condition. & demonstrat. l. interdum 73. ff. de verb. oblig. §. ea quoque res, instit. de legatis. l. propter spem, ff. familia erciscunda, & num. 12. l. fin. ff. de act. empt. l. nam hoc modo, ff. de hered. vel act. vendit. & n. 10. l. in quantitate 72. §. magna, ff. ad l. Falcid. & n. 12.
 - Nillum quod est rumpi non potest. l. nam et si, 5. §. 1. ff. de iniusto rupto. l. si à primo, 8. ff. de liber. & posthum.
 - Veſtigialium conductio non respicit fructus, sed ius colligendi, & spem. Cessio in incorporalibus pro traditione habetur. l. fin. C. quando fiscus vel priuatus.
 - Doctores plures qui probarunt conductio- nem veſtigialium non respicere fructus, sed spem illorum.
 - Lincesario §. cum vsum fructum, ff. de periculo & comm. rei vendite. l. 2. tit. 9. lib. 9. Recopil. & n. 16.
 - Imperatores, ff. de iure fisci. c. quod verò 10. 25. q. 2. l. 1. §. eleganter, ff. de positi. l. 1. §. fin. ff. de act. empt. l. 1. §. si intelligatur, ff. de adilitio edicto. l. nemo 188. ff. de reg. iur. l. 1. §. fin. ff. quod falso tutore auctore.
 - Contractum celebrans videtur se adstringere legibus de illo contractu loquentibus. l. qui cum alio, ff. de reg. iur.

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisci. Pars I.

- l. Stichum, 95. §. vsum fructum, ff. de solutione. l. si Titius, 49. ff. de fideiussor. l. quod te mihi, ff. si cert. pet. l. si duo, 38. ff. de acquir. hered. l. in bonorum 10. ff. de bonor. possess. l. si is, 39. ff. de donat. causa mort.
- Locationis veſtigialium natura respicit spem & dubium euentum.
 - Minori non conceditur restitutio in eis que pendunt ex dubio euentu. l. 1. ff. de minoribus. l. & si sine, 8. §. quaesitum, vers. que fortuitis, ff. eodem. l. nec emptio, §. 1. de contrah. empt. l. cum Arthemidoram, Cod. vt in possess. legat. l. 34. tit. 14. p. 5.
 - Remissio pensionis non facienda conductori, qui omnibus casibus fortuitis renuntiavit. l. sed si quis, §. quaesitum, ff. si quis cautionibus. l. si quis fundum, ff. locati. l. 2. tit. 2. p. 5.
 - Remissio ex casibus fortuitis insolitis ideo admissa, quia de illis non potuerunt cogitare contrahentes.
 - Princeps vt non potest intendere augeri mercedem, si plura veſtigialia percipiuntur in conductione, ita nec conductor remissionem, si fuerint minora quam sperauit. l. si & rem, & pretium, ff. de petit. heredit. l. pen. C. de solutionibus. l. si ea lege, C. de vsuriu. l. ratas, C. de rei vindicat. l. Iulianus, §. ex vendito, ff. de action. empt. l. fin. §. sed eum, C. de furtis.
 - Æqualitas contractuum est naturalis illorum. l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. l. fin. C. de procuratoribus. Æqualitatis seruanda causa receditur à iuris regulis. l. quaesitum, §. & ipse Papinianus, ff. de fundo instruct. l. fin. C. communia vtriusque iudicij. l. ad rem mobilem, l. ad legatum, ff. de procurat. l. qui proprio, §. qui alio, ff. eodem. l. cum pater, §. euictis, ff. de legat. 2. l. fin. C. de cupressis, lib. 11.
 - Veſtigialium causa & augmentum respicit publicam utilitatem. l. 1. ff. de loco publico fruendo.

P Authen

- Authentico de mandatis Principum, S. publicorum, collat. 3.*
19. *Publica utilitas potest admittere pactum insolitum in locatione.*
Lex potest obligare ad sic. & non aliter contrahendum.
Lex potest adimere iudicij facultatem, ne contra legem arbitretur.
l. eos, 26. S. super usurarum, Codice de usuris.
Lex semper obseruanda in contrahendo.
l. semper, 34. ff. de reg. iur.
l. 1. ff. de usuris.
Duo vincula fortiora sunt uno.
l. cum pater, S. libertis, ff. de legat. 2.
S. affinitas, instit. de nuptiis.
20. *Vectigalia percipiendi ius, & spes continentur in eorum conductione.*
Vectigalia non solent in Senatu Patrimonij pro uno anno locari, sed ad decem.
l. eodem, S. qui maximos, ff. de public. & vectigal.
21. *Sterilitas unius anni in conductione vectigalium debet cum alterius obertate compensari.*
22. *Commercio sublato mercium ex quibus percipiuntur vectigalia, & conductio procedit eius pensionis faciendae remissio.*
l. ex conducto, S. 1. ff. locati.
23. *Commercio sublato substantia & anima vectigalium extinguitur.*
24. *Impedimenta belli, aut alia pro regimine & defensione, qua Princeps directo non opponit, ipsi non imputanda, sed pro casibus fortuitis habenda, & n. 27.*
Princeps non potest à se exuere Regalia, quia diademati infixa.
25. *Latronum & Piratarum incurfus est casus fortuitus, & valde solitus.*
l. ex conducto, S. 2. ff. locati, & numero 28. 29.
l. proinde, 34. ff. eodem.
l. in rebus, 18. ff. commodati.
l. cum vnus, 11. S. fin. ff. de bonis auctorit. iudic. possidendis.
l. qui à latronibus, ff. de testamentis.
l. 1. S. si vero, ff. de dolis & actionib.
l. qui committit, ff. de re militari.
l. si quis domum, S. fin. ff. locati.
l. si quis postea, ff. de iudiciis.
S. qui potestatem, ff. de excusationib. tutorum.
l. 23. tit. 17. p. 6.
Belli causa remissio pensionis peti non potest quando bellum erat tempore conductionis.
26. *Bellum quod imminet tempore conductionis excludit remissionem pensionis,*

quia prospicere debuit conductor.
Authentico de mandatis Princip. S. publicorum.

- l. 21. tit. 8. p. 5.*
27. *Bellum quod Princeps facit ex necessitate Principatus, ei non imputandum.*
Lucius, ff. de euit.
l. item si verberacum, S. item si forte, ff. de rei vindic.
28. *l. si quis domum, S. 1. ff. locati, & numero 30.*
29. *Remissio pensionis excluditur quando et si alias ex casu fortuito concedatur, contra pactum fuerit.*
l. si quis fundum, 10. ff. locati.
l. sed addes, 21. S. illud nobis, ad finem, eodem.
l. item quaritur, S. si gemma, ff. eod.
30. *Deceptus non potest dici qui expresse de casu fortuito renuntiauit.*
l. item quaritur, S. si quis seruum, ff. locati.
l. item quaritur, S. si nauicularius, ff. eodem.
31. *Leges quamuis de illis cum statuuntur, disputari possit, tamen semel lata, obseruanda.*
c. in istis, 4. distinctione.
l. prospexit, ff. qui, & à quibus.
Subtilitas cessat ubi de mente constat.

Contra Gabellarios pro explicacione & iustitia, l. 2. & 3. tit. 9. lib. 9. Recopil.



VM in his legibus ad vitandas fraudes, quibus semper Gabellarij vtuntur, vt excusent soluer pensionem ac pretium conductionis vectigalium, statutum sit renuntiationem ab eis fieri oportere omnium casuum, et si fortuito eueniant, qui cogitati sint, vel incogitati siue incendio, aqua, ruina, naufragio, & bello, quamuis bellum excitetur à Rege nostro; siue ab ipso impedimentum causari dicatur; de iustitia istarum legum agendum est, quia ex nostris D. Ioannes del Castillo tom. 3. controuerf. cap. 3. num. 23. d. l. 2. esse contrariam iuris regulis testatur, & D. Menchaca de successio. creat. lib. 1. S. 20. 2. p. num. 67. tradit cum esset in fenatu Regalis Patrimonij maxime illum curasse praedictas leges specificè gabellariis earum tenorem insinuari quasi nec sufficerent clausula indefinitae, vt locatio

locatio fieret, iuxta conditiones generales tributorum Regalium, sed specificam conductiones faciant renuntiationem casus fortuiti, & Tabellio maior, quem diximus, *Escribano Mayor de Rentas*, Conductoribus gabellarum seriatim capitula renuntiationis specialiter perlegat, & testetur se ea perlegisse vt talis renuntiatio firma sit.

2. Mouentur autem vt dubitent de iustitia & aequitate praedictarum legum, quia locator (id est Princeps) tenetur concedere liberum vsum rei conductori, & remouere omne impedimentum, *l. si quis domum 9. l. habitatore 7. ff. locati*, & locatio habet relationem ad fructus rei, ita non videatur celebrata conductio si re non fruatur conductor, & ideo fieri debet remissio pensionis pro tempore quo impeditus fuerit fructus colligere, argument. *l. ex conducto 15. S. Pappianus, l. qui insulam, ff. locati*: Et cum Princeps similiter vt priuatus ad obseruantiam contractus, & eius condiciones obligetur *l. r. S. si conuenit, ff. depositi, iuncto, quod traditur in l. Princeps legibus, ff. de legibus*: & notatunt communiter Doctores per textum ibi in cap. 1. de probationibus, & in c. 1. de natura successionis feudi, & probarunt Baldus, Castrensis, Felinus, Romanus, Decius Lofredus, Zasius, Rodericus, Suarez, Menchaca, Antonius Gomecius, Padella, Matienço, & alij plures quos refert D. Castillo de tertiis, c. 18. num. 6. iniquum videretur priuatum adstringi lege contractus, vt soluat pensionem, & Princeps non teneretur liberum vsum rei praestare, & permittere fructus colligere, cum omnes contractus ad aequalitatem reducendi, *l. cum pater, S. Euitis, ff. de leg. 2. pluribus Barbofa, Axiomate 16. n. 2. cum sequentibus.*

3. Et quamuis pactum fieret vt in d. l. 2. & 3. & si impediatur gabellarij à Principe vectigalia percipere, adhuc soluat pensionem, cum de substantia sit contractus conductionis, vt pensio referatur ad vsum & fructus rei, vt praediximus, non potest pacto mutari, quod est substantiale contractus, et si pactum interponatur, nullum erit, *l. cum precario 12. ff. de precario*, vbi notant antiquiores communiter Bald. in l. 1. num. 14. C. de vsufruct. Neuzanus, conf. 91. num. 12. Curtius Senior, conf. 49. num. 40. Alciat. lib. 5. Paradox. cap. 16. Conanus lib. 5. comm. iur. cap. 2. num. 6. Et ideo conuentio vt conductor praestet mercedem absque eo quod re & eius fructibus fruatur, iniusta & inualida censenda, Ant. Mocius de contractibus tractatu de locato, titulo de accidentalibus locationis num. 57. imò potius si proueniat sterilitas
- Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Pars I.*

quasi deficientibus fructibus, quorum contemplatione conductio facta, remissio pensionis à iure admissa *c. propter sterilitatem*, de locato, *l. si merces, S. vis maior*, ff. locati, *l. licet*, Cod. eodem, *l. 22. tit. 8. p. 5.*

Et quamuis conductor in se recipiat omnem casum fortuitum, vltra quam dici solet. id ad solitos, & ordinarios referendum, non verò ad insolitos raro contingentes, & incogitatos; vt ex *l. fistulas, S. Frumenta, ff. de contrahen. emptio*. Bartolo, Iafone, Fulgofio, Alexandro, Socino, Ripa, Corneo, Felino, & Afflito notauit Pinellus, in *l. 2. p. 1. Cod. de rescind. num. 29.* tamen quocumque modo nunquam censetur conductor in se recipere damnum quod prouenit ex facto locatoris, *l. cum proponas, 3. Cod. de nautico fenore, l. que officij, 62. S. fin. de contrah. empt.* idemque erit si Ministri Principis, eius scilicet Consiliarij impedimentum opponant quia similiter Princeps ex praedicto impedimento obligatur, arg. *l. fin. in princ. ff. naut. a Camp. l. 1. ff. de public. & vectigal.* Anchar. consil. 474. qui loquitur in conductione vectigalium falis, & in gabellariis, praedicta exornant latissime Surdus, conf. 34. & D. Castillo 3. tomo controuerf. cap. 3. per totum & ex Bellono consil. 29. num. 8. & *l. ex conducto, l. licet, l. Excepto*, Cod. locato, in eodem pacto vt conductor non possit petere remissionem ex causa belli, pestis, tempestatibus, vel alterius casus fortuiti, esse contra naturam contractus locationis tradit Marfilus de subhaftationibus decif. 92. num. 8.

Verumtamen haec omnia quae pro iniustitia nostrarum legum expenduntur, facile expediuntur, si vt ego, consideres in locatione gabellarum, non fieri relationem ad gabellas, & eorum fructus, sed solum ad ius, & spem percipiendi vectigalia, quemadmodum emptio & locatio consistere possunt sine re existentis solum spei, vel dubij euentus, vt cum alea emitur in *l. nec emptio 8. ff. de contrahen. empt.* iactus retis, in *l. si iactum, ff. de act. empti*, quo casu nihil certius est, vt licet nihil perciperetur, adhuc venditio consisteret, & pretium deberetur, nam ex incertitudine non potest contractus referri ad rem, sed ad spem, & vt tradit *l. de fideicommissio 11. Cod. de transact. votum improbabile tanquam spes & desiderium incertum facit*, & dubij euentus, & rei quae non est, tamen esse, & sperat posse consistere contractus, & legata probarunt *l. & que nondum 15. ff. de pignoribus, l. quod in rerum 24. in princ. ff. de degat. 1. l. etiam, 17. ff. de legat. 3. l. 1. vers. inest, ff. de condit. & demonstrat. l. interdum 73. ff. de verb. obligat. S. ea quoque res, in-*

P 2. sit.

fit. de legat. l. propter spem, ff. familiae erciscundae, l. fin. ff. de act. empt. l. nam hoc modo, ff. de hered. vel actione vend. l. in quantitate 72. §. magna, ff. ad l. falcid. ex Cagnolo Cremenfi, & Tiraquello notauit Marienzo in l. i. glossa 8. num. 9. tit. 1. lib. 5. Recop.

6. Sed quod magis est, quamuis testamenti ruptura omnino requirat praesistentiam gradus validi, quia quod nullum est, rumpi non potest, l. nam et si 5. §. 1. ff. de iniusto rupto, tamen spes gradus adeo praesistens ad rupturam iudicatur, vt etiam rumpatur, l. si a primo 8. ff. de liber. & posth. ex qua Bartolus summarius defumit, posthumum rumpere spem gradus, & sententiam Bartoli firmarunt Iason, & Baldus ad eum textum, quos & Cuiacium refert Neuius ibi.

7. Hoc autem cum certissimum sit spem & eius dubium euentum sufficere ad contractus & dispositiones testamentarias, restat nunc vt probemus vectigalium conductionem ad spem solum, & dubium euentum referri: quod tenuerunt in terminis Bart. in l. totum, §. qui maximos, ff. de publican. & vectigal. vbi tradit pedagium & vectigal nihil aliud esse quam ius percipiendi illud, & expresse ibi num. 4. tenuit referri locationem vectigalium, tanquam si alea vel spes conduceretur, & Bartolum sequutus expresse probauit Bald. in l. licet, n. 8. Cod. locato, vbi cum ageret de conductione Pedagogij Portuorij cum pestis magna lues ferperet, & hominum mors, vt pauci transirent per portus, quaerit an pensio deberetur, & subiungit haec verba: *In contrarium, quia homines transire est a casu non certi temporis qualitate, ideo conductor casum, & fortunam conduxit, unde etiam si nihil percipiat, debet soluere quod promisit, l. si iactum, &c. idem Bald. in l. si ea lege 17. num. 9. & 10. Cod. de vsuris in similibus terminis tradit fiscum ex sua parte implere contractum eo solum quod cedit ius percipiendi pedagium, quia in corporalibus cessio habetur pro traditione, vt notatur l. penult. ff. de donation. & l. fin. Cod. quando fiscus vel priuatus: & nota eius verba: *Vnde fisco debetur pretium, quidquid contingat a casu & fortuna, quia impleuit contractum ex parte sua, & quia, vt dixi, emitur spes, & ius quoddam in spe, & quia emptor debuit cogitare hoc posse euenire, quod pauci forte transirent, ita quod pedagium parum valeret, imputet ergo sibi, si non cogitauit, Bartolum & Baldum sequutus Paul. de Castro in dict. §. qui maximos, num. 5. ibi: quod vendidit reditus, si qui percipientur, nam videtur vendita alea seu fortuna per l. quod si venditione, ff. de hered. vel act. vendit.**

8. Similiter idem in nostris terminis notauit

Ripa in tractatu de peste, in princip. num. 53. cuius verba nobis aptissima omitti non possunt. *In venditione redituum gabellarum, eo quia censetur emptor spes percipiendi reditus, qua spes succedit loco rei, & qua non perit, neque diminuitur etiam quod omnes fructus intereant, imputet ergo sibi conductor, qui sola spe contentus fuit d. l. nec emptio, idque firmat ex sententia Ludouici Bolognini in additionibus ad consilia Ananiae & alius probauit etiam Imola in d. l. cotem, num. 4. vbi ideo eradit nullam in pedagio remissionem fieri deberi, quia in effectu spes conduceretur, quod etiam sentire videtur Ludouicus Romanus in dict. §. qui maximos, n. 4. vbi tradit conductorem pedagogij spem & fortunam conduxisse, idem tenet Marienzo in l. i. glossa 8. num. 9. tit. 1. lib. 5. Recopil. vbi ampliat ad rem locatam, quae pendet ex futuro euentu, vt (eius verba sunt) *vel in locatione decimarum vel vectigalium, & hanc similitudinem facit Aegidius Bosius, in prax. tit. de remissione mercedis publicanorum, num. 6. 10. & 14. refert, & sequitur Gironda de gabellis 2. part. §. 1. num. 43. & in bello admittit Bertachinus de locatione gabellarum 2. part. 43. & in q. An emptori gabellarum, vel conductori fiat remissio propter guerram, & resolutionis negatiuae partis rationem reddit, quia emptus videtur futurus euentus seu alea praesupposita forma contractuum, vt perceptio seu commoditas empti sit. Eiusdem sententiae fuerunt Abbas, Sicculus, Iacobinus & Cagnolus, quos refert & sequitur Boherius decif. 249. num. 10. vbi eisdem verbis tradit, vt conducentis vectigal a communi vel ab alio domino, videatur casum & fortunam conduxisse, & locationem cum Tertiae, vel Quarta Regiae conducuntur a viribus fortunae, pendere & spem locatam velut iactum reus ex Ioanne Andrea & Paulo tenuit Zeuallos pract. commun. quaest. 336 num. 35.**

Ad quod ultra iura supra adducta expedito 9. textum in l. necessario, §. cum vsu fructum, ff. de periculo, & comm. rei venditae, vbi in casu quoties qui vsu fructum fundi habebat, illum vendiderit, vel locauerit, tradit Iurifconsultus: *etiam si statim moriaris, nihil haeres tuus debebit, haeredi autem meo debebitur si tu viuis, quasi ius illud spei & fortuitum vsu fructum videatur locatum, & nihil debeatur locatori mortuo vsu fructuario, etsi nihil perceperit, & hanc opinionem vt fortuitum & spes videatur contineri in locatione gabellarum, expresse probat nostra l. 2. tit. 9. lib. 9. Recop. vbi loquens cum gabellariis in locatione vectigalium tradit: *Las cosas y recauden a toda su auentura poco,**

o mucho

o mucho lo que huuiere sin poner en ellas, ni en alguna parte de ellas de quanto algunos & paulo post, salvo que todo ello sea, a su auentura segun dicho es, quibus verbis denotatur fortuitum & illud, lo que huuiere, explicatur ex traditis, a Paulo de Castro, in l. cotem, §. qui maximos, num. 5. vt in his casibus locatio ita referatur ad fructus, si qui percipiuntur, hoc est, vt in eorum contineat, & respiciat fructus si fuerint vel non.

10. Facit l. nam hoc modo 11. ff. de heredit. vel actione vendit. ibi: *Si qua sit hereditas esto tibi empti & quasi spes hereditatis, ipsam enim incertum rei veniat vt in rebus, & ita interpretatur d. l. 2. Azobedo in ea num. 3. dum inquit: nam illa verba, si qui percipiuntur, conditionem, & spem locatam esse ostendunt, & iustissimam esse testatur, & idem notarunt Lafarte de decima venditionis, cap. 18. num. 83. Auendaño responso 34. quasi quid durum videatur, id non ex lege, sed ex contractu procedere, cum Gabellarij conductores eis conditionibus se subiicerint, iuxta l. Imperatores, ff. de iure fisci: ipse te huic paena subdidisti: Etsi aliqua iniuria est, ea sibi facit conductor consentiendo iuxta textum in cap. quod verò 10. 25. quaest. 2. ibi: quia mihi iniuriam facio, nec consentiens postea conueniri potest de fraude, l. 1. §. eleganter, ff. de positi, l. 1. §. fin. de act. empt. l. 1. §. si intelligatur, de adilitio edicto, l. nemo 188. de regulis iuris, & id est quod traditur in l. 1. §. fin. ff. quod falso tut. Auth. scienti merito non subueniri, quoniam ipse se deceptus.*

11. Sed & quamuis expresse non consentirent gabellarij, praedictis legibus, sed solum illae disponerent, ita fieri oportere conductiones vectigalium, id sufficeret, vt conductor qui tenetur, vel debet scire leges, & naturam suae conuentionis, subiici videatur conditionibus similibus contractuum ex regula textus in l. qui cum alio 20. ff. de reg. iuris l. Stichum 95. §. vsu fructum, ff. de solutione l. si Titius 49. ff. de fideiussor. eis verbis: *cum scire potuerit, aut ignorare non debuerit, l. quod te mihi 5. ff. si cert. petatur, l. si duo 38. ff. de adq. heredit. l. in bonorum 10. ff. de bonor. possess. l. si is, 39. ff. de donat. causa mort. Bart. in l. non solum, §. morte, num. 41. ff. de noui operis nunciacione, Greg. Lopez in l. 4. glossa 6. tit. 1. part. 5. & in l. 5. glossa 7. tit. 12. part. 5. & adeo praesumitur, vt actum facturus censetur se adstringere legibus de illo actu loquentibus, vt tenuit glossa final. in dict. l. si duo, ff. de adq. hereditate non admitti probationem in contrarium quasi praesumptio iuris, & de iure sumatur, vt qui actum gerit, si se subiiciat legibus de eo disponentibus, Bald.*

in d. l. si duo, cap. cum super, & ibi Decius n. 4. de officio delegati, Natta consil. 49. num. 22. & consil. 114. num. 11. & 12. Craueta lib. 1. consil. 186. num. 9. & in conductore gabellarum Menoch. consil. 55. num. 12.

Rurfus quamuis ex consensu conductorum vectigalium id iuste non procederet, natura ipsa contractus persisteret, nam respicit fortuitum, aleam, & spem, vt quamuis nihil percipiatur, procedat dict. l. si iactum, eis verbis: *etiam si nihil inciderit*, quia ille dubius euentus aestimatur in locatione vectigalium iuxta l. propter spem 23. ff. familiae erciscundae, ibi: *nisi in tantum aestimatus sit dubius euentus, l. in quantitate 71. §. magna, ff. ad l. falcid. eis verbis: sed hoc iure vimur vt quanti ea spes obligationis venire possit, tantum stipulatoris bonis accedere videatur, promissoris vero decedere: & in omnibus transactionibus quae fiunt de litibus quae pendent, quarum exitus casui fortuito refertur, l. quod debetur, ff. de peculio, ille dubius euentus in transactione venit, quae est de re dubia, & lite incerta, l. cum vulgatis, ff. de transactionibus.*

Ex quo fit vt conueniri non possit conductor ex iuris regulis, quamuis nihil perciperet, quia id euentus fortuitus respicere potest: & nec restitutio minorum quae ob bonum publicum fauorabiliter introducta, l. 1. ff. de minoribus, locum habet, quando fortuitum aliquid causa respiceret, l. etsi sine 8. §. quaesitum, versic. qua fortuitis, ff. de minoribus, vbi traditur in rebus quae fortuitis casibus subiectae sunt, non esse minori aduersus emptorem succurrendum, Simoncellus de decretis, quem refert & sequitur Gorhoffredus, in notis eius text. ex Bart. Bald. Socino feniori, Iafone, Alexandro, Angelo, Archidiacono, Alciato, Cephalo, Natta, Tiraquello, & aliis pluribus communem dicit Sfortia de restitutione 1. p. quaest. 4. num. 23. & argumento l. nec emptio, §. 1. ff. de contrah. emptio, l. cum Archimedorum, vbi Bald. num. 3. Cod. vt in possess. legat. notat Surdus consil. 435. num. 13. & 14. & inde ego aliquando in tomo 2. decif. 68. contra communem probaui, in transactione litis non posse locum habere enormissimam laesionem, quia dubius euentus qui transigitur, vt potest recipere magnam quantitatem, ita etiam nihil comprehendere valet, & probatur mea sententia l. 34. tit. 14. p. 5. quamuis diuersè a doctoribus nostris interpretetur.

Maximè cum permessa sit renunciatio casuum fortuitarum siue soliti vel insoliti sint, nam quamuis aliàs sit permessa remissio pensionis ratione sterilitatis, tamen non habet locum quoties renunciatum fuerit cuiquam

que casus fortuito, siue cogitato vel incogitato: ex l. sed si quis, §. *quisitum*, ff. si quis cautio, ex Baldo, Angelo, Menochio, & aliis, Gironda de gabellis, 2. part. §. 1. num. 44. l. *si quis fundum*, in princ. ff. locati, l. 1. vbi Iason n. 29. C. de iure emphyteut. Albenfis conf. l. num. 10. pluribus Ant. Gomez 2. tom. var. cap. 3. num. 19. alios refert. D. Castillo, 3. tom. cap. 3. num. 48. vt expresse fit in conductione Gabellarum & nostra l. 2. comprehenditur, & quamuis aliquorum sententia, fit non sufficere casibus fortuitis generaliter & indistincte renunciare, sed oportere fieri renunciacionem expresse & specificè ex Pinello qui multis comprobatur in l. 2. C. de rescind. vendit. 1. part. cap. 3. num. 26. cum sequentibus id tamen procedit in nostra lege Regia, quia omnes casus exprimentur, siue incendij, aquæ, belli, pestis, & similibus, quibus possit exactio vectigalium impediri, & hoc casu sine dubio est periculum pertinere ad conductorem, ita vt licet fructus non colligerentur, adhuc remissio propter sterilitatem peti non possit, vt probatur expresse, l. 2. tit. 2. part. 5.

15. Et suadet ratio ciuili, quia ex eo admiffum est à doctoribus, ex Iuris prudentiæ principijs, quando rari & insoliti fuerint casus fortuiti non comprehendendi generali renunciacione quia: ex raritate de illis non potuerunt contrahentes cogitare; Ancharr. conf. 402. ex Ripa, Neuzano, & aliis, Menoch. confil. 27. num. 18. cum sequent. Matienzo in dialogo relatorum, 4. part. num. 5. Bart. Iason, Fulgofius, & plusquam quinquaginta Doctores, quos refert D. Castillo dict. cap. 3. num. 8. Vnde quando expressi fuerunt, vt in hoc casu cessat ratio, ac per consequens remissio pensionis, & ideo qui expressit casus, non potest dicere non cogitasse, quando etiam renunciatio generalis omnium casuum, qui non cogitati, ad eos se extendit ex plurimum sententia.

16. Iuuat ratio iuridica quia si conductor plurimos fructus colligeret, ita vt maximè excederent pretium conductionis: quemadmodum Princeps non debet intendere vt pretium augeatur, ita similiter ipse conductor licet pauci vel nulli fructus procedant, non oportet minuere mercedem, quia non decet admitti conductorem ad petendum id, cuius contra ille postulaturus si contrarium cessisset, l. *si rem & pretium*, ff. de petit. hæredit. l. penult. C. de solutionibus, l. *si ea lege*, C. de vfuris, l. *ratas*, C. de rescind. vendit. tenuit in conductore vectigaliu Surdus, conf. 435. num. 13. etfi ad percipiendos fructus conductionis, etfi maximè excederent

pretium, possit iuari verbis dict. l. 2. tit. 9. lib. 9. Recopil. eis verbis, quæ supra expendimus; *Las cosas y recauden à toda su auentura poco o mucho lo que hubiere*, nec debet beneficio legis frui cum maximum commodum inesset, & velle vitare periculum dispendij petita remissione pensionis, argumento l. Iulianus §. *ex vendito*, ff. de action. empt. l. fin. §. *sed cum*, Cod. de furtis Castrensis, lib. 2. conf. 133. num. 2.

Nihil est tam contra leges contractus, l. 17. *nihil tam naturale*, ff. de Regul. iuris, quibus æquitas & æqualitas seruanda, l. fin. C. de procurator. Oldradus, conf. 311. num. 2. aded vt propter illam saepe recedatur à iuris regulis & sermone proprietate, l. *quisitum*, §. *& ipse Papiianus*, ff. de fundo instructo, l. fin. C. communia vtriusque iudicij, Cephalus, lib. 4. conf. 545. num. 15. Hondedeus, lib. 1. conf. 29. num. 96. & ex Ruino Aretino, Socino Iuniori, Corneo, Cephalo, & aliis notauit Menoch. conf. 346. num. 4. 5. & 6. & addenda quæ tradit idem Menochius conf. 452. num. 21. & confil. 349. num. 14. & confil. 797. n. 39. iniquum enim foret, vt conductor lucrum caperet, cum fructuum proueniret vbertas; nec damnum sentiret sterilitatis, quasi debeat sustinere quod prouenit ex natura rei & suadet æqualitas argum. l. *ad rem mobilem*, l. *ad legatum*, ff. de procurat. l. *qui proprio*, §. *qui alio*, ff. eodem, l. *cum Pater*, §. *euitis*, de leg. 2. l. fin. C. de cupressis, lib. 11. Rolandus, vol. 4. confil. 51. n. 8. Peregrinus, vol. 1. conf. 93. num. 21. Franchis decif. 23. num. 9. Surdus decif. 70. num. 5. & decif. 194. num. 6. Fufar. de substir. quæst. 241. num. 67. Escobar de ratiocinijs, cap. 25. n. 11. Scaccia de appellat. quæst. 2. num. 16. relati à Thufco in practicis, lit. C, conclus. 757. compensanda igitur sterilitas cum vbertate, vt in terminis notarunt Lafarte de decima venditionis, cap. 18. num. 83. Azebedo in d. l. 2. num. 27. ex alijs, Gutierrez de gabellis, quæst. 136. num. 24. & in simili ex Barolo, Fachineo, Richardo, pluribus doctè meus Collega D. Franciscus de Amaya Pintianæ Cancellariæ meritis Senator lib. 3. obseruat. iuris ciuili, c. 3. n. 15.

Sed ita fieri conductionem vectigalium 18. persuadet ipsa ratio & necessitas publica, quia vt notauit Lafarte de gabellis dict. cap. 18. num. 82. quod in d. l. 2. iuste decretum ne Regium Patrimonium cuius publica vtilitas est quotidianis litibus vexaretur colore à Gabellarijs ad differendam solutionem quæsito; omne quidem quod respicit vectigalium augmentum ad Regni communem statum pertinere traditur, in l. 1. ff. de loco publico ibi:

Inter

Interdictum hoc publica vtilitatis causa proponi palam est, ueretur enim vectigalia publica, auth. de mandatis Princip. §. *publicorum collatio* 3. Parlador lib. 1. rerum quotidianarum cap. 3. num. 14. & vt tradit Cornelius Tacitus lib. 4. Historiarum: *Tributa sunt omnino necessaria Republicæ, nam neque eius quies sine armis, neque arma sine stipendijs, neque stipendia sine tributis haberi possunt*. Ideo rectè tributorum conditiones ne fraudentur legibus adiuuanda.

19. Et quando publici interest, & experientia suadet, apponi potest in locationibus pactum insolitum, licet aliàs non apponatur, Lucas de Peña in l. 1. Cod. de Pascuis Public. & in l. *si quando*, Cod. de bonis vacantibus lib. 10. Afflictis decif. 340. num. 5. & 6. & lex poterit vt in nostro casu obligare, ad sic & non aliter contrahendum, & absque eo quod Iudex arbitretur ad moderationem contractus facti secundum leges, l. *eos* 26. §. *super vsurarium*, Cod. de vsuris ibi: *neque liceat iudici memoratum augere taxationem*; & iterum ibi: *si quis autem aliquid contra modum huius fecerit constitutionis*, Vnde semper quod à lege iubetur in contractu obseruandum; aded vt quamuis mos Regionis cõuentiones & pacta informet, l. *semper*, 34. ff. de reg. iuris, l. *si fundus*, ff. de euiction. tamen id procedet ita vt legem non offendar, l. 1. ff. de vsuris, Afflictis decif. 22. num. 4. Gamma decif. 307. num. 20. & 21. ideo quoties cum dispositione legis, vt in nostro casu iungitur pactum & conuentio conductorum vectigalium, qui iuxta prædictam l. 2. conductione fecerunt fortior sequitur effectus, quam si sola lex vel pactum interuenisset & argum. textus in l. *cum Pater*, §. *libertis*, de leg. 2. tenet Rodericus Suarez, allegat. 3. n. fin. & facit vulgare axioma, duo vincula fortiora esse vno, §. *Affinitatis*, instit. de nuptijs.

20. Ex quibus constat de iustitia prædictarum legum 2. & 3. tit. 9. lib. 9. Recop. quasi natura conductionis vectigalium aleam, spem, & fortuitum respiciat, vt cum si magna & inusitata vbertas prouenerit, ad eos pertinet, etiam comprehendatur maxima sterilitas, & excluditur omne quod supra oppositum fuit locationem referri ad fructus, ac per consequens eis deficientibus pretium solui non debeat, quia vt latè tot Doctorum sententias probauimus, hæc vectigalium conductione potius respicitur percipiendi illa & spem, quam ipsa vectigalia quæ in hoc casu considerantur in habitu potius quam in actu, id est quæ potest percipere ex iure conductori à Rege concesso, non in actu quæ perceperit vt expresse denotant verba d. l. 2. supra expensa

Recauden à toda su auentura poco o mucho lo que hubiere, & simul ex his soluitur argumentum vt pactum iuxta, d. l. 2. soluendam pensionem conductionis etiam si ex illa fructus Gabellarijs non percipiat esse contra naturalia contractus, & non valere, quia vt notauimus huius contractus naturale est fortuitum & dubium euentum considerari, qui vt respicit magnam vtilitatem etiam nullam, & quemadmodum quando alea vel spes conducitur, valebit etiam si nihil inciderit d. l. si iactum, ita similiter in nostra specie, & inde æqualitas seruatur in contractu, vt non obstat aliud argumentum quod aduersus iustitiam prædictarum legum obiectum fuit de inæqualitate, quippe si conductor non auget pretium conductionis etiam si vberiores fructus nimis exerceant, ita non debet diminuere pretium quamuis aliquo anno defecerint, cum ex eo æqualitas & æquitas seruatur.

Præsertim quia, vt moris est, apud nos in consilio Regalis patrimonij non solent reddi vectigalium pro vno anno solum locari, sed ad decem, & quando locatio plures annos continet, etiam si aliquibus annis fructus non perceperit publicanus, æquum est, vt cum alijs, in quibus vbertas prouenit, aliorum sterilitatem compense, vt in terminis probat l. cotem. §. *qui maximos*, ff. de public. & vectigal. & notarunt Bartolus & Castrensis ibi; Bald. in l. 1. Cod. de hæred. vel action. vend. Peregr. de iure fisci lib. 6. tit. 5. n. 6. Vnde in medio tempore, vel à principio locationis, si in aliquo anno fructus defecerint, immeritò remissionem mercedis, diminutionem, vel suspensionem petit Gabellarius, quia aliorum vbertatem, quæ esse potest cum sterilitate anni, seu annorum præcedentium, debet compensare, nec rectè in consilio Regalis patrimonij audiri poterunt gabellarij vsque tempus conductionis finiretur.

Illud maiorem difficultatem habet, vt 22. conductor vectigalium teneatur soluere pretium conductionis, quamuis impedimentum ab ipso Principe locatore opponatur, quia semper generalis; vel specifica renunciatio casus fortuiti interpretanda, vt renunciari non videatur casus, ex quo impedimentum infert idem locator, vt iam prædiximus. Verum, vt rectè percipiatur mens nostrarum legum, quæ non disponunt, vt quoties Princeps directè impeditur vectigalium exactorem, adhuc conductionis pretium solui debeat, notandum est: quia si Rex noster prohiberet commercium vniuersale eius rei quæ vectigalia dependuntur, tunc non debet

debet solui pretium conductionis, nec aliquid contra prædictis nostris legibus insinuat, si rectè attendantur, siquidem sublato commercio nullo modo res existit, nec spes ad quam posset referri locatio vectigalium, quia omnino redduntur inutilia, nec prohibito commercio aliquid ex illis potest sperari, facit lex conducto, §. i. ff. locati, ibi: *sed est ager terram motu ita corruerit, ut nusquam sit*, Bald. in l. licet, num. 4. Cod. de locato, Cephalus conf. 577. num. 7. 8. & 9. Corneum Ripam & alios refert Rodanus in tractat. de redditibus Ecclesiæ, quæst. 18. tit. de renunciatione mercedis, versic. *multi autem casus*, num. 5. Menoch. consil. 27. & consil. 55. ubi de eo late agit & tradit, sublato commercio sublata esse substantiam & animam (ut sic loquamur) ipsius vectigalis, quo casu, nec dubius euentus, spes, aut fortuitum aliquid considerari potest.

23. Et in terminis nostrarum legum eas sic interpretandas, & iustas esse defendens tenuit idem Menoch. consil. 671. num. 6. pro conductione vectigalium lanarum Hispaniæ consulens prohibito earum commercio à Rege nostro Philippo II. cum Germania, Anglia, & Insulis rebellibus distinguens, aliud esse pati damnum conductorem belli causa non prohibito commercio, & negotiatione, aut pati damnum ob bellum sublato omnino commercio. In hoc casu posteriori pretium conductionis non debetur, ut prædiximus.

24. Nec contra aliquid statuitur dict. l. 2. quia tunc sublato commercio, propriè & immediate facto Principis locatoris, patitur damnum conductor: at vero in priori casu quando commercium non prohibetur à Principe, damnum quod provenit ex bello, casu fortuito, quem respicit locatio vectigalium tribuendum est, quemadmodum & solum dict. l. 2. & 3. tit. 9. lib. 9. Recop. excipiuntur illi casus si Princeps fecerit, quæ non respiciunt impedimentum vsus conductionis, sed quæ pertinent ad Regni statum, ut si aliqua decreta ediderit, vel leges pro utilitate ad Regimen fecerit, aut mutatio monetæ sequeretur, vel ipse Princeps naues aliquas, vel oneraria ad sui seruitium exposcerit, seu bellum inciderit, etiam si illud Rex qui locat vectigalia excitauerit, quia cum hæc omnia ad publicam respiciant utilitatem, cui priuatam cedere oportet non iudicantur impedimenta conductionis, sed facta necessaria, quæ pro dignitate sua debet exequi Princeps, qui verè etiam si vellet, non potest quocumque pacto se exuere eis quæ pertinent ad dignitatem Regis, id est, ne bellum gerat pro utilitate subditorum, leges, & nouas constitutio-

nes pro regimine & communi bono ne dicat, iuxta quod notarunt Bald. in l. nuptiæ, ff. de Senator. quem sequitur ibi Orosius n. 1. Angelus in l. si dominus, num. 4. ff. de his qui sunt sui, Alex. lib. 6. conf. 224. num. 7. Mandelus Albenis lib. 1. conf. 185. num. 29. & lib. 3. conf. 555. num. 34. quibus adde Leonem decif. Valentin. 32. num. 31. & decif. 82. n. 17. & 2. p. decif. 144. num. 13. idque velut Regali diademati infixum, nullo pacto à Regio solio auelli potest, Mastrillus de Magistratibus, lib. 3. c. 8. num. 18. Parlador. lib. 2. rerum quotidianar. cap. 1. num. 15. Barbosa in remissionibus lib. 2. tit. 26. in principio, part. 174. D. Salgado de Regia protect. i. p. cap. 2. num. 38.

Præsertim quia bellum ex quo impedi- 25. mentum ex parte Principis Gabellarius obiciebat, respexit, quia Batavi Insulani rebelles nostri Regis, ut Piratæ, maria nostra infestauerunt, & impediunt exportationem aliquarum mercium, & ultra quàm hic casus quando à latronibus & Piratis damnum inferitur, non est insolitus, sed potius frequens, & ipsis iuribus expressus, lex conducto 15. §. 2. l. proinde 34. ff. locati, in rebus 18. ff. commodat. l. cum vnus 12. §. fin. ff. de bonis authentic. iudic. possid. l. qui à latronibus, ff. qui testam. facere poss. l. 1. §. is vero, ff. de oblig. & act. l. qui commeatu, ff. de re milit. & aliis pluribus, & cum hi Batavi Insulani à tempore, quo in rebellionem ab hinc pluribus annis proruperunt, semper piraticam exerceant, & perfidiam in Religionem, & contra nostrum Regem prosequantur, multo magis Gabellarius erat excludendus, quia ut ex Baldo tradit Bertachinus de gabellis, 2. p. num. 44. *Quando bellum erat captum tunc ante locationem, non potest ex bello peti remissio, quia à presenti statu tenetur conductor futurum euentum iudicare, l. si quis domum, §. fin. ff. locati.* Alexander in l. interdum, §. quod si, ff. de acquir. possess. & sibi imputent Gabellarij, qui cum casum potuerunt præuidere, & sibi providere, id non fecerunt: ideo non debent excusari à pensione, ut argumento legis *si quis postea*, ff. de iudiciis, §. qui per potestatem, de excusat. tut. l. 23. tit. 17. p. 6. ex Baldo & Gregorio Lopezio notauit in terminis Girona de gabellis, 2. p. §. 1. n. 44.

Nec solum procedit quando bellum iam 26. excitatum & inceptum sed etiam quâdo imminere posset vel timeri, ut ex Ioanne Andrea, Speculatore, Alexandro, Socino, Riminaldo, & aliis pluribus tenuit, Carrotius de locato tit. de remissione mercedis, quæst. 8. num. 3. & 4. quemadmodum, cum quis conduceret fundum saxosum vel sterilem non potest

potest petere remissionem mercedis propter sterilitatem, quia eam præuidere potuit ut ex Auth. de mandatis Principum, §. Publicorum, ex Bart. Bald. Alex. & Ripa idem Carrotius, ubi proximè, num. 1. & ad explicationem, l. 21. tit. 8. p. 5. ut conductori denegetur actio contra locatorem quando potuit præuidere iuste posse impediri probauit. D. Castillo, 3. tom. cap. 3. num. 34.

27. Quoties enim bellum Princeps indicit ex necessitate sui muneris & pro publica Regnorum utilitate nihil est, quod possit Principi imputari, aut si leges edixerit pro communi bono quia id quod ad Regum potestatem, & obligationem spectat, velut casus fortuitus & vis maior debet existimari, ut argumento, l. Lucius, ff. de euictio, *litem si verberatum, §. Item si forte*, ff. de rei vindicat. notauit in terminis, Aeneas Robertus li. 1. rer. iudicat. cap. 16. pag. 284. & casum fortuitum debet sustinere conductor ut in reliquis certissimum est.

28. Et cum bellum Insulani Batavis Rebellibus sit, quia ex sua perfidia in Ecclesiam Catholicam & suum Regem semper opprimi debent, & armis infestari, nihil queri potest conductor ex verbis textus in l. si quis domum 9. §. i. versic. idem querit, ibi: *quia hoc euenire posse prospicere debuit*: & cum huiusmodi bellum iam multis ab hinc annis procedat, & velut nobis consuetum sit, nullam inde poterit remissionem mercedis petere conductor, sed damnum sustinere, ex textu in l. ex conducto 15. §. si vis, versic. sed si tales, ff. locati, eis verbis: *si vero nihil extra consuetudinem acciderit, damnum coloni esse, idemque dicendum esse, si exercitus prateriens per lasciuiam aliquid abstulerit.*

29. Maximè quia, ut prædiximus, renunciationem fecit expressam conductor similis casus fortuiti, quam valere iam animaduertimus, & hoc casu etiam si aliàs conductor excusetur casu fortuito, & vi maior, ex qua petere remissionem mercedis posse traditur aperte l. ex conducto 15. §. vis maior, ff. locati, tamen si, ut in nostro casu, expressè cautum, ut belli casus, & vis maioris in se conductor sustineat, pacto standum est, quæ sunt verba textus in l. si quis fundum 10. ff. locati, & quæ aliàs ex natura locati veniunt, non comprehenduntur, si aliter pactum fuerit, ut quamuis isti casus possent præstare causam remissioni mercedis, tamen fieri non debeat, quando expressè aliter cautum, ut in d. l. 2. & 3. tit. 9. lib. 9. Recop. & faciunt verba textus in l. sed addes 21. §. illud nobis, ad fin. ff. locati, ibi: *hæc autem omnia sic sunt accipienda, nisi quid aliud specialiter actum sit*, & Ioann. Bapt. Larrea Alleg. Fife. Pars I.

facit notandus textus in l. item querit 14. §. si gemma ff. locati, ubi si artifex gemmam auro includendam receperit, etiam si non teneatur, quando gemma non ex imperitia, sed ex vitio materiæ fracta sit, tamen si aliter pactus fuerit, tenebitur, verba textus ibi, *nisi periculum quoque in se artifex receperat, tunc enim et si vitio materiæ id euenierit, erit ex locato actio.*

Nec enim potest imputari Principi, quæ 30. si conductorem deciperet, cum expressè caueret in hunc casum remissionem pensionis non faciendam, ut aliàs per argumentum ab speciali probatur in dict. l. si quis domum, 9. §. i. versic. idem querit, ibi: *decepit enim conductorem*, & quando iuxta pactum casus fortuitus euenit, queri non potest, qui pactus fuit, litem querit 14. §. si quis seruum, ff. locati, ibi: *si modo non sic conduxerit, ut peregrè duceret*, & cum Principi culpæ non tribuendum, si bellum indicit, aut leges nouas & constitutiones edixerit, non debet conductor petere mercedis remissionem, ut in difficiliore casu, quâdo non ex conuentione, ut in præfenti, sed ex accidenti res fuerit mutata, videlicet cum nauicularius in aliqua naui onus vehendum conduxit, & cum flumen ea naui subire non posset, in aliam nauem merces transtulerit, eaque nauis in hostio fluminis periret, ex Labeonis sententia in dict. litem querit, §. si nauicularius si culpa caret, non teneri nauicularium traditur, quanto minus debet teneri Princeps, qui de his casibus expressè pactus, ut pertineat periculum ad conductorem, & non solum culpa caret bellum indicando, aut leges condendo, imo potius maximæ culpæ tribueretur, si pro communi bono studiorum hæc facere omitteret.

Ex quibus apparet quanto iuris Regulis 31. conueniant leges nostræ, & iudices debeant earum tenorem obseruare, quia licet permiffum sit delegibus disputare cum eas homines instituunt, tamen cum fuerint institutæ & firmatæ, non est permiffum de illis iudicare, sed secundum illas, c. in istis 4. distinct. & cum expresse prædicti casus comprehendantur in dispositione earum legum & decidatur ne possit ex illis remissio pensionis fieri, nulla interpretatio admittenda quæ offendant legis verba, & decisionem, etiam si illa non adeo conueniret iurisi prudentiæ, ut probauimus sed aliquam contineret durtiorem, ex l. prospexit, ff. qui & à quibus, ibi: *quod per quam durum est, sed ita lex scripta est.* Nec hoc casu restrictio vel interpretatio, (quæ ex mente est non contra mentem) recipi potest, Petrus Victorius lib. 37. variar. lect. c. 11. Anton.

Augustin. libro singular. de legibus, & pro multis vide Patrem Suarez, lib. 6. de legibus cap. 5. & Bald. lib. 2. conf. 174. inquit: *Vbi sunt verba expressa, cavillationes advocatorum non debent locum habere; Et ut idem Bald. in rubrica de Postulatione Prælator. Neque subtilitas locum habet, ex qua veritas vulneratur.*



ALLEGATIO XVIII.

De remissione mercedis conductionis vectigalium propter impedimenta.

1. *Locator debet conductori prestare liberum usum rei locata ad exigendam pensionem.*
l. si in lege, 27. §. colonus, & vers. item utiliter.
l. qui insulam, 23. in principio, l. si fundus, l. & hac distinctio, ff. locati.
l. cum proponas, Codic. de nautico fœnore.
l. 21. & 22. tit. 8. part. 5. & c. num. 3. & 15.
2. *Locatio, & venditio eiusdem regulis censentur.*
l. 2. ff. locati.
§. 1. instit. de locato & conducto.
Emptor non tenetur soluere pretium, nisi res vendita tradatur.
l. Iulianus, §. offerri, de act. empti.
l. exempto, versiculo, & in primis, ff. eodem.
3. *Stipulatione habere licere tenetur quis non solum ex suo facto, sed eorum quos prohibere potuit.*
l. Fluminum, 24. §. quamquam, ff. damno infecto.
l. in omnibus, 3. de noxalibus.
l. scientiam, 45. ff. ad legem Aquiliam.
l. si fundus 33. vers. similiter, l. & hac distinctio, 35. ff. locati.
l. qui insulam 30. §. fin. ff. locati.
4. *Princeps debet esse benignus circa gabelarios.*
5. *Fiscus non debet cum subditorum damnis locupletari.*
6. *Remissio pensionis faciendâ, quando prohibetur à locatore conductor re frui.*
7. *Princeps, debet semper præferre publicam utilitatem.*
l. 2. & 3. titulo 9. lib. 9. Recopilat. & c. num. 9.
8. *Bellum quamvis Princeps excitet ex quo minuantur vectigalia, non tamen publicano debetur pensionis remissio.*
Iniuria non fit consentienti.
l. cum donationis, 34. Cod. de transactionibus.
l. de fideicommissis, 11. Cod. eodem.
l. veteribus, ff. de pactis.
c. si quis iusto, 48. de electio. lib. 6.
9. *Casus fortuiti renunciatio, etiam non cogitati admittitur.*
l. si quis fundum, 10. in principio, ff. locati.
l. licet Cod. de locato & e. num. 12.
l. 23. tit. 8. p. 5. & c. num. 12.
10. *Casus fortuitus qui provenit sine facto Principis non potest causam præbere remissioni pensionis.*
11. *Pensionis solutio solet suspendi in supremo Regalis Patrimonij senatu, quando constat publicanos in conductione vectigalium damnum habuisse.*
Publicani apud Romanos relationem valoris vectigalium dare tenebantur, & apud nos etiam observatur.
12. *Sterilitas unius anni in conductione debet cum ubertate aliorum compensari.*
l. cotem, §. qui maximos, ff. de public. & vectig.
l. penes illum, 4. Codice de vectigalibus.
l. si uno, in principio, ff. locati.
13. *Commercio rei ex qua solvuntur vectigalia sublato publicanus non tenetur, nec procedunt leges Hispania.*
14. *Pactum ut solvat pensionem conductor quamvis prohibeatur à locatore uti re locata est contra substantiam locationis.*
l. cum precario, 12. ff. de precario.
15. *Substantia rei conductâ sublata pensio non debetur.*
l. 22. & 23. tit. 8. p. 5. & c. num. 24.
16. *Princeps non videtur detrabere locationi vectigalium ex eis quâ pro Regio munere fecerit vel statuerit.*
17. *Accidentalia, que in consequentiam veniunt non attendenda.*
l. si quis nec causam, ff. si cert. petatur.
l. 1. vers. prima enim ratio, ff. de authenticator.
18. *Casui fortuito referendum quod Princeps, aut eius Magistratus pro Regimine discernere coguntur.*
l. Lucius, ff. de evictione.
l. item si verberatum, §. item si forte, ff. de rei vindicatione.
l. si merces, §. vis maior, ff. locati.
19. *Pactum facit recedere à iure communi.*
20. *Coniecturis non est locus, ubi verba manifesta.*

l. ille

- l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3.*
l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obligat.
l. ancilla, Cod. de furtis.
21. *Interpretatio non procedit ut restringat legem quâ aperte loquitur.*
Authentico, ut sine prohibitione.
c. suggestum, de appellat.
c. post translationem de renunciatione.
 22. *Remissionem pensionis Doctores qui concedunt Vectigalium conductoribus, ex facto Principis impediens percipere procedunt quâdo ex culpa factam procedit.*
 23. *Factum iniustum locatoris tribuit causam remissioni pensionis.*
 24. *Renunciatio generalis casus fortuiti efficit, ut periculum ad conductorem pertineat.*
 25. *Impedimentum non prodest, quando est culpa impediti.*
c. propter sterilitatem de locato.
l. videamus, §. pen. l. merces §. culpa, ff. locati.
l. qui commentu, ff. de re militari.
 26. *Impedimentum qui allegat, debet facere omne quod in se est, ut remoueat.*
Impeditus non dicitur qui potuit remouere impedimentum.
l. sed & si per Prætozem, ff. ex quibus caus. ma.
 27. *Impedimentum, ut prosit conductori ad pensionem remissionem debet denunciari, & protestari locatori.*
l. item quaritur, 13. §. exercitu, ff. locati.
Impedimentum modici temporis non præstat remissionem pensionis.
l. si in lege, 24. §. colonus, ff. locati.
tempus modicum quod sit iudicis arbitrio relictum.

De impedimentis qua conductores vectigalium solent opponere à Principe fieri, quominus gabelis fruuntur, ut fiat remissio pensionis, & quomodo id accipiendum ad explicationem l. 2. & 3. tit. 9. lib. 9. Recopil.

MVLTOTIES gabellarum conductores ut excusent solutionem pensionis, quam debent pro vectigalium conductione, opponunt ab ipso Principe cuius nomine locantur gabellæ, impeditos

Joan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Pars I.

esse, eas percipere, ac perinde remissionem pretij fieri oportere, quasi ut supra allegatione animaduertimus, teneatur locator liberum usum rei conductori concedere, & patientiam præstare, ut omnis conductionis fructus percipiat, aliàs non potest petere pretium conductionis, l. si in lege, 27. §. colonus, in principio, ibi: *Si ei frui non liceat, & in versic. Item utiliter, l. qui insulam, 33. in princip. l. si fundus, l. & hac distinctio, cum aliis, ff. locati, l. cum proponas, C. de nautico fœnore, Bart. in d. l. si fundus, & in l. ex conducto, in princip. ff. locati, & probatur iure nostro, l. 21. 22. tit. 8. p. 5. Boherius decis. 149. num. 5. Mastrillus decis. 299. num. 18. D. Castillo lib. 3. controuers. cap. 3. à num. 18. vbi plures refert, quia pactum inhæret contractui, nihil facturum locator, quominus conductor impediatur re locata liberè frui, ut ex Baldo, & aliis Surdus decis. 326. num. 36. & conf. 400. ex num. 6.*

Nam cum locatio eiusdem ferè regulis, ut 2. emptio iudicetur, l. 2. ff. locati, §. 1. instit. eodem, sicut in venditione non tenetur emptor pretium soluere, nisi res vendita traderetur, l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. l. ex empto, vers. & in primis, ff. eodem, & quodcumque impedimentum, quod locator opposuerit, obstat ei quominus pensionem conductionis exigere valeat.

Vnde quoties Princeps suis decretis prohibuerit aliquarum mercium transportationem, siue ex bello impediatur, seu insolita tempestate id eueniat, & vectigalium noua impositione commercium diminueretur, vel ex Magistratum facto aliud quodcumque impedimentum sequatur, quia Rex tenetur præstare factum eorum, qui eius nomine Rempublicam administrant, & cum posset prohibere, videtur teneri si non prohibuit, vel eius nomine fecerit, quia in stipulatione habere licere (quod videtur concedere & permittere Princeps conductori gabellarum) non solum ex suo facto obligatur promissor, verum etiam eorum qui ab eo causam habent, & quos potuit prohibere, Bart. in l. stipulatio ista, in principio, ff. de verbor. obligat. arg. l. fluminum 24. §. quamquam, ff. de damno infecto, ibi: *plane, si prohibere potuit, committetur, l. in omnibus 3. ff. de noxalibus, eis verbis: si cum prohibere potuit, non prohibuit, l. scientiam 45. ff. ad l. Aquiliam, ibi: ut qui prohibere potuit, teneatur, si non fecerit, l. si fundus, 33. vers. similiter, l. & hac distinctio 35. ff. locati, Iason in d. l. stipulatio ista, num. 12. vbi adducit textum singularem in l. qui insulam, 30. §. fin. ff. locat. nota verba: *Coloni seruus villam incendit non fortuito casu, non videri eam vim exceptam respondit, nec id patetum**

etum esse, ut si aliquis domesticus eam incendisset, nec praestaret. Idem probatur l. 2. tit. 8. p. 5. quasi ex facto suorum quis teneatur: ac si ille fecisset, & ita Princeps ex eo quod Ministri illius prohiberent, vel fecerint, in terminis notavit Anchar. conf. 4. 14. num. 2. Socinus conf. 152. quem refert & sequitur Rolandus à Valle vol. 4. conf. 69. num. 14. probavit Burfatus lib. 3. conf. 399. per totum.

4. Sed & iuxta æquitatem Principem decet benignè circa subditos in hoc agere, ut rescripsit Theodoricus Italiae Rex Iuliano Comiti Patrimonij iuxta Cassiodorum libr. 1. var. cap. 16. ibi: *Considerandum esse iudicamus, ut quorum non possumus accusare delicta releuandam potius estimamus fortunam in hac parte esse; inde enim constitutas pensiones inferri volumus, unde constat subiectos commoda consequutos, & idem propter sterilitatem tributorum solebat exactiões remittere, ut in fundis emphyteuticariis, idem Theodoricus apud Cassiodorum lib. 4. variar. epist. 38. & 50. his verbis: *Æquum est ut agrorum fructibus datis subleuentur onere tributariae functionis, quod fieri debere pietas acquiescit, ut quantum possessoris laborabit, utilitas subleuentur, quatenus mensurata conferatur quantitas beneficij, dum modus integer cognoscitur lesionis, repugnante siquidem natura, qualibet cedit industria, nec prodest laboris studium impendere quod ubertas loci non cognoscitur adiunare.**

5. Nam quamuis tributorum causa publica sit, augeri debeat, & faueri, non tamen ut fiscus exigat pensiones tributorum quæ prohibuit; nam ut tradit ipse Cassiodorus lib. 4. var. cap. 6. *creseat fiscus & utilitas publica, sed utilitas priuata nullum damnum sentiat; nec cum subditorum damnis oportet Principem & eius fiscum locupletari, ut notauit meus collega Dominus Franciscus de Amaya lib. 1. obseru. iuris ciuilibus, cap. 1. num. 77. nihil enim magis ab æquitate alienum, quam exigere à Gabellario vectigalium pensionem, & impedire vectigalia percipere, quia substantia locationis consistit in vsu pro certa mercede, Host. §. 1. instit. locat. Petrus Gregor. lib. 27. Syntagm. iuris, cap. 1. num. 3. Bart. in l. si quis domum, in princ. ff. locati, Motius de contractibus, tract. de locat. tit. de accidentalibus locationis, num. 55. Marcus Antonius Eugenius consil. 50. num. 19. & 20. Craueta conf. 233. num. 9.*

6. Et ideo his casibus faciendam esse remissionem pensionis, tenuerunt Alex. lib. 6. conf. 84. Ioannes Anania, & ibi Ludouicus Bologninus in addit. conf. 74. num. 2. Anchar. conf. 417. num. 1. Aimon Craueta conf. 95.

Beroius lib. 1. conf. 144. num. 12. & 68. Hippolyt. Riminald. lib. 3. conf. 282. num. 16. Cephalus conf. 577. num. 7. 8. & 9. Menochius conf. 55. per totum, Surdus conf. 24. in princ. Alex. Raudens. lib. 1. variar. cap. 29. num. 44. Renuatus Chopinus lib. 3. de doman. Francia, tit. 13. num. 10. D. Castillo tom. 3. controu. c. 3. à num. 35. & 39. cum sequent. vbi plures, ut solet, refert.

Verum tamen quamuis hæc soleant conueniunt à Publicanis vectigalium conductoribus opponi, ut pensionis obrineant remissionem, expressè verò excluditur quod ab illis potest intendi ex nostris legibus 2. & 3. tit. 9. lib. 9. Recop. quibus apertè cauetur siue ex bello, aqua, igne, sterilitate, aut quocumque casu cogitato, vel incogitato, damnum euenit, in se suscipiunt vectigalium conductores; quamuis bellum inferat damnum, & à nostro Principe bellum excitetur; cui addendum est omne quod supra circa prædictas leges, earum iustitiam & interpretationem tradidimus alleg. 17. & meritiò ita expressum in eis fuit, quippe etsi Princeps contrahat, & ut priuatus ex contractibus obligetur, c. sunt quidam, cap. contra statuta 25. q. 1. Clement. Pastoralis, §. ceterum, de re iud. Orosius in l. Princeps, n. 6. 7. & 8. ff. de legibus, l. 3. tit. 10. lib. 5. Recopil. vbi Matienzo gloss. 2. num. 4. vbi plura congerit Alexand. vol. 7. conf. 69. ad fin. Zalius vol. 2. conf. 10. n. 27. Mastril. lib. 3. de Magistr. cap. 4. n. 333. cum sequent. Semper tamen excipit Princeps, quæ respiciunt communem statum Regni, & publicam utilitatem subditorum, cui cedere oportet commodum priuatum, l. Ius publicum, ff. de pactis, Socinus lib. 2. conf. 275. num. 12. Craueta consil. 242. n. 20. Menchac. controuers. illustr. lib. 1. cap. 5. num. 16. Mexia in Pragm. Paris. concl. 4. num. 24. Auiles cap. 1. Preter. num. 6. Gironda de priuileg. num. 902. Ceuado 1. p. decif. 74. num. 1.

Et ita congruè adiectum belli causâ fieri non oportere remissionem, etiam si Princeps excitet bellum, quia nec potuit, aut debuit non excitare, quoties regendi munus suadet: & tunc Princeps nihil facit ut impediatur exigi vectigalia, (sua enim sunt, & vellet augeri) sed quod pertinet ad Regale officium in bello inferendo rebellibus aut inimicis, Regio munere fungitur, & cum his pactionibus Gabellarius consentiret, nihil queri potest, cum scienti & consentienti iniuria non fiat, & ultra quæ supra adducta alleg. 17. num. 30. probatur l. cum donationis, 34. Cod. de transactionibus, l. de fideicommissis, 11. Cod. eodem, ibi: *Et non potest eo casu rescindi tamquam circumuentus sis, cum tali pacto consenseris;* debuit enim

enim conductor vectigalium excipere illos casus, ex quibus pensionis intendit remissionem, aliàs contra eum interpretatio facienda l. veteribus, ff. de pactis, nec admittere debebat generalem casuum renunciationem, quæ absolutè adiciitur nostris legibus 2. & 3. quæ ad eò connaturalis conductioni gabellarum iudicatur, ut generales condiciones censeantur, quibus vectigalia Regalis Patrimonij locantur, nec de aliquo conqueri potest ex sententia textus in cap. si quis iusto, 48. de electione, lib. 6. vers. si autem, eis verbis: *Sibi que imputet qui sic eos constituet indiscretè; & tradit expressè Menoch. conf. 55. num. 12. dum ita Gabellario respondet iuxta statutum ciuitatis Montis Regalis, quo cauebatur similiter, ut etiam si communitas quæ locauerat vectigalia, aliquo modo impediret exigi, non peteretur pensionis remissio; & subdit Menoch. que sanè ultima verba, ibi: *culpâ vel factò ipsius communitatis ostendunt Brunum conqueri non posse cum sua voluntate huic factò se subiecerit, non etiam posito in necessitate propria voluntate leges non succurrunt, l. fideiusor, §. si necessaria, ff. qui satis cog. ibi gloss. & Doctores.**

9. Maximè cum certissimum sit in iure valere remissionem casus fortuiti, & id sine dubio cum exprimeretur, ut in nostris legibus, l. si quis fundum, 10. in principio, ff. locati, iuncta glossa, verbo ei praestatur, l. licet, C. locato, ibi: *Si tamen expressum non est in locatione, l. 23. tit. 8. p. 5. ex Iafone, Beroio, Francisco Becio, Mandello, Menchaca, Pinello, Antonio Gomezio, & aliis, probavit D. Castillo 3. tom. controuers. c. 3. num. 48. sed etiam ad incogitatos extendi renunciationem dicendum est ex verbis nostræ l. 2. ibi: *Por qualquier caso pensado, o no pensado, quo casu non solum casibus fortuitis, qui sperari possent, videtur renunciatum, sed etiam aliis etiam insoliti sint, nec possent cogitari; id enim respicit absoluta illa & vniuersalis renunciatio, ut tenuit Hugo de Celfo conf. 18. num. 2. si renunciatio se extendit ad casus insolitos & incogitados, etiam eos comprehendendi, & reprobans Corneum ex Ripa, Seraphino, Azeuedo, & aliis D. Castillo dict. c. 3. num. 106. ex Pinello, Antonio Gomezio, Gutierrez, Afflicto, & Antonio Fabro, qui ita refert, in Sebastianiano Senatu decisum: & sequitur Fontanella de pactis nuptial. 1. tom. clausula 3. gloss. 3. num. 66. & 67. & suadet ratio naturalis. Cur audiendus vectigalium conductor, ut intendat de illis casibus non cogitasse, qui etiam incogitatis renuntiauit? nec cogitare debuit euenire potuisse casum non speratum, qui de non cogitato pactus fuit.**

Hæc tamen, ut iusto moderamine procedant, notandum est, aut impedimentum prouenit casu fortuito siue villo facto Principis locatoris, & eo casu ex serie dict. l. 2. & 3. iunctis illis, quæ pro earum ratione, & iustitia expendimus supra allegat. 17. nullus poterit esse locus remissioni pensionis, si peste, incedio, aqua, niuibus, sterilitate, aut aliis casibus fortuitis vectigalia decreverent, quia ultra quam hæc omnia respicit expressè renunciatio, quæ fit in conductione vectigalium, eius natura, & conductione, ut prædiximus, comprehendit quid fortuitum, ut omne siue plus, aut minus, quam pensio vectigalis comprehendere valeat, & etsi ad iuris exactam disciplinam & regulas hæc causa referatur, nulla remissio ex prædictis fieri debet conductoribus Gabellarum.

Tamen æquitate suggerente Regalis patrimonij supremum Consilium solet Gabellariis, quando apparuit magnam fuisse iacturam in vectigalium perceptione suspendere aliquod tempus solutionum partis pretij conductionis, ita verò fieri oportet me pluribus in casibus suadente, si prius rationes tributorum discutiantur circa valorem qui in præcedentibus annis vectigalia habuerunt, quia iuxta ordinationes, quibus regale Patrimonium administratur omnes conductores Gabellarum, Thesaurarij, aut alij quorum cura sit vectigalium collectio, debent quotannis Regali consilio mittere relationem valoris cuiuscunque Gabellæ, ut ita cognosci possit, an rectè administratio procederet, quid vectigalia valerent, & idem apud Romanos obseruatum tradit Cornelius Tacitus lib. 13. annalium, dum tradit Senatum decreuisse *Publicanas rationes cuiusque tributi, & vectigalis extare, ne quam Publicani fraudem faciant, oportet.*

Nam ferri non debet ex aliquibus annis vberiores fructus & maximum lucrum percipiant, etsi in aliquo anno minus feliciter conductione succedat, remissionem petant, nam ultra quam sterilitas debet cum vbertate compensari, ut supra notauimus allegatione 17. n. 21. expressè cauetur in nostra specie, l. Cotem, §. qui maximos, ff. de public. & vectig. & ideo tributa conductioni non possunt, nisi ad minus pro tribus annis l. penes illum, 4. C. de vectig. ne conductores eorum in anno sterili petant remissionem ut petere solent, sed omnium collatio fiat & compensentur, l. si uno, in principio, ff. locati, l. licet, C. eodem, vbi Bald. num. 11. c. propter sterilitatem, de locato dicit post alios communem Socini iunior vol. 2. conf. 68. num. 3. & 9. & probatur iure Regio l. 23. titulo 8. p. 5. vbi

id expresse cauetur, & notat Gregorius Lopez in ea.

13. Si verò vectigalium diminutio ex facto Principis proueniat dicendum est quia si directè impedimentum fit, commercio sublato, ex quo vectigalia depēdebantur eo casu non procedunt leges nostræ 2. & 3. tit. 9. lib. 9. Recopil. quia tunc iniquum foret, vt compelleretur conductor soluere pretium vectigalium, quæ non extant, nam si non fruatur re locata non oportet conductionis pensio dependi ex his quæ pluribus notauit P. Castillo lib. 3. controuerf. cap. 3. num. 65. vbi tradit etiam si pacto adiciatur, vt pensionem præstet conductor, quamuis re vt à locatore impediretur adhuc prædictum pactum non obseruandum, quasi contra substantiam contractus quæ consistit in rei vsu.

14. Et vltra plurimos quos refert D. Castillo qui semper ferè omnia cumulat, illud pactum quasi aduerferet substantialibus locationis non valere argumento l. cum precario, 12. ff. de precario, & contrarium esse locationi notatur Bart. in l. si quis domum in principio, ff. locat. Andreas Gail. lib. 2. pract. obseruat. cap. 23. num. 7. Marcus Antonius Eugenius, conf. 50. num. 19. & 20. Nauarr. in Manuali, cap. 17. num. 287. Petrus Pechius in regula contractus, num. 9. de regul. iuris in 6.

15. Et inde notandum est rectè in dd. legibus 2. & 3. non tradi conductorem manere obligatum ex renuntiatione quæ in eis fit ad pensionem soluendam quædo commercium impediretur vel in totum vectigalia non colligerentur, sed solum quando ex casibus augetur vel diminuitur vectigalium solutio quasi in casu quo cessat causa ex qua percipiuntur vectigalia, non possit sequi effectus mercedis veluti re non extante, vt supra in allegat. 17. num. 22. & 23. probauimus, argumento legis, ex conducto, §. i. ff. locati, ex Baldo, Ripa, Corneo, Cephalo, & tribus consiliis Menochij qui hoc casu tradit sublatam esse rei substantiam & animam (vt sic loquamur) ipsius vectigalis, ex quo rectè D. Castillo, d. c. 3. num. 63. pro interpretatione, l. 23. tit. 8. p. 5. tradit eius dispositionem quæ statuitur etiam si diminuatur pensio, ex casu fortuito teneri conductorem soluere pensionem quando obligatus fuit pro ea in quocumque casu ei renunciatis rectè ad legem 22. præcedentem tantum referri in qua agitur de impedimentis naturæ ex casibus, non verò ad, l. 21. vbi traditur non deberi pensionem quando ipse locator impedimentum obiecit, quo minus fructibus rei conductor fruereetur, quia tunc nec nostris conditioni-

bus generalibus admittitur soluendam esse pensionem.

16. Sed tamen id in vectigalium conductione recipit interpretationem ex nostris legibus 2. & 3. tit. 9. lib. 9. Recopil. quando Princeps non prohiberet cōmercium vt in casu præcedenti, sed ex munere Regio leges condiderit pro subditorum vtilitate, & pro auctoritate publica bellum excitauerit, aut quid pertinens ad dignitatem Regiam decreuerit, quia tunc vt expresse dictis legibus excipitur, nihil videtur impedire aut nocere locationi, verum solum exequi id quod absque muneris iniuncti iactura omittere non potest, & tunc rectè traditur nullatenus posse conductores vectigalium petere remissionem pretij, quippe cum Princeps non possit exuere Regalia, & quæ eius dignitatem spectant pactis immutare; vt alibi notauimus, allegat. 17. n. 24. ita semper illa in conductionibus debuerunt excepta manere, quasi consentirent conductores cum subiaceant illis quæ ad publicum statum pertinent, nec Princeps remittere aut omittere posset, & his casibus spectant omnia quæ pro ratione & iustitia, prædictarum legum supra allegatione præcedenti animaduertimus; inde petenda, nam hic fati est indicare.

17. Et illa quæ Princeps per se non operatur, vt impediatur vsus rei locatæ, sed veniunt in consequentiam Regiminis, & publicæ vtilitatis, & etiam si damnnum inferant, non attendenda, argumento textus, in l. si quis nec causam, ff. si certum petatur, l. vers. Prima enim ratio, ff. de auctor. tut. ex quibus non attenduntur ea quæ veniunt præter intentionem primariam, sed secundariam, & in consequentiam facti iusti, vt in terminis expendit Marcus Antonius Eugenius, lib. 1. conf. 50. num. 40. considerari enim potest impedimentum, hoc casu non prouenire ex facto locatoris, quia non intendit impedire vsus rei, sed potius ex casu fortuito, qui compellit bellum excitare, aut leges condere, aut quid aliud pro publica vtilitate decerni, ex quo non colligantur tam vberiora vectigalia, idque ita præsensisse nostras leg. 2. & 3. videtur, quibus non traditur renuntiationem fieri oportere si Princeps absolute impedierit vsus locationis, sed quoties aliquid pro publica vtilitate decerneretur, veluti bellum inferendo, aut leges condendo quod cum non tam ex voluntate quam necessitate Regiminis, & publici communisve status proueniat rectè ex casu qui ad hæc impellit prouenire dicendum, & huc respicientes leges nostræ cum casibus fortuitis incendiij, aquæ, niuis, grandinis, pestis & similia, simul quasi ad illos spectaret

spectaret casum belli aut nouarum legum statutum adiecit.

18. Et quando iniquè Magistratus aliquid decernerent, quominus vectigalia læderentur, de quo nostra etiam disputatio est, hoc casu fortuito sterilitatis, grandinis, niuium, aut similia, qui coeli inclementia veniunt, æquasse videtur, quod iniquissimus proconsul Cerealis dicebat apud Cornelium Tacitum, & adfert iustus Lipsius lib. 4. de magn. Rom. cap. 8. quomodo sterilitatem, aut nimbos, imbres, & cetera natura mala, sic luxum, iniustitias, vel auaritiam dominantium tolerate, vitia erunt, donec homines, de quo nos alibi in decif. Granatens. disp. 9. num. 58. & consonat, quod notauit Æneas Robertus lib. 1. rer. iudicat. cap. 16. Regiam potestatem, & ex illa decreta esse vim maiorem cui resisti non potest, & ita propter eam euictionem deberi argumento l. Lucius, ff. de euid. l. item si verberatum, §. item si forte, ff. de rei vindicat. & quemadmodum vis maior sine dubio inter casus fortuitos existimatur, l. si merces, 25. §. vis maior, ff. locati, ita etiam quod ex regedi necessitate & casu qui euenerit, Princeps compellitur statuere, vt alibi in simili contra gabellarios notauimus decif. Granat. disput. 18. per totam, & idem disput. 13. num. 15. circa mutationem monetæ erosæ, & sufficiat Principem si iniquè fecerint eius Ministri in eos animaduertere, & facta reuocare, vt gabellariis consulat cum primum cognouerit damnnum inferri.

19. Rursus id pactum expressum operatur, quia si aperte casum belli aut nouarum legum in se susceperunt conductores, vt quamuis ex prædictis vectigalia diminuerentur, petere non possent mercedis remissionem, nihil conqueri possunt, vt iam prædiximus, & quamuis iure communi deberet in his casibus fieri remissio mercedis, nec extaret dispositio nostrarum legum 2. & 3. pactum sufficeret, quia illud debet aliquid operari vltra id ad quod locator tenebatur de iure, & in terminis notatur Salicetus in l. licet in fin. Cod. locato, Alexand. in l. Tirius, in principio, num. 2. ff. de lib. & posthumis, & in l. sed si quis, §. quaesitum, num. 15. ff. si quis cautionibus, Beroius vol. 2. consil. 142. n. 10. & 24. Ruinus vol. 1. conf. 81. per totum, & vbi adest pactum censeret recessum à iure communi ex Angelo, Decio, Natta, Beccio, Grato, Cephalo, & aliis in specie conductionis vectigalium probauit Surdus consil. 34. num. 28.

20. Ex quibus colligitur, quod de interpretatione aut restrictione dictarum legum, aliqui notauerunt debere temperari, vt quoties

ex facto Principis quocumque modo læderentur vectigalia, pensio conductionis eorum minueretur, quia vltra quam vbi aperta verba sunt, & dispositio manifesta, quæ procedit in his casibus, nullus remanet locus interpretationi, aut coniecturis, argumento l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de legat. 3. l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obligat. l. ancilla, Cod. de furtis, Bart. in l. quod constitutum, ff. de milit. testament. Decius in l. 1. num. 68. Cod. de seruis fugitiuis, & conf. 33. Tiraquel. in l. si vnquam, verbo libertis, num. 5. Cod. de reuocand. donat. Fuluius Patianus conf. 58. & quod alibi prædiximus interpretationem iuxta mentem esse, non contra illam, & quantumuis duritiam præ se ferat quod scriptum illud sequendum l. prospexit, ff. qui, & quibus.

21. Quoties autem aperte legis verbis, aut dispositione aliquid comprehenditur, non potest interpretatione lex restringi sine dispensatione legislatoris, quia per interpretationem non potest aliquid eximi à lege, vt tradit Pater Suarez de legibus lib. 6. cap. 5. & tunc solum restrictio poterit locum habere, quando verba constitutionis adeo generalia sunt, & plus comprehendant, nec adæquentur rationi, aut menti legislatoris gloss. in auth. vt sine prohibitione, ibi: Existimamus ineptum esse dicere, non fallere regulam, vbi equitas id suadet, probauit Panormitanus in cap. quia in insulis, de regularibus, cap. post translationem, de renuntiatione, cap. suggestum, de appellat. vbi Decius notat. 1. & 2. plures relati à Tiraquello tractat. cessante causa, 1. part. num. 144. quo casu potius dicendum legem cessare, quasi in eo non disponat, nec obliget, D. Thom. 1. 2. quaest. 96. art. 6. & 22. quaest. 60. art. 5. ad 2. & vbi que Caietanus, Soto lib. 1. de iustitia & iure, q. 6. art. 8. Tiraquel. tractat. cessante causa à num. 130. & cum dici non possit, nec rationem aut ipsam legem cessare in hoc casu, quia potius in eo expresse disponit, non procedunt interpretationes quas circa eius restrictionem tradiderunt plures, & D. Castillo tom. 3. controuerf. cap. 3. numero 69. cum sequentibus.

22. Vnde interpretandi sunt Alex. Ananias, Bologninus, Anchar. Aimon, Craucta, Beroius, Hippolyt, Riminaldus, Cephalus, Menochius, Surdus, Alex. Raudens. Renatus Chopinus, & D. Castillo, quos supra expendimus num. 6. & Corneus lib. 4. consil. 12. num. 9. Alciatus responso 489. num. 4. Parisius lib. 1. conf. 40. num. 6. Bosius in prax. tit. de remission. mercedis, num. 65. Grammaticus conf. 9. num. 1. inter consilia ciuilia Romanus

manus singul. 441. Hippolytus singulari 96. Paulus de Monte Pico conf. 76. numero 18. Natta lib. 2. conf. 360. num. 1. Rolandus lib. 4. confil. 69. num. 14. Gozadinus confil. 27. num. 20. Socinus senior lib. 2. conf. 156. in fine, Ruinus lib. 1. conf. 23. num. 5. confil. 65. num. 3. conf. 85. num. 4. conf. 147. per totum, & lib. 4. conf. 59. num. 13. Neuizanus confil. 91. num. 9. Ioannes Bolognetus confil. 30. num. 23. Carrotius de locato 4. p. de casibus, quæst. 5. in princip. Decius cap. ex parte, col. fin. de offic. deleg. Morla in emporio tit. 10. in præmissis, num. 23. Surdus conf. 12. num. 63. Paulus Æmilii decif. 183. 1. p. Paleorus decif. 138. Mohedanus decif. 326. Boherius decif. 249. num. 4. Franciscus Marcus decif. 62. 1. p. Surdus decif. 326. Magonius decif. Florentina 67. Mastrillus decif. 299. num. 95. Valascus de iure emphyteutico quæst. 27. num. 31. Nauarrus in manuali c. 17. num. 187. Couarr. pract. cap. 30. num. 2. Cevallos communium, quæst. 27. num. 5. facit l. 2. 1. & 2. 2. tit. 8. p. 5. quæ omnia adducuntur pro conductionibus vectigalium, vt quoties aliquod impedimentum opponitur, quominus fruatur re conducta, debeat fieri remissio mercedis, quia intellige vt ex prædictis Doctoribus apparet, quando factum locatoris culpam respexit, quia omnes loquuntur si facta & culpa locatoris impedimentum fieret, vel locator potuit illud remouere, & quoties non est vt in nostris conductionibus vectigalium his casibus expressè renunciatum, vel cum factum Principis directè, & ex voluntate respicit impedimentum, non quando ex necessitate muneris Regis, quia tunc tribuendum casui fortuito, qui induxit pro bono Regni bellum indicere, aut nouas leges cõdere, & huic casui fortuito renunciatum est, in qua specie non loquuntur supra citati, sed procedunt omnia quæ notauimus.


23. Et nota consilium Menochij 55. num. 7. vbi agens de simili conductore gabellarum, quando omnibus casibus conductor renunciat, & quando aliquod impedimentum proueniret ex facto ipsius communitatis quæ locauerat, tradit ideo remissionem faciendam pensionis, quia iniuste sine causæ cognitione debitorès vectigalium communitatis liberauit, quasi factum esset iniustum, & directè respiceret impedimentum vsus conductionis, vt tradit idem Menochius ibi num. 17.

24. Et leges partitæ 21. & 22. tit. 8. p. 5. nihil nobis obtant, quia procedunt in priuatis, qui non possunt ex necessitate publica impelli, vt aliquid decernant, quominus conductor frui possit, sed inter eos quando expressa re-

nunciatio casus fit remissio pensionis, quæ aliàs competit, denegatur, l. 23. tit. 8. p. 5. eis verbis: *el primero es si quando se fizo el pleito de arrendamiento se obligo el que recibio la cosa que por qualquier ocasion que se perdiere el fruto a el perteneciese el daño, vbi ex aliceto & aliis Gregor. Lopez gloss. 1. tenet sufficere generalem renunciationem, vt periculum pertineat ad conductorem, quanto magis in hoc casu, vbi specialis renunciatio de his casibus facta fuit.*

Denique etiam animaduertendum est, 25. Magistratus Principis aliquibus decretis, quæ pro regimine Prouinciæ ipsi commisit edixerint, aequaliter damnum irrogauerint vectigalium exactioni, aut impediendo commercium, vel extractionem aliquarum mercium, tunc debent conductores ad Regalis Patrimonij Consilium supremum relationem facere, vt medela adhibeatur, qui aliter cum sine scientia Principis locatoris fiat, qui non confirmauit decreta, nec ab eo remedium petitum fuit, non debet peti remissio, aut illi imputari, argum. cap. propter sterilitatem, de locat. ibi: *sine culpa coloni, l. videamus, §. penult. l. si merces, §. culpa, ff. locati, Ruinus lib. 5. conf. 136. num. 4. Bossius titulo de remissione mercedis, num. 37. & 39. Burfatus conf. 11. num. 31. Velascus de iure emphyteut. quæst. 27. num. 17. & 29. Gomez tom. 2. variar. cap. 3. num. 23. nec quidem culpam vacat conductor, qui cum posset adire Consilium supremum, & impedimentum remouere, pigre se habuit, nec adhibuit diligentiam: nam quoties qui allegat impedimentum, in eo potuit aequaliter ipsi quid imputari, ei non prodest argumento l. qui commentu, ff. de remilit. ibi: *Et si se probet valetudine impeditum, vel à latronibus detentum, similivoc casu moram passo, dum non tardius à loco profectum se probet quam vt occurrere posset intra commentum, restituendus est.* quasi impedimentum irreparabile valetudinis non proficit, si tardius à loco profectus quam debuerat, & culpa præcessit, tenet Bart. in eo textu, & in l. 2. §. quod diximus, ff. si quis cautio, vbi Bald. Iafon & Angelus qui tradit d. l. qui commentu, non esse alibi, & esse communem opinionem ex Socino, Decio, Parisio, Croto, Ruino, Alex. Felino, Natta, Vantio, Rubeo, Menochio, Afflicto, & Beccio, tenet Surdus conf. 12. numero 21. & in terminis, vt in culpa sit conductor qui non adierit Senatum vt impedimentum remoueret, idem Surdus confil. 8. num. 25. ibi: *Cum ergo illi de Gara possent allegatum Iudicis impedimentum remouere recurrendo ad Senatum, vel etiam ad Dominum Auditorem Marchionis Bassi, qui est Callusij domus,**

Menochius libro 2. de arbitris casu 8: numero 10.



ALLEGATIO XIX.

De impedimentis ex maris navigatione in conductione vectigalium, mercium, quæ nauibus transportantur.

25. Et vt proficit impedimentum, debet impeditus facere omne quod in se est, ne impediatur, ex Bart. Baldo, Castrensi, Alex. & aliis Surdus conf. 369. num. 42. & illud esse impedimentum, quod nullo modo potuit vitari, Paris. lib. 3. conf. 67. num. 94. ex Bart. & Socino Menoch. conf. 100. num. 116. & qui allegat impedimentum, debet probare omne quod in se est, fecisse, vt remoueret ex communi Doctorum calculo in d. l. 2. §. quod diximus, ff. si quis cautio, & tale fuisse impedimentum, vt remoueri minimè potuerit, d. l. sed & si per Prætozem, ex Boherio, Gozadino, & aliis pluribus, Menoch. de arbitrariis, lib. 2. centur. 2. casu 118. num. 6. & 7. & ideo qui impedimentum allegat in re locata, debet illud locatori protestari, ex Socino iuniori, Ruino, & Boherio, Menoch. confil. 21. num. 22.

26. Et vt conductor teneatur denunciare impedimentum locatori protestando vt tollat, probatur à maiori l. item queritur 13. §. exercitu, ff. locati eis verbis: *si domino non denuntiauit, & migravit, ex locato tenetur: Labeo autem, si resistere potuit, & non resistit, teneri ait, quæ sententia vera est.* vbi notandum non solum teneri domino impedimentum denunciari (& ideo Principi & eius consilio) sed etiam quando exercitus domum occupauit, & potuit conductor resistere, si non fecerit, tenebitur, quia etiam cum periculo suo debet conductor impedimentum remouere, ex quo textu & Bossio probauit Menoch. conf. 246. num. 28. & debet conductor probare se fecisse omne, quod potuit, vt impedimentum tolleret, & ex illo non aliunde damnum sequutum ex Iafone, Alex. Decio, Gozadino, & aliis Craueta conf. 151. num. 22. & 23. ex Beroio, & aliis Menoch. confil. 384. num. 8. & conf. 496. num. 18. & cum impedimentum modicum tempus durauerit, non poterunt excusari conductores de soluenda pensione l. si in lege, 24. §. Colonius, ff. locati, ibi: *quod si paucis diebus prohibuit, quod sequitur Alex. lib. 5. conf. 127. num. 7. arbitrio iudicis relinquens, quod modicum tempus dicatur, cui adde quod ex eodem Alex. in l. si insulam, num. 15. de verb obligat. Iacobo de Nigris Ioanne Annibaldi & Cuiatio tradit Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisic. Pars 1.*

1. *Conductio vectigalium Regis fit cum renuntiatione omnium casuum fortuitorum qui excogitari possint, vel non.*
2. *Maria pertinent ad iurisdictionem Principum, quorum terris adherent. tit. ne quid loco publico. tit. ne quid in flumine publico.*
3. *Maris impedimentum præstat excusationem. l. 2. §. si propter, ff. si quis cautionibus.*
4. *Contractus celebrari videtur firmo manente rerum statu. l. quod Seruius 8. ff. de conduct. causa data. l. cum quis, in principio, ff. de solutionibus.*
5. *Latronum & Piratarum incursum valde solitus casus iniure, & eius mentio fit. Lex conducto, 15. §. 2. l. proinde, 34. ff. locati. l. in rebus, 18. ff. commodati. l. cum vnus, 12. §. fin. de bonis auctor. iudic. possid. l. 1. §. is verò, de oblig. & action. l. qui à latronibus, 13. ff. de testam. Fortuitus casus est qui ex mari pendet.*
6. *Casus fortuitus qui prouideri non potuit, esse debet vt excusetur conductor. l. licet, C. locato. l. merces, §. vis maior, ff. locati. c. propter sterilitatem, de locato.*
7. *Bellum quod posset dare causam remissioni pensionis, non prodest si imminet. l. damnum, 12. C. locato. l. inter, §. non omnia, ff. mandati. l. si quis postea, de iudicis. §. & qui potestatem, inslit. de excusat. tutor. l. 2. & 3. tit. 17. p. 6. l. si quis domum, §. fin. ff. locati. l. 21. tit. 8. p. 5.*
8. *Rebelle Hispania Hollandi piraticam exercent.*

9. *Vniuersalis dispositio restringitur.*
 10. *Dispositio hominis vniuersalis comprehendit quod alias eam non veniret.*
l. fin. §. uxori. ff. de aur. & argento legato.
l. Iulianus. 60. ff. de legat. 3.
 11. *Navigatio non impeditur quando plures res transportantur.*
 12. *Confessio partis superat omnem probationem.*
l. cum te. C. de transaction.
 13. *Iudicium qui testatur de facto proprio credendum.*
Acta iudicialia faciunt rem notoriam.
 14. *Bellum non tribuit causam remissionis pensionis, nisi bello commercium impediatur.*
Conductor qui recipit tributa post protestationem, ab ea recedit.
l. si tibi alienam, l. ex conducto. ff. locati.
 15. *Exceptiones casus fortuiti, lesionis, vel sterilitatis, non impediunt viam executionem.*
 16. *Maria libera sunt, & omnium communia.*
 17. *Princeps licet debeat defendere vassallos, non potest dare liberum usum maris.*
Romana Respublica à Piratis infestata, Magno Pompeio illorum debellationem commisit.
 18. *Maria non possunt libera reddi à Principibus.*
 19. *Casus qui potest prouideri, non excusat.*

De impedimento quod obiciebat Conductor vectigalium, cum ex maris navigatione deberentur Portuoria, à Piratis impedi merces transportari, & remissionem pensionis faciendam, quia Princeps mare liberum non dedit.

AD huius rei intelligentiam notandum, horum vectigalium conductionem, vt reliquas gabellarum locationes, fuisse contractam, iuxta formam l. 2. & 3. tit. 9. lib. 9. Recopil. & renunciationem factam cuiusque casus fortuiti, siue qui aqua, incendio, peste,

bello, aut similibus euenerit, cogitatus, vel non cogitatus, & talis qui post remissionem pensionis prestare, & solum exceptum si impedimentum vniuersale euenerit navigationi.

Pro gabellario, hoc supposito, allegabatur teneri Principem locatorem prestare successiuam patientiam navigationis, & liberum usum maris, nam ad protectionem Principis pertinet libera navigatio, glossa verbo *interdicam* in l. i. versic. *Item per lacum* ff. vt flum. publico nauigar. liceat, & constat dictis prohibitoriis titulo, *ne quid in loco publico*, titulo *ne quid in flumine publico*, & idem quod in flumine procedere in mari tradit d. gloss. & probarunt qui tenent mare pertinere ad protectionem Principum Prouinciarum, cuius territorio adheret, & deseruit vsui, ita ex Bartolo, Aretino, Felino, Borello, D. Valenzuela, & aliis pluribus, D. Solorzano de iure Indiarum, tom. 1. lib. 2. c. 6. n. 22. & lib. 3. c. 3. num. 35. Freitas de iusto emporio Lusitano, c. 10. n. 30.

Vnde cum à Piratis impedita fuisset nauigatio, meritò excusari videbatur conductor quemadmodum in l. 2. §. *si propter*, ff. si quis cautio, excusatur qui ex defectu navigationis non adimpleuit quod facere tenebatur.

Maximè, quia eo tempore quo conductione facta fuit, non erat Piratarum incurfus, nec posset timeri, navigationem ab illis impediendam, & omnis contractus censetur celebratus firmo manente eodem rerum statu, l. *quod Seruius* 8. ff. de conduct. cau. dat. l. *cum quis*, in princ. ff. de solut. Parif. vol. 1. conf. 72. num. 45. Craueta conf. 233. num. 3. Gozadinus conf. 27. num. 5. in terminis Carroci de locat. quæst. 8. num. 69. plures relati à Tirarello in præfatione legis *si unquam*, num. 166. Cod. de reuocand. donat. ac perinde ex nouo euentu incurfus hostium non teneri conductorem allegabatur.

Pro fisco tamen, prædictis non obstantibus, vt nulla remissio pensionis fieri debeat, sequentia & manifesta probare videntur: Primò, casibus fortuitis renunciaret conductor iuxta d. l. 2. & 3. nullus casus magis poterit in renunciatione contineri, quàm incurfus latronum & Piratarum, de quo vt valde solito semper in iure mentio fit, l. *ex conducto* 15. §. 2. l. *proinde* 34. ff. locati l. *in rebus* 18. ff. commod. ibi: *de latronibus & Piratis*, l. *cum vnus* 12. §. fin. ff. de bonis auctor. iudic. possid. eis verbis, *vel propter latronum potentiam*: l. 1. §. *is vero* ff. de obligat. & act. ibi: *aut Prædonum hostiumve incursum miserit*. l. *qui à latronibus* 13. ff. de testamentis,

ris, cum aliis pluribus. Et ideo cum fieret renunciatio, cuiusque casus fortuiti etiam insoliti & incogitati, nullo modo poterit intendi remissio ex casu valde contingenti renunciatio, qui verè fortuitus est, vt omne quod ex mari pendet Iason in l. 1. r. num. 9. ff. si quis cautio. ex Baldo, & aliis, Stracca decis. 36. Rotæ Genuens. num. 6.

6. Et magis procedit quando etiam absque pacto & renunciatione legum nostrarum, vt propter sterilitatem possit peti remissio pensionis, requiritur casum esse valdè insolitum, qui à principio contractus prouideri non posset, l. *licet*, C. locato, l. *merces*, §. *vis maior*, ff. locati, c. propter sterilitatem, eodem tit. vnde hic casus qui ex natura rei semper imminerebat, vt statim probauimus, & à iure, vt valdè solitus & consuetus exprimitur, nihil poterit iuuare Gabellarium.

7. Secundò, quia etiam si non extaret dispositio nostrarum legum, quibus expresse excluditur casus belli, & comprehenditur renunciatio, sed ex iure communi res decidenda, quamuis iuxta illud casus belli posset dare causam remissioni pensionis, ex d. §. *vis maior*, l. *damnum*, 12. C. locato, l. *inter*, 26. §. non omnia, ff. mandati, ex Fulgoso, Menochio, Bossio, Cuiacio, & Cassiodoro, eruditè probauit meus Collega D. Franciscus de Amaya lib. 3. obseruat. iuris ciuili, cap. 13. num. 11. sed tamen id etiam iuxta iuris communis regulas limitatur, quia si casus belli, aut incurfus prædonum, vel Piratarum tempore conductionis imminerebat, & prouideri potuit, non potest ex eo remissio pensionis intendi, vt expresse tenuerunt Bald. in §. *vassalli qui tempore*, de Pace Constancie in vsibus feudor. Gregor. Lopez in quoto. verbo *Hueste*, in l. 22. tit. 8. p. 5. & argumento l. *si quis postea*, de iudiciis, §. *qui potestatem*, instituit. de excusat. tutor. l. 2. & 3. tit. 17. p. 6. in nostris terminis Gironda de Gabellis, 2. p. §. 1. num. 44. qui probat non posse peti remissionem pensionis, si eminus vel patens erat bellum, vel pestis, tempore locationis, quia tunc imputandum est eis qui statum & rerum conditionem prouiderunt, & non prouiderunt sibi, & in specie Bertachinus de Gabellis 2. p. num. 44. ex Baldo, & Alex. tradit his verbis: *Fit remissio propter guerram superuenientem, non si guerra iam capta erat ante locationem, debet enim conductor à præfenti statu futurum indicare euentum*, l. *si quis domum*, §. fin. ff. locati, Alexand. in l. *interdum*, §. *quod si*, ff. de acquir. possess. & id non solum quando bellum, aut periculum erat patens, sed etiam quando poterat timeri aut prouideri, vt ex Ioanne Andrea, Speculatore,

Portio, Æmiliano, Socino, Alex. Neuzano, Rolando, Afflicto, Bossio, & aliis, tenuit Carrotius de locato, tit. de remissione mercedis, quæst. 8. num. 3. & 4. & ad explicationem l. 21. tit. 8. p. 5. probauit D. Castillo 3. tomo controuers. c. 3. n. 34. vt conductor de negetur actio contra locatorem quando potuit prouidere posse impedi.

Hic enim incurfus latronum, de quo nostra quæstio, & maris impedimentum à piratis prouenit à Rebellibus nostris Insularis Hollandis, qui abhinc multis annis dum à Domini sui Regis nostri obedientia descuerunt, Piraticam in mari exercent, & nostras naues continuè infestare solent, & eo tempore quo facta conductione, cum rebellibus nullum fœdus, sed bellum ingruerat, & ipsi littora nostra Piratæ infestabant, ideoque multis ab hinc annis hic casus prouideri potuit, & ipse conductor prouidit, quia solum excepit casum, si impedimentum vniuersale fuisset in commercio Indiarum, ita vt nullo modo serui Æthiopes, (de quorum vectigalibus conductione hæc erat) nauigari non possent.

Et vltra quàm plures nauigati fuerunt, & plus quàm conductione permissum, vt statim notauimus ex illa adiectione, quæ solum exceptum si esset impedimentum vniuersale in commercio manifestè videtur prouidisse conductorem impedimentum, quod tunc & postea esse poterat Piratarum, cum solum ad vniuersale impedimentum se referret, vt tunc faciendæ esset remissio pensionis, quod denotat solum eo casu sibi causisse, quia vniuersalis locutio non aliter verificari posset arg. l. *Ballista*, & ibi Alex. ff. ad Senarus consultum Trebell. & in l. *promittendo*, iuncta glossa; ff. de iure dotium, l. 1. §. *generaliter*, ff. de leg. præst. Bart. in l. *hoc articulo*, ff. de hæred. instit. & in l. *si is qui ducenta*, §. *utrum*, ff. de rebus dubiis, Doctores communiter in l. 1. §. *renunciatio*, ff. de noui operis nunciatione, Hostiensis in cap. satis, de officio Archidiaconi, & Ioannes Andreas in cap. *quisquis*, de electione, Geminianus conf. 29. col. 1. Surdus decis. 283. num. 3. Alexand. vol. 1. conf. 17. num. 2. vbi tradit dispositionem vniuersalem non restringi, aliàs non esset vniuersalis, Decius conf. 597. num. 1. Craueta conf. 308. n. 6. Cephal. conf. 156. num. 22.

Idque in hominis dispositione magis sine dubio procedit ex Ruino, Rolando, Beccio, & aliis idem Surdus conf. 31. num. 27. ex Panormitano, Decio, Patifio, Neuzano & pluribus, idem Surdus conf. 73. num. 63. & id operatur, vt excludantur casus, qui aliàs non excluderentur, Decius in l. *omnia*, in principio,

principio, ff. si cert. petatur, Riminald. conf. 61. num. 30. Menoch. conf. 302. num. 4. & 335. num. 20. argumento l. fin. §. uxori, iuncta glossa i. ff. de auro & argento legato ex Bart. Alberico, & Mantica probauit idem Surdus decif. 150. num. 8. & ex Aretino, Tiraquello & aliis idem Surdus decif. 96. n. 10. Ioannes Nicolaus in repetitione, l. generaliter num. 13. Cod. de secund. nuptiis ex lasone, Ruino, Natta, & aliis pluribus Gratianus 4. tom. disceptat. 5. Forensium quæst. 744. num. 2. & probatur apertè l. Iulianus 60. ff. deleg. 3. vbi ex adiectione verbi omne, illud comprehenditur, quod aliàs non veniret in dispositione, & ideo nunquam legibus nostris ex renunciatione casus fortuiti excluditur ille, qui à piratis prouenit, quasi in iure valde solutus, quamuis posset admitti remissio pensionis, ex eo tamen non admitteretur, quia solum sibi cauit faciendam conductor quando impedimentum commercij esset vniuersale.

11. Rursus, quia etsi in octo annis conductionis, aliquando Piratarum maria infestarent, tamen apparuit iuxta conductionis contractum potuisse viginti quatuor millia seruorum Æthiopum in eo tempore nauigari, & ipse conductor decem & octo millium permissum vendidit, & eorum, qui absque Regia facultate nauigarunt, apparuit triginta naues seruorum ad Indias Occidentales in annis conductionis peruenisse, vbi ad minus erant iuxta computationem, quæ cuiusque nauis in actis apparuit, quatuordecim millia seruorum, ipsius conductoris confessione comprehensum plusquam millies aureorum valere, quod ex commisso condemnationem fisco applicandam, ex quibus duæ tertix partes conductori iuxta conuentionis contractum competeant, & iudex ipse, qui de causis cognoscebat ad regale consilium Indiarum misit acta & relationes, quibus constabat, quod ex prædictis condemnationibus iam factis posset sperare excedere summam octocentorum millium ducatorum.

12. Vnde omni genere probationis apparuit non fuisse impeditam seruorum nauigationem, & commercium ex ipsa conductoris confessione, quæ, vt vulgare est, superat omne genus probationis, etiam si confessio non esset ipsius qui litem instituit, sed auctoris à quo ille causam haberet argumento legis cum te, Cod. de transaction. Baldus lib. 2. consilio centesimo nonagesimo, numero tertio, Socinus libro tertio, consilio vigesimo quarto, num. 8. Surdus conf. 60. num. 1. Beltramin. in additionibus ad decif. 3. Ludouici decif. 143. num. 5. Farin. lib. 2. decif. cri-

minal. decif. 320. num. 2. Gratianus discept. cap. 981. num. 34. & confessio alicuius contra cum præualeat mille testibus, Bart. & plures cumulati ab Antonio Gabriele, lib. 2. tit. de testibus, conf. 4. num. 75.

Et quamuis ea cessaret, probatur assertio-^{13.} ne Iudicis, qui testatur de facto proprio, & illi esse credendum, tenuerunt Corsetus, Marsilius, Neuizanus, & alij, quos refert Menoch. conf. 60. num. 18. ex Bald. lasone, & Imola, & pluribus, vt Officiali credatur, Mascardus de probation. conclus. 1138. num. 1. & tunc sine dubio est credi Iudici quando quod edixerit testimonium constat ex actis, & acta iudicialia id probant, quæ faciunt rem notoriam, Bald. in l. 1. C. si de moment. possess. Neuizanus conf. 81. n. 23. Paris. lib. 4. conf. 111. num. 7. Socinus Iunior lib. 1. conf. 16. num. 18. Menoch. conf. 55. num. 7. ex Felino, Aretino, Decio, Puteo, & aliis Gratianus discept. cap. 501. num. 20. ex quibus apparet nullo modo audiri posse commercium vniuersale nauigationis non fuisse, cum appareat, nauigia etiam sine Regali permisso ex Orientalibus regionibus ad Occidentalia littora & portus appulisse.

Sed etiam si expressè non comprehen-^{14.} deretur pacto, vt solum remissio fieret propter commercij vniuersale impedimentum, idem etiam iuxta nostras leges 2. & 3. tit. 9. lib. 9. Recopil. accipiendum est, quia propter bellum, quando commercium non est sublatum, omne damnum conductori ex illis tribuendum est, vt prædictarum legum explicatione notauit Menoch. conf. 671. num. 6. dum incipit: *Respondetur primo, duo hæc inter se longè differre, pati damnum belli causâ non sublato commercio & negotiatione, aut pati damnum ob bellum prohibito commercio: nam quando conductor patitur damnum causa belli, & prohibito commercio immediatè & propriè factò Principis locatoris, patitur damnum, diuersum est, quando commercium non est ab ipso Principe prohibitum, commercio enim non prohibito, si negotiator damnum sustinet, vel sue mala fortuna dum in hostes incidit, vel sue temeritati adscribere debet, nec bellum ipsum omnino tollet lucrum aliquod, imo saepe auget, quod non contingit sublato commercio.* Et quod notandum est, vt quamuis in hoc casu conductor allegauit Piratarum incursum, & impedimentum, numquam tamen renunciauit conductioni, sed in ea remansit, & succedit doctrina eiusdem Menochij, conf. 246. num. 25. quia videtur recedere à protestatione & perseverare in locatione conductor, quando post casus exegit tributa l. si tibi alienum, & lex conducto, ff. locati.

Deinde

15. Deinde, quia prædictas exceptiones opposuerat in executione residui pro quo viam executiuam intenderant Regij officiales & siue ad casum fortuitum sterilitatis, læsionis, aut alterius referamus, quod à conductore allegabatur, adhuc tamen ad iudicium ordinarium remittendæ istæ exceptiones, nec possunt impedire executionem debitiliquid: vt argumento l. 3. §. ibidem, ff. ad exhibendum, vbi communiter Doctores l. fin. Cod. de ordin. cognit. l. penult. & ibi Bart. ff. de petitione hæreditatis, idem Bartolus & communiter scribentes in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicata, Rodericus Suarez in l. post rem iudicatam, in declaratione legis regni, versic. sed pro euidentia, num. 37. Parlador lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. 5. part. §. ii. num. 42. sequitur Ceuallos practicar. commun. quæst. 726. num. 55. Flores de Mena variar. quæst. lib. 1. quæst. 12. num. 42. Rodriguez de executionibus cap. 6. num. 25. Gratianus tom. 2. disceptat. cap. 365. num. 41.

16. Denique quod in contrarium obiectum pro Gabellario facilem expeditionem habebit, si consideres nunquam Principem potuisse obligari, vt mare liberum conductori daret, quia maria libera sunt, & omnium communia, l. 2. de rerum diuisione, l. 3. tit. 28. p. 3. l. 4. ff. ne quid in loco publico, ex pluribus iuribus, Cicerone & Virgilio, probauit Freitas de Iusto Imper. Lusitan. c. 10. num. 7. & Ouidium, Plinium, Paulum Orosium, Plinium, D. Ambrosium, & plures Doctores eleganter expendens D. Solorzanus tom. 1. de iure Indiar. lib. 2. c. 20. num. 37. & lib. 3. c. 3. num. 28. & 29. Et quamuis Princeps teneatur suos vassallos defendere, l. 4. tit. 7. l. 17. tit. 18. l. ii. tit. 28. p. 3. Gregor. Lopez in gloss. 2. d. l. 17. & gloss. 2. l. 8. tit. 20. p. 2. & maris & littorum eius protectio ad Principem spectet, gloss. singularis in l. quædam, de rerum diuisione, & ibi Baldus, Rodericus Suarez allegat. 17. num. 9.

17. Tamen nullo modo potuit obligari Princeps vt præstaret liberum vsu maris, quia ex maribus Orientalibus vsque ad Occidentalia, in quæ Æthiopes nauigantur, ad eò totius orbis ferè immensum spatium à nemine in totum tueri, & liberari potest à latronibus & Piratis, vnoque maximo exemplo probabitur; nam eo tempore quo Romana Respublica maiori potentiâ, diuitiis & hominibus floruerat, vt quasi toti orbi dominaretur, mare Mediterraneum quod prope Romam est, à Piratis coepit infestari, ita vt annonæ, & victualium maximam vrbi indigentiam inferrent, & cum Romanus Senatus Piratarum vastationem committeret Magno

Pompeio, ei quingenta nauigia centum & viginti millia peditum militarium, & vltra quinque millia equitum pararunt, simulque ingentem & penè incredibilem summam pecuniarum (quæ bellum semper sustinetur) nam, vt refert Apianus in vita Mithridatis, & Plutarchus in vita Pompeij, tradiderunt ei sex millia talenta Attica, & iuxta computationem Ioannis Marianæ de ponderibus & mensuris, c. 7. cuiusque talenti æstimatio erat octo millium & quingentorum aureorum, quod omne facit pecuniarum millies quinquaginta & vnum, id est, *milliones* aureorum. Et quando computatio fieret huius talenti ad exiguiorem æstimationem, quod dicebatur talentum Atticum, minus illud ex eiusdem Marianæ sententia, valebat sex mille ter centos & septuaginta quinque aureos, & omnia sex millia talenta Attica minora computabantur triginta & octo milliones, ducenti & quinquaginta mille aureis quod ferè incredibile est, nisi maxima potentia Reipublicæ Romanæ eo tempore suaderet, & quæ de admirandis circa eius magnitudinem, vestigalia, multitudinem subditorum, eorum capitationem, opes, omnium rerum affluentiam, eorum Principum munificentiam, dona & diuitias cumulauit Lipsius de Magnitudine Romana lib. 2. per totum, & de his Piratarum insultationibus, & debellatione integrum tractatum scripsit Lucius Florus de bello Piratico, & Pompeius in tribus mensibus hoc bellum absoluisse tradit Plinius lib. 7. cap. 25. & 26. & capta incendiisse octocenta & quadraginta & sex nauigia Piratarum, quod ad mille & trecenta auget Strabo lib. 14. & diuisionem, quam suæ classis fecerat Pompeius totius maris Mediterranei, maximè laudans illius peritiam militarem refert Pineda in Monarchia Ecclesiastica, l. p. lib. 9. c. 29. §. 1.

Ex quo apparet cum ad eò difficile fuisset^{18.} Romanæ Potentiæ, & eius Magno Duci Pompeio solum mare Mediterraneum à Piratis liberum reddere, quàm sit alienum à ratione omnia maria quæ extant ab Oriente in Occidentem, velle nostrum Principem libera conductori præstari, maximè quia id nunquam fuit comprehensum conuentione, sed solum quasi conductor præuideret posse alia impedimenta in mari euenire, solum excipit vniuersale impedimentum commercij, nec aliud contractu comprehensum fuit, nec colligi potest ex tota illius serie, argumento legis *Lucius*, §. Imperatores, ff. ad municipalem, eis verbis: *Cum ad ea quæ mandari possunt, voluntatem dedisse videaris*; & quod mare liberum censuit author libelli, qui hoc

titulo editus, ad aliud pertinet, & impium auctorem ostendit, vt eius memoratur D. Solorzanus de Indiarum iure, tom. 1. lib. 2. cap. 1. num. 48.

19. Nec quod etiam conductor obiciebat, in omni contractu intelligi clausulam rebus in eodem statu permanentibus, aliquid mouebit, quippe vt notauimus, semper post rebellionē Hollandium Insularum, Piraticam illi contra nos exercuerunt, & isti casus tunc extabant, & futuri imminentes preiudicari poterunt, ac futuri ex eis nullo modo potuit fieri remissio pensionis: & ita à Senatu Regalis Patrimonij decretum.

ALLEGATIO XX.

Remissio pensionis quomodo faciendā Gabellario, vel interesse sarcindum.

1. Commercio à Principe impedito remissio faciendā Gabellario.
2. Interesse sarcindum conductori quando à locatore damnum sentit.
l. 21. tit. 8. p. 5.
3. l. si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de act. empt.
l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco.
l. si commissā 13. in princip. ff. rem ratam haberi.
l. si vno 17. §. vbi cumque, vers. planè, ff. locati.
l. si in lege, 27. §. Colonus, ff. locati, & num. 12.
l. si fundus, 36. vers. nam & colonus, ff. locati, & n. 13.
4. Locatio comprehendit hoc damnum sarciri conductori & interesse.
l. qui fundum, l. si merces, §. i. ff. locati.
5. Damnum quod ab inimico locatoris conductori factum debet sarciri.
l. si merces, §. culpa, ff. locati, & numero 23.
6. Princeps non tenetur ex facto suo ad interesse conductoris, sed solum ad remissionem pensionis.
Locationi inharet, vt locator debeat rem dare liberam, & ea vti possit conductor.
l. ex conducto, in princip. l. si quis domum, ff. locati.
7. Interesse debetur ex culpa, mora vel lucro cessante.

Principi non potest culpa imputari ex eo quod ex consilio Senatorum pro regimine decreuerit.

Bellum quod infert Princeps iustum praesumitur.

8. Praesumitur pro facto Principis.
Clementina unica de probat.
c. cum si nobis, de testibus.
9. Principem non censetur velle prauiudicare Gabellariis.
c. 1. de officio deleg.
10. Praesumitur pro iudicibus & Magistratibus.
l. si quis, C. de officio civil. iudic.
11. Princeps quod decreuit pro bono publico, non ex voluntate, sed ex necessitate regiminis, cui deseruit statuit.
12. Conductor qui sine culpa locatoris impeditur, non potest intendere lucrum quod amisit, sed solum damnum sarciri remissa pensione.
l. si quis domum, §. hinc subiungi, ff. locati.
13. Conductor qui casu fortuito impeditur, non potest petere interesse, sed solum remissionem pensionis.
l. sed addes, 21. §. si quis cum, ff. locati.
14. Lucrum cessans non debet venditor qui rem venditam non tradidit.
l. si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de act. empt.
15. Locator qui impedimentum iuste intulit conductori, non tenetur ad penam lucri cessantis, sed solum vt remittat pensionem.
l. qui insulam, 33. ff. locati, & n. 24.
16. Opinio vt non distinguatur de impedimento iusto vel iniusto locatoris, vt teneatur conductori, procedit quoad remissionem pensionis.
l. si quis nec causam, ff. si cert. pet.
17. Impedimentum si iustum ex parte locatoris, etiam si non ex publica utilitate, sed priuata, non tenebitur ad interesse, sed vt remittat pensionem.
l. e de, C. locato, & n. 24.
18. Impedimentum iustum factum conductori adhuc obligare locatorem, non procedit in conductione vectigalium, ex l. 2. tit. 9. lib. 9. Recopil.
19. Coactus dici potest qui necessitate rei familiaris compellitur.
l. cum te, 4. C. de pignorib.
l. non idcirco, 12. Cod. de rescindend. vendit.
20. Locator ex iusta causa expellens inquilinum, debet remittere pensionem, nec tenetur

- netur aliam similem domum ad habitandum praestare.
l. quod si domus, ff. locati.
21. Remissio solum pensionis est in obligatione locatoris, qui iuste impedimentum intulit conductori.
 22. Culpa leui non tenetur aliquid faciens pro saluanda persona sua, & res proprias.
l. si vt certo, §. quod verò, ff. commodati.
Locator non tenetur ex impedimento facto à tertio conductori, si non potest imputari locatori.
l. 2. tit. 8. p. 5.
 23. Inimicis bellum mouere culpa Principis tribui non potest.
l. pen. ff. solut. matrim.
Inimicorum violentia tribuitur casu fortuito.
l. ad eos, l. in rebus, ff. commodi.
l. sed & damno, ff. locati.
l. contractus, ff. de reg. iur.
Inimicitia non debet nocere quando suscepta est ex iusta & legitima causa.
l. 2. titulo 9. lib. 9. Recopilationum, & num. 25.
 24. Doctores debent intelligi secundum iura que allegant.
Ratio similis eandem dispositionem induere debet.
 25. Conductioni vectigalium naturale est vt Princeps ad interesse impedimenti non teneatur.
 26. Damnum cui sarcindum etiam debentur que causare preparauit.
l. si quis domum, §. hic subiungi, versic. idem querit, ff. locati, & n. 27. & 29.
l. si pecuniam, ff. de condit. causa dat.
 27. Gabellarius remissa pensione ex impedimento, non potest petere quod in fideiussione impendit, quia tenetur fideiuiuere.
l. si Titius, 48. ff. de fideiussorib.
 28. Gabellarius prauidere debebat omnia que continentur. l. 2. & 3. tit. 9. lib. 9. Recopilat.
 29. Sumptus recuperandi ab eo cui ex impedimento pensio remittitur, sunt qui fiunt in ipsa re.
Sumptus quos fecit Gabellarius pro emendis censibus ad vadimonium conductionis vectigalium, non censentur facti in ipsa re, sed propter fideiussorem ad quam tenetur.
l. socium, 61. §. socius, ff. pro socio.
 30. Censibus ad vadimonium vectigalium, ex ordinationibus Senatus Regalis Patri-

monij, debet in constitutione superari à rebus in quarta parte.

31. Pensionis remissionem non faciendā quando conductor modicum damnum sustinuit procedit si ex casu fortuito, vel sterilitate, petitur remissio, non si ex facto locatoris, quia tunc faciendā etiam ex modico damno.
l. ex conducto, §. si vis tempestatis, l. si merces, §. vis maior, l. habitatores, ff. locati.
l. qui insulam, in principio, & §. adiles, ff. locati.
32. Publicani debent exhibere valores vectigalium in consilio Regalis Patrimonij.
33. Lanarum Hispaniarum conductione referatur.
34. Conductor lanarum ex commercio cum Gallia impedito, magnam remissionem petebat.
35. Conductor lanarum ne à conductione desistere cogatur, remissionem renuntiauit.
36. Vectigalium conductionum magne fraudes que sedulo discutiendae.

Quando ex facto Principis vectigalium perceptio impeditur, vel diminuitur, vtrum debeat Princeps solum diminueri Gabellario pensionem, aut eius partem, vel etiam omne interesse quod posset lucrari, satisfacere.



Hec quaestio iuxta qua in praecedenti Allegatione notauimus, tunc procedit quando directo Princeps suo facto vectigalium perceptionem diminuerit, vel commercium impedit; quo casu animaduertimus leges nostras 2. & 3. titulo 9. lib. 9. Recopilationum non procedere, & remissionem pensionis faciendam; de quo videndum an ultra damnum sarciri Princeps teneatur.

Pro gabellariis vt omne id interesse, quod ex conductione habere potuissent, princeps locator teneatur praestare, videtur aperte probari iure nostro regio l. 21. tit. 8. part. 5. eis verbis: *Que les deben pechar todos los daños è los menoscabos que vinieren por tal razón, como esta, y acun debeles pechar demas de esto las ganancias que pudieren hauey echo en aquellas cosas que tenian arrendadas, o alogadas*

- das si non que las hubiesen ellos embargado.*
3. Et de iure communi probatur l. si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de act. empt. ibi: *omnis utilitas emptoris in estimationem venit, quæ modo circa ipsam rem consistit.* l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco, ibi: *puto & lucri habendam rationem, l. si commissa* l. 3. in principio, ff. rem ratam haberi, ubi in rati habitatione quam locator facere debet conductionis tradit l. C. in tantum competit, in quantum mea interfuit, id est, quantum mihi abest, quantum lucrari potui, & in specie locationis, l. si uno, 17. §. ubicumque, verfic. plane, ff. locati ibi: *quod interest, prestabitur, l. si in lege* 27. §. colonus, ff. locati, ibi: *quantum per singulos annos compendij facturum erat, consequetur.* l. si fundus 36. verfic. nam & colonus, ff. eodem, eis verbis: *tantum eis prestabis, quantum eius interfuerit frui, in quo etiam lucrum eius continebitur.*
4. Et in terminis locationis hanc opinionem expressè tenuerunt Bartolus in l. si uno, §. item, cum quidam, num. 2. ff. locati, Ludouicus Romanus conf. 178. num. 1. Corneus lib. 4. confil. 12. num. 7. Boerius lib. 1. confil. 140. num. 44. & conf. 143. num. 13. Bertagol. lib. 2. conf. 267. num. 6. Bursatus lib. 3. conf. 309. n. 5. Beccius conf. 45. num. 20. Ruinus lib. 1. conf. 65. num. 3. Paris. lib. 1. conf. 40. num. 2. & lib. 4. conf. 98. num. 15. Menochius conf. 27. num. 54. & conf. 55. num. 14. & conf. 671. num. 24. Rolandus à Valle vol. 4. conf. 69. num. 22. faciunt quæ notauit Mandelus Albenis conf. 318. à num. 11. vsque ad 22. & quod ex l. qui fundum, l. si merces, §. 1. ff. locati, tradit Natatam. 1. conf. 25. num. 5. Decianus lib. 2. conf. 108. num. 2. & ita sæpius in senatibus iudicatum probarunt Paulus Æmilius l. p. decif. 183. num. 2 & 3. Mastrillus decif. 299. num. 18. Surdus decif. 326. num. 25. Pereira decif. 106. & idem tenuit Bossius in præxi de remissione mercedis, num. 108. & 109. Cora in memorabilibus, verbo, *conductor*, verfic. *quarto adde* ex Socino conf. 56. lib. 2. & Doctoribus in l. vnica, Cod. de sent. quæ pro eo quod interest, Gregor. Lopez glossa 2. l. 21. titulo 8. part. 5. & Bartolum, Bellonum, Natatam, conf. 261. Paulum de Monte Pico, Corrotium, Caualcantum, Morlam, Cuiacium, Conanum, & alios pro eadem sententia refert D. Castillo 3. tom. controuers. cap. 3. num. 26. & 27.
5. Sed etiam si dominus rei locator non impedierit, verum eius odio inimicus damnum fecerit, adhuc etiam tenebitur remittere pensionem, & damnum facere, argumento l. si merces, §. Culpæ, ff. locati ibi: *Culpæ autem ipsius & illud annumeratur, si propter*

inimicitias eius vicinus arbores exciderit, ex Bartolo, Cephalo, Bezio, Riminaldo, Menochio Greg. Lopezio & aliis, idem D. Castillo ubi proximè num. 31. in terminis Anton. Faber in Cod. lib. 4. tit. 42. difficult. 24. vnde gabellarij intendunt ex bello, quod inimici Principis excitant, quo mercium transportationi & vectigalibus damnum inferatur, non solum pensionis faciendam remissionem, sed etiam lucrum & interesse faciendum.

Verumtamen pro fisco contra illos plura & solidiora sunt fundamenta, vt quando Princeps impedierit commercium earum rerum, quarum vectigalia conductæ, vel quid fecerit diminutis vectigalibus, quo apertè conductionis pretium minuatur, adhuc solum teneatur ad remissionem pensionis, quæ damno respondeat, non verò vt damnum faciat, & simul lucrum præstet, quod apertè suadent omnia iura, quæ pro gabellariis expensa, nam vt ex illis apparet, ideo ad interesse condemnatur locator, quia culpa sua conductor impeditus fuerit, vt re conductæ, ac perinde probant ad illud non teneri, quoties culpæ tribui non potest impedimentum, aut diminutio conductionis, etiam si tunc ex natura contractus locator teneatur, ita præstare conductori rem, vt liberè eâ vti possit, nec aliquod præiudicium irrogare, idque quasi inhærens ipsi contractui censetur, l. ex conducto, in principio, l. si quis domum, ff. locati, Connanus lib. 7. comment. cap. 11. Ferretus de gabellis num. 294. vt pensio remitti debeat.

Sed tamen interesse locum habere non potest, quia vel illud deberetur ex culpa, & mora, aut ex lucro cessante, vt ex l. 2. §. si nauis, ff. ad l. Rod. de iactu, l. Lecta, verfic. *non enim*, ff. de rebus creditis, l. in hac, in fine, ff. de condit. tritica. vltra ordin. in eius iuribus, Mascardus de probat. conclus. 934. num. 34. Andreas Gail. lib. 2. obseruat. cap. 6. num. 1. & 2. controuers. cap. 1. ubi omnia congerit ad saturitatem, in hoc vero casu damnum emergens iam sarcitur remissa pensione, & culpa Principis locatoris nullatenus considerari potest, quia cum omnia, quæ pro rectorum tutela decreuerit, ex consilio Senatorum statuar: l. humanum, Cod. de legibus eis verbis: *benè enim cognoscimus, quod cum vestro consilio fuerit ordinatum id ad beatitudinem nostri imperij, & ad nostram gloriam redundare.* Adde Iasonem in l. fratres, num. 4. Cod. de inofficioso, Æmilio Verallo decif. 5. num. 2. part. 2. quod salubre, & iustum est, sine dubio decernet, & potius si non faceret, culpa quam in faciendo considerari oporteret,

- ret, & bellum iustum in dubio existimandum, & subditi in eo Principem obedire debent, cap. quid culpatur 4. 23. quæst. 1. iunctis quæ ex Abbate, Cephalo, Menochio, Aluaro, Velasco, Sairo, Sancio, & aliis notari Barbosa in collect. ad eum textum.
8. Tum & pro facto & decretis Principis semper præsumitur iustis rationibus aliquid fecisse, glossa in l. relegati, Cod. de pœnis, cap. cum si nobis, de testibus, Clement. vnica de probat. quia loquitur ore Dei, & hanc præsumptionem non admittere probationem in contrarium, ex Alciato, Cinnio, Marsilio, Romano, & Grammatico, latè probauit Menoch. lib. 2. præsumpt. 10. per totam.
9. Tum & Princeps numquam censetur velle præiudicare gabellariis, vt nec cuiusque tertio ex iuribus vulgaribus, Andreas Gailius lib. 1. obseruat. 14. num. 6. & lib. 2. obseruat. 58. num. 10. sed cum aliquid statuit damna sui Regni vitare censendum, vt pro munere Regio tenetur, cap. 1. de officio delegat. glossa in §. apium, verbo *inclusit* instit. de rer. diuis. Fredericus conf. 185. & 201. Alex. lib. 5. conf. 7. num. 11.
10. Sed nec pro Principe solum, verum etiam pro Iudicibus illius, & Magistratibus semper præsumi debet, quod decreuerint ad bonum publicum pertinere, argumento l. si quis, C. de offic. ciuil. Iudic. Baldus in l. obseruare, §. proficisci, quæst. 10. ff. de officio Proconsulis, Bossius, Puteus, Grammaticus, & alij quos refert Menoch. lib. 1. de præsumpt. quæst. 85. num. 2. Sesse & Raudensis ex quibus Mastrillus de Magistratibus lib. 6. cap. 10. num. 8. Auiles cap. 1. Prætor verbo *Dadiuas*, num. 28. & ex Bobadilla Mageno, & aliis D. Solorcano de Indiarum gubernat. 2. part. lib. 4. cap. 8. num. 17.
11. Cum igitur in omnibus iuribus, quæ supra retulimus, quando non solum damni fit condemnatio, sed etiam lucri, id procedit, quando potest imputari locatori non præstare liberum vsu, & patientiam conductori, hoc tamen nullatenus admittendum in hoc casu, quoties pro bono, & statu publico Regni sui commercium impediret, & multò minus lucrum Gabellario debebit sarciri, quia vt prædiximus, non tam ad factum Principis locatoris, quàm casui fortuito, qui compellit ad tale quid statuendum, tribui oportet commercij impedimentum, aut vectigalium imminutio, quia Princeps non tam ex voluntate decernit, quàm necessitate regiminis cui deseruit.
12. Et sine dubio, quando conductores casu fortuito sine locatorum culpa impediuntur, nihil amplius quàm vt mercedis pretium pro
- impedimento remittatur, petere possunt l. si quis domum, §. hinc subiungi, in l. si fundus, in fine, ff. locati, glossa verbo *prohiberi* in l. si in lege, §. colonus, ff. eodem ex Bartolo, Romano, D. Alex. Ludouisius decif. 235. num. 2. ubi Oliuerius Beltraminus num. 6. notat procedere, quando constaret de aliquo impedimento, & conductor posset intendere interesse, donec liquidetur, non valet detinere solutionem pensionis, & pluribus Rotæ decisionibus ita confirmatum tradit, & quando ex casu prouenit impedimentum, satis esse conductorem seruari indemnem, & remitti pensionem temporis, quo non est vsus conductor, quia condemnatio interesse respicit culpam locatoris, probauit D. Castillo 3. tom. controuers. cap. 3. num. 28. & 29.
- Sed etiam casui fortuito non tribuatur, etiam si facto locatoris prouenerit impedimentum, quando non ex libitu, & voluntate, sed necessitate regiminis aliquid faceret, quo vectigalium conductioni, damnum inferatur, solum remittendam pensionem ferè omnes præcitati admittunt, & expressè Hippolytus, Riminaldus lib. 3. conf. 282. num. 16. eis verbis: *quod etiam hic agitur de conductoribus impeditis vt & frui casu fortuito, contingente facto locatoris ob proclamata facta prohibentia concursum*, ubi concludit faciendam esse remissionem pro rata, & quemadmodum sine dubio, quando ex casu fortuito impeditur conductor, non potest amplius petere, quàm pensionis remissionem, quæ respondeat impedimento, vt ex dict. l. si quis domum, l. si fundus, & aliis notauit D. Ludouis. ubi proximè, l. sed adde 21. §. si quis cum, ff. locati, eis verbis: *sed sufficit quod pensionem pro residuo tempore remittat*, sicut quando casu fortuito prohibetur conductor, ita etiam nec ex facto Principis, qui aliquid pro publica utilitate decernit, amplius quàm remissio pensionis peti potest, non verò interesse.
- Quod facilius admittendum, vt nihil debeat pro lucro cessante, quando vltra Principem in alio quocumque etiam procedat ex l. si sterilis 22. §. cum per venditorem, ff. de act. empt. ibi: *quando steterit per venditorem quominus rem tradat, omnis utilitas emptoris in estimationem venit, quæ modo circa ipsam rem consistit, nec enim si potuit ex vino negociari, & lucrum facere, id estimandum est*: quod etiam in locatione regulariter procedere eius textus argumento tenuit Greg. Lopez in dict. l. 21. gloss. 2. tit. 8. part. 5.
- Rursus etiam factum Principis locatoris directò impedimentum inferat, etiam non debet amplius quàm pensionem remittere, quoties iustè impedimentum intulit, vt ma-

gistratiter notauit Bartolus in l. *si uno*, §. *item cum quidam*, ff. locati, quasi ex prædictis non possit lucri ratio haberi in poenam impedimenti, quoties iustus de causis aliquid fecisset locator, l. *qui insulam*, 33. ff. locati, eis verbis: *Respondit, si vitiatum adificium necessario demolitum esset, pro portione quanti dominus prædiorum locasset, quod eius temporis habitatores habitare non potuissent, in rationem deduci, & tanti litem estimari* quasi quando necessitate aliqua ductus locator impediret vsum conductori, ad nihil amplius quam ad pensionis remissionem teneatur, l. *hæc distinctio*, 37. ff. eodem, ita Princeps, qui ex necessitate regiminis commercium prohibuit, ex quo procedunt vectigalia, vel ea diminuit, publicâ suadente utilitate, nihil amplius tenebitur quam vt pensionem remittat pro impedimenti qualitate.

16. Præterea opinio Marci Antonij Eugenij consil. 50. num. 56. vt distingui non oporteat, an factum sit iustum vel iniustum locatoris vel directo, aut in consequentiam impedimentum inferatur, sed sufficere conductorem impeditum, nec procedat argumentum quod desumitur ex l. *si quis nec causam*, ff. si certum petatur, & cum Bertazola, Bursato, & aliis, comprobatur D. Castillo dict. 3. tom. c. 3. ex eius sententia, num. 44. accipiendum, vt locum habeat quoad remissionem pensionis, non verò vt præstet interesse.

17. Sed & quod plus est, quando hæc necessitas non ex iure publico, verum pro utilitate priuata prouenit, adhuc idem dicendum est ex l. *ade*, C. locato, vbi qui domum locauit, si prohibeat conductori eius habitationem, quia sibi necessariam esse probauerit aliquo casu postea superueniente, si vxorem duxerit, aut domus corruerit, quam antea habitabat, vt notat glossa in eo textu, verbo, necessariam, tunc ad nihil amplius quam ad pensionem remittendam tenebitur locator, vt ex eo textu, Cino, Angelo, Baldo, & aliis probauit Natta conf. 25. num. 1.

18. Ex quo declaranda erit illa opinio Doctorum, vt quoties conductor in se suscepti casus fortuitus, siue generali aut speciali renunciatione, aliquibus expressis, vt in conductione vectigalium, l. 2. tit. 9. lib. 9. Recop. non teneatur conductor ad casum fortuitum, quando culpa locatoris prouenit, vt ex Ancharano, Romano, Anania, Parisio, Alciato, Craueta, Corneo, Grammatico, Menochio, Surdo, & aliis probauit D. Castillo 3. tom. c. 3. num. 56. qui quamuis numeris sequentibus, ex pluribus probet id procedere etiam in facto iusto locatoris, & Aretinus, Alex. & Cornicus, quos refert, exemplum proponunt

in casu iusto si bellum mouerit Princeps, quia attendi non debet iustitia impedimenti, sed conductorem vsum non fuisse re conducta, in quo conductionis essentia consistit, sed tamen idem D. Castillo vbi proximè, c. 3. n. 60. ex l. 2. tit. 9. lib. 9. Recopilar. quæ aperte excludit impedimentum belli, quæ alterius quod pro regimine publico fiat, vt quamuis pro parte Principis inferatur, ad nihil teneatur, & quamuis de ratione dict. l. 2. dubitauerint plures, tamen eam defendit D. Castillo ex publica utilitate quam respicit vectigalium augmentum, & conductio, & cum non cogentur conducere Gabellarij, & certiorati de dispositione prædictæ legis conduxerint, ei debent subiacere quando Princeps velut coactus, ex munere Regio bellum inducit, aut aliquid pro bono publico & regimine statuit, & de iustitia d. l. 2. iam aliqua notauimus supra Allegatione 17. pertotam.

Et qui necessitate rei familiaris compellitur, vt cum egeret domo ducens vxorem, aut alio simili casu coactus dici potest, de quo videnda glossa notabilis in l. *cum te*, 4. C. de pignor. verbo *vi*, per textum, ibi: *qua coactum aliquem dicit, qui necessitate rei familiaris impellitur*, & facit l. *non idcirco*, 12. C. de rescind. vendit. eis verbis: *sumptibus necessariis urgentibus*. Et quamuis non ideo quasi metu coactus possit contrahens rescindere contractum, tamen sine dubio culpa vacabit, & excusabitur, vt tradit Salicetus in d. l. 12. vt meritò iure permittatur inquilinum à domo expellere, & ex eo quod impeditur locator, conductori non debet amplius quam mercedis remissionem facere, quia factum iustum est, & lege permittente, quod insinuarunt Antonius de Butrio in cap. *propter sterilitatem*, de locato. col. 1. Bald. in d. l. *ade*, & communiter scribentes ibi, & in d. l. *si fundus*, ff. locati.

Et quando expulit locator inquilinum, vel impedimentum fecerit conductori, tunc ad interesse ex illorum sententia obligatur quoties fecerit sine causa. Vnde id omnino cessabit quando aliqua iusta causa intercesserit, vt in hoc casu, ex quo reprobata est glossa in d. l. *qui insulam*, 33. verbo, *habitatores*, ff. locati, quæ tradit quod in eo casu deciditur quando necessitate coactus locator impeditur conductorem vti re locata, debere remissionem facere pensionis tradit glossa, *nisi aliam domum conduxerit, tunc id præstandum*, argumento l. *quod si domus*, ff. locati; quia vltraquam is textus nihil probat, & dissimiliter procedit, etiam si aliqui voluerint locatorem ex tali necessitate expellentem inquilinum, teneri illi tradere aliam domum ad habitan-

habitandum, verius est vt quemadmodum non tenetur ad interesse, ita etiam nec ad aliud, quia si tenetur similem domum ad habitandum conductori præstare, indirectè ad interesse obligaretur, quod admitti non debet, arg. l. 1. C. de naturalibus liberis, l. *si per impresionem*, C. de eo quod metus causa, & tenuit Cacheranus conf. 47. n. 48.

21. Si igitur in quocumque priuato causa necessaria excusat vt interesse non præstet, quanto magis in Principe admittendum, qui ex necessitate muneris Regij aliquid fecit quominus conductor vti possit re locata? Et generaliter nihil amplius quam mercedis remissionem peti deberi, quando factum locatoris iustum fuit, vt in nostro casu post Bart. Bald. in d. l. *si uno*, §. *item cum quidam*, probauerunt Romanus conf. 178. Ananias consil. 74. num. 2. Paris. vol. 1. consil. 40. num. 3. Natta d. conf. 25. num. 6. & conf. 610. num. 8. & communem dicit Bellonus conf. 22. num. 1. ex Castrensi; Cardinali, Imola, & aliis, Surdus conf. 34. num. 1. Bertachinus de gabellis, 2. p. principali, quæst. 21. Boffius in praxi, titulo *de remissione mercedis*, num. 112. & Morla in emporio, titulo de locato in præmiss. num. 23. D. Castillo d. c. 3. n. 45.

22. Suadet ipsa ratio, aliquid faciens pro saluanda persona sua, & res proprias, non tenetur etiam de leui culpa, vt communiter notatur in l. *si ut certo*, §. *quod verò*, ff. commod. ita etiam multo magis non tenebitur Princeps, qui pro suo statu & communi subditorum salute aliquid decreuerit; & in casu quoties à tertio impedimentum fuit conductori factum vt non teneatur locator quando ipsi non potest imputari, tenuit l. 2. i. ad fin. tit. 8. p. 5.

23. Ex quo facilius expeditur quod supra obiectum fuit, ex l. *si merces*, §. *culpa*, ff. locati, vt quoties propter inimicitiam locatoris aliquod damnum conductori obuenerit, locator teneatur: sic damna quæ ex bello intulerint, inimici horum Regnorum Principem obligent, quia textus ille non potest in Principe locum habere, quia vltra distinctionem glossæ, vt possit accipi quado inimicitia culpam habuit locator, arg. l. penult. in principio, ff. soluto matrimonio, quamuis eam distinctionem, iustæ vel iniustæ inimicitia reprober Anton. Faber in Codice, lib. 4. tit. 42. definitione 24. tamen cum vt ex textu apparet, procedat, quia culpa locatoris tribuitur, quod ab eius inimicis damnum factum, id longè differt vt possit aequaliter in Principe considerari, qui debet bellum inferre inimicis, vt subditos defendat, & tueatur, & in eo procedit doctrina Bartoli in d. l. *Joan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Pars I.*

penultima, ff. soluto matrimonio, ex l. *ad eos*, & l. *in rebus*, ff. commod. l. *sed & damno*, ff. locati, l. *contractus*, de reg. iur. vbi inimicorum violentiam tribuit casui fortuito; & ideo culpa locatoris non tribuenda, præsertim quando non per indignationem in locatorem inimici insurgunt, sed ob aliam causam, sicut in Principe propter Regnum, & probauit Bald. in l. *nam & Seruus*, ff. de negotiis gestis, vt non debeant nocere inimicitia, quando susceptæ fuerunt ex iusta & legitima causa: sequitur Gozadinus conf. 27. numero 16. & vltra id in nostro casu locationis vectigalium expressè casus belli inimicorum Regni exceptus fuit, & illi conductor renuntiauit, d. l. 2. tit. 9. lib. 9. Recopil.

Nec pro parte Gabellarij contra expensam debatur decisionem dict. l. *qui insulam*, & dict. l. *ade*, procedere, quia ex natura contractus prouenit, vt quoties egeret domo, locator possit expellere conductorem, aut quoties necessarium sit, domum fulciri, aliter ea corrueret, aliàs enim, si ex sua voluntate voluerit dominus melius ædificare, tunc non excusatur, sed quanti conductoris interesset, condemnari oportere, quasi quæ ex contractu ipso non proueniunt, etiam si factò iusto locatoris fiant, non profint, & eo casu iuxta seriem illorum iurium accipiendam interpretum distinctionem de facto iusto, quia Doctores debent intelligi & interpretari ex iuribus quæ allegant, & quibus mouentur, ex doctrina Bartoli, in l. *non solium*, §. *liberationis*, num. 10. ff. de liber. legata, sequuntur Rolandus volum. 1. conf. 68. numero 18. Gutierrez lib. 1. practicarum, quæst. 2. num. 22. Surdus decif. 59. num. 7. pluribus D. Valençuela conf. 35. num. 10. id quidem nihil impugnat prædictam resolutionem, quia ratio propter quam in prædictis casibus ad interesse non tenetur locator, ex eo prouenit, quia imputari non potest locatori qui ex necessitate sua, vel rei aliquid fecit, quo conductori impedimentum fieret: quæ ratio similiter procedit in Principe, qui pro bono publico aliquid decernit, & ex simili ratione idem statuendum, argum. l. *illud*, ff. ad legem Aquil. vbi notatur Giurba ad consuet. Messan. c. 6. gloss. 1. nu. 13. Gratian. tom. 5. discept. c. 918. n. 66.

Vltra quam etiam ex natura contractus id venire denotant lege nostræ 2. & 3. tit. 9. lib. 9. Recopilar. quibus excipitur, ne Principi imputandum, si quas constitutiones, aut decreta edixerit pro Regnorum regimine, ac proinde certissimum est eo casu, quo Princeps directè impeditur vectigalium exactiorem, aut ipsa diminuerit, quo casu ad remissionem

fionem pensionis teneatur, numquam inter-esse locatori sarcire debere, quia cum iuste faciat, vt prædiximus, ad illud non est obligandus.

26. Illud autem maximè animaduersione dignum est, non esse audiendos Publicanos, qui in hoc casu etsi lucrum eis denegauimus, tamen cum damnum sarcire velimus, & pensionis remissionem fieri, nomine damni comprehendendi intendere solent, si quid parauerint ad vectigalia percipienda, præsertim quod illi dicebant, impenderant in re- ditibus annuis (vulgo *Iuros*) comparandis, vt pro vadimonio offerrent pro pensione vectigalium conductionis soluenda, vt secuta existerent, nam quoties ex pacto Principis conductoris impedimentum prouenit, etiã si ex prædictis lucrum non habeat, tamen in damno manere non debet, & per se inducebant sententiam textus in *l. si quis domum*, §. *hic subiungi potest*, vers. *idem querit*, ff. locati, vbi sumptus quos fecit conductor, vt re locata frueretur, debet sarcire locator, si ante finitum tempus conductionis prohibuerit vsum rei locatæ, iunctis, quæ ex gloss. 2. l. 3. ff. de impensis in res dotales factis notauit Barbosa in l. *diuorrio*, §. *fin. num. 19. ff. soluto matrimonio*, & quamuis expendi in idem rectè posset textus in *l. si pecuniam*, ff. de condi. caus. dat. ibi: *vel sumptus, qui necessarij sunt ad profectionem iam fecisti, & manifestum sit plus fortè quàm acceperis erogasse, condictio cessabit*, quia in damno resarciendo conductori venit illum indemnem seruare.

27. Nihilominus tamen hæc mouere nullo modo possunt, vt intentio publicanorum admittatur, quia ex ratione eiusdem textus in dict. §. *hic subiungi potest*, vers. *idem querit*, excluditur apertè in quocunque vtriusque casus, in quo loquitur Iurisconsultus. Primus procedit, quando qui vsum fructum habebat fundi, in quinquenniū fruiturus, & mortuo fructuario ideoque vsum fructu finitum, condictio cessabit, tunc enim apertè tradit tempus non recepturum conductorem, quia illud euenire posset, & prospicere debuit, sed nec quod in secundo casu statuitur, cum admittitur sumptus recuperatum conductorem, quando vt dominus fructuarius fundum locauit, quia tunc decipit conductorem, potest aliquo modo in nostra specie procedere, sed iuxta vtriusque decisionis rationem locum habet non esse præstandos Gabellario sumptus, quos fecisse intendit pro vectigalium conductione, quia ratio illa quæ denegat sumptus, quia prospicere debuit conductor illud euenire posse,

quæ militat in præfenti, quando cum Principe contrahitur, quia scire potuit, aut debebat, quod idem est, *l. Titius 48. ff. de fideiusoribus*, posse, & teneri Principem edicta & decreta facere, quæ ad publicum statum pertineant, etiam si vectigalium conductori damnum inferatur, ac proinde prospicere debuit illud posse euenire, & expressè cauetur dict. l. 2. tit. 9. lib. 9. Recop. ex cuius dispositione conductiones fiunt.

28. Tum & quia secundi casus ratio procedit, nam si ex eo sumptus præstantur conductori, quia cum decipit locator fructuarius, qui vt dominus fundum locauit, in hoc casu nullo modo fuit deceptus conductor vectigalium, cum potius expressè dict. l. 2. & 3. tit. 6. lib. 9. Recopil. caueatur renunciare oportere his casibus, quando pro Regnorum vtilitate, & regimine aliquas Princeps fecerit constitutiones, & ideo deceptus nullo modo potest dici conductor vt prædictos sumptus recuperet.

29. Tum etiam, quia sumptus de quibus loquitur ille textus, & *l. si pecuniam*, facti fuerunt in re ipsa condicta, & necessarij ad illud quod mandatum, & impedimentum etiam fraude locatoris, aut voluntate mandantis factum, vt in d. l. *si pecuniam*, quoties reuocauit, qui iusserat ad locum ire: in præfenti verò non voluntate Principis, sed necessitate muneris Regij conductor impeditus fuit, & sumptus facti in emptione reddituum Regalium, id est, *Iuros*, vt pro fideiussione offerret, non censentur esse in ipsa re facti, sed ex necessitate fideiussionis, quod longè differt: & cum debeat conductor necessariò fideiussionem dare, nec deberet emere sibi prædictos redditus: nam quod pro vadimonio offertur fideiussoris, non ipse debet esse, id enim generali obligatione bonorum etiam post contractum bonis eius accedat, comprehenditur *l. fin. Cod. quæ res pignori oblig. poss. Et* quamuis à consilio regalis Patrimonij admittatur ad faciliorem conductionis expeditionem, magis videtur emisse conductor, vt suæ obligationi vadimonij præstandi satisfaceret, quàm vt quid Regali Patrimonio accederet, & vsurpari rectè potest sententia textus in *l. socium*, 61. §. *socius*, ff. pro socio. vbi: *Socius cū resisteret communibus seruis venalibus ad fugam erumpentibus, vulneratus est, impensam quam in curando se fecerit, non consequatur pro socio* Labco ait, quia id non in societate venit, quamuis propter societatem impensum fuit. Ita prædicta emptio reddituum, & impensa non in conductione facta, quamuis propter conductionem redditus emerentur propter obligatio

gationem, quæ conductor præstandi fideiussorem tenebatur.

30. Rursum non potest allegare conductor esse in damno ex tali emptione, quia cum prædicti redditus, id est, *Iuros*, non possint ex ordinationibus supremi Consilij Regalis Patrimonij pro fideiussione admitti in vectigalium conductione, nisi vectigalium in quibus census constitutus, quarta pars in computatione valoris superfit, semper integram æstimationem, & valorem obtinebit; & succedit illa opinio Doctorum, censum, vel *Iuro*, non posse vendi in minori pretio quàm constitutus fuit, & à lege permittitur vnus pro viginti, quia aliàs saperet naturam vsuræ, nec redditus iustitiam contingerent, vt probarunt Sarmientus, Nauarrus, Ioannes Gutierrez, Corduba, Felicianus, qui alios adducunt, & latè fundamenta refert Auendaño de censibus, cap. 34. num. 7. Et ille casus, quo admittunt posse vendi minori pretio, quando hypothecæ census securæ non sint, & reddituum solutio minus certa, quia periculum supplet pretij defectum, vt notarunt Olanus in Antinom. verbo *annui redditus*, n. 113. Salazar de vsu & consuetud. cap. 11. n. 93. Syluester, Nauarrus, & alij quos refert Rodericus lib. de ann. redit. cap. 18. num. 7. in præfenti non procedit, cum semper vt redditus constitutio, id est, *Iuro*, super vectigalia Regis admittantur, debet excedere eius constitutionem quarta pars valoris, id est, vt ea semper remaneat super censum, & ideo secuta in omnem euentum manet solutio, & quando iam semel ad legitimum modum constituti possint vendi minori pretio notauimus allegatione 23. per totam.

31. Deinde pro hisco illud etiam summè notandum, nam quamuis, vt pensio remittatur, hoc casu cum Princeps damnum irrogauit, & pensionem, aut partem eius remittendam admiserimus, non procedat secundum communiorem interpretum opinionem ea sententia, vt damnum illud magnum & intolerabile conductoris esse debeat ad remissionem obtinendam, sed ex quocunque damno facto Principis proueniente remissio pro ea parte procedat, quia iura quæ ex modico damno, remissionem pensionis non admittunt, vt *l. ex conducto*, §. *si vis tempestatis*, *l. si merces*, §. *vis maior*, *l. habitatores*, ff. locati, cum similibus intelligunt in casu proueniente ex sterilitate, casu fortuito, quando ex illo potest fieri remissio mercedis: sin verò facto locatoris prouenerit impedimentum, tunc non attendi plures censent, an damnum modicum sit, vel intolerabile, & in id Cotam, Florianum, Bertachinum, Hippolytum, Ri-

minaldum, Marcum Antonium Eugenium, & alios refert D. Castillo dict. cap. 3. num. 39. & probari videtur *l. qui insulam*, in principio, & §. *adilis*, ff. locati, tenuerunt Bossius de remissione mercedis, num. 107. & quasi deficiente vsu rei locatæ sublato commercio, aut vectigalibus diminutis necessariò debeat cessare pensionis, vel partis solutio, vt idem sit in toto, quod in parte, sine distinctione, an modicum seu magnum damnum sequatur, ex Baldo, Petro de Vbaldis, & aliis, latè & constanter comprobatur Surdus conf. 400. num. 27. quamuis idem Surdus contra tenuerit conf. 34. num. 13. vsque 22. vbi intendit respondere omnibus iuribus, & Doctoribus, qui pro contraria sententia expendantur, & distinguit inter prædia rustica, & urbana, & in vectigalium conductore tenuit non posse fieri computationem, an damnum habuerit, nisi omnium vectigalium perceptorum ratio habeatur.

32. Vt cumque igitur velis communiorem sequi sententiam, vt quando ex facto Principis locatoris impedimentum fiat conductori vectigalium, distingui non oporteat an magnum vel modicum fuerit damnum: monendi tamen sunt Senatores Regalis Patrimonij Consilij, vt cautè se habeant cum publicanis, & explorent valores vectigalium in annis præcedentibus; nam si apparuerit maximum lucrum habuisse in eorū perceptiōne, non nimis indulgendum est remissioni pensionis ex nimia iactura, quam pro tempore, rerum status, & causa publica suaserit, hæc omnia quæ tradidimus, cum ex æquitate procedant, quasi deficiente parte rei conductæ, quoad illam non videatur conductor Publicanus, & ideo pensionem non præstet, tamen ipsa æquitas suggerit, cum prætextu fructuum pensionem soluat, si eos percepit qui sufficiant ei soluendæ, quasi nullum damnum habeat, remissio non fiat. Aliàs enim quando à Principe aliquo modo vectigalia pro communi Regni vtilitate minuerentur, & tunc debeat facere pensionis remissionem, cum ex prædictis solum conductor indemnis seruandus, nec lucrum possit percipere, tunc non solum damnum sarciri videretur, si quando eo anno, aut præcedentibus, maximam vtilitatem ex vectigalibus percepit ultra pensionem, si ea remitteretur, ex aliquo impedimento, non solum damnum videretur sarciri, sed lucrum præstari, & cum Princeps, non ex sua voluntate, vt ceteri locatoris, impediatur, sed necessitate publica compellatur, vt casu fortuito, qui ad illud decernendum coëgit, in hoc casu merito possent expendi omnia argumenta, & rationes,

quas Surdus notauit d. conf. 34. n. 13. vsque 22. ad quem Iudices remitto cum casus contigerit.

33. Vnum tamen, vt cautè se habeant, animaduertendum est, nam cum me fisci Patrono in Consilio Regalis Patrimonij, conductio vectigalium lanarum facta fuisset pro pensione quotannis sexaginta quatuor millies marauedidorum, qua comprehensæ, & nominatim conducta vectigalia lanarum, quæ exportarentur, ad Germaniam, Italiam, Galliam, Belgium, & reliquas Regiones, quibus ex Hispania lanæ inuehi & nauigari solent, postea bello excitato anno 1635. inter Hispaniam & Galliam, & à Rege nostro cum Gallis commercio impedito, vectigalium conductor pro tempore belli triginta millies marauedidorum pensionis in quolibet anno remitti debere intendebat, quod est octoginta millia ducatorum, quod in sex annis, qui conductionis supererant, & iam duo anni belli transacti sine fœderum aut pacis spe ad summam quatuorcenta & octoginta millia ducatorum attrigerat, & multis testibus conductor probauerat tantæ summæ ex prohibitione commercij iacturam habuisse, & verè partem conductionis lanarum, quæ à Gallis extrahebantur, defecisse.

34. Ego instabam in eius conductione nullam esse conditionem restauri aut remissionis pensionis faciendæ, sed vt posset à conductione recedere publicanus, si ex bello commercium impediretur, & vt contractus dissolueretur, petebam: vltraquam tempore quo prædicta conductione facta fuisset, bellum erat cum Anglia, & commercium impeditum, & lanæ quæ ad Anglos nauigari solent, ex Hispania per Gallos transportabantur: nunc fœdera cum Anglis facta erant, & quibus Galli ex Hispania lanis egerent, illas Angli ad Galliam similiter transferebant, inde nullum damnum ex commercij cum Gallia impedimento: & si aliquod damnum sentiret conductor, cum ad nihil aliud in hoc casu Principem teneri probauimus, facile posset vitare recedendo à conductione: cum verò conductor nollet recedere, quia verè maximum lucrum ex conductione experiretur, solum restaurum & diminutionem pensionis intendebat.

35. Ideo de his ego certior, alium obtuli conductorem, qui pro tempore belli eandem pensionem sine aliquo restauri, aut diminutione mercedis vectigalia lanarum conduceret, & vltra tria millies marauedidorum, id est, octo millia & ducentorum ducatorum in quolibet anno pretium augetet: & quamuis instaret primus conductor, non posse admitti pre-

tij auctionem, quasi semel addicta conductione, id est, *remateda*, non possit augmentum nisi quartæ partis mercedis admitti iuxta ordinationes Regalis Consilij; tamen ego admittendum probaui, quia tempore belli octuaginta millia ducatorum quolibet anno minus valere ipse conductor primus assererat, cum tam ingentis summæ peteret remissionem, quæ cum octo millibus aureis, quæ à nouo conductore augebantur, verè non solum quartam partem pretij, sed dimidiam superabant; & ideo iuxta regulas iuris, auctionem admitti oportere, vt admissum fuit primo decreto visionis. Et antequam ad eius confirmationem iudicium procederet, primus lanarum conductor in Consilio Regalis Patrimonij suæ actioni cessit, & pro annis præteritis belli & futuris restauo & remissioni renuntiavit, & sine vlla diminutione pensionis in conductione voluit manere, & ita res transacta fuit.

36. Quod necessarium censui referre, vt iudices fraudes conductorum vectigalium percipiant, & qui tam magnam quatuorcentorum & octuaginta millia ducatorum quantitatem in sex annis remittendam intendit, nulla postea contentus fuit, ne à conductione desisteret; & omnes Principes debent eorum fraudibus obuiare, vt supra ex Cornelio Tacito lib. 13. Annalium notauimus, qui etsi in omnibus desidem, in eo tamen maximam curam habuisse Neronem testatur, & de Ludouico I. Vngariæ Rege referunt Cromerus lib. 13. & Bonfinius lib. 10. decade 2. ne plebs, aut rustica multitudo grauioribus, quam par est, tributis & portuoriis, à quæstoribus & publicanis grauaretur, simulato sæpè habitu, vicos & oppida lustrauit, perscrutaturus mores publicanorum. *Vtinam hodie.*



ALLEGATIO XXI.


Executionem aduersus Publicanum non excludit exceptio remissionis pensionis.

1. *Instrumentum quod non habet vitium visibile, habet executionem paratam.*
l. fin. C. de edicto Diui Adrian. tollend. l. 1. & 2. tit. 21. lib. 4. Recop.
Instrumentum habet vicem rei indicatæ, facit rem liquidam & notoriam.
2. *Instrumentum potest executioni mandari iure Hispano, licet non habeat clausulam Guarentigiam.*

3. *Clausula*

3. *Clausula qua de stylo notariorum suppleri possunt, ac si apposta instrumento.*
4. *Executio instrumenti non impedienda exceptionibus, quæ ante eam opponantur, sed remitti debent ad decem dies via executiua.*
l. 19. tit. 21. lib. 4. Recopilation.
5. *Executionis instrumentorum Hispania praxi & ratio.*
6. *Exceptiones lasionis, sterilitatis, vel non implementi, non impediunt viam executiuam.*
Exceptiones quæ requirunt altiorum indaginem, ad iudicium ordinarium remittendæ, nec impediunt executionem.
l. 3. §. ibidem, §. ad exhibendum.
l. fin. C. de ordin. cognition.
l. penult. C. de positi,
7. *Executio instrumenti non impeditur etiam si pendeat lis de nullitate per viam actionis.*
8. *Nullitatis iudicium per viam exceptionis tunc impedit executionem instrumenti, quando nullitas est notoria vel intra decem dies de illa constat.*
9. *Instrumentum exequi potest etiam si modificari possit, dum est modificatum.*
10. *Instrumentum an reddatur illiquidum expressa certa quantitate ex adiectione plus vel minus.*
l. hac venditio, §. fin. de contrahend. emptione.

Publicanus conductor gabellarum ad pensionem soluendam obligatus, an possit aduersus eum executio procedere etiam si ex aliquibus causis pensionem minuendam allegauerit.



In hoc casu executionem locum habere suadet, nam ex instrumento, quod non habet vitium visibile, executio procedere potest, vt de iure communi probatur l. fin. Cod. de edict. Diui Adrian. tollendo, & iure Regni l. 1. & 2. titulo 21. lib. 4. Recopilat. ex Panormitano, Baldo, Angelo, Decio, Rolando, & Beccio probauit Surdus conf. 431. n. 1. vbi tradit instrumentum publicum habere vim definitionis causæ, & ei standum, nam pro eo præsumitur in omnibus, quæ à partibus fuerint dicta, vel facta, Alciatus de præsumpt. 13. num. 9. Cephalus lib. 1. conf. 109. n. 6. Ofascus decis. Pedemontana 17. num. 1. &

constituit probationem probatam, & facit rem liquidam, & notoriam, vt exequi possit, Tiraquellus de retractu lignagier §. 2. gloss. 1. à num. 20. cum. seqq. Rolandus lib. 1. conf. 9. num. 15.

Et adeo verum est instrumentum exequi debere, vt quamuis non habeat clausulam guarentigiam (etsi aliqui contra tenuerint) adhuc sine prædicta clausula executio procedit de iure Regni, vt resoluit Auendanus in dictionario, verbo *Scriptura*, Castillo in l. 63. Tauri, num. 11. Palacios Rubios ibidem num. 1. versic. *hodie tamen*, & num. 2. Antonius Gomez in l. 64. Tauri, num. 4. quem sequitur eius additio, ibi Olanus in antinomia, lit. L, num. 40. Villalobos in eadem antinomia iuris, lit. L, num. 21. Salazar de vsu & consuetudine cap. 3. num. 4. Albornoz de contractibus lib. 1. titulo 2. cap. 2. Marienzo in l. 10. titulo 17. lib. 5. Recop. gloss. 11. Gratianus regula 279. Parlador lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. 1. parte, §. 12. ampliat. 1. num. 5. & 6. Paz in praxi 3. tom. cap. 6. §. 6. n. 28. Azebedo in l. 1. num. 54. titulo 21. lib. 4. Recopil.

Et quamuis de stylo notariorum sit eam clausulam apponere, tamen non est necessaria, sed ex abundantia ad maiorem cautellam eam adiciunt, vt tradunt Auendaño ad titulum *de las excepciones*, in l. 4. & 5. num. 2. & 3. cum sequentibus, Azebedo vbi proxime, & quamuis esset hæc clausula ex necessitate, tamen ex aliquorum sententia, cum hæc clausula sit de stylo notariorum, suppleri debet, vt licet non exprimeretur in Scriptura, censeretur apposta, quamuis omissa sit, vt instrumentum executioni mandari debeat, vt si clausulam guarentigiam haberet expressam, vt obseruant Didacus Perez in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordinamenti, glossa 1. colum. 6. versic. *probari tamen*, Paz in praxi, 4. part. 1. tom. cap. 1. num. 22.

Vnde cum in hoc casu Publicanus instrumento publico, adiecta prædicta clausula obligaretur ad soluendam pensionem pro ea exequutio intendi potest, nec retardabitur exceptionibus, quæ obiecerit debitor, nam etsi antequam executio fiat, apponantur, debent remitti ad terminum, in quo in via executiue exceptiones probandæ sunt, vt notauit Curtius Iunior in l. *si quis in conscribendo*, num. 47. Cod. de pactis, Milanensis lib. 2. decis. Siciliæ 15. num. 16. Caualecanus 2. part. decis. 28. num. 48. & 90. & probatur l. 19. titulo 21. lib. 4. Recopil. in qua deciditur, vt quoties instrumentum habet paratam executionem, debitorem antequam executio fiat, audire non oporteat, quia exceptiones à iure

iure remissæ sunt ad terminum decem dierum, in quibus allegari debent, & probari illa de quibus in l. i. tit. 21. lib. 4. Recopil.

5. Et ratio est quia lex voluit privilegium dare instrumentis, ut Reo non citato executio procedat, sed tamen non ideo defensionem ei denegavit, verum eo modo faciendam esse decrevit, ut Primò fiat executio, & post illam terminus statuatur, in quo exceptiones & defensiones rei allegari possint & probari, ut notarunt Angelus in l. si sic, de legatis, l. vbi Imola & Alex. Milanensis lib. 2. decif. 8. num. 17. 88. & 90. idque omnino necessarium fuit, ne aliàs qui ante executionem reus ad exceptiones admitteretur, & aduersus eas actori iniungeretur probatio, tunc efficeretur via ordinaria, & ita executio impediretur, quæ ex probatione non nascitur, unde semper debuit præcedere executio, ut iudicium executiuum procedere posset.
6. Præsertim, quia exceptiones, quas in hoc casu Publicanus opponit, videlicet defectus implementi contractus, læsionis, vel sterilitatis, ut pensio diminuatur, requirunt discussionem iudicij ordinarij, & altiorem indaginem, & similes exceptiones non admittuntur in via executiva, nec possunt illam impedire l. 3. §. ibidem, ff. ad exhibendum, l. fin. Cod. de ordin. cognit. l. penult. vbi Bart. & communiter scribentes in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicat. Parlador. lib. 2. rerum quotidianarum, §. 11. num. 40. Rodericus Suarez in l. post rem iudicatam, in declarat. l. Regni, verf. sed pro evidentia, num. 37. & post Imolam in Clement. sape de verbor. significatione tradit Afflicti decif. 351. num. 4. ad finem, & num. 5. Capitius decif. 17. num. 6. Rodriguez de executionibus, cap. 6. num. 25. & licet Publicanus intenderat contractum nullum esse, & ex quadam conditione illius executionem non habere, quasi ex conventionem, si pondus speciei ponamus piperis, cuius pretium, & vectigalia conductione comprehensum, carius quàm triginta ante annos venderetur in Lusitania, illud amplius, quod excederet, Regem soluere debere, & longè pluris pretium rei fuisse.
7. Adhuc his non obstantibus dicendum est executionem locum habere, nec esse infirmam, quia lite pendente super nullitate contractus & instrumenti, illi standum est, & potest instrumentum executioni mandari, Cartharius decif. 113. Francif. decif. 373. Ioannes Gutierrez practicarum, l. p. cap. 2. num. 16. Felicianus tom. 1. de censibus lib. 2. cap. 1. num. 34. Ludovicus Cencius tractatu de censibus, 2. part. cap. 2. quæst. 4. art. 1. num.

6. quod verissimum est, quando ut in hoc casu in formam actionis iudicium nullitatis contra instrumentum intenderetur, & licet aliqui tenuerint executionem impediri, quoties per exceptionem nullitas opposita, ut resoluit idem Gutierrez vbi proxime num. 22. adducens textum in cap. fin. cum glossa, verbo potenter, verf. sed si ego de ordin. cognitionum, Parlador lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. §. 11. num. 11. Giurba decif. 100. num. 8. ibi: aut excipiendo proponeretur instrumenti nullitas, & executionem impedit: Surdus decif. 377. num. 42. Cæsar Barocius decif. 39. num. 4. Milanensis lib. 2. decif. 2. num. 133. & num. 249. & 153. Franciscus Vequius conf. 2. num. 54. & 55. Gratianus tom. 1. disceptationum, cap. 118. num. 46. In trigliolus lib. 2. singulari 16. num. 4.

Tamen procedit: quando intra decem dies aperte constaret, vel nullitas esset notoria, quia tunc id locum habere argumento l. fin. ff. de contit. pecunia, ex Auendaño, Villalobos, Didaco Perez, Mexia, Suarez, Menellio, Hippolyto, & Rebuffo tradit Azabedo in l. i. tit. 21. lib. 4. Recop. num. 91. & 92. ex quo cum in hoc casu per viam actionis nullitas intenderetur, & quamvis in modum exceptionis opposita esset, nullitas notoria non esset, nec intra decem dies de nullitate contractus apparuit, tenendum est aduersus Publicanum executionem procedere posse.

Denique quod de exceptionem modificatiua obiectum est, quasi maius esset pretium rei, quàm facultas vendendi contineret, & vectigalia locata, nihil executionem impediet, quousque iudicio obtinuerit Publicanus illud à Rege soluendum esse, vel ex pretio pensionis detrahendum, nam cæsi instrumentum sit, quod potest ad minorem quantitatem redigi, non tamen ideo illius executio denegabitur, & facit doctrina Bartoli in l. Iulianus verum debitorem, num. 39. ff. de condit. indebiti, vbi tradit decreta reformatione, ut reuiderentur omnes Represaliæ factæ, & quæ reuisione approbarentur, valerent; adhuc pendente reuisione exequi debent, quia licet possint illa reformari, aut annullari, adhuc ex statu præsentis; cum reformatio facta non sit, executio rectè procedet, & Bartolum sequitur Socinus in l. pecuniam, num. 10. ff. si certum petatur, vbi ex doctrina Bartoli in terminis tenuit, si in quadam scriptura promissa est quantitas certa, cum ea conditione, ut si facta calculatione appareret minus deberi in tanto minorer quantitate esset obligatio, adhuc executionem habet paratam in quantitate promissa, etiam si ex calculatione posset ad minorem quantitatem

tatem obligatio redigi, & hanc resolutionem Socini sequitur Alciatus, Decius, Grammaticus, & Antonius Massa Galefius, quos refert, & sequitur Vincent. de Franchis decif. 291. num. 2. & idem tenuerunt Paulus de Castro, Cagnolus, & Seraphinus, quos etiam refert, & sequitur Rota Genuensis apud Flaminium Chartarium decif. 49. num. 9.

10. Et ex prædicta doctrina magna Curia Neapolitani Senatus decreuit (quod magis acre videri posset) ut quoties locatio facta fuit, viginti & tres iugerum terræ, pro quolibet iugere assignato pretio, ea conditione, ut deberet fieri mensura iugerum, & sicut ex illa appareret, augeri deberet, vel minui pretium; & cum dubitaretur, an interim quo facta fuit mensura, posset instrumentum locationis exequi, & executionem procedere posse magna Curia pronunciauit, & licet causa ex appellatione ad magnum Consilium delata, & de quatuor Senatoribus tres decretum magnæ Curie reuocarent, quasi instrumentum non existeret liquidum, vnus tamen Senatorum tenuit confirmandum, quia illa verba plus minus apposita cū expressione certæ quantitatis, non operantur, quod confessio facta de certa quantitate reddatur incerta quoad quantitatem expressam, & argum. l. hæc venditio, §. fin. de contrahend. empr. & quoad illam instrumentum liquidum apparet, ut ex Bartolo, Socino, Decio, Alciato, Galefio, & Capicio probat Franchis dicta decif. 292. num. 3. & ad finem, & se remittit ad ea quæ scripsit decif. 23. n. 3. & dubius hærens, cogitandum relinquit.



ALLEGATIO XXII.

De nouis venditionibus reddituum Regalium.

1. Venditiones reddituum Regalium quinque modis fiunt, quando Rex de nouo constituit.
2. Redditi vectigalium solent vendi à disputatione factorum Regiorum ex Regis mandato.
3. Negotiatoribus ut soluantur quod debetur, & interesse extinguatur, solent consignari redditus Regis qui vendantur.
4. Venditio noua fit cum is qui censum id est, Iuro, habet in vectigalibus ex clausula noua venditionis, qua inserta in omnibus privilegijs petit consumi, Ioann. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. Pars I.

- & alteri de nouo consignari.
5. Venditio noua etiam fit iurium Regalium, si cessione facta à Dominis eorum cessionarij petunt in eorum fauorem nouam venditionem expediri.
 6. Non entis nulle sunt qualitates. Obligatione comprehendendi, non potest quod in verum natura non est. §. i. instit. de inutilibus stipulation. l. liber homo, 69. ff. de verborum obligat. l. domum, 57. ff. de contrahend. emptione.
 7. Censuum reddituum regalium noua venditio non fit; quando in eo adnotatio, & glossa apposta, nisi ei satisfaciatur.
 8. Hypotheca noua venditione census an soluantur; procedit quando Dominus eius petit luitionem, id est, consumo.
 9. Nomen debitoris generaliter & specialiter obligari potest. l. nomen 4. Cod. quæ res pignori. l. si conuenerit, 18. ff. de pignorat. actione, & n. 62. l. Postquam, 7. Cod. de hered. vel act. vendita. l. si fundum, 16. §. si res, ff. de pignor. l. cum tabernam, 34. ff. de pignoribus, & n. 72.
 11. l. i. §. aiunt adiles, ff. de adilit. edicto. Pignus, ut resoluatur, requiritur voluntas creditoris. l. bouem, 43. §. pignus ff. de adilit. edicto, & n. 73. l. si debitor 4. ff. quibus mod. pig. vel Hypoth. soluitur & n. 74.
 12. Malitias in iure non indulgendum. Pignora ante contracta noua venditione census non resolui qui tenuerunt.
 13. Consuetudine fieri potest, ut pignora pereant quæ aliàs viuere deberent. l. 6. tit. 3. p. 1. & n. 48.
 14. Noua venditiones iurium Regalium iuxta consuetudinem Castella qui egerunt.
 15. Senatus Regalis Patrimonij tria sunt tribunalia. Equitum expertium negotiorum, qui cum assensu duorum ex Senatoribus Regalis Consilij Castelle Patrimonium Regis administrant.
 17. Regalis Patrimonij aliud tribunal Senatorum, Togatorum, Iurisprudentum, qui causas iustitie decidunt.

18. Ad Calculatorum tribunal in Senatu Regalis Patrimonij pertinet, ut eius rationes reddantur.
19. Resolutio iure dantis resoluitur ius accipientis.
20. l. lex veltigali 31. ff. de pignor. & num. 29.
l. si ex duobus, 6. §. 1. ff. de in diem adiectione.
21. Pignus euanescit resoluta contractu, ex quo dominium habebat qui pignorauit.
Pacto de retrouendendo ad effectum perduto pignus interim contractum dissoluitur.
22. l. si res 3, in principio, ff. quibus mod. pignus vel hypotheca soluitur
23. l. si quis hac lege, 42. ff. de rei vindicatione.
l. in diem, 9. in principio, & §. non autem, ff. de aqua pluua arcenda.
24. Grauaamen ut noceat alicui qui ius habet, ad rem debet cum eius voluntate apponi.
25. Censur qui habet adnotationem Hypotheca nisi cum eius onere ad alium non transfertur in Senatu Patrimonij.
26. Creditor debet prospicere quod euenire potest.
l. mulier, ff. de lege commissor.
l. si delegatio, 3. Cod. de nouation. & num. 61.
l. si quis domum, §. hanc subiungi potest, ff. locati.
l. grege, 13. §. statu liber, ff. de pignor.
27. l. is cui, 11. §. haeres, ff. quem seruit. amittit.
l. necessario, 8. §. quod si pendente, ff. de periculo & comm. rei vendite.
l. si fundum a te, 104. ff. de condit. & demonstrat.
l. fin. §. fin autem sub conditione, C. communia de legatis.
28. l. si Titius, 48. ff. de fideiussor.
Creditor debet scire conditionem debitoris & rei que ipsi obligatur.
l. qui cum alio, ff. de reg. iuris.
29. Officium pignori obligatum vel maiora tui suppositum, si amittatur ex defectu renunciationis, & Rex faciat novam gratiam, officium manet liberum.
tit. 4. lib. 7. Recopil.
l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verbor. obligat. & num. 34. & 38.
30. Officium nouum dicitur quoties finito tempore concessionis prorogatur.
31. Feudum ad officia valet argumentum.
- Vassallus si commiserit delictum, ex quo feudum amittatur, & dominus delictum remisit, non antiquum, & Paternum, feudum sed nouum feudum censendum.
32. Feudum nouum dicitur ex noua concessione quamuis feudum sit antiquum.
c. 1. tit. de eo qui finem fecit agnato in feudis.
l. Pacta conuenta, 72. ff. de contrah. empt.
33. Nouum feudum dicitur ex nouis qualitatibus.
c. 1. de eo qui finem fecit.
34. Aedificium destructum & postea restitutum dicitur nouum aedificium.
35. l. qui res, 98. §. aream, ff. de solutionibus.
l. lana, 86. versiculo naue, ff. de legat. 3.
l. quid tamen, 10. §. non tantum, & §. in nauis, ff. quibus mod. usufruet. amitt.
36. l. si ita legatum, 68. §. si domus, ff. de leg. 1.
37. l. tabernam, 7. ff. de fundo instructo.
l. si chorus, §. area, & §. seruus quoque, ff. de leg. 3.
l. qui res, §. aream, versic. si alicuium, ff. de solutio.
l. cum seruus, ff. de adimend. legatis.
Actio extincta quando reuuisceit.
38. Si quis ades, in princip. ff. de seruit. vrb. pradior.
l. 17. tit. 31. p. 3.
39. l. proponebatur, 72. ff. de iudiciis.
l. si ita legatum, §. si domus, in principio, ff. de legat. 1.
40. Noua venditione mutatur persona, dominium & res.
41. Noua causa superueniens facit mutari dispositionem.
42. l. si cum vno hered. ff. de except. rei iudicate.
43. Diuersa res existimatur ex noua conuentione.
l. iuris gentium, §. adeo, ff. de pactis.
44. Feudum nouum dicitur licet antiquum post renouationem qua ex pacto fit.
45. Rescriptum Regium de nouis venditionibus anno 1608.
46. Rescriptum Regium quo aliquid iubetur fieri facultate sublatâ aliter iudicandi, nullum reddit quod contra factum est.
47. Actiones personales nisi viginti annis reales, nisi triginta non prescribuntur.
l. 63. Tauri.
l. cum notissimi, in principio & §. 1. l. si-

cut

- cut in rem, C. de prescript. 30. vel 40. annorum.
47. Noua venditio census Regis, de entrada por falida.
48. Consuetudo in Hispania ius facit.
l. Patrem, ff. qua in fraud. creditorum.
l. ut liberis, C. de collationibus.
49. Negotium videtur cum Principe geri illud quod procedit ex pacto cum eo inito.
50. Fictio brevis, magnus eius effectus.
l. singularia, ff. de rebus credit. & n. 52. & 54.
l. qui negotia, ff. mandati.
l. hac ratio 3. §. sed si debitorem, ff. de donatio. inter.
l. recaptitia, C. de const. pecunia.
51. Circuitus vitandus.
l. Dominus testamento, ff. de condit. indebiti.
52. l. si ex pretio 6. C. si cert.
l. certi conditio, §. deposui, ff. de rebus credit. & num. 54.
53. Simulatio excluditur quando verum debitum ex vna causa conuertitur in aliam.
l. Lucius la 2. ff. depositi.
54. Censur potest constitui ex vero debito anteriori.
Solutionis vicem sustinet, quidquid datur ex conuentione contrahentium.
l. si rem, §. omnis, ff. de pignorat. actione.
l. 1. ff. qui satisfacere cogantur.
l. satisfactio, ff. de solutionibus.
55. Fraus que in censibus intenditur excludi, Rescriptis Pontificum qui pecuniam praesentem requirunt, & iam excluditur quando census constituitur ex vero debito.
56. Redimendi facultas non potest adimi debitori reddituum a Domino census, nisi eius voluntas accedat,
l. 1. §. fin. ff. de rebus eorum.
l. debitorum pactionibus, Codice, de pactis.
Redemptione census sequuta ab eo qui facere potest, omnes eius obligationes, & hypotheca soluantur.
l. contrahitur, ff. pignoribus.
57. De fempño y crecimiento de Iuro quomodo fiat.
58. Censur consumptio in libris Regis etiam si ex falsis instrumentis, non nocet, emptori, etiam si consumens maneat Regi obligatus.
59. Officialis Regij factum non nocet emptori census quamuis fisco officialis maneat obligatus.
60. l. nomen, 4. Cod. que res pignori.
Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fife. Pars I.
61. Praxis ut quando census hypotheca supponitur, vel delegatio crediti fit, debeat denunciari debitori, ne soluat creditori, alias creditor potest exigere, & debitor soluere.
62. Pignori qui dedit nomen debitoris si exigat debitum soluitur pignus.
l. qua datis, 33. ff. soluto matrimonio.
63. Compensationem significat nomen pensando quod in legibus inuenitur.
l. vnum ex familia, 67. §. sed si vno & §. si duos, ff. de leg. 2.
l. si constat, 4. C. de compensat.
l. grege, 13. §. cum pignori, ff. de pignor.
Compensatio non fit de specie ad quantitatem.
64. l. bene a Zenone, Cod. de quadrienn. prescript.
l. 53. tit. 5. p. 5.
65. Creditores se opposcentes fisci venditioni non comprehenduntur dispositione d. l. bene a Zenone.
66. Princeps cum vendit rem ut alienam, non procedit, dict. leg. bene a Zenone.
67. Possessio census reddituum Regalium transfertur eo ipso quod eius privilegium expeditur.
68. Princeps iure suo vendit censur Regalium reddituum.
69. Nouatio extincta qua obligationem primam tollit, etiam extinguit eius pignora & accessiones.
l. ex nouatione, 18. l. Paulus, 30. ff. de nouationibus.
l. qui usufructum, 58. ff. de verb. obligat.
l. nouatione, Codice, de fideiussor.
70. Venditioni faciliori iurium Regalium suffragatur noua eorum venditio.
71. Pignus subsistere non potest extincta re qua pignori data.
l. sicut, 8. ff. quibus modis pignus vel hyp. soluit.
72. censur nouus, ex noua venditione non subrogatur loco primi quia primus omnino extinguitur.
73. Venditio noua ex parte Regis non voluntaria est sed necessaria, quia a principio conuenta.
l. fidei commissum, §. si rem, ff. de legat. 3.
74. Necessaria causa resolutum ius debitoris etiam creditoris resoluit.
75. l. ubi, 4. §. sed & Marcellus, ff. de in diem adiectione.

T 2 76. Do

76. *Dolum non facit qui iure suo utitur.*
l. nullus, 66. ff. de reg. iuris.
l. quod autem, §. sciendum, ff. qua in fraud. cred.
77. *l. cum inter eos, §. cum inter, ff. de fideiuss.*
l. fin. de in integr. restit.
Iniuriam non habet iuris executio.
l. iniuriarum, §. 1. ff. de iniuriis.
78. *Notitiam videtur quis habere de eo, de quo mentionem facit.*
79. *Fraude facta noua venditio rescindenda.*
l. bouem, §. si quis cum consilium, ff. de adilitio edicto.
l. quia noua, ff. de alien. iudic. mutandi causa.
l. si vir, 8. ff. qua in fraud. credit.
l. nam etsi sub conditione, ff. de iniusto rupto.
80. *Dolo desinens possidere habetur pro possessore.*
l. fin autem, §. sed etsi, ff. de rei vindicat.
l. si debitor, ff. quibus modis pignus vel hypoth. solui.
81. *Emptor census reddituum Regalium ex noua venditione debet esse particeps fraudis ut ex eo noua venditio rescindatur.*
l. 1. Codicē, si vendito pignore agatur.
82. *Cessione facta etiam noua venditio fit Cessionario, sed pignora anteriora non extinguuntur.*
83. *Cessionarius representat personam cedentis, & in illius iure succedit.*
l. in creditore, 38. ff. de usuris.
l. Herennius la 2. 43. ff. de usuris.
l. si res, 3. ad finem, ff. quibus modis pignus vel hypotheca soluit, &c. numero 89.
84. *Pignus non soluitur ex rescissione contractus, si datum fuit ex causa voluntaria.*
l. si debitor, 4. ff. quib. mod. pign. vel hyp. sol.
85. *Census cum suis pignoribus transit ad possessorem.*
l. si inter, 21. §. finali, ff. de pignor. &c. n. 92.
l. Paulus, 29. §. domus, ff. de pignoribus, &c. n. 92.
86. *Nouatio fit interuentu noua persona.*
§. Præterea instit. quibus mod. tollitur obligatio.
87. *l. si ita legatum, 68. §. fin. ff. de legat. 1.*
l. seruus legatus, §. fin. ff. de adim. legat.
Extinctum ius non renouat.

88. *Redhibitoria uti ex voluntario actu procedit.*
89. *Voluntarius actus censetur ab emptione discedere.*
90. *Cessione res transit cum suo onere.*
91. *Personam diuersam interuenire ad nouam venditionem, vel fieri in cessionario maxima differentia.*
92. *Rescripti Regij verbum, cessione, male adiectum.*
93. *Cessio pro translatione rei de una persona ad aliam accipitur.*
l. delegare 11. l. delegare, 17. ff. de nouat.
94. *Venditione noua pignora extinguuntur expedit commercio.*
95. *Census reddituum regalium qui pro vadium, & fideiussione dantur à conductoribus vectigalium cauere debent, ut fisco non noceant anteriores census hypotheca nisi in rationalibus Regis fuerint adnotata.*
l. 3. tit. 15. lib. 5. Recopilat.

Noua venditiones ex redditibus Regiis id est, Iuros, quomodo fiant, & ex eis pignora anteriora, & Hypotheca extinguantur.

AD cuius rei cognitionem animaduertendū multipliciter nouas venditiones iurum Regalium in consilio Regij patrimonij fieri consuetum. Primò, quando Rex noster per ipsum Senatorem, vel aliquem eius administratorem, vel factorem vendit redditus, super vectigalibus, & de nouo constituuntur cum anterioritate à tempore venditionis.

Secundò, quando thesaurarius generalis, aut alius suo nomine, vt commissum fuit deputationi (& plures hoc tempore constitutæ) quæ verè redimit *Iuro*, & in eodem loco, & anterioritate alium constituit, & nomine Regis vendit.

Tertiò, quando ad consignationem eius, quod negotiatoribus debetur, datur à Rege facultas, vt super gabellis, aut aliis vectigalibus annui redditus vendantur, & hæc facultas in libris Regalis patrimonij consilij transcribitur, & annotatur, & cum negotiator consensus præstat, & petit, vt virtute dictæ facultatis redditus annui in vectigalibus constituantur in fauorem alicuius, tunc à Rege expeditur priuilegium, & negotiator acceptum

ptum facit Regi pretium census prædicti, qui ad eius petitionem, & consensum alteri constitutus.

4. *Quartò, si aliquis in vectigalibus Regiis haberet censum, id est, Iuro, constitutum, & conuenit cum alio, vt ei illum censum ex noua venditione transferat cum eadem antelatione, tunc dominus census libello dato petit à Rege in consilio Regalis patrimonij expediti rescriptum, vt Thesaurarius generalis redimat censum, vt alteri, quem Dominus census nominauerit, vendatur, tunc expeditur rescriptum cum clausula expressa, vt Regalis patrimonij pecunia in redemptione non consumatur, sed eodem pretio, quo deberetur domino census, fiat eius intentio, & noua constitutio compensatione, quod dicitur: *Que para en quanto a la Real hacienda sea entrada por salida*, & antequàm extinguatur census antiquus, & nouus constituitur, expeditur decretum ad calculatores librorum quos dicimus, *de mercedes*, & Thesaurarium, Publicanum, vel conductorem vectigalium, in quibus constitutus erat census extinguendus, vt sciant agi de redemptione census, & postea non soluendum, & denunciavit Senatui Regalis patrimonij, an sit aliquod impedimentum, videlicet hypothecæ subscriptæ in libris Regiis, quod dicimus *glossa*, vel aliqua cessio reddituum sit Thesaurario, vel conductori denunciata, aut facta à Iudice reddituum fequestratio, vel fortis, idne aliquod tertio præiudicium fiat, & cum de nullo impedimento constiterit Thesaurario Generali Dominus census acceptum fert pretium census cum renunciatione traditionis, & non numeratæ pecuniæ, & aliis solemnitatibus consuetis, cum ea clausula, vt acceptum pretium, ideo declaratur, vt alteri, quem designauerit, noua venditione census constituitur, tunc primi census extinctio, & resolutio fit, quem dicimus *Consumo*, & primum instrumentum, & priuilegium cancelatur, & aliud de nouo fundatur, & constituitur: & ideo quia verè prior census, id est, *Iuro*, extinguatur, nouiter vendi à Rege censum dicimus.*
5. *Quintò, etiam fit noua venditio, quoties Dominus census illum cedit, aut vendit alicui, & instrumentum venditionis aut cessionis in libris rationalibus Regiis coram calculatoribus, quos dicimus *de mercedes*, exhibetur, vt in libris Regiis adnotetur, & cum illorum relatione ipse petit rescriptum, vt consumatur, & iterum illi reuendatur noua venditione, & id fit eo modo, quo nuper notauimus, absque eo quod Regis pecunia inter-*

ueniat, quo casu animaduertendum, et si nouus contractus, & venditio intercedat, non tamen mutare censuum personam, quia idem est ad quem primus census, extinctione, aut venditione pertinuit, & ille cui etiam secunda, & noua venditio fit.

His animaduertis, in quo multoties im- 6. plicantur peritiores officiales Regis supremi Regalis Patrimonij Senatus, de tribus primis modis quos expressimus, nostra quæstio procedit, quippe cum de nouo census fundetur, non potest ante fundationem considerari ius hypothecæ, vt noua venditione extinguatur, quippe non entis nullæ sunt qualitates *l. eius qui in Provincia*, versic. *Quoniam*, ff. si certum petatur, *l. Pomponius*, §. fin. ff. de acquir. possess. Gratian. discipulat. tom. 4. cap. 763. num. 7. nec considerari potest esse quod pignori, vel obligationi supponeretur, quia quod in rerum natura non est, nec cadit in pignore, nec obligatione, §. 1. instit. de inutili stipulat. *l. liber homo* 69. ff. de verbor. obligat. *l. domum* 57. de contrahend. emptione Donell. lib. 12. comment. 12.

Dubitatio verò versatur circa quartam, 7. & quintam nouæ venditionis speciem, nam cum ante nouam secundam census venditionem fuerit obligatus primus census, qui potuit ab eius possessoribus pignori, & obligationi supponi, siue hypotheca speciali, vel omnium bonorum generali obligatione, quæstio an primi census extinctione, resolutione, & redemptione, quam dicimus, *Consumo* pignora priora soluantur, posito, quod in Regiis rationibus, quos dicimus *de mercedes*, non sint adnotata, id est, *puestra glossa de la hypotheca*: nam quoties prædicta fuerit adnotatio, nisi obligationi satisfiat noua venditio expediti non potest, nec solet, vt prædiximus, nisi cum qualitate, & onere adnotationis vel glossæ.

De quarta igitur nouæ venditionis specie 8. disputatio suscipienda, nam ex eius resolutione, quid in quinta discernendum facile colligi poterit, vt statim dicemus.

Et non resolui hypothecam, vel pignus 9. in hoc casu suaderi videbatur, nam cum nomen debitoris generaliter & specialiter pignori obligari possint, *l. si conuenit* 18. ff. de pignorat. actione, *l. nominis* 3. *l. postquam* 7. Cod. de heredit. vel actione vendit. ideo pignore consistente in dicto censu Regalium reddituum, ad quemcunque possessorem potestea perueniat, illum debet sequi pignus, cum etiam si res quæ pignori data sit postea muteatur, adhuc hypothecaria actio competit. *l. si fundus*, 16. §. *si res*, ff. de pignoribus.

10. Et facit optissime, l. cum tabernam, 34. ff. de pignoribus, vbi taberna pignori data etiam merces comprehendi traditur, et si illa quae pignoris tempore distractae, & consumptae earum loco subrogatae pignori cedunt; & ideo nullum praedictum afferre debet creditoris hypothecarij iuri ex noua venditione ad aliud nomen (id est iuro,) fuisse translatum, vel nouum censum loco antiqui subrogari.
11. Et in terminis quando primus contractus resoluitur vt fit redhibitoria actio, l. 1. §. aiunt adiles, ff. de adilitio edicto, & tamen pignus interim contractum adhuc durat, l. bouem, 43. §. pignus, ff. de adilitio edicto eis verbis: *pignus certe manebit obligatum etiam si redhibitus fuerit seruus, quemadmodum et si eum alienasset, & requiri voluntatem creditoris, vt pignus dissoluatur aperte probat, l. si debitor 4. ff. quibus mod. pignus vel hypotheca soluitur, ibi: & magis est ne desinat nisi ex voluntate creditoris hoc factum est.*
12. Praesertim quando id prouenit ex facto ipsius debitoris & ex causa voluntaria non necessaria, vel fraus interueniat, nam cum in iure malitiis indulgendum non sit, l. in fundo, ff. de act. vendicat. admitendum non est vt debitor eludat contractum, & pignora ab ipso conuenta noua redituum Regalium venditione, ita tenuit Bart. in l. diem, num. 2. de aqua pluuiarum arcenda, idem Bart. in l. 3. ff. quibus mod. pign. vel hypothec. soluit. n. 1. & in l. si res, §. Marcellus, ff. de in diem adiectione, sequuntur Franchis decis. 64. n. 4. & decis. 162. 226. 369. Antonius de Amato, variar. resolut. cap. 4. num. 17. dum tradit redempto feudo vel re alia ex pacto retrovenditionis, cum ex causa necessaria ius resoluitur, & nullum factum necessarium possessoris concurrat omnia onera hypothecae vincula vel grauamina medio tempore contracta resolui, vt aperte tradit, quoties vt in praesenti voluntaria causa fieret, resolutio pignora & grauamina non solui, & in actu voluntario tenuerunt Capreolus, in l. 2. C. de pactis inter emptorem num. 24. Menochius conf. 116. num. 35. & in aliis casibus notarunt Cyriacus, tom. 1. controuerf. cap. 55. n. 27. & 43. Cancerius, tom. 1. variar. cap. 13. de emptione & venditione, num. 134. 136. & 137. & dict. lib. 1. c. 18. 19. & 20. idem Cancerius, tom. 3. variar. cap. 1. num. 131. & 132. & post alios testes allegat. 12. num. 4. & seqq. & addendus Ioannes Garcia, de cuius sententia statim agemus.
13. Sed tamen contraria sententia praxi & stylo nostri senatus Regalis Patrimonij re-

cepta est, vt ex ea noua venditione pignora & hypothecae soluantur, & generalis consuetudo efficere potest, vt hypotheca pereat eo casu quo debebat viuere vt ex l. 6. tit. 3. p. 1. Baldo & Boerio, decis. 182. num. 12. probauit Ioannes Garcia de hypotheca post contractum, num. 20. & 21. & de praxi, vsu, & consuetudine Regni Neapolitani in simili casu testatur Ponte decis. 28. num. 18. cum frequentibus, quem refert & sequitur Molfesius ad consuetud. Neapolit. 2. tom. 4. part. quaest. 26. num. 7. & 8. & in Regno Siciliae eis relatis etiam admittit Gaitus de credito, cap. 4. quaestio 12. num. 218 1.

Et huius nouae venditionis consuetudinem Regnorum Castellae ex Ioanne Garcia de hypotheca post contractum, num. 21. notauit Cassanate consil. 10. num. 193. quamuis idem Garcia, vbi proximè, quia in hac noua venditione tota res ex voluntate debitoris vendentis annuos reditus pendere videatur, & inde petat à Rege nouam venditionem fieri iure stricto tradit non posse procedere, quasi sine Regis particulari intercessionem venditio fiat, nisi contraria consuetudo sit quam comprobari remittit ex rationalibus, qui praesunt regalis patrimonij rationibus, vulgo, vt ille inquit, *Contadores de Quentas*, qui rectè cognoscent, quae consuetudo in hoc vigeat, vt hypotheca pereat, vel conseruetur.

Sed tamen quamuis Ioannes Garcia differtissimus fuerit Fisci Patronus in Pinciana Cancellaria, tamen prorsus negotia Regalis Patrimonij, & eius Senatus videtur ignorasse, cum haec res petenda existimet à rationabilibus, id est, *los Contadores de Quentas*, cum ad illorum officium nihil eorum spectet, sed tantum calculatio accepti, & dati in reditibus regalibus, & an summa aliqua accepto ferri debeat, vel non in quo si iuris controuerfia inciderit, statim ad iustitiam remittitur ad Togatos Senatores litteratos, qui causam decident iuxta iuris regulas, sunt enim plura in hoc Senatu, quae doctissimi viri non percalleant, nisi ei asserderint, & causas Regalis patrimonij, praxim, & stylo pertractauerint, instituta enim in eo tria tribunalia, quibus tota res, quae pertinet ad regale patrimonium commissa, & distributa est.

Primum est maius Equitum, qui negotij affueti, & versati, apud eos vniuersa administratio Regalis patrimonij residet; eius Consiliarij dicuntur vulgo *Consejeros de hacienda*, qui pro munere suo cum assensu duorum Consiliarij supremi Senatus Iustitiae Castellae, qui ad regalis patrimonij admi-

- administrationem adfident & assistunt, omnia circa Regium Patrimonium disponunt, & quod ad illud pertinet decernunt, isti Consiliarij expediunt constitutiones, & fundationes redituum regalium super Regiis vectigalibus resoluunt, & nouam venditionem iterum constituunt, & ideo praedicta consuetudo ab eis potius quam à rationalibus petenda erat, & de illa ex quinque annis, quibus in praedicto Senatu Fisci Patroni munere functus testari possunt numquam de hoc fuisse dubitatum, & consuetum fuisse adici clausulam nouae venditionis in iuribus regalibus, vt postea securior eorum venditio fiat ab anterioribus debitis, alias nullius momenti foret noua venditio, cum etiam sine illa posset expediri priuilegium in fauorem emptoris, quando ad eum annuos reditus pertinere constaret.
17. Secundum tribunal, quod dicitur iustitiae, est Senatorum ex quinque litteratis, qui togati sunt, & ad eos spectat expedire omnia, quae ex tribunali primo se offerunt, quae pertinent ad iustitiam, vel iuridicam disputationem, de iure partium, & ita ad illos remittuntur, vt sententias proferant, & à Rege nostro pluribus rescriptis, & ordinationibus regalis patrimonij decretum, vt Equites quibus commissa eius administratio possint expeditius, & accuratius ei incumbere, iuridicis controuerfiis non implicentur, & impediatur, sed ad togatos, & iustitiam causarum decisionem remittant.
18. Tertium tribunal, & inferius, quod alia duo praecedunt, est rationalium calculatio-num, id est, *los Contadores de Quentas*, ad quos spectat cum pluribus aliis plusquam centum officialibus Thesaurariorum, conductorum redituum Regalium, vectigalium, & omnium contractuum, qui à Rege fiunt, calculationem facere, vt quae residua fuerint, & regali patrimonio debeantur, exigi possint, qui nihil facere possunt circa administrationem Regij patrimonij, vel redituum constitutionem, nec ab ipsis debet intelligi consuetudo, vel peti eius interpretatio, vt Ioannes Garcia testatur circa ius, & essentiam nouae venditionis redituum regalium, quae ab ipsis nec fit, nec fieri aliquo modo potest.
19. Ex quibus tam praxi, stylo, & consuetudine quam iure stricto antiquas hypothecas resolui in quarta specie nouae venditionis quam expressimus eis fundamentis statuo.
20. Primum ex vulgari regula legis lex vectigal. 31. ff. de pignoribus, quae cauetur resolutio iure dantis resolui ius accipientis eis verbis, vbi in terminis pignorum loquitur & respon-

dit: *Si vt proponeretur vectigali non soluto iure suo Dominus vsus esset etiam pignoris ius euanesce, l. si ex duobus, 6. §. 1. ff. de in diem adiectione ibi: Si melior conditio allata sit, rem pignore esse desinere si emptor eum fundum pignori dedisset, & eam regulam vt resolutio iure dantis resoluat ius accipientis ex Bartolo, Alberico, Saliceto, Antonio Gomezio decisione Pedemontana, Barbosa, Thufco, & aliis, & cap. nuper, 6. de donat. inter, probauit Valasco axiomat. iuris, lit. R, num. 108. & pignus medio tempore contractum resolui pro explicatione, d. l. lex vectigali, post Bartolum, Baldus, in cap. 1. §. rursus, tit. quibus modis feud. amitt. num. 2. & ibi Praepositus num. 1. Albarotus, Tiraquellus, de retract. lignag. §. 34. gloss. 1. num. 10. Guido Pap. decis. 575. num. 3. Boherius decis. 181. num. 8. Ofascus decis. 156. num. 9. Franchis decis. 64. num. 4. Pinellus, in l. 1. C. de bonis mater-*

nis, 3. p. num. 72.

Et in terminis nostri casus, vt causa red- dita ad non causam & resolutio contractus, ex iure & pacto quod ab initio conuentum fuit, pignora, vincula, & onera quae interim grauata in totum resolui ex Curtio, Guidone, Bertrando, Decio, Tiraquello, Craueta, Ofasco, Frecia, Magonio, Couar. Molina, & aliis in variis casibus notauit Casanate, conf. 7. num. 8. ex Cagnolo, Menochio, Morocio, Robito, Tepato, Folenio, Fachineo Milanensi, Antonio Fabro, Mantica, & aliis Antonius de Amato, variar. resolutione 4. num. 15. & 17. quae fuit doctrina originalis Bartoli, in l. 3. ff. quibus modis pignus vel hypothec. soluit, vt quando ex causa antecedenti ius resoluitur debitoris ab eo contractum, pignus debet cessare secus si ex causa posteriori, quod ex Petro de Bella Portica, Reinaldo, Guillelmo, Benedicto, Corrafio, & aliis pluribus, Pinellus in d. l. 1. 3. p. num. 72. & Ifernia, Baldo, Accaroto, Alexandro Cardinali, Cagnolo, Boherio, & decisione Pedemontana, Surdus decis. 286. n. 11. & 12. & in pacto de retrovendendo tradit Bart. eo sequuto pignus antea medio tempore contractum euanesce, quasi resolutio iure pignorantis, vt in terminis ex Cino, Alberico, & aliis probauit Franchis dict. decis. 64. num. 4.

Secundò probari videtur ex l. fires 3. in 2. principio, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, nam si res vendita fuerit ea adiecta qualitate, nisi intra certum diem meliorem conditionem inuenisset, traditaque fuerit: & emptor antequam melior conditio offerretur, rem pignori dederit, si melior conditio fuerit allata, pignus finiri oportet, quasi

quasi tunc resoluatur ius contractus, & omnes effectus eius euanescent, vt notauit Bart. in l. *in diem*, ff. de aqua pluua arcenda, & in l. *si ex duobus*, §. *Marcellus*, ff. de in diem adiection. vbi notatur, & faciunt, quæ notarunt Bald. Præpositus Aluarotus, Laydenfis, & alij in cap. *rursus*, quibus modis feud. amitt.

23. Et exemplum proponit Iuriconsultus in l. si quis hæc lege 42. ff. de rei vindicatione, nam si ea lege aliquis emerit, vt si alius meliorem conditionem attulerit, recedatur ab emptione, etiam si interim dum melior conditio allata est, potest vindicationem intendere, tamen postea vindicationem non habebit quasi dominio resoluta, & idem videtur respicere textus in l. *in diem*, 9. ff. de aqua pluua arcenda, vbi prædico in diem additio, emptoris & venditoris voluntas exquirenda est, vt siue remanserit penes emptorem, siue recesserit, certum sit voluntatem domini factam fuisse cessionem iuris eius prædij, quippe si postea redierit prædium ad venditorem quidquid facta emptoris à prædico decreuerit, euanesceret, nisi venditoris voluntas accesserit, nec solum eius ad quem ius pertinet, voluntas exigitur, sed etiam illius ad quem aliquo modo pertinere potest, & in ipsum ius recidere, dicit l. *in diem*, §. *non autem*, nam vt tradit Bald. in eo textu non solum inspicitur quod de prædico est, sed quod euenire potest, Castrensis lib. 1. consil. 314. n. 6. Gratian discept. tom. 4. c. 608. num. 14. Gabriel consil. 120. num. 8. vsque ad num. 10. lib. 1. ex Bellono, Socino iuniori, & Rotæ decisionibus, idem Gratianus cap. 784. numero 4. & 5.

24. Quod maxime congruit nostræ quæstioni, quia cum ius prædicti census in reditibus Regalibus redire possit ad ipsum Regem iure luendi, ex retrocessione quæ ad nouam venditionem, quæ in ipso contractu inest, exprimitur, & per modum conditionis apponitur, ideo pignus vel grauiamen super reditibus Regalibus, id est, *iuro*, impositum, vt Regi possit præiudicare, eius voluntas interuenire debet in prædicto grauiamine iuxta verba textus in dict. §. *non autem*, ibi: *quia recidere ius solidum ad eum potest*, & faciunt quæ notantur in l. *inter vestem*, ff. de auro & argento legato, & in l. *quod in rerum*, 24. §. *si quis post*, ff. de legat. 1. vbi glossa multa iura adducit.

25. Vnde fuit praxis nostri Senatus Regalis Patrimonij, vt in libris rationalibus Regis reditus illi annui, qui ab eo cui competunt, creditoribus suis obligantur, soleant annotari, & signari hypothecâ vel obligatione, exhibitis eius instrumentis, & supplicatione Se-

natui facta, qui iubet in prædictis annuis reditibus, id est, *iuro*, eam adnotationem fieri & scribi, quam dicimus *glossam*, quo casu voluntas Regis accedit cum permittat Princeps annotationem hypothecâ, & eo casu ex recepto vsu & praxi Senatus, noua venditio annui reditus nullo modo expeditur, nisi prius annotata obligationi, & hypothecâ satisfiat, aut emptor si velit reditus, id est, *iuro*, ipsi suo nomine consignari, admittat cum onere prædictæ annotationis & glossæ, vt iam animaduertimus, quippe iuri tertij, qui annotationem & glossam apposuit, nullo modo posse aut polle Principem inferri præiudicium probatur l. 2. §. *merito cum vulgatis*, ff. ne quid in loco publico.

Tertio, quia in prima venditione redituum Regalium ex clausula expressa & conditione iuris luendi, & nouæ venditionis videtur ab initio inesse ius hypothecæ, vel alterius grauiaminis resoluti nouæ venditione factâ, ac perinde queri non potest qui sibi non prospexit, cum facile posset annotatione, & glossa facta in libris Regalibus, quo casu non procederet noua venditio, nec eam admittit Patrimonij Senatus, vt prædiximus, & creditor cui obligatur census, sibi prospicere debebat ex eo quod euenire posset, argumento l. *mulier*, ff. de lege commiss. l. *si delegatio*, 3. C. de nouat. l. *si quis domum*, §. *hinc subiungi*, ff. locati, alias enim quasi inesse videatur in re ius resolubile debet pignus euanescere, argumento legis *grege* 13. §. *statuliber*, ff. de pignoribus, vbi statuliber quamuis hypothecâ dari possit, tamen conditione existente euanescit pignus cum ex natura statuliberi præsens status seruitutis habeat admixtam causam libertatis, vt apparet, euauisse ius illud ex quo licet pignori potuit obligari, tamen etiam poterat dissolui adueniente libertatis conditione, & pignus euanescere quando peruenerit ad causam, quæ à principio inest, ex qua pignori non poterat, probauit Alexander vol. 3. consil. 17. 47. & consil. 193.

Et idem probare videtur textus in l. *si is cui*, 11. §. *hæres*, ff. quemadmodum seru. amitt. ibi: *Seruitutes extinguuntur, si legati conditio existat*; nam si hæres qui imposuit seruitutem, eo tempore ius quod imposuit erat resolubile, sequuntur resolutione extinguitur onus rei impositum, & omnes effectus contractus cessant, vt probatur l. *necessario*, 8. §. 3. quod si pendente, ibi: *fructus medij temporis venditoris sunt*, ff. de periculo & commodo rei venditæ, vt fructus qui alias emptoris sunt, post perfectam emptionem sequuta resolutione fiant venditoris, quasi nullo

nullo reddito & euano contractu, nec solum vt seruitus imponi non possit, sed nec fauore religionis piæ causæ locus Religiosus fieri potest, l. *si fundum à te*, 104. ff. de condit. & demonstration. & in hypotheca expressè resolutionem fieri probauit textus in l. fin. §. *sin autem sub conditione*. C. communia, de legatis, & notarunt Bartol. Salicetus, Bald. & Iason ibi, idem Baldus lib. 1. conf. 280. Decius, Parisius, Alexand. Thesaurus, Craueta, Surdus, Ofascus, & alij, quos refert Neuius in d. §. *sin autem*.

28. Quarto, quia cum creditor qui redditus annuos super vectigalibus in pignus vel hypothecam admittit, sciat vel ignorare non debeat (quæ sunt verba textus in l. *si Titius* 48. ff. de fideiuss.) in ipso censu, id est, *iuro*, de Regalibus reditibus, inesse expressam conditionem de noua venditione, quod ultra quam scire debebat, sibi potuit facile cauere factâ eâ adnotatione, vel glossâ, quam prædiximus, si non fecit, sibi imputet, iuxta doctrinam Baldi in titulo, quibus mod. feud. amitt. §. *Rursus si fidelis*, dum tradit, creditorem dum feudum hypothecâ admittit, debere sibi prospicere, & cauere rem quæ hypothecâ subiciebatur, ex sua natura esse resolubilem, & teneri scire conditionem rei quæ hypothecâ supponitur, & debitoris cum quo contrahit ex regula legis *qui cum alio*, ff. de regulis iuris, & notauit etiam idem Bald. in l. 2. C. de rescind. vendit. quæst. 13. num. 17. vbi tradit deberi potius considerari id quod ex natura contractus, & ita creditor accipiens rem pignori, debuit cautiùs prospicere naturam rei & cauere sibi alio iuris remedio seu indemnitate iuxta latè tradita per eundem Baldum in dict. l. fin. §. *sed quia nostra*, C. comm. de legat. quod refert & probat Ioannes Garcia vbi suprâ, num. 12.

29. Quinto, in officiis quæ à Rege conceduntur ex noua concessione eorum facta, si forè officium amissum fuerit, quia renunciatio non facta intra tempus quod à iure requiritur, ex toto tit. 4. lib. 7. Recopil. vel alio modo amissum sit, tunc si Rex de nouo officium concedat alteri, grauiamina hypothecæ, quibus officium suppositum erat, soluuntur arg. dict. l. *lex vectigali*, ff. de pignoribus, l. *inter stipulantem*, §. *sacram*, de verb. oblig. ex Bald. Aimone, Antonio Gabriele, & aliis, probauit Mieres de Maioribus, 3. parte, quæst. 5. num. 32. ad finem, ibi: *Ex quibus decisum fuit quod cum quidam vinculum fecisset cuiusdam decurionatus, quod officium postea amissum fuit, quia Decurio non renunciauit in tempore debito, & ideo Rex fecit gratiam nouam illius officij, quod tale officium remansit liberum* Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Pars I.

& non restitutioni subiectum, & ita obtentum fuit per duas sententias conformes.

Et ex noua aliqua concessione officij dicitur nouum officium, idque sine dubio est etiam si antea concessum prorogatur si finita prima concessione datur, Bart. in l. *dies cautionis*, num. 3. de damno infecto, vbi Castrensis num. 2. Angelus ibi, num. 2. idem Angel. in d. l. *sed si manente*, ff. de precario, Bald. in l. penultima, num. 2. de excusat. tutor. idem Bald. in l. *eum qui*, §. 1. num. 2. ff. de iurisdic. omnia iudicium, & in l. *meminisse*, per textum ibi num. 4. ff. de offic. Procons. Boherius decis. 284. num. 12. Natta conf. 75. num. 1. cum sequent. Surdus conf. 202. num. 9. Gratian. tom. 4. disceptat. cap. 791. num. 1. Pont. de potest. Proregis, tit. 10. Rubrica de potestate substituendi in officiis, Mastrillus de Magistratibus lib. 1. cap. 28. num. 67. & sequentibus, quasi extincto officio aliud nouum censetur concessum.

Facit in feudo (cuius ad officium valere argumentum ex Marino Freca, Boherio & Ponte probauit Augustinus Barbosa Jocomunium, & argumentorum loco 47. num. 4.) nam si Vassallus tale delictum commiserit, ex quo ipso iure feudum amittitur, & dominus ei hoc delictum remiserit, illud feudum non antiquum & paternum, sed nouum existimatur, vt post Andream de Seruia, Marotum, Præpositum, Baldum, Fredericum, Matthæum de Afflictis, Alexandrum & Zafum, probauit Seraderus de feudis, 2. p. c. 3. n. 43.

Sexto facit, quia nouum feudum dicitur ex noua concessione etiam si feudum antiquum sit, & renouetur, cap. 1. de eo qui finem fecit agnato in vrbibus feudorum, eis verbis: *Non ob stare illud pactum nisi feudum omnino resutauerit, vel nisi ad hoc resutauerit vt dominus eum quasi de nouo beneficio inuestiret, tunc enim sequuta inuestitura noua, quasi nouum sit feudum non succedit*; quasi ex noua inuestitura omnia pacta antiqua resutationis euanescent, vt ex Manerto & Rosenthal, Arcino, Afflito, Milanensi, & aliis, probauit Armegolus in respons. feud. sect. 1. artic. 2. inspectione 1. num. 162. vbi nobis aptissimè subdit, ibi: *Et ratio est, quia tunc non existimatur obtinere feudum, ex quo abstulit se de medio resutans, & dedit locum resutatio in successione ad eum pertinere, sed potius censetur feudum resutatum in manibus Regis, & de nouo concessum, ex quo inuestitus efficitur nouus dominus*, cap. 1. vers. tertio illud videtur, de alien. feud. quia consensus Regis viuentis, & confirmatio contractus, & Rex confirmans videtur donare feudum. ita in præfenti factâ redemptione & refuta

refutatione prioris census, non quasi ab antiquo domino, sed à Rege videtur noua venditione emptor habere & valde ad propositum inducenda & notanda verba textus in l. *pacta conuenta*, 72. ff. de contrahend. empt. ibi: *Recessum à priori contractu & noua emptio interuenisse videtur.*

33. Quibus addendi Cacheranus decif. 23. num. 22. vbi ex noua causa feudum nouum fieri tradit, & probat Manertus consil. 43. num. 88. & ex nouo iure ex Zabarella & Valzaro probat num. 43. dum inquit: *Quoniam nouum dicitur quod nunquam fuit, vel fuit, & postea ex nouo iure acquiritur.* Et nouam qualitatem facere nouum feudum probarunt Surdus, Gofredus, Tobias Marin. Cacheranus, Cephalus, Ludouicus, Bolognetus, & Tiraquellus, quos refert & sequitur Manertus vbi proximè, num. 66. vide Rosental de feudis, c. 1. conclus. 9. num. 3. & c. 9. conclus. 52. num. 2. vbi in additione, lit. A, pro explicatione dicti capituli de eo qui finem fecit, adducit Iferniam, Afflictum, Albarorum, Petrum de Rabena, Schenkec, Camerarium, Horomanum, Cuiacium, Fredericum, & alios, & feudum videri nouum respectu noui domini, & nouarum conuentionum tenuit Oldradus conf. 178. & notanda quæ tradiderunt Afflictis decif. 112. num. 5. & decif. 248. num. 8. Menoch. de recuperand. remedio 6. num. 5. & de arbitr. lib. 1. q. 11. num. 13. Surdus q. 344. n. 36. cum seqq. Gratianus tom. 3. disceptationū, c. 519. num. 4. cum seqq. D. Castillo tom. 5. controuerf. c. 89. n. 171.
34. Cuius rei nobis aptissimam rationem subiungit Seraderus de feudis, 2. p. c. 3. num. 43. & 44. vt procedat quemadmodum ædificium penitus destructum & restitutum nouum dicatur l. *inter stipulantem* 83. §. *sacram*, ff. de verb. obligat. & comprobatur ex Bartolo, Iafone, Abbate, & aliis, sed melius comprobare possit exemplo nauis, de quo idem §. *sacram*, ibi: *Nam & nauis si hac mente resoluta sit vt in alium vsum tabula destinarentur, licet mutato consilio perficiatur, tamen & perempta prior nauis, & hac alia dicenda est.*
35. Quod idem traditur in l. *qui res*, 98. §. *aream*, ff. de solut. ibi: *alia enim videtur esse posterior nauis.* & adiungo textum in l. *lana* 86. versic. *naue*, ff. de legat. 3. vbi tradit Paulus Iurisconsultus: *Nauis legata dissoluta, neque nauem, neque materiam debet; & textum in l. *quid tamen*, 10. §. *non tantum*, ff. quibus mod. vsum fructus amitt. ibi: *Non tantum si ædes ad aream redacta sint, vsum fructus extinguitur, verum et si demolitis ædibus testator alias nouas restitueret.* & in §. in nauis, d. l. *quid tamen*, eis verbis: *In nauis quoque vsum**

*fructu legato Sabinus scribit siquidem per partes resecta sit, vsum fructum non interire, si autem dissoluta sit, licet eisdem tabulis nulla præterea adiecta restaurata sit, vsum fructum extingui, quam sententiam puto veriore, nam et si domus diruta fuerit, & ex eisdem cementis tigni que restituta fuerit, vsum fructus extinguitur, l. si ita legatum, 68. §. si domus, ff. de legat. 1. ibi: *At si eadem domo destructa, aliam eodem loco testator adificauerit, dicemus interire legatum, nisi aliud testatorem sensisse fuerit probatum.**

Et in simili, quando legatur insula, & diruta fuit, & noua postea facta, videndus textus in l. *tabernam* 7. ff. de fundo instructo, ibi: *Respondi, ea in quibus voluntas mutata esset non debere, de quorum iurium intellectu, & l. si chorus 77. §. *area*, & §. *seruus quoque*, ff. de leg. 3. vbi seruo legato, si interim manumittatur, & postea seruus factus sit, peti potest, quomodo cum prædictis conciliandum, & cum dict. l. *qui res*, §. *aream*, versic. *si alienum*, & l. *cum seruus*, ff. de adimend. legatis, quæ videntur obstat, videndi post Bartolum, Albericum, Oddofredum, Cumanum, Fornerium, & Morlam relati à Genua legum conciliatarum ad dict. §. *seruus quoque*, qui admittit sententiam Celsi in eo textu reprehendi à Paulo in dict. §. *aream*, aliter Donellus lib. 8. comment. cap. 17. & ex Brisonio, Azema, & aliis Qsualdus in notatis, lit. K, qui distinguit inter contractus, & vltimas voluntates, videndus Antonius Faber in rationali, d. l. *quid tamen*, §. *non tantum*, & §. in nauis, & quando actio extincta reuiviscat, vel non, Tiraquellus in l. *si vnquam*, verbo *susciperit*, num. 191. Cod. de reuocand. donat. Gamma decif. 161. num. 4. Barbosa in l. 1. part. 4. num. 140. ff. solut. matrimonio, Surdus de alimentis, tit. 7. quest. 5. num. 5. Molina de primogen. lib. 2. cap. 16. num. 25. Sesse decif. 133. num. 9. Tuschus lit. A, conclus. 216. ex Aretino, Iafone, & Cagnolo Gratianus tom. 5. disceptationum, cap. 962. num. 34. & 35.*

Iuuat textus, qui maximè congruit in l. si quis ædes, in principio, ff. de seruit. vrb. prædior. ibi: *quod si domus, qua rei inserviebat mea effecta sit, confunditur seruitus, et si de nouo alij vendatur, noua seruitus constituenda est, consonat l. 17. tit. 31. part. 3. eis verbis: *enaguer la enagene despues e la tenga para si de alli adelante, nunca debe ser de mandada ni es obligada la cosa, que asi es comprada a aquella seruidumbre fueras ende si despues dello fuere puesta nuebamente, igitur ex conuentione facta à domino, & à Rege census redemptione, vt in his iuribus seruitus, etiam**

etiam hypotheca anterior debet extinguere, nec durabit in noua census venditione.

38. Igitur id omne regulari oportet, vt prima obligatio dissoluatur, & fuscitari valeat, vel non eo quod res non sit extincta, aut in totum dissoluatur, & ex voluntate, & destinatione eius, qui rem mutauit, vt traditur in d. §. *sacram*, quia quando res non extincta, quamuis in totum mutetur, non res diuersa, sed eadem censenda, vt in exemplis legis proponebatur 72. ff. de iudiciis in legione, grege, nauis, populo & corpore humano: nam si in totum non dissoluatur, licet ita mutentur, vt nihil ex priori materia remaneat, non alia res noua, sed quæ antea existimanda, & in domo explicat textus in dict. l. si ita legatum, §. si domus in principio de legat. 1. Vnde si in nostra specie in totum primus census, id est, *Turo*, dissolutus fuerit, & extinctus redemptione, in idque voluntas Domini consenserit, cum nouam venditionem fieri à Rege petierit, meritò alius ex noua venditione census oportet censi prior extincto, & obligationes primi, quæ resolutæ non debent fuscitari.
39. Septimò iuuat, quia verè persona, dominium, & res mutantur noua venditione, ac perinde nullum potest manere ius hypothecæ antea contractæ extincta re, cui accedebat, mutatur persona emptoris, quia primus census omnino extinguitur redemptione, & ad secundum transfertur noua venditione facta à Rege, qui vendendi ius habebat, inde dominium aliud est, & res similiter, quia nouus census creatur primo redempto.
40. Et quia ex noua causa superuenienti dispositio censetur mutata, vt in pulchra specie, quando res augetur, notarunt post Bart. Castrensis in l. 2. §. vltimo per textum ibi, ff. de aqua pluuiæ arcenda, Decius conf. 335. n. 1. & 3. Alex. lib. 2. conf. 178. num. 6. 7. 8. & 20. versic. præterea, ibi loquitur Ancharranus conf. 83. incipit prima facie Hippolytus Riminaldus conf. 59. num. 72. & sequentibus, Surdus decif. 239. num. fin. Tuschus practicum, lit. P, conclus. 735. num. 14. & sequent.
41. Et faciunt verba textus in l. si cum vno hærede, ff. de exceptione rei iudicatæ, ibi: *nam si eadem questio in omnibus iudiciis vertitur, tamen personarum mutatio cum quibus singulis suo nomine agitur, aliam atque aliam facit rem.*
42. Et ex noua conuentione, & contractu, diuersa etiam res existimatur argumento l. iuris gentium, §. adeo, ff. de pactis, ibi: *quonia & ex alio contractu paciscendo alter ex hæredibus acquirere sibi exceptionem potuisset, & in terminis, & similitudine feudi, de quo Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fife. Pars I.*

egimus in præcedenti fundamento notauit Albericus in dictionario, verbo *nouum* ad medium, eis verbis: *videtur etiam nouum ratione nouarum conuentionum, qua fuerunt, vt isti succederent, & eorum hæredes cum ex antiqua etiã alij debeant succedere.* Et in valde simili specie an feudum nouum dicatur, quãdo dominus ex pacto tenetur reuocationem facere, quod maximè congruit nostræ questionis, quia ex prima iurium venditione tenetur Rex secundo aut tertio nouam venditionem facere iuxta qualitatem priuilegii cum clausula nouæ venditionis tradit Caldas Pereira de renouatione emphyteusis, lib. 1. quest. 4. num. 7. vt quamuis antiqui feudi mentio fiat in renouatione, & verè sit idem feudum, tamen facta renouatione virtute pacti, necessariò aliud, & nouum feudum dicendum, quemadmodum in hoc casu, non solum census reuocatur venditione noua, sed ad illam primus census consumitur, & adiungit naturalem, & euidentem rationem, quia non videtur, qua ratione antiquum possit dici, non magis quam si puer anniculus statim nasceretur sexagenarius, senex depuerasceret, idque cum per rerum naturam impossibile sit, eique minimè consentaneum frustra admittendum videtur in proposita specie.

Octauò, vltèrius quando prædicta aliquid quod dubium habere possent, quod prorsus à iuris regulis alienum, id iam sine dubio procedit, ex consuetudine & praxi Senatus Regalis patrimonij, & rescripto Regio ad illud expedito anno 1608. vt explicarentur effectus nouæ venditionis iurium regalium, nota verba: *que la fuerça de ella consistie en que las partes que la tienen en su sabor tengan plena seguridad para no poder ser inquietados por ningunos acreedores de las personas, que les hubieren echo las cõsiones aunque los tales acreedores sean menores obras pias, o otras personas preuilegiadas de qualquier genero y calidad que sean sin que darles remedio, ni recurso alguno aunque muestren y aleguen que a tenido justa ignorancia, y aunque pidan restitucion como menores, o personas preuilegiadas, o como mayores por algun justo impedimento, o por otra qualquiera causa, que sea, por que de ninguno de los dichos remedios ni de otros an de poder vsar passados quatro messes desde el dia que se tomare la raçon de los despachos. porque despues ha de quedar serrada la puerta para no ser oydos, &c.* alias enim nullius esset momenti noua venditio, quod non ferendum, vt non operentur contractus maximè Principum qui debent effectum fortiri, cap. si Papa de priuilegiis in 6.

Præsertim sublata facultate aliter iudicandi

candi ex prædicto rescripto Bart. in l. fin. circa finem, Cod. de Canone frument. Urbis Romæ, lib. 11. Alex. in l. Gallus, §. & quid sit tantum, num. 20. de liberis, & posthumis, Ruinius lib. 1. conf. 21. num. 1. adeo, vt nullum sit, quidquid in contrarium factum, Decius conf. 255. num. 2. Parisius lib. 4. conf. 1. num. 38. cum sequent. Rota Genouensis decif. 190. nam cum Princeps, vt alliciat emptores iurium regalium super vectigalibus promittat ius nouarum venditionum, & illarum privilegia, viderentur decipi principali auctoritate, si aliter admitteretur contra l. 1. Cod. de his, qui veniam ætatis impetrauerunt l. ait Prætor, §. permittitur, de minoribus, glossa in cap. vnico, verbo *de cetero*, de postulation. Prælat. in 6. facit doctrina Baldi, quam ex Innocentio, & aliis sequitur Iafon in l. si vrbana, ff. de condic. indebiti, num. 10. vbi admittit soluentem falso prælato liberari, quando est in possessione auctoritate Superioris, quamuis ea non valeret, ne decipiatur, & laqueus ponatur illi, qui communi iudicio non peccauit.

46. Sed vt omnino istud maneat explicatum, occurrendum est difficultati, quæ posset insurgere ex verbis finalibus, quæ retulimus, prædicti Præscripti Regij, vt post quatuor menses aditus præcludatur ad agendum eis, qui contra nouam venditionem iudicium intendere voluerint, vnde videtur in totum non extinguere hypothecas nouâ venditione, quia facile respondendum tempus quadrimestre solum concedi, vt actionem proponat, si aliquid velit contra nouum censum intendere, quasi non posset fieri primi resolutionis, & de eo in iudicio audiantur, non verò inde ex anterioribus hypothecis ius habere traditur, quemadmodum in legibus, quibus temporales actiones præscriptione limitantur, etiam si intra tempus agi permittatur, non statuitur iustas esse actiones, sed agi posse, ita in hoc casu cum expressè plenam securitatem nouis iurium Regalium emptoribus Rescriptum concedat, id quod pertinet limitare actionem ad tempus quadrimestre potius securitatem confirmat, quam lædit, cum etiam si ex aliqua iusta causa creditor anterior eius, qui censum consumpsit, possit intendere rescindendam consumptionem, videlicet ex dolo, collusionem, simulationem, aut fraude, cuius tam debitor, quam secundus emptor fuissent participes ad excludendum creditorem, vt postea notabimus, tamen licet in iure decem & viginti, aut triginta annorum tempus daretur regulariter ad agendum actione personali, vel reali, l. cum notissimi, iuncto §. 1. l. sicut in rem. Cod.

de præscript. trigint. vel quadraginta annor. vbi communiter notant Doctores, adde Tuschum lit. P, conclus. 547. 560. 572. & constat l. 63. Tauri, id verò restringere intra quadrimestre potius est confirmare securitatem nouæ venditionis, quam aliquatenus infirmare.

Nonò, nec contra prædicta audiendus 47. Ioannes Garcia de hypothec. post contractum, num. 11. dum limitat superiorem traditionem, vt solum procedat, quando primus census redimitur pecunia Regis, cui vt impediri non potest redemptio, ita & cum eo negotium gestum esse debet, vt pereat pignus, aliàs cum solum ad supplicationem Domini census, non interueniente pecunia, sed compensatione fit, quod dicimus, *entrada por salida*, & tunc non extinguere hypothecam censet.

Sed tamen ex prædictis facile eliditur: 48. tum quia & ipse Ioannes Garcia limitat suam sententiam, nisi contraria consuetudo sit, quam in nostra Hispania ius facere l. 6. tit. 3. part. 1. & constat probari praxi, & stylo supremi Senatus Regalis Patrimonij, & Rescripto Regio, quod retulimus, & in terminis ex consuetudine posse abdicari creditoribus ius, quod habere possent, & fraudem excludi, tradit Albericus in l. Patrem, ff. quæ in fraudem creditorum. num. 2. vbi in quaestione, an si pater remittat filio emancipato, quod ei à iure competeret in præmium emancipationis, possent patris creditores reuocare, tradit hæc verba: *determinatum fuit, quod creditores reuocare non possent per hanc legem, & quia Patres tempore emancipationis consueuerunt nedom tales remissiones facere, imo de suo filiis dare, vt Cod. de collat. l. vt liberis, ibi, vt assolet fieri.*

Tum etiam quia negotium cum Rege 49. videtur gestum cum ex clausula anteriori primi casus secunda venditio procedat, & ex clausula resolutionis quæ inest à principio videtur procedere quod in eius consequentiam fit vt iam supra retulimus, & tunc idem est ac si vere à principe sua pecunia redimeretur ex vi pacti anterioris census.

Rursus idem est interuenire pecuniam ex 50. parte secundi emptoris ac si à Rege procederet, argumento legis, singularia, 15. ff. de rebus credit. ibi: *Nam videtur mihi data pecunia & à me ad te profecta*, Quæ dicitur in iure fictio breuis manus vt notatur communiter ibi & de eius textus conciliatione cum l. qui negotia, ff. mandati, videndus Castrensis Fulgosius, Alex. Oddofredus, Iafon, Salicetus, Romanus, Curtius Iunior, Cagnolus, Purpuratus, Loriotus, Corassius, Connanus, Viglius

Viglius, Alciatus, & plures quos refert Genoa legum conciliatarum ad hæc iura, Cuiacius, & alij apud Morlain in emporio titulo de rebus creditis, quæst. 6. vbi latè de horum iurium explicatione agit: addendus Donnellus lib. 14. comment. c. 20. vbi Osualdus, in notatis lit. D, vbi ex Duaceno ad titulum de rebus creditis, c. 3. ex fictione breuis manus remissionem debiti idem vt donationem censet & non admittendam inter prohibitos donare, arg. l. hæc ratio 3. §. sed si debitorem, ff. de donation. inter, & conducunt verba textus in l. receptitia, Cod. de constit. pecun. ibi: *Sed vt subtilitati eorum satisfiat, qui non sensum sed vana hominum vocabula amplecti desiderant, ita omnes res venient in constitutam actionem, tanquam si fuisset ipsa pecunia constituta.*

51. Id enim vtilitati contrahendi concessum ex fictione breuis manus, vt circuitus vitetur, l. dominus testamento, ff. de condic. indebiti, iunctis quæ ex Iafone, Socino, Curtio Iuniori, Purpurato, Afflicto, Boherio, Grammatico, & D. Castillo ego notauit r. p. decif. Granat. 79. num. 16. ad finem, & decif. 27. num. 23. vbi quod fisco soluendum, si alteri relinquatur, à fisco processisse videtur, & in hoc casu pecunia quæ soluenda fisco pro secundo censu relicta apud primum emptorem census, secundo in fauorem alterius constituto idem est, ac si à fisco procederet, vt verè redemptio à Rege fieret.

52. Sed & quod plus est, licet falso pecunia mutuo data dicatur, tamen si voluntate contrahentium mutuum sit, non impedit quominus usuræ legitimæ exigi possint iuxta decisionem textus in l. si ex pretio 6. C. si cert. petatur: nota verba, quia agit de renouatione contractus, ibi: *Si ex pretio debita quantitatis facta nouatione per stipulationem usuras licitas, ab eo contra quem supplicas stipulatus es, falsa mutuo data quantitatis demonstratio præmissa, cum obligationis substantia, non defecerit quominus usque ad modum placitum usura possint exigi nihil nocet.* nam cum obligationes dependant ex partium voluntate, possunt de vna re mutare in aliam, Hieronymus Gabriel lib. 1. cons. 81. & inde Alciatus lib. 5. respõso 83. vbi ex veritate debiti anterioris, de quo constabat in libro rationum defendit à simulatione litteras cambij, quibus alia diuersa causa fuerat adiecta, facit l. certi cõdictio, §. deposui, vbi Doctores ex l. singularia, vbi sequitur Iafon, & Cagnolus ff. si certum pecatur, & pro eis iuribus vide quæ notauit r. part. decif. Gran. 14. num. 42.

53. Nec quidem hæc conuersio de vna obligatione & causa in aliam potest sapere simu-

lationem, quia fomentum habet ex veritate causæ præcedentis iuxta Bartolum in l. Lucius, la 2. ff. de positi, vt sufficiat in hoc casu Regem qui verè debet pretium primi census si ei remittatur, vt constituat secundum, posse rectè nouum constituere, & in terminis census notauit Surdus conf. 162. num. 44. vbi cum traderet confessionem mutui subiacere exceptioni non numerata pecuniæ ex Iacobo, Butricario, Felino, Ruino, A costa, R. olando, Barbacia, Suarez, & Menchaca, quos refert, tradit limitandum quando debitum ex alia causa fuisset conuersum in causam mutui, quia habetur pro vera numeratione & circa censum tradit hæc verba: *Cum verum debitum quod suberat conuertitur in solutionem pretij, perinde erit ac si interueniret in emptione census pecunia numerata, quia et si hæc qualitas in venditione census requiratur ad excludendam fraudem, satisfiat tamen per dictam conuersionem, quæ non patitur fraudis aut simulationis suspicionem.*

Cui annexenda practicozum sententia, 54. vt quamuis ad constitutionem census requiratur pecunia præfens, tamen ex debito anteriori possit fieri census constitutio: nam pro solutione habetur quidquid datur ex conuentione contrahentium, l. si rem, §. omnis, ff. de pignorat. actione, l. 1. ff. qui satisf. cogant. l. satisfactio, ff. de solut. & quia debitum ex vna causa potest ex conuentione partium, in aliam conuerti fictione breuis manus, d. l. certi cõdictio, §. deposui, l. singularia, ff. de rebus credit.

Et fraus quæ ex rescriptis Pontificum in- 55. tenditur vitari in censibus, ex pecuniæ præfentia, & interuentu, omnino excluditur quando certum debitum & liquidum præcedit, & hanc opinionem tenuerunt Follerius, Bertrandus, & Tiraquellus, & quoad forum conscientie Nayarrus certissimam admittens, quos refert & sequitur Surdus d. confil. 162. num. 38. & idem probarunt Salazar, Emanuel Rodericus, & Ant. Gomez, quos refert Felicianus de censibus, 2. tom. lib. 1. c. 8. num. 7. vers. eandem, & post prædictos pro ea re adducit Cauallinum & Benedictum de bonis, idem neruose defendens Auendanus de censibus, c. 38. per totum, vbi alia fundamenta cumulat, & sigillatim respondit argumentis Feliciani, qui contra tenuit.

Decimò, in huius rei comprobationem 56. facit, quia redimendi facultas quæ in libera voluntate Regis collata est, & regulariter posita in arbitrio redituus debitoris, non potest ex postfacto, pignoratione, vel hypotheca primi emptoris coarctari aut moderari, l. 1. §. fin. vbi Bald. notat, ff. de rebus eorum,

l. debitorum pactionibus, C. de pactis, ex Negufantio, Sesse, & Feliciano, Giurba decif. 79. num. 17. nisi vt prædiximus, accedat, in nostro casu voluntas Regis, primi venditoris & debitoris annui reditus permittentis, & iubentis adnotationem vel glossam prætextu obligationis vel hypothecæ fieri in suis libris, & generaliter quando ab initio inest qualitas redemptionis, ea sequuta & facta ab eo qui facere potest in totum censum euanescere, & onera extinguere, probant Rodericus lib. 2. de annuis reditibus, quæst. 15. per totam, Sesse decif. 63. num. 2. ad finem, Giurba vbi proximè num. 19. redemptione sequuta ipso iure censum resolui, & omnes hypothecas & obligationes accessorias, ex Bartolo, Follerio, Decio, Cagnolo, & Tiraquello probauit Auendaño de censibus, c. 102. num. 1. adducens rationem num. 2. ex Feliciano, Menochio & Mascardo, quia redemptio vicem solutionis habet, & quemadmodum solutio obligationes & hypothecas dissoluit, etiam redemptio, & in terminis hypothecæ, ex l. contrahitur, & ibi Bart. ff. de pignoribus, Negufantio & Surdo notauit Cencius de censibus, 2. p. c. 2. q. 3. art. 5. n. 4.

57. Undecimò, & hoc fundatur, quia etsi in hoc casu debitor qui censum hypothecæ supposuit, non pereret consumi, sed alius tertius Regi offerret pretium vt redimeretur inuito dicto debitore primo, domino census, posset Rex facere, & consumere primum censum, & noua venditione iterum constituere secundo emptori, & eodem prerio, vel maiori, (vt quotidie videmus in Senatu Regalis Patrimonij augmentum fieri pretij redituum, vt si ad rationem vnus pro viginti venditi fuerant, & aliquis velit aliquid crescere, ponamus ad viginti duos) tunc primus census, inuito eius domino, redimitur, quod dicitur *desempñar el juro*, & alius de nouo constituitur eiusdem quantitatis & anterioritatis in eisdem vectigalibus, primo consumpto.

58. Sed quamuis instrumenta quæ exhiberet dominus census vt consumeretur, falsa fuerint, aut habeant aliud vitium, tamen cum per Officiales Regios hæc instrumenta quæ spectant ad pertinentiam (vt sic loquamur) census discutiantur & approbentur, nihil poterat nocere emptori census ex noua venditione, cui sufficit Regali Patrimonio pretium inferre redituum, quos emerit, & primus dominus census, qui illum consumit, manet fisco Regio obligatus, sed & ipsi officiales manent excusati quando nihil eis possit imputari, si falsis instrumentis decepti, vt consumptionem facerent; quæ omnia confirmari possunt ex traditis à Bartolo in l. si vrbana, ff.

de condit. indeb. Innocentius in cap. nihil, de electione, num. 4. Castrensis volum. 1. consil. 295. num. 2. ibi: *Si iustam causam credulitatis habuisset, quia forte instrumentum in forma publica portasset, quod tamen erat falsum.* Decius conf. 25. num. 1. ad medium, ibi: *Sed tamen quantum ad propositum de quo agitur, scilicet ad excusationem Ludonici qui soluit, dici potest, & sufficit instrumentum publicum confirmationis, cui probabiliter creditur etiam in præiudicium creditorum, dato etiam & posto, quod tale instrumentum falsum fuisset;* & in confirmationem adducit Antonium de Butrio, & Rotæ decisiones.

Sed etiam si iniuriâ vel dolo Officialis Principis ad quem pertinet examinare instrumenta ad census consumptionem aliquid malè in ea factum tunc nocere Principi, sed non emptorem, qui fraude non participauit, securum esse plures tenuerunt ex traditis à Bartolo in l. si Publicanus, §. in omnibus vectigalibus, ff. de public. & vectigalibus, Innocentius in cap. vestra de locato, & in cap. veniens de verb. sign. & ibi glossa, verbo, *memoriam*, Aretinus conf. 42. col. vlt. Peregrin. de iure fisci, tit. 3. num. fin. ibi: *Et his adde, quod scientia, & negligentia Officialis Principis in his, quæ cura illius commissa sunt à Principe fisco suo præiudicant,* Sigismundus Lofredus conf. 36. num. 10. eis verbis: *tamen illud procedit, quando Officialis est talis, vt ad eius curam pertineat ea res in qua dicitur eum Domino præiudicasse,* quæ licet admitterentur propter fidem, & auctoritatem publicam, quantum ad emptorem nouæ venditionis, qui bona fide versatus omnis fraudis expertus, & quia Regali patrimonio pretium intulit, tamen Officialis, & primus dominus census, ad cuius petitionem consumptus, & noua venditio facta, sine dubio fisco teneri debent.

Duodecimò: in huius rei comprobationem annotatione non factâ in Regijs libris à creditore hypothecario, ex noua venditione debere hypothecam contractam dissolui, pondero textum in l. nomen 4. Cod. quæ res pignori, vbi si debitoris nomen creditori pignori supponatur, & ille cuius nomen pignori datum partem soluerit suo creditori, antequam ei fieret denunciatio à creditore pignoratitio, pro parte soluta pignus soluitur, & solum à debitore nominis poterit creditor pignoratitius consequi residuum, quod deberet, nota verba: *Quare, si debitori satis non fecerit, cui tu credidisti, ille cuius nomen tibi pignori datum est, nisi ei cui debuit, soluit, nondum certior à te de obligatione tua factus, utilibus actionibus satis tibi facere vsque ad id,*

id. quod tibi deberi à creditore eius probaueris, compelletur, quatenus tamen ipse debet. Et probarunt post Baldum, & Salicetum ibi Romanus conf. 336. Decius conf. 98. idem Bald. lib. 1. conf. 257. Socinus Iunior vol. 3. consil. 124. num. 13. Cacheranus decif. 62. n. 3. Chartario decif. 19. num. 5.

61. Nota, vbi pro ea parte, quæ ante denunciationem à creditore pignoratitio, facta solutio fuit, pignus & hypotheca soluitur, & inde fluit praxis, vt si census, vel aliud nomen debitoris pignori supponatur, vel delegetur, debeat denunciari debitori census, vel nominis, ne primo creditori soluat, alias enim rectè primus debitor exigit, & omnis obligatio dissoluitur ex ratione textus in l. si delegatio 3. Cod. de nouat. ibi: *tamen antequam lis contestetur, vel aliquid ex debito accipiat, vel debitori suo denunciauerit, exigere à debitore suo debitam quantitatem non vetaris, & eo modo tui creditoris exactionem contra eum inhibere:* quibus addendum, quod pro d. l. 3. exornatione notarunt Bartolus in l. penult. num. 10. ff. de re iudicata, & in l. si insulam, num. 23. ad finem, ff. de verborum obligation. Ceuallos quæst. 754. num. 18. Parlador in sexquicent. differentia 50. §. 2. in prin. quod in fortiori casu procedit, quando non solum pignori suppositum nomen debitoris, sed etiam cessio eius, & delegatio facta, & facilius pignus solui debet extincta re, quæ pignori data, vt in nostro casu.

62. Decimotertiò, quod plus est, si nomen debitoris exigat, ipse creditor pignoratitius, tunc pecunia non manet loco pignoris, sed dissolutâ obligatione nominis per exactionem pecuniæ extinguitur pignus, quod aperte notare videtur l. si conuenerit 18. ff. de pignoratitia actio. dum distinguit, an speciei, vel corporis alicuius sit, quod acceperit creditor, cui nomen debitoris pignori datum est, quia tunc erit ei loco pignoris, quando verò pecuniam recipit, tradit Iureconsultus in dict. l. si conuenerit, ibi: *Ergo si id nomen pecuniarium fuit, exactam pecuniâ tecum pensabis:* quod referendum est ad compensationem, & ita interpretanda l. quæ dotis 33. ff. soluto matrimonio, ibi: *secum pensasse,* quomodo legi oportere tradit Othomanus lib. 10. obseruat. 3. cap. 4. Cuiacius tractatu 7. ad Africanum in dict. l. quæ dotis, Antonius Faber lib. 7. coniecturarum, cap. 17.

63. Nec exponi debet, pensasse, deliberasse, sed ad compensationem referendum quia ita accipitur verbum, pensare, in l. vnum ex familia, 67. §. sed si vno, & §. si duos, ff. de leg. 2. & in dict. l. si conuenerit, vbi ideo compensatio fit ipso iure indebito pecuniario, quia

de pecunia ad pecuniam, & quantitatis cum quantitate facile procedit compensatio, l. si constat. 4. Cod. de compensat. Et tunc soluto debito principali pignus euanescit, vt rectè probat textus, in l. grege 13. §. cum pignori, ff. de pignoribus, vbi etiam si pignus pignori dari possit, & quatenus vtraque pecunia deberetur, si in ea pignus consistat, pignus secundo creditori teneatur tamen tradit Iurisconsultus eis verbis: *Quod si Dominus soluerit pecuniam pignus quoque perimitur,* & ipso iure in hoc casu procedere compensationem, dict. l. si conuenerit, contra Duarennum, & Armenopolum probauit Schyfordegerus lib. 1. ad Antonium Fabrum tract. 2. quæst. 4. at verò cum corpus recipitur, in d. l. si conuenerit, ideo pignoris loco manet, nec illud extinguitur quia cum de specie ad quantitatem non fiat compensatio glossa final. in l. etsi quid, 24. ff. de compens. & in l. fin. C. eod. l. Papinianus, iuncta gloss. C. de sentent. ex pericul. recitand. manet autem principalis obligatio, & ita etiam durat pignoratitia, quæ ideo subsistere nõ potest, in nostro casu quia noua venditione & redemptione redituum regalium, extincto primo contractu hypothecæ, & eorum onera euanescere debent, & in casu retrouenditionis censum extinctum censeri, vt nec reditus ex primo censu exigi possint, ex Rotæ, 1. p. decif. 587. Seraphino, 1. p. decif. 890. num. 1. in optimo casu probauit Farinacius 2. p. nouif. decif. 642. per totam, & supra post Bartolum, Vincentium de Franchis, & alios retulimus in huius rei confirmatione.

Decimoquarto, deinde quia quando prædicta ex iure stricto non procederent, tamen iuxta dispositionem l. bene à Zenone, C. de quadriennij præscriptione quæ ementi à Principe plenam securitatem statim pollicetur, & ab omni iniuria tutum, & expectem facit, nec aduersus eum dominus rei expectari posse, sed aduersus fisco domino saluam manere actionem intra quadriennium, l. 53. tit. 5. p. 5. vbi Greg. Lopez, Duenas regula. 238. Caldas, Pereira de emptione, & venditione, c. 12. num. 28. cum sequent. adde Baldum lib. 1. conf. 253. Decius conf. 357. Ludouic. Romanus conf. 798. videtur in hoc casu agi non posse aduersus emptorem census.

Nec aliqua limitatio, d. l. bene à Zenone, poterit in hoc casu impedire quod notauimus, nam etsi quoties tertij creditores venditionem à fisco faciendam impugnaverint & pro iure suo ei alienationi se opposuerint, plures tulerint non procedere sententiam eius textus, sed rem transire cum onere & hypothe

hypotheca creditoris qui contradicit, vt tenuerunt Castrensis, l. 3. num. 2. Cod. *si aduersus fisci*. Socinus lib. 4. conf. 46. num. 24. Peregrinus de iure fisci, lib. 6. tit. de vendit. fiscal. num. 10. versic. *Quarto declara*, Gregor. Lopez in l. 53. glossa 6. columna 2. tit. 5. p. 5. tamen id in nostro casu locum non habet, quia noua venditio non procedit, quando antequam perficiatur noua venditio, primo censu consumpto aliquis creditor pro iure suo se opposuerit, aut fuerit annotatio in rationalibus Regalis Patrimonij, quia tunc vt animaduertimus, non expediretur noua venditio nisi hypothecæ id est, annotationi, & glossæ satisfiat, vel cum eius onere transeat ad nouum census emptorem.

66. Præterea alia limitatio d. l. *bene à Zenone*, vt locum habeat quando Princeps vendit rem vt suam, non verò si vendit vt alienam quia tunc non transit res libera sed cum suo onere, vt per Socinum vel proximè Peregrinus vbi supra, n. 18. Gregor. Lopez in d. l. 53. gloss. 4. Pereira d. c. 12. num. 37. quia nullo modo procedere potest in hoc casu, cum Princeps census & iura super vectigalibus non vendat vt rem alienam, sed vt suam & iure proprio à se retrovenditio procedat consumpto primo censu.

67. Nec obstat alia eius textus limitatio, vt quando Princeps etiam si venderet rem suam tamen nondum tradita possessione, d. l. decisio non procedat, vt notarunt Gregor. Lopez gloss. 5. Peregrinus versic. *tertio limita*, Pereira num. 39. quia eo ipso quo expeditur priuilegium nouæ venditionis census, & traditur emptori, tunc possessio transfertur.

68. Sed & quod ab aliquibus exigitur vt possit admitti dispositio d. l. *bene à Zenone*, necessarium esse Regem vendere cum scientia rem esse suam, & post supra relatos pluribus probauit D. Castillo 2. tomo. controuerf. cap. 5. num. 6. vbi per totum caput latissimè agit de eo textu, & omnes qui de ea scripserunt adducit, verum in præsentia non procedit, quia non potest ignorare Princeps ad eum pertinere censum vectigalium quæ noua venditione constituit, & ita eius textus sententiam dicendum est rectè adaptari, vt nouus emptor securus existat propter nouam venditionem.

69. Decimoquintò, nam cum in hoc casu nouum quid fieri, & contractum venditionis nouæ, & actus ipse ostendat, simulque primum censum redemptione, & consumptione in totum extinguere, consequens est, vt ex primo illo censu pignora, & hypothecæ extinguantur, quemadmodum in nouatione

admittitur, nam prima obligatio in aliam translata, omnes eius accessiones pereunt, & in terminis pignorum probat lex *novatione* 18. l. *Paulus*, 30. ff. de nouatione. l. *qui vsum fructum* 58. ff. de verbor. obligat. l. *novatione*, C. de fideiussorib. vbi traditur id indubitatum, nisi in sequenti obligatione pignora, & fideiussores repeterentur, & notarunt omnes Doctores communiter, ibi Dönellus lib. 16. comment. cap. 20. ex Alex. Iafone, Bubalo, & Rotæ decisione probauit Gratianus 3. tom. discept. cap. 509. num. 19. & nullum manere obligationis primæ vestigium in nouatione extinctiua ex Decio, & aliis idem Gratianus tom. 4. cap. 672. num. 11. & 12. ex quibus, quod in nouatione contingit, eo quod prima obligatio dissoluitur, pignora & accessiones extinguantur, multo magis ex noua venditione procedit, vbi res pignoratæ, id est, primus census omnino extinguitur, & redemptione à Rege facta in totum euanescit.

Decimosextò, hanc nostram opinionem 70. constanter admittunt Ponte, Molfesius, Gaitus, & Casanate, vbi supra, num. 13 & cautè id adhibitum tradit Molfesius dist. q. 28. num. 7. vt. facilius isti census vendi possent, & inuentus modus, vt securus sit emptor, & tollat hypothecam aliorum omnium creditorum, nec remaneat obligatus oneribus venditoris, & ideo contrahit cum cessione iuris luendi à Regia Curia, vel cum ciuitate ex pacto speciali inter primum emptorem, & venditorem factò, quod idem esset, quod apud nos, *la venta nueua*, quo omnes hypothecæ dissoluntur, quia considerandum est, quod generaliter fit, & ita sibi rectè cauere secundos emptores, & ad hoc etiam videndus Horatius Montanus in tractatu de Regalibus, rubrica de Regalibus officiis, cap. 62. ad finem, versic. *nec dissimile allatum*, pag. 233. & conducunt, quæ circa feudum nouum rectè notarunt Oldraldus conf. 78. incipit, *factum*, circa medium, Albericus in l. qui testamentum, ad finem, ff. de probatione. & in dictionario, verbo *nouum*, Baldus in præludiis feudorum diuis. 3. & ibi Martinus Laudensis cap. 1. diuisione 3. qui feud. dare possint, Castrensis lib. 2. conf. 183. incipit, *de vtroque*, Iason vol. 1. conf. 57. num. 15. Gabriel lib. 3. de feudis conclus. 1. numero 1. & 2.

Quibus ita constitutis non obstant, quæ 71. in contrarium expendimus, nam quoad primum mutatione rei hypothecam non extinguere fatemur rectè procedere, in hoc autem casu res non mutatur, sed in totum perimitur, ac perinde pignora, & hypothecæ, quæ

accesse

accessionè euanescere debent, quia extincta re pignori data, pignus subsistere non potest, l. *sicut* 8. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, & vltra Doctores ibi communiter, Negusantius tract. de pignori-bus 2. membro, 2. part. Morius de pignori-bus, tit. quibus modis dissoluitur, n. 14.

72. Nec aliquid contra facit dict. l. *cum tabernam* 34. de pignori-bus, de qua supra obici-mus num. 10. quippe longè diuersa species est illius textus, cum ibi merces, quæ in taberna inueniuntur, loco mercium, quæ distractæ, surrogantur, vt ibi apparet, non enim tabernæ hypotheca ad eam nudam, sed ad merces, quæ in eam inueherctur, referenda, at verò census noua venditione constitutus, non subrogatur loco primi, imò alius consumitur, vt eius nullum vestigium remaneat, & alius denuò fundari possit, & pro explicatione dictæ legis, *cum tabernam*, videndi Iason, Socinus, Castrensis, Negusantius, Zassius, Baldus, Salicetus, Cumanus, & alij plures, quos eum textum interpreta-tus refert Pinellus in rubrica, Cod. de bonis maternis, 1. part. num. 46. ex Croto Romano, & pluribus Couuar. lib. 2. var. cap. 5. num. 2. Fannus de pignori-bus 2. part. membro 2. n. 14. Menoch. de adipis. rem. 3. num. 26. Carrotius de locato, quæst. 15. Alciatus lib. 2. i. disp. cap. 18. & lib. 9. cap. 17. addendus Thesaurus lib. 2. quæstionum forensium, cap. 16. per totum, maximè num. 25.

73. Nec enim obstat, quod desumptum est ex l. *bonem*, §. *pignus*, ff. de ædilitio edicto, iunctis quæ notauimus de differentia alienationis necessariæ, & voluntariæ, quippe in dict. §. *pignus* agitur de redhibitione, quæ est omnino libera, nihil dependens ab anteriori contractu, nec à natura ipsius, ac perinde rectè admissum est pignus non petire: at verò in nostro casu reuictio, & venditio noua licet ex parte ementis sit voluntaria, ex parte tamen Regis reuictentis necessarius est actus: nam à principio pactus fuit in prima venditione reddituum Regalium, vt argumento l. fideicommissa. §. *si rem*, ff. de legat. 3. ibi: *sed si debitor vltra pecuniam obtulerat, quam offere-re ipso non potuit non accipere*, ex Bart. Bec-cio, Vincio, Peregrino, Menochio, Tiraquel-lo, Pinello, & Surdo probauit Giurba dict. decis. 79. num. 18. ex Portoles, & aliis Casanate consil. 9. num. 59.

74. Minusque facit l. *si debitor* 4. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, nam procedit etiam in redhibitione, quo casu pignus durare, & ideo nisi voluntate creditoris pignoratitij non esse dissoluendum cer-tan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Pars I.

tum est: qui casus longè differt à nostro, in quo ab initio pactum nouæ reuictentis Regem fecisse apparet, & ex causa necessaria potius reuictentem videtur, & quando ex necessitate præcedentis pacti ius debitoris resoluitur, etiam creditoris resoluendum, vt ex cap. 1. §. rursus, quibus modis feudum amittatur, adductis Thesaurio, Ploto, Surdo, Deciano, Schradero, Fabio de Anna, Carro-cio, Cameratio, Mastrillo, & aliis, quam plurimis probauit Antonius de Amato dicta resolut. 4. num. 17.

Vnde explicanda l. *vbi* 4. §. *sed & Marcellus*, ff. de in diem additione, quæ videbatur obstat dict. l. *bonem*, §. *pignus*, & dict. l. *si debitor*, qui ad §. *sed & Marcellus*, procedit in pacto additionis in diem, quod cum à principio videatur inesse contractui ex eius necessitate, & iure præambulo procedere meritò pignus soluitur, & euanescit, vt post gloss. & Bartolum ibi notarunt Donellus ad titulum de ædilitio edicto, & ibi Duarenus ad fin. Pacius ad tit. de pignori-bus, axiom. 13. num. 17. & de effectu iuris præambuli in singulari Maioratus quæstione vide Moli-nam lib. 2. de primog. cap. 4. num. 62. & quæ ego notauit 1. part. decis. Granatenf. 31. numero 18.

Nec etiam obstat, quod tradidimus ex 76. l. in fundo, de rei vindicatione, *malitiis indul-gendum non esse*, nec ferri oportere, vt cum fraude creditoris pignoratitij noua venditio procedat, quia cum nemini denegatum sit suam quærere vtilitatem dolo, non facit debitor, qui vendit redditus annuos, cum suo iure vtatur, l. *nullus* 66. de regulis iuris, nec debet quis suam omittere vtilitatem, etiam si alij noceat, l. *Proculus*, ff. de damno infecto, & ex Baldo, & aliis probauit Ioannes Garcia de hypotheca post contractum num. 14. vbi & num. 15. tradit pluribus id confirmasse de Hispanorum nobilitate, gloss. 21. num. 59. & 60. & num. 16. expendit textum in l. *quod autem* 6. §. *sciendum*, ff. quæ in fraud. credit. ibi: *vt qui debitam pecuniam accipit antequam bona debitoris possideantur, quamuis sciens soluendo non esse recipiat, non teneri hoc edicto, sibi enim vigilauit*, ex quibus quamuis scire soluere debitorem non posse, ad dolum videatur pertinere, tamen iurisconsultus, quia creditor quod vtile sibi facit, diligentem illum vocat, non dolosum, & quantum diligentia profit creditor, vide quæ rectè pluribus notauit Thesaurus lib. 2. forens. quæst. 6. num. 15.

Nec alium læsit, id est, pignoratitij creditorem, qui ex vi præcedentis conuentionis

nis, quæ inest in ipso contractu de noua venditione censum retrouendit. l. inter eos, §. cum inter, ff. de fideiussor. l. fin. ff. de in integrum restitutione, ex Oldraldo, Calderino, Tiraque llo, Casanate, Decio & Ponte probauit Giurba dict. decis. 79. num. 27. ad finem, & ratio est, quia cum ex præcedenti conuentione ad nouam venditionem reddituum Regalium teneatur Rex, iuris executio non habet iniuriam, l. iniuriarum, §. 1. ff. de iniuriis.

78. Idque eo maximè procedit, quia cū in ipso censu, id est, iuro, clausula nouæ venditionis expressa sit, videtur eam scire pignoratitius creditor, cui redditus pignoris suppositi fuerunt, quia in ipsa hypotheca census, id est, iuro, expressus est, & eius mentio facta, & dicitur aliquam habere notitiam eius de quo mentionem facit, vt ex Castrensi, Lancelotto, Galiacila, Craueta, & Carthar. probauit Giurb. vbi proximè, num. 5.

79. Sed tamen prædicta, quæ ex iuris stricta ratione procedunt, æquitate tamen temperanda sunt, videlicet, si non vt sibi vtilitatem quæreret, is cui annui redditus debebantur, & illos pignori supposuerat, vendidisset, sed intra illum, & venditorem simulatè venditio fieret, vt fraudarentur hypothecæ noua venditione, quia tunc crederent posse alienationem factam reuocari, vt creditor pignoratitius suo iure non fraudaretur, in quo pondero textum in l. bonem, §. si quis cum consilium, ff. de ædilitio edicto, eis verbis: *Si quis cum consilium inisset fraudandorum creditorum reddidisset non reddidisset aliis, nisi vellet eos fraudare, tenetur creditoribus propter mancipium venditor, & facit l. quia noua, ff. de alienatione iudicij mut. caus. facta, ibi: nisi propter hoc ipsum reddidisset non reddidisset aliis, quo enim casu cum cessent rationes supradictæ, & totum negotium respiciat fraudem creditoris pignoratitij, iniquum esset ei non succurrere, & quamuis apertè redemptio, & reuenditio per dolum, & fraudem facta, quia tamen ex causa necessaria anteriori ex pacto nouæ venditionis fit, etsi mero iure hypotheca soluat ex his, quæ notauimus, fraudi aliunde occurrendum est ex edicto, de his, quæ in fraudem credit. quia hoc edictum etiam in pignore procedit, l. si vir 8. ff. quæ in fraud. creditorum, quo casu non dabitur actio hypothecaria, vtpote extincto pignore, sed reuocatoria, vt eius extinctio reuocetur, & reuiuifcat, quod tradit Ioannes Garcia dict. tract. de hypotheca post contractum, num. 17. quo apertè fatetur pignus extinctum, aliis enim eius reuocatio non necessaria, argumento l. nam etsi sub conditione, de iniusto rupto.*

Verumtamen id ideo procedere dicitur 80. dum quoties fraudis ad extinguendam Hypothecam fuerunt Participes, debitor pignoratitius & emptor secundus pignorati census videlicet si ideo noua venditio fieret, vt creditoribus hypothecariis ius suum fraudari possit & aliqua simulatio interueniret, vel paulo post nouam venditionem debitor pignoratitius decoxerit ita vt consilio & euentu fraus inter vtrumque procedat, quia quasi dolo deserit possidere censendum, vt reuocetur noua venditio, argumento, d. l. bonem, §. pignus, & si quis consilium, l. fin. autem, §. sed & is, ff. de rei vendicat. l. si debitor, ff. quibus modis pign. vel hypotheca soluitur, iunctis quæ notarunt Bart. in l. Pupillus, ff. quæ in fraud. credit. vbi etiam Albericus, num. 3. & Cumanus Baldus, lib. 1. conf. 4. 32. Ripa in l. priuilegia, ff. de priuileg. creditor. num. 57. Romanus, conf. 11. in fine, Matienço, in l. 7. tit. 16. lib. 5. Recopil. gloss. 5. n. 15. & post quantum tempus secuta decoctio fraudem probet, Baldus, in l. si cum dotem, §. si mulier, ff. solut. matrim. quem sequitur Angelus, ibi: Alex. num. 5. & latè Barbosa, num. 38. & 39. Griuellus, decisio. Dolana, 56. num. 8. 9. & 10. Guizarellus, decis. 62. num. 1. Camillus de Curte diuers. iuris feudalis tom. 2. c. 3. n. 109. Thoro in Compendio tom. 1. lit. C, versic. creditor ex causa venditionis mercium. Gaito de credito, c. 4. quæst. 11. num. 12. 16. cum sequent. & semper id relinqui iudicij arbitrio vt fraus præsumatur, ex fallimento subsecuto Zepola tractatu de simulat. contract. in præludiis, 2. casu num. 9. & 10. Menochius de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 124. num. 20. & sequent. & lib. 6. præsumpt. 12. num. 52. sess. 1. part. decisio 16. ad finem Guicarella dicta decisio 62. num. 13.

Hoc autem ideo quia secundus emptor magis fraudi incumbit quam vt sibi consulat consequendo quod ei deberetur, nam cum de hoc ageret, magis diligens dicendus, quam dolosus etiam si scierit debitorem soluendo non esse vt notauimus, ex dict. l. quod autem, ff. quæ in fraud. credit. & quantumuis dolose versaretur debitor, vt fraudaret hypothecario creditor, si tamè emptor census, nouæ venditionis huius fraudis particeps non fuerit aduersus eum agi non potest, sed contra ipsum debitorem argum. l. 1. C. si vendito pignore agatur, ibi: *Et probatum fuerit emptorem mala fide emisse, glossa verbo: emptores fraudis participes, in l. 3. eodem titulo Cagnolus in l. 2. num. 111. C. de rescind. venditione Pinellus in eadem leg. 2. p. 2. cap. 3. Morotius in tractatu iuris offerendi, num. 28. Mastrillus, decis. 33. n. 7. ibi:*

ibi: *si ergo emptor non est in mala fide non tenetur ad restitutionem rei, & iustus emptor pari non debet controuersia ad rescissionem contractus ex læsione, & sufficere malam fidem non adesse quamuis bonam fidem posituè non habeat vt ex Bartolo, Cagnollo, Pinello, Negufantio, Surdo, & aliis probauit idem Mastrillus ibi, & fraudem cessare si vt sibi satisfaceret de credito secundus emptor nouam venditionem licitauit, vt ex Baldo, Alexandro, & Franchis, tradit d. num. 7. Idque præsertim cum Rex impediri nullo modo potest, ne redimat censum, & alium eius loco constituat vt animaduertimus.*

82. Ex quibus omnibus quæ latè quia nullus hucusque rectè expediuit; pro explicatione nouæ venditionis notauimus, in quarta eius specie, de qua supra num. 4. vt in ea praxi, consuetudine, & iuris regulis admittatur anteriores hypothecas extinguere, simul constabit quid in quinta, quam num. 5. proposuimus, specie dicendum, quoties Dominus census illum vendit aut cedit alicui & instrumentum cessionis ad libros rationales Regis deferretur, vt illud adnotetur, & ipse emptor vel cessionarius petit sibi expediri nouam venditionem ex clausula priuilegij quæ illam concedit.

83. Quo casu ex prædictis etiam apparet non posse admitti vt priores hypothecæ extinguantur, tum quia res quæ pignori subiacet, licet ad alium transferatur adhuc cum onere hypothecæ transit, & cum in hoc casu census fuerit, antequam redimeretur & consumptione pignora extinguerentur, debent ex iuris regulis confirmari in eo cui census venditus fuit vel cessus; quia cessionarius repræsentat personam cedentis, & in illius iure succedit, l. in credito, 38. l. Herennius, la 2. 43. ff. de vsuris, & facit argumentum, l. si res, ad finem, ff. quibus modis pignus vel hypothec. solu. ibi: *Quamquam sic res distraeta est nisi emptori displiceret pignus fini-ri non putet, quasi cum semel in emptore pignus consisteret, distractio contractus pignus non extinguit Bartol. in d. l. 3. Baldus, in cap. 1. §. rursus, tit. quibus modis feud. amitt. nu. 2. & ibi Præpositus & Aluarotus, Tiraquellus, pluribus de retract. lignag. §. 34. gloss. 1. n. 10. ex Corraffio, Cagnolo, Socino Iuniori, & aliis Menoch. consil. 116. num. 35. multis Pinellus, in l. 1. 3. p. num. 72. Cod. de bonis maternis Surdus decis. 286. n. 11. Franchis decisio 64. num. 4. Testay allegatione 12. num. 24. & seqq.*

84. Ex quorum sententia, quando ex actu solum voluntario rescissio procedit tunc pignora & hypothecæ durant quasi rectè potu-
Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fis. Pars I.

issent obligationes sustineri, quæ tempore habili contractæ rem afficiunt, & postea subsistant, cum res non pereat, vel omnino extinguatur, sed ad alium transeat cum onere obligationis nam vt rectè tradit Menochius dict. conf. 116. n. 35. pro explicatione d. l. 3. ad finem, ff. quibus mod. pignus vel hypotheca soluitur: *Nam si emptor sua ipsa sponte nulla lege urgente recessit à contractu, ex quo dixit emptorem sibi displicere, eius ergo factum nocere non potuit illi cui ex pignore ius medio illo tempore quaesitum fuit, & ex l. si debitor, 4. ff. quibus mod. pignus vel hypotheca soluitur, notarunt Ioannes Garcia de hypothecis post contract. num. 5. & 8. Gutierrez, de gabellis, q. 11. qui loquitur in redhibitoria de qua supra egimus, & alia exempla in variis casibus de rescissione contractus notarunt Cyriacus 1. tomo, controuerf. 55. per totam, maximè n. 43. Cancercius lib. 1. variar. c. 11. n. 18. cum sequent. & c. 13. de emptione & venditione, n. 134. 136. & 137.*

Præsertim cum census cum suis hypothecis quæ transeunt ad quemcumque possessorem, l. si inter, 21. §. fin. l. Paulus, 29. §. domus, ff. de pignor. etsi noua venditio fiat non mutet personam, quia idem cessionarius ad quem venditione vel cessione census translatus, etsi nouam venditionem expedierit, idem est & sibi expedit nouam venditionem qua à se ipso non potest auocare onera & hypothecas rei.

Nec id retardabit si consideres etiam in 86. quarta specie nouæ venditionis in qua pignora, & hypothecas extinguere latè probauimus videri ad nouam venditionem procedi ex causa voluntaria quia ad primi Domini census suplicationem Rex concedit, & similiter in quinta specie si post cessionem noua venditione census expeditur omnino extinguitur; & alius nouus creatur: Quippe vltra quod supra notauimus, num. 83. & 84. differentia apertè constat in quarta specie nouæ venditionis, primus Dominus census qui illum pignori supposuerat non transfert illum cum onere ad eum in quo noua venditio expeditur, imo nec iste particeps est aut aliquid petit de illo censu in eum transfereudo, sed primus Dominus illum consumit & omnino extinguit, & secundus emptor solum recipit à Rege qui constituit nouum censum, & nullo grauamini & pignori suppositum, quo casu verè noua res est tum interuentu nouæ personæ quæ solet nouationem obligationis producere, §. præterea, inst. quibus modis tollitur oblig. vbi D. Pichardus num. 4. & 18.

Tum & quia verè extinguitur census an-
X 2 tiquus

tiquus, non à nouo emptore, sed à primo domino, & re extincta pignora & accessoria dissoluuntur, ex l. *si ita legatum* 68. §. fin. ff. de legat. i. l. *seruus legatus*, §. fin. de adimend. legat. notantur Doctores in dicta l. *qui rem*, §. *arcam*, ff. de solutionibus, ex Dino in l. *pater*, §. *Tusulanus*, de leg. 3. Speculator instit. de his quæ fiunt à Prælat in fine tradit Archidiaconus in c. *nullus*, 17. quæst. 2. *Ecclesia, ciuitate vel Monasterio semel extinctis si postea iterum restituantur, & de nouo fiant iura per priorem extinctionem amissa amplius non recuperant sed in perpetuum extincta manent.* Quod vrgentius procedit quam in nostro casu in quo nullum primi census ex noua venditione vestigium remanet, sed in totum dissoluitur tanquam si à principio in secundo emptore census constitueretur, secus verò est quando cessionarius sibi petit expediri nouam venditionem, quia in se ipso censum mutare & pignora extinguere non potest.

88. Sed nec aliqua exempla alienationis voluntariæ quæ à doctoribus supra relatis considerantur obstare poterunt, quia omnia procedunt vt ille teneatur qui ex sua voluntate dissoluit contractum tunc pignori antea conuento maneat obligatus, siue in redhibitoria de qua loquuntur Ioann. Garcia & Guierrez, quia ille qui redhibitoria vitur cum ad illam teneatur vel supplere pretium, tunc si elegerit redhibere voluntarie agit & ad pignora antea contracta debet manere obstrictus, licet & ipse possit pro damno agere, & supra animaduertimus pro explicatone, l. *duobus*, §. *pignus*, de ædil. edicto, & l. *si debitor*. 4. ff. quibus mod. pign. vel hypotheca soluitur.

89. Et in casu dict. l. 3. ad finem, ff. quibus modis pign. vel hypoth. sol. si displiceret venditio emptori, quia id totum ex voluntate procedit, quæ nocere non debet creditori pignoratitio, vt notauit Menoch. dict. consil. 116. num. 35.

90. Et in casu quo loquitur Testay dict. allegat. 12. num. 24. quando pactum de retrouendendo fuit ad certum tempus, & transacto emptor renunciauerit temporis elapsi exceptioni, & retrouenderet, tunc quia non ex necessitate iuris præambuli prioris contractus, sed ex voluntate, & nouo consensu fit retrouenditio, hypothecæ non pereunt, & in hoc casu rescissionis contractus, quoties sententia datur, vt pretium suppleatur, aut rescindatur, de quo Pinellus, & Ciriacus vbi supra semper ad voluntatem eius, quod elegit rescissionem, ille refertur, & in casibus, quos refert Cæcilius vbi proximè in his omnibus casibus cum ex voluntate fiat re-

scissio, vel resolutio contractus, & non ex præambulo pacto, & illum meritò teneti dicemus, qui ex sua voluntate rem mutauit, in ipsa quinta specie nouæ venditionis, quando idem ad quem translatus census cessione, vel venditione sibi ipsi petit expediri nouam venditionem, tunc rectè prædicta procedunt, vt pignori anteriori census adhuc subiaceat, licet in eo noua venditio expediat, quia idem sibi causam mutauit: quia apud ipsum pignori, & hypothecæ suppositus census transit excessione, quæ illas non mutat, quia in eadem persona concurrunt antiqui, & noui census dominium: & valde dissonum foret, vt auctoritate Principis idem qui obligatus hypothecæ, quia ad eum excessione translata in se ipso noua venditione causam mutet, & hypothecam extinguat.

Quæ omnia, quæ procedunt in quinta nouæ venditionis specie, vt hypothecæ, & pignora durent ex nostra sententia cessant omnino, & aliter procedunt in quarta specie, nam in ea ille ad quem nouus census transfertur post primi consumptionem, numquam oneribus subiecit, quia in eo primi census dominium numquam fuit, nec ius habet à primo domino census, sed à Rege à quo emit, & à quo nouus census constituitur, vt in eius fauorem expediat, quod licet fiat ad petitionem primi domini, census tamen secundus, & nouus emptor, nec nouæ venditionis contractus, nec oneribus antiquæ implicatur, sed solum cum Rege contrahit, & ab eo census recipit: nec eadem est persona, vt in quinta specie, quando cessio procedit, vt nouus census ex antiquo mutetur, & transfundatur, sed alia, & diuersa est persona in quarta specie, vt animaduertimus, ex quo maxima oritur differentia.

Vnde pro explicatone dicti rescripti Regij anni 1608 de quo supra egimus num. 45. cum ageretur de noua venditione, quæ hypothecæ & pignora extinguit, notandum est, parùm accuratè adiectum fuisse verbum, *cessionis*, ibi: *tengan plena seguridad para no poder ser inquietados de ningunos acreedores de las personas, que les hubieren hecho las cesiones*, quia vbi cessio interuenit, ex iuris regulis debent pignora rei ad eius possessorem transire dict. l. *si inter* 21. §. fin. l. *Paulus*, 29. §. *domus*, ff. de pignoribus.

Sed tamen officialis cui commissio ordinatio rescripti hanc subtilem differentiam quam notauimus, nō percillens verbo *cessionis* vsus pro translatione census de vna persona ad aliam eo modo quod expressimus in quarta specie nouæ venditionis, quæ pignora soluantur

soluantur quando primus dominus census consensum præstat, vt census consumatur, vt in secundo nouo emptore denuò constitutus, expediri valeat, quia cessio omnis quocumque modo translatio dicitur, & pro altero consensum præbere, vt in hoc casu ex Cicerone & aliis probauit Kalinus de verbis iuris, verbo *cessio*, & videnda l. *delegare* 11. & l. *delegare* 17. ff. de nouar.

94. Hoc autem omne quod notauimus ritè, vt animaduertimus, facta noua venditione, pignora & hypothecæ anteriores primi census extinguunt iustissimè procedit ad commercij & contrahendi vtilitatem, cum creditor cui primus census obligatus facilè posset sibi cauere annotationem & glossam in libris Regijs petens scribi, quo impediretur noua venditio: tamen si non fecerit, illi meritò imputandum, & commercium, ac translatio iurium Regalium impediri non oportet.

95. Postremò cum prædicta ex eo proueniant, quia glossa hypothecæ in libris non adnotatur, inde ad satisfationem, quæ in Senatu Regalis patrimonij à conductoribus gabellarum, vel Thesaurariis vectigalium exigitur, cum ex illius ordinationibus decretum sit, vt ex quatuor partibus quantitatis satisfationis tres dentur in censibus super redditibus regalibus, & cum in libris discussio fiat, an aliqua adnotatione, vel glossa prædicti redditus sint grauati, & prædicta annotatione ommissa ex negligentia, vel malitia creditoris, cui census obligati liberi appareant, & inueniantur, pro satisfatione admittuntur, nihilque amplius inquirere, vel cognoscere potest, etiam diligentissimus fiscalis, ad cuius curam spectat vadimonium, & securitatem harum satisfationum inquirere, & multoties tempore quo reliquum, quod debetur Regi exigendum, & pro cuius prompta & secura exactione satisfactio data fuit, & redditus annui hypothecæ suppositi, tunc inuenitur eos antea aliis creditoribus obligatos, vel nondum venditoribus censuum, id est, *Turos*, pretium solutum, qui ex eo eludunt Regalis crediti exactionem, quasi in re ab ipsis vendita pretio non soluto præferendi, & quamuis maximam circa id cautionem adhibui, cum essem Patronus fisci, & me cõsultente Rex noster decerneret eos, qui obligauerint redditus annuos, exhibere oportere, si ab alio tertio, & non à Rege redditus emissent, instrumentum, quo pretium solutum esse constaret, & semper à venditoribus ego petebam declarari an pretium accepissent, quia fidem emptoris multoties sequebantur, vt pro satisfatione redditus darentur, & clanculariis scripturis factis sibi ius

reseruabāt venditores, quo plures simulationes, & fraudes detegebāt in dispendiū Regalis Patrimonij, nec facilè cognosci possunt stellationatus eius, qui pro satisfatione offert redditus annuos, si antea alteri creditori obligauerat, & annotationem non fecerit in rationalibus Regijs, ideo multoties existimauit valde Regali Patrimonio conducere, & cõsentaneū esse publicæ vtilitari, dolis, & fraudibus occurrere vt lege generali caueretur, omnes qui hypothecæ haberent prædictorum regalium reddituum, aut si scirent obligatione generali bonorum, debitoris comprehendendi intra certum tempus debere adnotationem creditores facere, in libris Regijs vt possit constare de obligationibus, vel hypothecis quibus illi redditus subiacerent, aliàs non habeat effectum obligatio vel hypotheca, si postea defectu glossæ deceptus Rex quando pro satisfatione accipit redditus, vel alij priuati in vadimonium obligationis admiserint.

Nec in hoc aliquo modo grauantur creditores, qui ius habent ad prædictos redditus, sibi hypotheca speciali, vel obligatione generali pignoratos, quia in ipsorum voluntate est sibi cauere, & adnotationem facere in libris Regijs, cum etiam iure nostro Hispano cautum, vt si census, & eorum hypothecæ non scribantur in libro qui statuitur, esse debere, in quolibet vrbe census non valeat, & tertius ratione hypothecæ non possit conueniri ad obuandas fraudes, simulationes, & stellationatus, qui in hypothecis fiunt, & extat decisum in l. 3. tit. 1. §. lib. 5. Recop. vbi Azbed. tradit salubrem & vtilissimam esse dispositionem eius legis, & de similibus inscriptionibus vel registrationibus vide quæ notauerunt Bart. in l. *uniuersa*, C. de precib. imperat. offerend. & in l. *commissa*, ff. de publicanis & vectigalibus: & quamuis in d. l. 3. doleat Azbedo, eam non practicari, tamen id ex eo credit, quia in iudicium non deductum, quia si deduceretur, non posset omitti eius legis obseruantia, quæ cum vsu non recepta ea fortè de causa Senatores Patrimonij nunquam inducere potui vt eo salubri remedio Regali fisco mederentur, quo fraudibus, imposturis & simulationibus occurrerent, quod vtique fieri oporteret, quando experientia compertum est à conductoribus gabellarum & vectigalium Thesaurariis, propter eorum calliditates & imposturas, tam grauem iacturam pati Regale patrimonium, cum in iure donatio quæ liberalis & magis fauenda nulla reddatur, si excedens quingentos solidos, coram iudice, actis iudicialibus non insinuetur, & de simili registratione nostræ legis 3. vide

quæ notarunt Simon de Prætis de interpretatione vlt.volunt.lib.2.pag.196.num.75. Decius in cap.sedes.de rescriptis, vbi limitat in censibus piorum locorum, & Barbofa in l.1.1. part. num.2. ff. solut.matrim. vbi ex Tiracuello, Puteo, & aliis, probat registrationem quæ inducit nullitatem, non comprehendere causam dotis ex eius priuilegio. Sed vltra fisci vtilitatem ipsorum priuatorum commodum respicit, ne in hypothecis redituum Regalium decipiantur, & apponendi glossam pro pignore necessitas demonstret, quibus subiacent census qui obligantur: & cum id respiciat maiorem cautionem & vtilitatem creditoris pignoratiij, ne ex venditione noua census consumatur, glossa apposita & adnotatione facta, idque ex vniuscuiusque voluntate pendeat facere, & facillimè possit vtique vt valde vtilissimum subditis & Principis fisco admittendum est.



ALLEGATIO XXIII.

De censibus id est, iuros, constitutis in fructibus.

1. Censur, id est, iuros, super tertiis, & fructibus Regalis Patrimonij constituti.
2. Instrumentum qui habet pro se censetur habere veritatem.
3. Contractus à principe factus bonæ fidei existimatur.
4. Principis contractus pro lege habetur. Possessio transfertur absque apprehensione ex contractu Principis.
5. Censur in fructibus constitui nulla prohibito. l. cum non frumentum, Cod. de vsuris.
6. Actus consuetus fieri licitus creditur.
7. Contractus celebratus à Principe licitus existimatur.
8. Principem iuste agere presumitur.
9. Princeps contrahendo aduersus leges in eis dispensat. l. quidam consulebant, ff. de re iudicata. l. donationes quas Diuus, Cod. de donat. inter.
10. Censur ex pecunia in fructibus inre Hispano prohibentur. l. 4. 5. & 7. & 9. tit. 15. lib. 5. Recopilat. & n. 40. & 44. sequent. vsque n. 51.
11. Censur in fructibus ex pecunia reprobatur Nauarrus.

- l. cum quidam, 17. ff. de vsuris. Authentico nullum credentem Agricola, §. Sancimus collat. 4.
12. Vsuræ semper restringendæ.
 13. Reges Hispaniæ curarunt census redditus reformare.
 14. Taxatio certa fieri non potest in redditibus fructuum. Senatum plurimum decretis census fructuum improbat.
 15. Senatu Pedamontano reprobati census fructuum.
 16. Lex potest quod in fructibus soluendum discernere vt soluatur in pecunia.
 17. Pecunia habet maiorem proportionem ad redditus census quam fructus.
 18. Lex prohibens census in fructibus ad euitandam usuram an comprehendat clericos.
 19. Censur fructuum pro pecunia in Hispania reprobantur.
 20. Pretia fructuum varia sunt ex tempore. l. pretia rerum, §. fm. ff. ad l. Falci-diam. l. ideo, 4. ff. de eo quod certo loco. l. si ea lege, 18. l. oleo, 23. C. de vsuris, & n. 24. §. post naturalem tit. de pace tenenda.
 21. Redditus ad iustum modum redigendi quando ex incertitudine pretij possunt excedere. l. pecunia fanebris, 9. ff. de vsuris. l. cum quidam, ff. eodem. c. quanto de censibus. c. suggestum de decimis.
 22. Censur fructuum iniustitia non solum à principio sed quolibet anno in redditibus consideranda. l. si voluntate, Cod. de rescind. vendit.
 23. Censur tempore impositionis iustus, si postea iniustitia apparet reformandus.
 24. Vsurarum taxatio an comprehendat vsuras ex fructibus. l. eos 26. l. de his, Cod. de vsuris, & n. 30. & 33. l. quamuis, 3. concil. cum. l. frumenta, 32. C. de vsuris.
 25. Redditus in fructibus certum pretium non potest taxari.
 26. Censur plures in fructibus annullati sententis Senatus Regalis Patrimonij. Consuetudo melior qua sententia firmatur sed non indiget ea. l. si de interpretatione, ff. de legibus.

27. Stilus

27. Stilus & practica ex rebus iudicatis constituitur. l. 15. tit. 2. p. 1.
28. Principis sententia vel interpretatio pro lege habetur. l. fm. Cod. de legibus.
29. Redditus census semper legibus nostris reformatus. l. 6. tit. 15. lib. 5. Recopil.
30. Vsurarum taxatio iure communi facta.
31. Principis boni est vsuras cohibere. Sententia in materia vsurarum, & nutritiua peccati non transit in rem iudicatam: c. lator, c. consanguinei de re iudicata. c. etsi Christus, de iureiurando. c. super eo, de vsuris.
32. Censur iniustitia an consideretur tempore contractus.
33. Contractus qui habet tractum successiuum admittit lesionem ex futuro tempore.
34. Bone fidei contractus recipiunt rescissionem ex dolo, lesione vel iniustitia conuentionis.
35. Vsurarum reformationes ex legibus Iuris consultorum & de pluribus prouinciis.
36. Vsurarij à Gallia expulsi Princeps ex officio tenetur vsuras cohibere.
37. Consuetudo irrationalis, & nutritiua peccati non excusat. c. fm de consuetudine.
38. Consuetudo iniusta est que rescriptis Principis improbat.
39. Facta plura sustinentur que si in iudicio deducta improbanda. l. Patre furioso, ff. de his qui sunt sui vel alieni.
40. Clausula irritans non potest tolli consuetudine contraria.
41. Consuetudo ad eius iniustitiã requirit Principis voluntatem. Consuetudo potest excusare à pœna legis.
42. Princeps non videtur dispensare in legibus contra illas contrahendo quando sequeretur peccatum. c. super eo, de vsuris. c. non licet, distinct. 10. c. fm. de prescriptionibus.
43. Princeps non potest vendere res suas maiori pretio quam à legibus suis taxato. Princeps non presumitur vt velit quod iniustum. l. filius, 15. de condit. institutio.
44. Lex penalis restringenda.
45. Loquentis persona excepta censetur. l. inquisitio, C. de solutionibus.
46. Censur appellatio etiã comprehendit Iuros.

47. Verba sunt intelligenda secundum sensum legalem. l. illud, ff. ad leg. Aquil. c. ex literis, de sponsalibus. l. stipulatio ista, 28. §. his qui sunt, & §. hæc quoque, de verb. obligat.
48. Expressum dicitur quod sub natura expressi comprehenditur.
49. Verbalis differentia futilis.
50. Gabellam non solui de redditibus Regis id est, iuro, non facit argumentum ad reliquos census priuatorum.
51. Lex iusta debet comprehendere ipsum Principem. l. digna vox, Cod. de legibus. l. ex imperfecto, Cod. de testament. c. omnes de constitutionibus. c. iustum distinct. 9. l. 6. tit. 6. p. 1. l. si quando, Cod. de inoffic. testam.
52. Derogatio generalis legum non prodest, vbi est clausula irritans. c. penult. de Capellis Monachorum. c. eam te, de etate & qualitate. c. nonnulli, de rescriptis.
53. Clausula irritans inducit nullitatem eius effectus. c. dilecto, versic. nisi forte, de prebendis. c. statum, §. sancimus, de rescriptis lib. 6.

Rex si censuram id est, iuro, de suis redditibus constituerit in certa fructuum frumenti, olei, aut similium quantitate pro pecunia soluenda, an iuste constitutio in fauorem priuati procedat, pro explicatione, l. 4. titulo 15. libro 5. Recopilationis &c.



Vius generis sunt census super omnibus Regalibus tertiis, nam pro certa quantitate, videlicet quatuor, aut sex mille marapetionorum, & antea longè exiguiori pretio vendebantur quilibet modius tritici pro reditu in quolibet anno, & ita sunt plures census, id est, iuros, fructuum, ita vt ferè omnes Tertiarie eius consumptæ sint.

Pro eorum iniustitia facit: nam priuilegia prædictorum censuum, vel iuros, solemniter expedita sunt à Rege nostro, & qui habet pro se instrumentum, censetur habere præsumptionem

sumptionem, & veritatem apparentem realem, & notoriam, nec indiget disceptatione fori, & habet vim decisionis causæ, vt ex Socino, Alexandro, Cagnolo, Craueta, Cephalo, Neuizano, Mascardo, Menochio, Hondeo, Turreto, Beccio, & Hippolyto, Riminaldo probauit D. Castillo tom. 2. controuersiarum, cap. 16. num. 5. & 6.

3. Et cum hi contractus à Principe celebrantur, & ab eo priuilegia, & rescripta expedita forent, eo solum contractus bonæ fidei existimabatur, ex Bald. in l. §. si quis verò, n. 1. de pace Constantia, Antonius Petra de potestate Principis, cap. 8. num. 60. Mantica de racitis, & ambiguis conuentionibus lib. 3. tit. 10. num. 54. vltra quam ex sua natura venditio census bonæ fidei existimatur, §. actio-num, cum ibi notaris, institut. de actionibus ex Iafone, Neuizano, & Alciato, Menoch. conf. 27. num. 36.

4. Iuuat etiam, nam contractus pro lege existimandus, & eius vim habere dicitur ex Bosio in praxi, titulo de Principe, num. 84. Antonius Petra dicto cap. 8. num. 81. ex Iafone, Ruino, Alciato probauit Menoch. conf. 1. num. 341. Mantica dicto tit. 10. num. 46. 47. & 48. Barbosa in tractatu de appellatiua verborum significatione, verbo, *lex*, appellat. 129. num. 3. & ex contractu Principis transfertur possessio absque alia apprehensione actuali, Angelus in l. officium de rei vindicatione, & cum aliis Iafon in l. ciuitas, de rebus creditis, num. 6. & in l. quoties, num. 5. Cod. de rei vindicatione, Mantica dict. tit. 10. num. 50.

5. Et iure Canonico, Diuino, Naturali, nulla est prohibitio constituendi census in tritico, frumento, & aliis fructibus, vt probatur in l. fin. ad finem, ff. de contrahenda emptio-ne, Innocentius in cap. in ciuitate de vsuris sub num. 2. Nauarrus de vsuris, num. 104. Virginio de censibus, part. 2. num. 9. & part. 3. num. 32. Intrigliolus in addit. ad Petrum Gregorium de censibus, quæst. 5. num. 225. Cencio de censibus lib. 1. cap. 1. quæst. 1. art. 3. num. 6. imo potius ex capitatione Regni anno 1562. quæ refertur à Gutierrez. post tractatum de gabellis, pag. 611. approbantur venditiones reddituum in fructibus olei, vini, tritici, & iubetur admitti Regno in computatione suæ capacitatis, & videtur census in fructibus posse constitui de iure communi dum legitimum modum non excedant, l. cum non frumentum, Cod. de vsuris, Medina, Conradus, Aluarus, Valafcus, Nauarro, & alij quos refert Rodericus de annuis redditibus lib. 1. quæst. 12. in quo Couarr. lib. 3. variarum, cap. 10. num. 3. Ioannes Garcia de ex-

pensis, cap. 2. num. 72. ex Innocentio, Mariano, Socino, Bocaccio, Benedicto, Bononienfi, Surdo, Lessio, Valentia, & aliis pluribus probauit Cencius de censibus, 1. part. cap. 1. quæst. 1. art. 3. num. 6. etiam si numero 7. excipiat Hispaniam ex nostris legibus.

Sed etiam actum consuetum esse fieri, & 6. contractum communiter celebrari, non solum à pœna excusabit, sed contractus licitus erit, & validum efficit Bart. in l. quis sit fugitiuus, §. apud Labeonem de ædilitio edicto, iuncta glossa ibi, Oldraldus conf. 107. num. 7. Ioannes de Amicis conf. 154. num. 18. Tiraquellus de retract. conuention. ad finem tituli, num. 131. Decianus lib. 1. responso 2. num. 82. & 83. Portolas ad Molinum tom. 4. verbo, *vsura*, num. 12. Robitus ad pragmaticam 5. de censibus, num. 118. & sequentibus, Farinac. in praxi 3. tomo, quæst. 95. num. 5. Thesaurus lib. 1. quæst. forensi, q. 32. num. 5. pluribus relatis Ludouicus Cencius de censibus, part. 1. cap. 1. quæst. 4. art. 4. num. 4. cum sequentibus, & ex Theologis Bonacina tom. 2. titulo de legibus, disputat. 1. quæst. 1. punct. vltimo, §. 3. versic. *Præterea si dubium sit*, Latmanus tom. 1. de contractibus, sect. 1. tractatu 4. cap. 18. de censibus, n. 10. & sequentibus.

Quod maximè procedit, vbi actus, qui 7. communiter, & ex consuetudine celebratur, gestus fuerit ab ipso Principe (nam ille solum potest in Tertiis constituere annuos redditus, quos dicimus, *Iuros*) magis enim ex eo contractus licitus existimandus, cum semper Principem iuste agere præsumitur, vt ex eleganti specie, vt subditi teneantur credere Principem iuste imponere tributa, quia est Princeps vigor iustitiæ post Iserniam in cap. 3. §. *sed nec alia iustior*, num. 42. quæ sit prima causa beneficium amittendi, tradit Scipio Robitus conf. fin. num. 1. ex Afflicto, & aliis, Rolandus à Valle vol. 2. conf. 1. num. 84. ex Capi-Blanco, & Barbosa nouiter Diana 3. part. tractatu 5. Miscellan. resolution. 78.

Et Principis gesta semper habere iustitiæ 8. præsumptionem pluribus Menoch. lib. 2. præsumptione 9. & 10. & Decius conf. 64. num. 7. vt legem iustam Principem censerit tradit, & in illius conuentionibus esse contractum legem viuam nuper notauimus, & in terminis iustum esse constitutionem annui redditus, quam dicimus *Iuro*, à Principe hoc modo factam probatur Intrigliolus de censibus, quæst. 3. Cencio 1. part. cap. 1. quæst. 4. art. 4. num. 2. & 3. eodem tractatu de censibus.

Nam, si aliquæ leges ciuiles obstarent 9. contractui, quem Princeps celebraret, videretur

etur derogari legibus decretis, vel constitutionibus, quæ illum actum prohibere videbantur, vt ex l. *quidam consulebant*, ff. de re iudicata, l. *donationes, quas Diuus*, Cod. de donat. inter. vbi notarunt Doctores Principem aliquem actum gerendo videri dispensare, derogando omnia, quæ in contrarium obstant, vt in variis casibus de Pontifice circa ius posituum, & Regibus circa suas leges notarunt Sesse 3. part. decif. 264. num. 8. & 9. Menochius lib. 2. præsumptione 20. Graffis de effectibus Clericatus, effectus 4. num. 283. Mantica de contractibus lib. 3. tit. 10. n. 52. & antea tradiderat Baldus lib. 5. conf. 456. num. 3. Alex. lib. 5. conf. penult. in 1. dubio, Lancellorus Galliaula conf. 97. num. 29. & 30. Marta conf. 8. num. 35. Rota apud Farinacium decif. 656. num. 7. part. 2. in nouissimis, Gironde de priuilegiis, num. 726. & 727. ex Theologis Suarez de legibus lib. 8. cap. 38. num. 4. vbi in terminis loquitur Bonacina tom. 2. in tractatu de legibus, disputatione 1. quæst. 3. puncto 8. §. 3. num. 14. in principio, & idem tom. 1. tractatu de simonia disputat. 1. quæst. 5. num. 8. Castro in operibus moralibus tom. 1. tractatu 3. disputat. 4. num. 21. n. 8. & sequent. Lessius de iustitia & iure lib. 2. cap. 35. dubio 5. Salas de legibus disputat. 14. sect. 2. num. 21. & de tacita legis dispensatione, plura Sanchez de matrimonio lib. 8. disputatione 4. ex num. 2. quibus adde Castrensem in l. *Ciuitas*, num. 6. de rebus creditis, Gomezium lib. 2. variarum, cap. 1. num. 1. versic. *item etiam licet actus*, ex Decio Tuschum practicarum, lit. D, conclus. 216. n. 164. & num. 169. Peregrinus de iure fisci, lib. 6. tit. 1. num. 37. Martam conf. 73. num. 7.

10. Sed prædictis quæ fauere videbantur prædictorum censuum constitutionem non obstantibus dicendum est ex pecunia non posse annuos redditus in fructibus constitui, quia iniqua similis census constitutio est & vsuraria existimatur, & ita nostris legibus expressè prædicti census, qui pecunia in fructibus constituuntur, reprobantur ex l. 4. tit. 15. lib. 5. Recopil. edita anno 1534. ab Imperatore Carolo V. & l. 5. quæ statim sequitur, ab eodem edita, prohibetur renunciatio d. l. 4. eius filius D. Rex Philippus II. anno 1573. & 1574. & anno 1580. d. l. 4. decreuit obseruandam, & omnes contractus qui nomine census perpetui in fraudem dictæ legis fierent, irritantur, vt constat d. l. 7. dict. tit. 15. lib. 5. Recopilat. & postea anno 1586. d. l. 4. iubetur obseruari tam circa census redimibiles quam ad vitam, l. 9. dict. titulo, & antea in Curii anni 1549. & anni 1563. idem decretum fuit & speciali rescripto anno 1566. idemque

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Part. I.

Rex Philippus Secundus decreuerat prædictum obseruari tam in censibus, qui à priuatis constituuntur ex suis bonis, quam in eis quæ ex vectigalibus & Regalis Patrimonij redditibus constituuntur, quos dicimus *Iuros*; vt ab eo tempore extincti manerent, & consumpti, & creditoribus pretium emptionis in pecunia solueretur.

Et nouo rescripto ad urbem Hispalensem 11. edito die 21. mensis Maij, anno 1600. idem iubetur, & iustissimum esse probauit Nauarrus tomo 1. ad cap. si cœneraueris, 14. quæst. 3. notabili 13. num. 30. pag. mihi 232. dum tradit ibi: *Mille bonæ precesiones, siue benedictiones debent Casareæ Majestati Caroli Quinti, & Regi Catholico eius filio, Regis Philippi Secundi Dominorum nostrorum, ipsorumque Proceribus, ob illam pragmaticam sanctionem, ne quis emat aut conducat redditus prouenientes ex tritico, hordeo, vel aliis, quæ non parua salus fuit suis Regnis, nec paruum frenum multis vsuris palliatis.* Et infra quæst. 3. n. 104. pag. 249. ait: *In Aragonia debent solui viginti pro vno, siue ad rationem quinque pro centum, & in Regno Nauarre ad rationem sex pro centum, & in Regno Castella, ad rationem septem pro nonaginta sex, imo & census antea constitutos, in aliis rebus redegerunt in census pecunie numerate ad rationem prædictam; & idem postmodum num. 120. quæst. 30. pag. 253. resoluit, concludens iustas esse reductiones, atque omnino seruandas cum & iure communi Præsidi iniungeretur, vt redituales præstationes ad iustam æquitatem redigeret in l. cum quidam 17. ff. de vsuris, ibi: *Diuus Marcus Fortunato ita rescripsit, Præsidem Prouincie adi qui stipulationem, de cuius iniquitate questus es ad modum iustæ exactionis rediget.* Et quando fors principalis fuit in fructibus, etiam reformatur authent. nullum credentem Agricola, §. *sancimus*, collat. 4.*

Quasi semper curari oporteat vsuras re- 12. stringere & moderari, addendi Bart. in l. *lesta*, num. 15. ff. si cert. petatur, Donellus de vsuris c. 4. ex Baldo & Milanensi probauit Nauius in d. l. cum quidam, & ex eodem Baldo, Andrea Gaillio, Villalobo, & Ficardo, Bercoltent. & aliis, idem Nauius in l. *pecunia sanctebris*, 9. ff. de vsuris, explicat Rodericus de annuis redditibus, lib. 2. cap. 15. num. 95. Mascardus conclus. 696. Thesaur. decif. 226. ex Palacio Rubio, Marquesano, Rebuffo, & aliis Aug. Barbof. in collect. ad decretales, c. quanto, de censibus, num. 5.

Et ita etiam in censibus, quorum redditus 13. in pecunia consistunt, Reges nostri Hispani semper curarunt eorum moderationem, & cum antea vnus ex decem pro reditu solue-

Y retur,

retur, postea ad quatuordecim vnus redactus, l. 6. tit. 15. lib. 5. Recopil. & nouis Pragmaticis ad vnum pro viginti, ita etiam iuste census & luros, quorum redditus in fructibus consistenter, nec potest congruè æqualitas seruari, omnes prædictis legibus ad pecuniam redegerunt, & consultiuissimè id extollit Soto de iustitia & iure, lib. 6. quæst. 5. art. 2. in medio, sub vers. *fuit autem consultiuissimum*, pag. 528. Castillo ad legem 68. Tauri, ante num. 29. in vers. *intellige extrauagantes*, & postea in vers. ultimo: *pro complemento istius legis. fol. 241. ibi: Quod vertitur publica utilitas, ut non possit solui triticum, vinum, nec oleum, & quod non obligat, quamuis iuretur contrarium.*

14. Tenet etiam Couarr. lib. 3. variarum, cap. 10. num. 3. ibi: *Emptio annui redditus redimibilis frumenti, vel olei, aliarumve rerum similibus maxime suspecta sit, maior enimque fraudis & iniquitatis suspicionem, quam si annua præstatio in pecunia soluenda empti fuerit.* Propterea quod harum rerum pretia in Republica frequentissimè augentur, & variantur, nec potest certum pretium, certave æstimatione tempore emptionis fieri, & ideo aptior est ad excessum iusti pretij, & ad deceptionem hæc emptio, quam illa quæ de nummaria præstatione tractat, & tradit in Gallia Parlamentum Parisiense similia edidisse decreta, de quo Rupellanus lib. 1. instir. forensium, c. 34. & de Senatu Auenionensi idem tradit Hieronymus Laurentius decif. 66. per totam, & decif. 94. num. 3. & strictius in Senatu Sabaudie Antonicus Faber in suis decisionibus super Codicem, lib. 4. tit. 24. de vsuris & mora, distinctione 19. vbi loquens individualiter de annuo censu consistente in tot cadis vini, aut olei, vel modis frumenti, inquit: *Ex edito publico Emanuelis Philiberti in pecuniarium esse conuertendum ad modum vsque septuncis.* Et paulò inferiùs subdit: *Etiam non conueniente, tacentque venditore contractus habetur irritus quoad redditum in mercibus præstandum attinet, sitque reductio non solum ipso iure, sed etiam si non petatur, & rationem redditum num. 6. ne alioquin fiat iniuria creditori, si aucta fructuum & mercium æstimatione, diminuat vsura, quæ tamen è contrario non augeatur diminuto valore, claudicaret enim contractus, & melius, æquiusque fuit ab initio ita prouideri, vt contractus isti certam habeant naturam, quæ nihil vnquam possit habere iniquitatem.*

15. Et tandem confirmat, & concludit emptorem retinentem, aliterque exactionem procurantem, posse criminaliter de vsura puniri, & Antonius Thefaurus in decif. 15 ad

finem, allegat & sequitur Nauarum, & alia sententiam refert, quæ fuit à Senatu Pedemontano prolata, & iterum de eodem agit decif. 239. num. 10. cui subscribunt Hieronymus iunior eius filius, inter quæstiones forenses, lib. 1. quæst. 34. num. 8. Fontanella de pactis nuptialibus, clausula 4. glossa 18. part. 1. numero 116. & 118.

Sed & Nauarrum ad litteram transcribit 16. Milanens. decif. 6. Sicilia, lib. 2. ex num. 13. qui in numero 16. recognoscit potestatem legis & legislatoris in his casibus; & Ioannes Garcia eam defendit in tractatu de expensis & meliorationibus, cap. 9. ex num. 72. cuius sequentia sunt verba: *Non enim ab anno 15. 4. licet super re aliqua imponere censum, qui soluendus sit in frumento, vino, butyro, melle, & aliis, id genus, rebus, cum pacto de redimendo, itaque non licebit accepta pecunia vendere, nec emere annuum censum vini, olei, vel tritici, cum pacto de redimendo, vt si ad certum tempus pecunia restituatur emptori, res libera remaneat, nec amplius census soluatur: sed lex illa huiusmodi contractuum emptionis ad pecuniam redigit, vt census non in fructibus soluitur, sed in pecunia.* Et infra: *Redegitque huiusmodi contractus ad legitimas vsuras, & potuit redigere ex fructu ad pecuniam istam constitutionem annui redditus fructuarij.* Et in fine numeris sequentis: *Et ita census ille qui constitutus fuerat à principio in fructibus propter pactum appositum de redimendo, quod cum modicitate pretij suspicionem præbebat obscurata & oblecta cuiusdam vsura, redactus est lege nostra ad pecuniam intra certos limites, & fines legitimarum vsurarum.* Et postea etiam refert decreta & Arresta Gallia, & paulò post laudat Ioannem Guterrum in practicis, tom. 1. lib. 2. quæst. 170. eandemque conclusionem amplectitur Olanus in concordia Antinomiarum, verbo, *annui redditus*, num. 94. & 95. vbi refert practicam Regni Nauarra Villalobos sub eodem verbo, num. 57.

Sed Molina Iesuita de iustitia & iure, tractatu 2. disput. 383. num. 13. ita scribit: *In hoc autem Castelle Regno, l. 4. tit. 15. lib. 5. noua collectionis prohibitus est census redimibilis, qui in alia re sit soluendus quam in pecunia, simulque sancitum est, vt census redimibiles ante illam legem constituti, in aliis rebus soluendi, redigerentur ad pecuniarios.* Et iterum disput. 385. num. 12. prope finem: *Pecuniaria pensio certa est & inuariabilis quoad valorem, & aptior, vt iuxta illam valor ac pretium reddi constituitur absque iniustitia & deceptionis periculo, pensiones vero in fructibus constitutæ admodum sunt quoad valorem, & in mensura vno anno valeat quæst. 1. & alioquin*

ginti, & ita de aliis fructibus, prout vno tempore fuerit maior eorum abundantia vel penuria quam alio, atque adeo ineptior est vt iuxta illam valor ac pretium census constituatur, id quod in causa fuit, vt merito in hoc Castelle Regno l. 4. tit. 15. lib. 5. noua collectionis prohiberentur census omnes fructuarij, cum pacto de retrovendendo, solique Pecuniarij permitterentur. Et idem probauit Dominicus Bañez de iustitia & iure, quæst. 78. de censibus, art. 4. dubio 1. in fine, pag. 630. & dubio 3. concl. 2. pag. 631. Palacios de contractibus, & restitutione, lib. 4. c. 6. pag. 204. in vers. *Rursus lege Regni, & pag. 511. ibi: Itemque constituit, ne constituatur huiusmodi census super bonis vsu consumptibilibus, vt super vino, oleo, frumento.* Et iterum infra: *Esset contractus nullus, etenim posset accidere quod soluens censum in oleo, vino, & cæteris, plus solueret quam esset proportio vnus ad quatuordecim, nam hac plerumque augent valorem suum, vt istis annis satis experimur, id quod non accidit pecunia, quæ semper seruat suum valorem.* Vega 1. tomo summa cap. 52. de los censos, casu 1. paulò post principium addens alios, Theologos eiusdem sententia, & inter alia firmat nostras constitutiones, ibi: *Que esto con rason esta blezido, por quitar muchas fraudes e imposturas no buenas, y que como es tan variable el precio de las cosas, vnas veces se pagaria en ellas mas del coto, y otras veces amemos: y assi es mejor que se pague a dineros, que es inuariabile.*

18. Didacus Perez ad rubricam de vsuris, titulo 2. lib. 8. ordinamenti veteris, part. 2. pag. 32. in nouissimis, ex verfic. quæri potest, vbi differens, & probans copiosè, quod in hoc comprehenduntur, & ligantur Clerici, & Ecclesiaz, sicut alij omnes, inquit columna 2. circa finem: *Lex Principis non recognoscentis superiorem in suo Regno poterit ponere legem omnibus, que est communis, & in utilitatem reciprocam cuiuscumque, & præsertim cum est talis lex lata ad bonum animæ, iustificando contractum, ne labem vsura contineat, quia valor frumenti, & aliorum fructuum variatur latissimè, & ideo melius est, vt pretium sit vnum, & solutio semper uniformis, quæ fieri nequit, nisi in pecunia.* Et postmodum pag. 33. columna 2. in principio: *Est lex fundata in ratione, & bonis moribus ad euitandam vsuram præsumptionem, & continet mixtum fauorem Clericorum, & laicorum.* Tuentur Mexia ad pragmaticam taxæ panis, conclus. 5. num. 39. Lafarte de gabellis cap. 10. num. 3. Felicianus de censibus tom. 1. lib. 2. cap. 1. num. 46. in medio, Palacios de contractibus in loco superiùs adducto, pag. 305. col. 2. Gaspar Rodriguez de Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Tom. 1.

annuis redditibus, quæst. 6. num. 46. & 50. lib. 1. videndus etiam quæst. 6. num. 21. & quæst. 12. num. 4. per totam, Velazquez de Auendaño in tractatu de censibus Hispania, cap. 32. num. 10. & omnino quæst. 46. præcipue n. 9. & 11. cum aliis, & quæst. 47. vbi late perpendit rationes, & fundamenta huius rei.

Matiencus etiam, & Acebedus, qui prædictos non adducunt in suis interpretationibus, & glossis ordinariis super tit. 15. lib. 4. Recopilat. vbi leges Hispania huius casus inueniuntur ex l. 4. & sequent. ipsi tradunt hanc opinionem fuisse à pluribus fundatam, & secutam, quod etiam refert Felicianus tom. 1. lib. 1. de censibus, cap. 4. num. 7. ibi: *Præterea, si pensio deberet fructibus prædij correspondere, euenire posset, vt in redditus solutione magna fraus, & iniustitia sepe numero committeretur, quia aliquando maior, aliquando minor propter abundantiam, vel sterilitatem solueretur pensio, non variato, nec diminuto capitali: nam si pro nummis quatuordecim aureis census ita constitutus est, vt singulis annis vnus tritici modius penderetur, proculdubio fraude, & iniustitia non careret huiusmodi præstatio, quia tritici pretium ex temporum varietate crescit, & minuitur, vt rebus omnibus commune est, l. pretia rerum, ff. ad l. Falcidiam, ideoque pensio non proportionaretur capitali, sed aliquando maioris, aliquando minoris valoris esset, quod iniquum, & iniustum esse nemo diffitebitur.* Et idem dicto libro, & tomo, cap. vlt. num. 28. prope finem, pag. 125. tradit: *Quod iure nostro Regio nequit procedere, quia nec constitui, nec solui potest census, nisi in pecunia numerata, ad illamque rediguntur omnes census in oleo, frumento, vino, & aliis speciebus constituti. l. 4. tit. 15. lib. 5. noua compilat.* Et infra iterum: *Quoniam, vt dixi, redditus annui neque constitui, neque solui possunt in alio quam in pecunia numerata.* Sed Ludouicus Censius 1. p. de censibus, quæst. 1. art. 3. num. 6. postquam licitam esse constitutionem census fructuarij pluribus probauit, tamen apud nos referens Auendaño, aliter procedere tradit num. 7. eis verbis: *Et licet ipse id licere neget, de iure Hispanorum propter expressam Regis constitutionem, quæ cauetur ne census iste in frumento, vel alia specie soluendus constituatur, imò etiam si ab antiquissimo tempore foret constitutus, reduci debeat ad pecuniarium.*

Tum & legum nostrarum dispositionem 20. iuuat ratio fructuum & specierum, vt pretium variatum sit ratione temporum sterilitatis vel vbertatis, & ex diuersitate Regionum nullus potest ignorare, cum quotidie expe-

riatur, & ita expendit, d. l. *pretia rerum*, §. fin. ibi: *nonnullam tamen varietatem loca, temporaque afferunt, neque enim tantidem Roma, ut in Hispania oleum aestimabitur, neque continuis sterilitatibus tantidem, quanti secundis fructibus.* Et elegans textus in l. *ideo* 4. ff. de eo quod certo loco. l. *oleo*, 23. ibi: *Incerti pretij ratio, si ea lege*, 18. ibi: *propter incertitudinem fructuum euentum*, C. de vsuris, notauit Vbertus Giphanius ad l. eos §. *super*, Cod. eodem titulo, columna 3. ibi: *Quia scilicet harum rerum incertum sit pretium, & aestimatio cum pecunia numerata sit certa neque variet pro locis aut temporibus.* In qua re valde notandum est quod circa pretiorum varietatem latè notauimus in decis. Granatensibus disput. 11. per totam, maximè n. 22. 23. & 24. vbi ex eo iustam esse generalem pretiorum taxationem & ad officium Magistratum pertinere probauit, & quod n. 45. adnotauit, ex discordia pretij circa annonam vbertate, vel sterilitate, & varietate Regionum, cum pretia fructuum quotidie mutantur valde optimo Regimini & Reipublicæ conducibile esse, vt quolibet anno taxa fieret frumenti & hordei pro differentia Regionum, iuxta sterilitatem vel vbertatem, vt decretum inuani in iure in feudis titulo de pace tenenda, §. *post natalem*, vbi comitibus cuiusque prouinæ iniungitur, vt cuiusque anni post Natalem Beatæ virginis, quo tempore vbertas fructuum vel sterilitas cognosci potest, sagaciter disponant; vt septem viris boni testimonij sibi electis quanto pretio secundum qualitatem temporis sit annona vendenda, vtiliter disponant; id quidem ex varietate pretij fructuum ex quo similes annuos redditus in oleo, frumento, vino, & reliquis fructibus nostris, legibus improbari censemus.

21. Sed quamuis iuxta suprà relata prædicti contractus in suo principio possent sustineri vt probant doctores supra adducti quia varietas pretij occultat manifestam iniustitiam contractus, & notarunt interpretes in l. *si Pater publica*, Cod. de inofficioso testamento, & in l. *de fideicommissis*, C. de transact. glossa verbo *conduca*, in l. *si ea pactione*, C. de vsuris, Andreas Gaillius lib. 2. obseru. 8. vsque ad numerum 4. Cardinalis Thufcus verbo, *vsura*, conclus. 362. sed quando tractum successuum habent contractus, & temporis diurnitate pretia augentur, non ob iniustitiam & dolum commissum à contrahentibus tempore contractus, adhuc pretia reducenda ad illud quod iuxta temporis & solutionis dispositionem res valuerit, quod quidem etiam apud Ethnicos, & quando vsuræ admittæ iu-

re Romanorum cognitum & inductum fuit, l. *pecunia fanebris*, 9. in principio, ff. de vsuris, ibi: *Pro modo cuiuscumque temporis superfluo detractio stipulatio vires habebit*, d. l. cum quidam, 17. ff. eodem titulo, cap. quanto, 16. de censibus, c. *suggestum*, 9. de decimis, Philipus Decius. conf. 335. num. 1. 2. 3. & 4. Rolandus conf. 1. num. 173. volum. 2. dicens: *Vt quamuis contractus ab initio non contineat lesionem, si tamen ex postfacto propter mutationem temporum continet, potest rescindi, & debet regulari secundum qualitatem ipsorum temporum, si contractus est successiuus, respiciens etiam futura tempora.* & repetit conf. 13 num. 19. vol. 3. videndus ex numero 159. & eo non citato, ferè transcribit Mandellus Albenf. conf. 34. num. fin. Menochius conf. 156. num. 8. vol. 2. egregiè Antonius Thefaurus decis. Pedemontana 226. incipit: *Reductio contractus*, & decis. 120. præcipuè in vltimis verbis, & dict. decis. 239. num. 10. Fontanella vbi suprà, alios adducens.

Et vltra eos Hieronymus Laurentius dicta decis. Auenionensi 66. qui num. 2. in contrarium arguerat, inspiciendum esse tempus venditionis, quo nullus erat excessus, licet postea fuerit mutatum, l. si voluntate, Cod. de rescindenda venditione, & num. 3. & 4. prosequitur: *Ideo cum tempore venditionis redditus, aut census salmatarum tritici, iustum esset pretium propter nouas mutationes, non debet rescindi contractus, cum etiam poterat minus tritici, valor & iste dubius euentus reddit contractus irrevocabiles, licet postea lesio appareat, etiam si in foro conscientia ageretur, alioquin contrahendo nulla esset firmitas, sed semper in suspensio remanet & contractus si augetur pretium, quod esset absurdum.* Et quibus non obstantibus decidit statim: *Vt pensio in fructibus consistens, singulis annis non excedat septem pro centum, itaque anni singulariter & separatim considerantur.* Et infra numero 6. *Singulis annis vltra summam, septem pro centenario, pensio peti non possit, aut exigi, & sic quod annis singulis dictam summam non excedant.*

Vltèrius de eadem re agit Velasquez de 23. Auendaño, nihil prædictorum afferens d. c. 46. de censibus Hispaniæ, n. 11. cuius verba notanda ibi: *Cum leges Regiæ desiderarent iustitiam illam pretij census, & correspondentiam sortis ad pensionem non solum in quantitate sed etiam in qualitate, vt & tempore creationis & deinceps, in perpetuum aequalitas inter contrahentes seruaretur, emptorque census non excessiuus, sed correspondentes & aequales sortis pensiones recipiat, finis hic & intentio deficeret, si pensio frumentaria constitueretur, & constituta*

constituta licet antiquissima, ad pecuniam non reduce retur, & infra: *Quare cum contractus qui ex pensione frumentaria iniustus, ex tempore efficitur atque resultat creationis tempore iustus fuisset, & inde remedio ordinario lesionis, rescindi non posset cum tempore contractus lesio, non interueniret conueniens atque summè necessarium fuit, (ne in statu iniustitia contractus sustineatur, à quo incipere non potuit) quod remedio suauissimo reductionis, ad iustitiam reduceretur.* Nec dissonat ab eis meo videri Vbertus Giphanius, vbi suprà ante finem, pag. 285. ibi: *Præterea fraus est interdum in fructibus, quos stipulatur sepe pro vsuris, sed huic quoque fraudi obuiam itum est, & in modo, & in concursu, id est, vt si pecunia sit data, eiusque pro vsuris promissi sint fructus superantes modum legitima vsura, & in eius fraudem repelli possit, stipulator, &c.*

24. Et licet ex pretij varietate aliqui argumentum defumant pro iustitia huius contractus, vt suprà ex Hieronymo Laurentio notauimus, & probatur l. *oleo*, 27. ibi: *Incerti pretij ratio additamenta vsurarum suasit admitti, si ea lege* 17. Cod. de vsuris, eis verbis: *vt fructus in vicem vsurarum consequeretur obtentu maioris pretij emolumentum propter incertum fructuum euentum rescindi placitanon possunt*; & ideo taxatio vsurarum, de qua in l. 4. §. fin. de nautico fœnore l. *cum quidam*, §. *præterea* de iure dot. l. *eos* 26. Cod. de vsuris, non comprehendit vsuras ex speciebus, & traiectionibus; nam absque limitatione centesima permittitur vsura, idque probatur ex glossa communiter recepta in l. *quamuis* 3. Cod. de vsuris, vbi cum statueretur vsuras pecuniarum peti non posse, nisi stipulatione promissas, & tradit glossa id ea ratione procedere, quia erat vsura pecuniarum, quæ non debetur pacto nudo, & non comprehendere vsuras specierum, veluti vini, aut olei, quæ debentur ex pacto nudo, l. *frumenti* 32. Cod. de vsuris, quæ ita concilianda cum dict. l. *quamuis*, vt in ea ita interpretatur Odofredus, & Doctores communiter in d. l. *frumenti*, vbi Albericus, Fulgosi, & Donellus, idem Donellus in l. *cum frumentum*, Cod. de vsur. Giphanius ad l. *eos*, §. *super vsuram*, Cod. de vsur. l. 1. tit. 33. lib. 2. Codicis Theodosiani, quæ apertè quoad vsuras constituit differentiam inter vsuras ex pecunia, & quæ pertinent ad fruges, & maiores posse in fructibus admitti ex incertitudine pretij notarunt suprà relati, Castrensis in dict. l. *frumenti*, Bald. in l. *quamuis*, & in d. l. *oleo*, Alex. in l. *singularia*, num. 18. ff. si certum peratur, Grassis in 1. part. lib. 2. decis. 125. num. 2. Lupus de vsuris in cap. *nauiganti*, comment. 3. §. 5.

num. 118. 119. & Panormitan dict. cap. *nauiganti*, num. 1. Mantica de tacit. & ambiguis conuent. tom. 2. lib. 14. tit. 6. num. 12. Surdus conf. 306. num. 4. & 5. Caietanus 2. 2. quæst. 78. art. 2. ad 7.

Sed tamen hæc omnia quæ denotant differentiam vsurarum pecuniarum, & specierum quæ pro sua opinione aduersarij expendunt, magis in eo sensu nostram confirmant opinionem, quippe ex eis manifeste conuincitur non posse in fructibus, ad æqualitatem iustam redditus adæquari, & quamuis tempore digestorum, & Codicis, ex incertitudine quæ posset plus vel minus emolumentum respicere vsuræ in fructibus permitterentur tamen apud nos, cum omnis vsura detestabilis, & prohibita, l. 3. tit. 11. p. 5. l. 1. tit. 6. lib. 8. Recopil. iunctis quæ ex Couarr. Nauarro, Didaco Perezio & aliis pluribus notauit Azebedus, ibi num. 46. & solum redditus censuarij permitti iuxta moderationem quam suis indultis summi Pontifices taxarunt. Et probarunt omnes qui de censibus egerunt vnde eo ipso quod circa redditus fructuum non potest hæc æqualitas iuste & ad certitudinem moderari merito à nostris legibus census in fructibus reprobati sunt.

26. Ex quo prædictis rationibus, & quia tot legibus nostris, & capitulis Comitiorum Generalium, & rescriptis Regum nostrorum irriti facti sunt census, qui in fructibus constituerentur, & in plurius iudicialibus controuersis, ita decisum, & præsertim in censu sex mille Amphorarum olei quæ Hispali soluebantur in redditu annuo Duci de Alua ex dict. l. 4. & similibus ille contractus nullus & irritus factus & in censu Pincianæ vrbs Antonij de Calatayud, & in alio Petri Galendi, me fisci Patrono, in supremo Regalis Patrimonij Senatu, & in aliis multis casibus idem decretum & quoties census id est, *juros*, non annullarentur, inde prouenit, quia illorum emptores magnam quantitatem Regi obtulerunt, supra pretium quod ab initio conuentum, quo redditus potuerunt æquare fortem & ad iustitiam redigi, ideo de huius rei obseruantia & iniustitia nullatenus potest dubitari, quia semper ita decretum fuit, & minimè sunt mutanda, quæ interpretationem certam semper habuerunt, & nullam meliorem consuetudo, quam ea quæ ex sententiis prouenit, l. *cum de consuetudine*, 33. ff. de legibus, ibi: *Primum quidem illud explorandum esse arbitror an etiam contradicte aliquando iudicio consuetudo firmata sit*, de cuius interpretatione, & non esse omnino necessarios iudiciales, ad consuetudinem indu-

cendam, Donell. lib. 1. comment. c. 10. Antonius Faber, Cuiacius, Gail. & alij quos refert Ossualdus, in notatis lit. G. & H. & videndi post Baldum ibi, Gregor. Lopez, in l. 5. gloss. 7. tit. 2. par. 1. Auendaño in dictionario verbo, *Cofumbre*, vers. *Quinta conclusio*. Molina de primogeniis, lib. 2. cap. 6. n. 27. & 28. Flores de Mora, lib. 1. quæst. 1. n. 64. & seqq. Ceuallos, 1. tom. communium q. 358. Parlador in sexquicent. diff. 39. n. 5. & 6. Bobadilla lib. 2. Politicæ c. 10. n. 40. & 41. Ioann. Garcia de expensis, c. 9. n. 45. ex Abbate, Ripa, Alex. Aimonte, Craueta, Menchaca, & aliis Ceuallos commun. tom. 1. q. 358. Gailus lib. 2. obseruat. 31. n. 7. Rota Genuensis decisionibus ad mercaturam decif. 17. n. 9.

27. Et ita etiam debet interpretari, l. 15. tit. 2. p. ibi: *debe ser tenida e guardada per costumbres en este mismo tiempo fueros conceferamente dos inicios por ella de homes sabidores, e entendidos de iuzgar*, de quo latè per Salazar de vsu, & consuetudine, cap. 7. à principio, & quasi per totum, & de consuetudine, vi & effectu, ad interpretationem cuiusque dubij videnda, quæ ego notavi in decif. Granatensis disp. 41. n. 4. & quod de auctoritate rerum iudicarum in similibus controuersis vt constituant stylum & practicam à qua recedere non liceat, ex Rebuffo, Menochio, Afflicto, Pinello, Gamma, Butrio, Corroffio, Osualdo, & Petro Herodio, ego similiter notavi in decif. Granat. disput. 47. n. 13. & 14.

28. Maximè si sententia vel interpretatio est à Principe data, nam tunc legis habet vigorem, & in l. fin. C. de legibus, ibi: *legis vim obtinere*. Et ibi: *Si Imperialis sensus legem interpretatus est, an oporteat huiusmodi Regiam interpretationem obtinere, eorum quidem subtilitatem vanam tam risimus, quam corrigendam esse censuimus*. Nam quamuis lex loquatur de sententia, vel interpretatione Principis premissi, idem est in sententia Senatus, quando transferit in rem iudicatam, quia habet vim legis, vt tradit Gamma decif. Lusitana 228. & Thesaur. decif. Pedemont. 1. num. 44. & Acebedo in l. 2. tit. 10. lib. 4. Recopil.

29. Iuuat etiam, quia semper æquum est taxationem fieri reddituum qui in quolibet anno ex pecunia soluuntur, vt pro temporum qualitate iustus solum reddatur, ideo cum antea vnus pro decem solueretur; postea ad vnum pro quatuordecim redactus l. 6. tit. 15. Recopilat. & denique maiori pecuniæ affluentia, cum minus ea æstimaretur ad vnum pro viginti redditus limitati, nouiori Pragmaticâ de quibus mutationibus, & restrictionibus reddituum mentionem faciunt Felician. de censibus lib. 2. cap. 1. num. 30. Rodericus de

annuis redditibus, quem refert Auendaño de censibus cap. 31. per totum, Villalobos in ærario, lit. A, num. 153. qui refert Tiraquell. & Bertrand. Azebedo in dist. l. 6. num. 4. ex pluribus Ludouicus Cencius de censibus 2. part. cap. 1. quæst. 1. art. 4. per totum.

Et antea etiam vsurarum. modus taxatus 30. ab Imperatore Iustiniiano in l. *cas*, 26. §. *super vsurarum*, cum sequentibus, Cod. de vsuris, & in l. sequenti, etiam si contractus essent anteriores, & præcederent prædictam taxationem, traditur ibi in vsuris, & redditibus, quæ decurrerent, post eam legem contractus esse reformandos, & prauam esse interpretationem eorum, qui existimabant ex contractibus anterioribus ampliores posse percipi vsuras, quia cum post legis tempus producantur, ab ipso tempore iustitia exactiois regulanda, etiam si contractus, ex quo vsuræ, & redditus procedunt, anteriores sunt, vt ego pro eius textus interpretatione notavi in decif. Granatensis, disputat. 11. n. 7. & 65. adducto Bartolo, Baldo, & Angiano.

Et semper boni Principis est maximam curam adhibere in redditibus annuis, & vsuris, iustam moderationem statuere, quia nunquam ferendæ, quæ iniquæ fuerint, nec aliquo colore, aut prætextu debent sustineri, & ideo sententia in materia vsurarum, & alia quacunque nutritiua peccati, quia continet vitium à partibus irremissibile, non transit in rem iudicatam, sed potest semper retractari, argumento cap. *lator*, & ibi gloss. cap. *consanguinei*, de re iudicata, cap. *fraternitatis* de frigidis, & maleficiatis, Bald. in l. *cum allegas*, num. 11. & 15. Cod. de vsuris, Albericus in rubrica Cod. penult. Cod. eodem, Maranta de ordine iudiciorum 6. part. versic. & demum fertur sententia, num. 142. Carrotius tractat. de remediis contra sententias, except. 66. num. 7. & sequent. adde cap. at si Christus, de iure iurando, cap. super eo, de vsuris, & quæ notarunt Tiraq. de retractu conuent. §. 1. gloss. 2. nu. 37. Vantius de nullitate tit. quoties, & intra quod tempus, num. 8. Ioannes Baptista, Lupus de Vfanis, comment. 2. §. 3. num. 19. D. Salgado, de Regia protectione, 4. p. cap. 3. num. 116. Rodriguez de annuis reddit. lib. 1. q. 17. n. 4.

Vnde responderi poterit ei difficultati quæ contra obiiciebatur, si tempore constitutionis census vel *Iuro*, fructuum iustus valor consideretur, non posse iniquum ex postfacto iudicari, quamuis fructuum pretium excreuerit, quia ad rescissionem oportet attendi tempus contractus, nec ex superuenienti casu iustitia regulanda, & semper ad læsionem cuiusque contractus, eius tempus attendi

attenditur, l. *si voluntate*, Cod. de rescind. vendit. c. *cum dilecti*, de emptione, & venditione: & in terminis census tenuerunt Nauarrus in comment. de vsuris, q. 30. num. 120. Medina de restitutione titulo de censu redimibili, col. 4. §. *sequitur amplius*, Fredericus Martin. tractatu de iure censuum, c. 4. num. 113. Monachus decif. Lucensi, 20. n. 7. Milanensis, lib. 2. decif. Sicilia 6. nu. 12. Hyeonimus Laurentius, decif. Auenionensi, 66. num. 2. & 10. Madius, in tractatu de censuum requisitis, vers. ad quintum, n. 4. & 5. Salon. de iustitia & iure, tom. 2. tract. de censibus, art. 4. controuers. 2. Salas de censibus, dubio 55. num. 1. Ludouicus Cencius de censibus, 1. p. cap. 1. quæst. 1. art. 3. num. 14. & 15.

33. Hæc quidem opinio eorum doctorum in hoc casu non procedit, quippe non agimus de irritando censu prætextu læsionis, sed vt redditus & vsuræ, quæ cum annuæ sint hoc tempore producuntur, ad iustum pretium reducere alias omnes taxationes, quæ nostris legibus factæ, & antea fecerat Iustinian. in d. l. eos, & l. de his, C. de vsuris vt iniuste damnarentur, quod dicendum non est vltraquam ex plurium sententia in materia, quæ ex sua natura habet tractum successiuum attenditur læsio, quæ causatur ex tempore futuro probarunt, Rolandus, vol. 2. conf. 1. num. 173. Albanus, conf. 17. num. 10. Mandellus, Albensis, conf. 34. n. 16. Natta, conf. 548. num. 36. Monter in responso pro vxoris amita post decif. n. 166. Auendaño, de censibus, c. 46. n. 4. Pinell. in l. 2. p. 2. c. 1. n. 27. & 3. p. c. 4. n. 16. Gypsius, decif. 43. n. 47. Gironda, de gabellis, 12. p. n. 32. Marienon, in l. 1. tit. 11. gloss. 4. n. 3. lib. 5. Recop. Gutierrez, de gabellis, quæst. 147. n. 23. Mieres, de maiorat. 4. p. quæst. 1. limitat. 1. num. 87. & quamuis id posset in iure aliquam admittere controuersiam, ex variis Doctorum opinionibus illud est sine dubio numquam posse Principem permittere contractum, qui vsuram redolet, vel eius potest esse suspectus, & debere ad iustam æqualitatem reduci, cum & priuilegium quodcumque quod incipit esse iniustum & nocium, possit reformari, & alibi probauimus Allegationibus superioribus.

34. Quibus ita constitutis non obstant quæ in contrarium expendimus, nam id de quo supra, num. 2. & 3. ex instrumento venditionis reddituum ius aduersum emptori census, & bonæ fidei contractum existimari nihil contra prædicta virgere videtur, quippe instrumentum probat actum gestum esse quod negamus, & rescriptum annui redditus

in fructibus expeditum fuisse, quod etiam ipsa lex 4. & reliquæ, quæ reformant annuos redditus in fructibus manifestè insinuant, sed tamen quia ex tempore iniusti apparuerunt, ideo annullantur quod non impedit venditionem census esse contractum bonæ fidei, quia similes contractus rescissionem ex dolo, læsione & iniustitia recipiunt vt palem est.

Rursus quod tradidimus, Principis contractus habere vim legis, minus obtabit, quippe numquam Princeps illum obseruare tenetur qui iniustus apparet, vt vsurarius fuerit, cum repugnet iuri civili & diuino, & inde tot in omnibus Regnis, vsurarum limitationes & reformationes factæ fuerunt, vt præter eas quæ ex legibus iurisperitorum vbi vsura, bessis, centesima, semissis, quadrantis, quincuncis, teruncis, & similibus, ad relationem numerorum assis, quibus sciant Iurisprudentum responsa, & plura cumularunt Brissonius, & Caluinus, de verbis iuris verbo *vsura*, & Iustiani taxationem de qua ediximus, vide quod legitur in sacra Scriptura Exodi, c. 22. Deuteronomij, c. 25. in libro Ieremiæ Prophetæ, cap. 5. & apud Couar. lib. 3. Var. cap. 3. Ælianus, lib. 4. Variæ Historiæ, & quod ex Menochio, Guterrio, & pluribus Osuald. lib. 18. comment. Donelli, cap. 7. in notatis lit. L, quæ referunt Cælius Rodiginus, lib. 28. antiq. lectio. cap. 39. & quod ex Suetonio, in Iulio Cæsare, c. 42. & aliis probauit Æneas Robertus, lib. 4. rerum iudicarum, cap. 18. vers. *pro Scio debitor*, ex Lucillio Petronio, Marco Catone, Salustio, & Cornelio Tacito probauit Ludouicus Dorleans, in eius annalibus, lib. 6. not. 1. pag. 541. Carolus Scribanus, in Politico-Christiano, lib. 1. cap. 42. Bernardus Scardeonus, lib. 2. Historiæ Patauinæ, class. 5. Sabellicus lib. 3. Æneid. 5. Alex. lib. 4. dier. genialium, cap. 6.

Et in Gallia adducto Bodino damnato, refert Pater Ribadeneira de Principe Christiano, lib. 2. cap. 10. ex ingenti mole vsurarum, & reddituum nomine quibus negotiatores regale patrimonium onerantur, interesse computato pro ducentis, & quadraginta millibus librarum, quas Regi mutuo dederunt in paucis annis vsuris duplicatis receperunt, viginti & quatuor millies, quod dicimus milliones, & quadringenta millia librarum, quod plusquam centies excedebat sortem principalem, & ideo à Philippo Valefio eo probato illorum bona confiscata fuerunt anno 1357. & antea prudenter negotiatores, propter vsurarum excessum ab omni Gallia expulsi à sancto Ludouico Rege anno

anno 1254. Et postea à Rege Philippo Pulchro anno 1300. & in Germania edicta Maximiliani Imperatoris anno 1500. & alia edicta sacri Imperij annis 1530. 1532. 1548. 1576. 1577. refert Adamus Contzen. lib. 8. Politicorum, cap. 17. §. 5. vbi ex officio Principem teneri vsuras minuere statuit, quasi ad illius munus pertineat latrocinia, rapinas, furta, & calumnias foeneratorum cohibere, & tradit Romanos grauius foeneratorem, quam furem punire solitos, nam hunc in duplum, illum in quadruplum condemnabant: & satis huic obiectioni responderi poterit ex his, quæ allegatione ... numero ... latè notauimus, quando possit Princeps suos contractus reuocare, irritos reddere, vel ad eorum obseruantiam teneatur.

37. Denique quod de consuetudine expensum est, ex ea in Hispania admissum similes constitutiones census, & annui redditus in fructibus, nihil mouebit, quia numquam excusat consuetudo irrationabilis iniusta, & nutritiua peccati, cap. fin. de consuetudine, *ibi nisi fuerit rationabilis*, & iuxta quæ notarunt Iason in l. de quibus, num. 70. ff. de legibus, ex Oldraldo, Frederico Defenis, Ægidio, Bellamera, Alex. Craueta, Ruino, Fulgof. Aretino, Rocho de Curte, & pluribus probauit Tuschus pract. lit. C. conclus. 804. ex Calderino, Castrensi, Romano, Geminiano, Curtio Iuniori, & aliis idem conclus. 815. Morla in emporio iuris, titulo de legibus in præmissis, numero 24. ex Abbate, Zabarella, Imola, Ioanne Andrea, & aliis Augustin. Barbof. in collectanea dict. cap. fin. vbi plures cumulat, & quando consuetudo censenda rationabilis, vel non Suarez de legibus lib. 7. cap. 6. per totum.

38. Ultra quàm nunquam in Hispania talis admissa consuetudo; imo semper ab anno 1534. continuè improbata, & quia aliquando contra factum ex Magistratu in curia id improbatum, & contra iussum fuit obseruari in curiis anni 1563. & 1599. & editæ fuerunt nouæ leges 7. & l. 9. dict. tit. 15. lib. 5. Recop. anno 1573. 1574. 1580. 1586. quibus semper iniungitur executio, & obseruantia dictæ legis 4. & specialibus rescriptis anni 1566. & anni 1600. de quibus supra num. 10. mentionem fecimus, iniungitur prædictarum executio, vnde tot legibus, decretis, & rescriptis, quæ improbant contractus, eosque reformant, rectè poterunt in iusta consuetudine obliterrari.

39. Quo responderi posset argumento, quod expendimus ex Ioanne Guterio, post tractatum de gabellis, pag. 611. vbi videtur approbati venditiones reddituum in fructibus,

cùm iubeatur Regno admitti eorum solutionem in computatione suæ capitationis, quia vitrà quam priusquam census illi iniusti declarantur, rectè soluebantur redditus ab eis, in quorum vectigalibus fuerant consignati, nihil de iustitia censuum ibi exprimitur, sed solum de facto quæritur, vt ea quantitas pro soluta habeatur, vnde nihil inferri potest ad iustitiam census, de qua ibi actum non est, argumento legis *Papinianus exuli*, ff. de minoribus, vbi Bart. Socinus senior vol. 1. conf. 18. num. 41. Surdus conf. 110. num. 94. & conf. 460. num. 59. Monachus decif. Bononiens. 5. num. 17. & decif. 6. num. 5. Gratianus, & alij plurimi, quos refert Barbosa axiomate 114. & multa facta sustinentur, quæ si à principio in iudicio deducta essent improbanda, l. *pater furioso*, & per textum ibi latè exornat las. ff. de his, qui sui, vel alieni iuris, Surdus conf. 174. & 175. Gratianus decif. 64. num. 11. Lambertinus de iure Patronatus, part. 1. lib. 10. art. 7. Tuschus pract. lit. F. conclus. 12. pluribus Barbosa axiomate 91. num. 30. & 31. cum sequentibus: & ideo cum hodie de huiusmodi censuum, id est, *Iuros*, iustitia quæretur, nihil ius regalis patrimonij lædere potest aliquando prædictos census constitui, & solutos fuisse.

40. Maxime, quia dicta lex 4. habet clausulam irritantem, & ideo firmam, vt in dict. l. 5. & sequent. prohibeatur eius renunciatio, & præsertim in l. 8. dicti tituli, est clausula, quæ irritat omnem contractum census, qui excedit iustum, & legitimum redditum, nota verba ibi: *Y las ventos, y contractos de los dichos censos, que en otra manera, y à menor precio se hizieren, y otorgaren sean en si ningunos, y de ningun valor y efecto*. Vnde si renunciatio expressè fieri non potest, dict. l. 5. multò minùs admittenda ex tacita renunciatone, quæ ex consuetudine contraria induci potest, nec contra decretum quod respicit, & continet clausulam irritantem consuetudo poterit aliquoties procedere iuxta quæ tradit Alex. lib. 2. conf. 199. num. 13. & lib. 6. conf. 134. num. 33. quem refert & sequitur Thufcus practicarum, lit. C. concl. 816. ex Antonio Gabriele, Gonçalez, Farinacio, Hieronymo Gabriele, Ruino, Moneta, & aliis, in terminis Barbosa clausula 40. num. 35. Doct. Anguiano de legibus, lib. 2. controuerf. 20. num. 18. & 19.

41. Maxime cum in consuetudine requiratur voluntas Principis, qui in lege nostra contrarium enunciat l. 3. & 5. tit. 2. part. 1. & ex communi Doctorum sententia tradit Suarez de legibus, cap. 13. num. 6. cum gloss. Azore, Angelo, Luca de Peña, & aliis Morla in

in emporio, tit. de legibus in præmissis, num. 24. & hæc quæ allegatur consuetudo solum posset excusare à pœna, si qua nostris legibus imponeretur, contra eos, qui fecerint contractum, Cremensis singulari 149. Menoch. conf. 1. num. 257. Nauarrus quæstionum forensium lib. 1. quæst. 90. num. 4. Surdus conf. 270. num. 25. ex Gamma, Bertazola, Grammatico, Carolo de Grassis, & aliis Alvarez de Velasco, axiomatum lit. C. n. 173. non verò excludere legem irritantem contractus, aut illum validum reddere, nec poterit labem vsuræ delere, quia habet vitium insanabile, vt notauimus, nec etiam re iudicata effici posse, vt quod vsurarium fuerit, sustineatur, & ideo in ea materia, quia nutritiua peccati non transit in rem iudicatam, vt supra in pluribus comprobauimus.

42. Denique non obstat videri Principem derogare leges, quando contra illas fecerit contractum, quia id verius est admitti non posse, quoties inde sequeretur fieri quod iniustum, aut quod peccatum contineret. vt in hoc casu circa contractum vsurarium: nam licet aliàs Princeps videretur leges derogare, quando contra illas contraxerit iuxta ea, quæ supra retulimus num. 9. tamen in eo casu in quo iniquum, vel peccatum sequitur, nulla est facultas dispensandi, idque manifestum est, & in terminis probat cap. super eo 4. de vsuris, ibi: *super hoc dispensationem aliquam posse fieri non videmus*, cap. non licet, distinctione 10. cap. fin. de præscript. Ancharranus in regula, peccatum, de regulis iuris in 6. Bald. & reliqui in auth. ad hæc, Cod. de vsuris, Villaguta in tractatu de vsuris, quæst. 9. Couuar. lib. 3. variarum, cap. 1. num. 8. Molina Iesuita de iustitia & iure, disputatione 304. num. 17. ad finem, Menoch. præsumptione 10. num. 46. lib. 2. Didacus Perez vbi supra, pag. 24. col. 2. sub versic. *Hinc deducitur*, Gaspar Rodericus de annuis redditibus, lib. 3. q. 4. ex num. 103. Ioannes Baptista Lupus in d. l. curauit, Cod. de actionibus empt. num. 66. cum sequentibus.

43. Nec aliquis admittere poterit, etsi nimis blandiatur Regibus circa eorum potestatem, vt possint Reges iustè vendere res suas maiori pretio, quàm legali censuum constitutione: nam quamuis vi punitiua legis Princeps non cogatur, tamen rationi subesse oportet, & multo magis pati legem, quam ipse tulit, cum velut iustam eius obseruantiam subditis iniunxerit, quam si violauerit, etiam rationem naturalem contemnere videtur, & ius diuinum in hoc casu cum ex illo contractus, qui sapit vsuram, improbetur, & ideo in foro conscientie teneri Principem Ioan. Bapt. Lavrea Allegat. Fisic. Pars 1.

ad obseruantiam taxationis pretij, quod à suis legibus taxatum ex Baldo, Corneo, Afflicto, Guillelmo, Benedicto, & pluribus aliis probauit Mexia de taxat. panis, conclusionem 5. à numero 49. vsque ad 54. & adducit notabilia verba Simonis de Cassia in tractat. de iure dominij, cap. 33. *ibi: non autem iustus Rex inter homines erit, si iustitiam non sequitur postquam, aut non posuerit legem iustam*, ideo nihil in hoc casu proderit Principem velle, aut posse derogare leges, quando contra illas fecerit contractum, quia nunquam velle credendum est, quod pietatem lædit, & iustitiam, l. filius 15. ff. de condit. instit. & quando Princeps contrahens videatur leges derogare latius in allegatione 4. per totam.

44. Nec prædicta aliquid turbare poterit, quod obiectum est, dictam l. 4. tit. 15. lib. 5. Recop. procedere solum in censibus, vt ibi exprimitur, nec trahendam esse ad annuos redditus, quos *Iuros*, appellamus, maxime in re penali, & stricta, l. cum quidam, cum ibi notatis, ff. de liber. & posthumis, Fredericus de Senis conf. 25. num. 4. ad finem, versic. *in super*, Ægidius conf. 9. num. 20. & 25. Sesse decif. 18. num. 102. & decif. 45. num. 27. Menochius conf. 900. num. 13. pluribus Surdus de alimentis tit. 1. quæst. 51. num. 12. Gratian. disceptat. tom. 5. cap. 97. 2. num. 13. Burgos de Paz conf. 8. num. 2. Farinac. in fragmentis, lit. E, num. 144. & 188. Tuschus Practicarum, lit. O. conclus. 67. per totam.

45. Nec etiam quod opponitur, vt Princeps, qui legem condit, non videtur suos contractus improbare, quia semper censetur excepta personâ loquentis, cap. petitio de iureiurando, l. inquisitio, & ibi Doctores, Cod. de solut. & in terminis legis, & statuti probarunt Angelus in l. 1. r. num. 6. ff. quod quisque iuris, Surdus decif. 13. num. 12. Lancellotus Galiula conf. 97. num. 29. Mascardus de statutis, conf. 5. ex num. 176. omnino videndus Petra de potestate Principis, cap. 3. num. 16. Afflicti ad constit. Neapol. lib. 1. rubrica 73. de feriis, num. 51. Menochius conf. 50. n. 22. & 23. & in terminis nostri casus notauit Matienzo in l. 6. tit. 15. lib. 5. Recopil. gloss. 5. dum tradit, ideo in ea lege exprimi, vt quod decretum est circa census, idem similiter procedat in annuis redditibus, quos dicimus, *Iuros*, nota verba: *ne quis diceret, hoc non extendi ad annuos redditus à Rege nostro venditos, quasi excepta videatur persona loquentis, hoc expressit, vt ad tales redditus legis nostre dispositio extenderetur*.

46. Sed nihilominus prædictis non obstantibus dicendum est nomine census de quo in dict. l. 4. etiam annuos redditus à Rege vendi-

tos, id est, *Iuros*, comprehenduntur: nam id census appellatio significat, & de suis omnibus speciebus accipienda, Benedictus Bonius in suo tractatu de censibus, art. 14. de annuis, & temporalibus redditibus, num. 32. Petrus Foller de contractibus censuariis, §. incipienti census enim, num. 46. Surdus conf. 162. num. 5. & 6. cum aliis, Cardinalis Mantica de raris, & ambiguis conuent. contractuum, lib. 2. tit. 3. ex num. 5. Gaspar Rodriguez de annuis, & mensuris redditibus, lib. 2. cap. 2. num. 66. & census significatio similiter comprehendit eos, qui exiguntur à priuatis, quam eos, qui ex bonis publicis, vel Regiis soluuntur, Carolus Ruinus conf. 82. num. 6. lib. 2. ibi: *non est differentia, utrum annua præstatio debeat ex publico, vel ex patrimonio priuato*, Lafarte de gabellis, cap. 10. num. 3. versic. *Quartus, & ultimus census hic est, qui à Rege nostro super iuribus suis Regiis constitui solet in fauorem ementis, vel donatarij, quem, Iuros, vulgus appellat, & infra, qui vel in hoc solo ab illo consignatio distinguitur, de quo supra n. 1. quod hic à Rege constituitur, ille verò à quocunque priuata persona consignatur*, Girona part. 9. eiusdem tractatus, num. 38. pag. 187. ibi: *& cum nostris temporibus alij redditus, hoc est, Iuros, sint in usu, quotidieque vendantur, & naturam, quam ceteri annui redditus habeant*, Molina Iesuita de iustitia & iure, disputation. 383. num. 11. dicens post habitam mentionem de censibus Regiis, *Peculiari nomine appellantur Iuros, ceteri autem similes redditus census dicuntur, ut constat ex l. 6. tit. 15. & l. 9. 17. & 20. tit. 10. lib. 5. noua collectio- nis, & communi usu loquentium, atque hac omnia hoc loco & in sequentibus disputationibus nomine census comprehendimus*: & rursus disputatione sequenti, num. fin. sub versic. illud postremo, Vega 1. tom. Summar., cap. 52. de cens. casu 6. & casu 27. Felicianus tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 36. fol. 167. inferens ex antea resolutis, *censum constitui in annonis publicis, & in tributis, iugationibus, & vectigalibus Theilonis, gabellis, angariis, per angariis, pedagiis, & aliis iuribus huiusmodi, & in iuribus piscationum, venantium, & aquarum*. Gutierrez de gabellis, quæst. 57. num. 17. & quæst. 78. num. 30. Georgius Cabedo decif. 3. Lusitana part. 2. num. 7. Palacios de contractibus, lib. 4. cap. 6. col. 14. in fine sub versic. *& quidam sunt census Regij*, & cap. 7. fol. 318. versic. *hesitat aliquis*, Velazquez de Auendaño cap. 2. de censibus, num. 24. ibi: *verbum, census sumitur pro iuribus regalibus, & infra, promiscuè utitur hoc verbo, censos, & Iuros, quia quamuis in aliquibus differant, quantum verò ad effectum soluendi annuam pensionem,*

*uniformem inter se non differunt, & iterum num. 25. Quæ quidem privilegia (scilicet de Iuros in tercias, & alcaualas, & rentas, & derechos reales) si à Regibus vendantur in effectu, & substantia verè census nuncupantur, atque paulo inferius: de his iuribus regalibus, quæ sub nomine census continentur, & tandem c. 93. num. 6. in principio, col. 2. Azebedo in l. 1. tit. 17. num. 115. lib. 9. compilar. ibi: *sed an ex censibus Regiis, quos Iuros vocamus, & The- saurus iunior lib. 1. quæstionum forensium, quæst. 32. num. 9. ubi tanquam absurdum, & maximum inconueniens, inquit, etsi sola proprietas requireretur, non essent censuarij illi contractus, in quibus census constituitur super redditibus gabella, pedagiis, & similibus, &c.**

Quod etiam confirmatur ex ratione propter quam isti census improbantur, videlicet, quia redditus in fructibus non possunt æquari forti principali ex varietate, & augmento pretij, vt census à periculo vixuræ, & iniustitiæ liberentur, quæ ratio cum æquè vigeat in annuis redditibus, quos *Iuros* dicimus, videtur non posse ab eadem dispositione eximi, argumento l. illud, ff. ad legem Aquiliam, ex Surdo, Trentacinquo, Hugolino, Giurba, & aliis notauit Valascus axiomatum iuris, lit. R, num. 14. & in terminis tradit Villaguta in tractatu de extensione legum, præludio 5. num. 17. & præludio 20. n. 1. & cum verè sit species census redditus, quem dicimus *Iuros*, debet intelligi iuxta legalem sensum, vt quod reprobatur in censibus, idem similiter in eis locum habeat, argument. c. ex litteris 7. de sponfalibus, dum iubet verba prolata in eo sensu retinere, quem solent rectè intelligentibus generare, & conducunt tradita in l. stipulatio ista 38. §. h. j, qui sunt, & §. hæc quoque, ff. de verb. obligat. Bart. in l. de quibus, num. 23. ff. de legibus, Alex. lib. 5. conf. 44. num. 7. ibi: *nam verba prolata à legis conditoribus, seu à Iurisperitis intelliguntur secundum interpretationem legalem, licet si proferrentur ab idiotis, intelligerentur secundum quod in idiotam cadit*, quod idem tradiderat conf. 1. num. 23. conf. 2. num. 17. & conf. 9. num. 4. dict. lib. 5. Mandellus Albenf. conf. 75. num. 30. & conf. 793. num. 44.

Tum & dicta lex 4. & maximè in l. 6. agitur de iustitia census, & similibus contractuum, ibi: *Ansi lo que toca a la justificacion de semejantes contractos, y censos*: & iterum eis verbis: *que las rentas y contractos, y censos, que en la otra manera a menos precio hizieren, quod negari non potest ad redditus annuos, id est, Iuros conuenire*: nam in eis venditio fit, & verba, *semejantes contractos, y censos*, nihil

hil aliud comprehendere possunt, quam eos redditus, quia nulli magis similes sunt censibus, imò verè census sunt, & illud expressum dicitur, quod sub natura verbi expressi includitur, vt notauit Molina lib. 1. de Hispanorum primogeniis cap. 4. num. 21. & cap. 17. num. 27. & 28. Surdus decif. 254. num. 38. & differentia verbalis non attendenda, vt de censibus agentes agnoscunt Rebuffus tomo 1. ad leges Gallicas tit. de constit. reddituum, art. 1. gloss. 2. & idem Surdus conf. 162. num. 36. ad finem, ibi: *quia idem omnino sunt, & verbalis est differentia, non substantialis, & promiscuè Doctores loquuntur.*

49. Sed & verbum *Iuros* non erat in usu tempore dictæ legis 4. tit. 15. lib. 5. Recopilat. nam etsi in l. 9. tit. 10. dict. lib. 5. quæ antiquior est, & in eam mentio fiat de donatione, de *Iuro*, o por *Iuro de heredad*, quod quidem longè diuersum est à venditione reddituum, id est, *Iuros*: nam eo tempore in usu non erat, vt notauit Auendaño de censibus, cap. 2. num. 24. & 25. & expressè declaratur in capitulo comitiorum anni 1463. & in rescripto anni 1466. vbi expressè agitur de *Iuro*, videlicet in redditibus emptis à Regali patrimonio, & ideo de hac re dubitari non potest, quia rescripta, quæ iubent prædictam legem 4. obseruari, expressè loquuntur *en Iuros*, & manifestè apparet quam facilis hæc sit differentia.

50. Vnde magis excluditur, quod voluerunt aduersarij constituere, vt de census venditione gabella soluatur, non verò de annuo redditu, id est, *Iuro*, de quo Lafarte de decima vendit. cap. 10. num. 76. & 77. & idem tenuerunt Girona, Azebedo, & Molina Theologus, quos refert Gutierrez de gabellis, q. 57. num. 17. nam omiffa ratione, quam notauit Lafarte, ego illam esse genuinam credo, quia solus Princeps vendit redditus super vectigalibus, gabellis, & aliis rebus regalis patrimonij, & licet postea à priuato iterum vendatur, semper nomine Regis, qui primo vendidit, venditio facta censetur, cum noua venditio ita velur à Rege fiat, & quemadmodum ipse gabellam non debet de venditione rerum suarum, l. 24. tit. 18. lib. 9. Recopil. ita similiter de his redditibus, quæ de rebus Regis, & ab illo venduntur, tum quia cum reddituum Regalium venditio permiffa propter magnam ararij Regij indigentiam ad bella sustinenda, & alia, quæ bonum publicum, & huius regni tutelam, & conseruationem spectant merito, vt facilius emptores inuenirentur prædictorum reddituum, id est, *Iuros*, à Gabella solutione, eorum venditio consuetudine exempta fuit, sicut alia, quæ valde

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Tom. I.

ad vtilitatem publicam necessaria, vt panis coctus, arma, equi, & libri, & similia, vt ad harum rerum curam, & transportationem homines allicerentur, gabellæ exemptio admiffa, vt constat l. 18. 34. tit. 18. lib. 9. Recopil. quibus adde Gutierrium de gabellis, quæst. 76. 77. & 78.

Minus etiam mouere poterit vulgare illud axioma, vt semper censetur excepta persona loquentis, & ita non esse comprehendendum redditum, quem Princeps vendiderit, nam lex illa, quæ ex bono publico, vt ad iustitiam redditus adæquantur, lata fuit, non solum comprehendere debet subditos, sed ipsum Principem, argumento legis digna vox, Cod. de legibus, lex imperfecto, Cod. de testamentis, cap. omnes de constit. cap. iustum, 9. distinct. l. 6. tit. 1. part. 1. D. Thomas 1. 2. quæst. 96. art. 5. ad tertium, Soto lib. 1. de iustitia & iure, quæst. 6. art. 3. Suarez de legibus lib. 3. cap. 35. num. 4. Couuar. in cap. alma mater, 1. part. §. 1. num. 5. Borellus de præstantia Regis Catholici cap. 31. num. 39. & faciunt verba legis, *si quando*, Cod. de inofficioso testamento, iunctis quæ notarunt Salicetus in l. 1. Cod. si contra ius, vel vtilitatem publicam, num. 5. Cephalus conf. 90. n. 49. Graueña conf. 5. num. 2. Antonius de Amatis decif. 4. num. 16.

Nec contra suadere poterit, etiam si in prædictis contractibus, & priuilegiis esset clausula, *non obstantibus quibusque legibus*, nam cum vt supra diximus, isti contractus in d. l. 4. & 6. tit. 15. lib. 5. Recop. habeant clausulam irritantem, & vbi est clausula, qua continetur decretum, quod irritat, vt contra factum non sustineatur, non sufficit generalis derogatio legum, vt comprehendit leges, quæ habent prædictum decretum, vt in cap. penultimo de capil. Monach. & cap. eam te de ætate, & qualitate, & in cap. nonnulli de rescriptis, & ibi Felinus sub num. 2. versic. *& nota*, & tenent alij plures, quos refert, & sequitur Marefcot. lib. 2. variarum, cap. 38. n. 41. & sequent.

Et hæc clausula irritantis decreti operatur nullitatem eius, quod contra fieret, vt e dilecto, versic. nisi forte de præbendis, & in cap. statutum, §. fancimus de rescriptis, lib. 6. & ibi glossa verbo *committitur*, vbi probatur partes suum effectum non posse renouare, & paulò post, quod ibi inuenitur talis clausula: *ipso iure est irritum & inane, quod contra fit*, & Felinus in cap. cum accessissent, num. 30. de constit. tradit, quando adest clausula decreti irritantis, vel alia prohibitiua, tunc neque per contrauentionem, neque per præscriptionem amitti potest, & Decius in

leg. pacta. quæ contra, n. 10. Cod. de pactis, Iafon in l. non dubium, num. 17. Cod. de legibus, Archidiaconus in cap. cum de beneficio, num. 2. Franchus num. 4. de præbendis, lib. 6. Hieronymus Gabriel conf. 151. num. 16. vol. 2. pro regula constituunt, quod si extat decretum irritans, seu prohibitium oppositum nunquam amittitur per non usum, quia nec renunciari potest, alias referens Tapia in l. fin. ff. de constit. Princip. 2. p. c. 2. n. 22. eleganter Angel. Aretin. conf. 72. per totum, & nec consuetudine, præscriptione, vel renuntiatione decreti irritantis, effectus excludi valet vt ex Ioanne Andrea, Iafone, Geminiano, Ant. Gabriele, Menochio, Moneta, Gonçalez, Farinatio & aliis pluribus, notauit Augustinus, Barbosa, de claufulis claufula, 40. num. 33. cum sequentibus.

ALLEGATIO XXIV.

Nullitas census facit nullos redditus vt debeant in sortem imputari.

1. Possidendi qualibet occasio sufficit ad fructuum acquisitionem.
l. sed si lege, §. scire, ff. de petit. hered.
Bona fides, quæ sufficit ad fructuum acquisitionem, potest causari ex iniustis, & inualidis titulis.
2. Bona fides ex errore iuris an sufficiat ad fructus acquirendos.
3. Bona fidei possessorietiam ex titulo nullo luentur fructus naturales.
4. l. 7. tit. 15. lib. 5. Recopil.
5. Reditus census vel, iuro, qui iniustus declaratur restituendi.
6. Titulus iniustus qui declaratur reducitur causa ad non titulum, & fructus restituendi.
l. filio, 16. §. contra tabulas, ff. de in offic. testam, & n. 8.
7. Titulo nullo reddito, omnes tituli effectus cessant.
l. eum qui emit in principio de in diem adiectio.
l. item quod dictum est, ff. eodem.
l. imperator, ff. eodem.
l. Chirographis, §. ab eo, ff. de admin. tutor.
l. is qui, §. si fundus, ff. quod vi aut clam.
l. fin. ff. de iure fisci.
l. videamus, 38. §. item si debitum, ff. de usuris.

8. Causa quando reducitur ad non causam res cum fructibus restituenda.
9. Annulato actu vel titulo ex legis restituentia omnes illius effectus cessant.
10. l. si prædium, Cod. de prædiis minorum. l. non solum, c. eodem.
11. Titulum reduci ad non titulum facit restituendos fructus tam extantes, quam qui non extant.
l. lesione enormissima nullo declarato contractu fructus etiam consumpti restituendi.
12. l. si non sortem, ff. de condiçt. indebiti. l. eos, §. si quis autem, Cod. de usuris.
13. Reditus contra legem vel usura extenuant sortem.
14. Usura indebita soluta etiam per iuris errorem possunt repeti nec videntur donata.
15. l. 4. tit. 6. lib. 8. Recopil.
16. Fructus non lucentur etiam cum titulo & bona fide quando lex restitit acquisitioni rei ex qua fructus.
17. Contractu reprobato ad euitandas usuras nunquam bona fides prodest vt fructus lucentur.
18. Bona fides non operatur acquisitionem fructuum in contractibus reprobatis.
c. cum contra, de pignoribus.
19. Usura licet vicem fructuum obtinent tamen verè fructus non sunt.
l. usura, ff. de usuris.
Pecunia sterilis est nec potest parere fructus.
c. eiciens, 11. 88. distinctione.
20. Contractus censuales suspiciosus est.
21. Dominus census non censetur possessor vt fructus adquirat Senatus Regalis Patrimonij pluries iudicauit.
Reditus census vel, iuro, qui nullus declaratur in sorte computandos.
c. ne irritatis de constitutionibus.
22. Sententiarum plurium validum argumentum.
23. Possessio non consideratur in redditibus.
24. l. bona fidei, 48. ff. de acquir. rer. dom. in l. qui scit, & l. fructus, 45. ff. de usuris.
25. Census frumentarij ad formam census pecuniarij reducendi.
l. 4. & 6. tit. 15. lib. 5. Recopil. & n. 26.
26. Census nullitas ex pretij legalis excessu procedit, siue excessus sit magnus vel minimus.
l. 7. tit. 15. lib. 5. Recopil.

Census

Census, qui contra leges constituitur ultra pretium à legibus taxatum, si postea in iudicio ad legitimum modum redactus vel nullus declaratus sit, redditus percepti sunt restituendi vt compensentur cum sorte principali pro explicatione, l. 4. §. 6. & 7. tit. 15. lib. 5. Recopilatio.

1. **R**T aliquorum census fuit in nostro Senatu reductus non restituendus, quia sufficit qualis qualis occasio possidendi, vt lucretur fructus possessor, l. sed si lege, §. scire, vbi notat Bartolus num. 2. ff. de petitione hereditatis, dicit communem, Gabriel lib. 2. conf. 33. num. 44. Olfascus decif. 160. n. 8. Gutierrez lib. 3. practicarum, quæst. 71. num. 13. Rota apud Farinac. decif. 320. num. 2. 2. part. nouissimarum, vbi ampliat, etiam si possessio sit cum titulo inualido, & addit bonam fidem, quæ sufficit ad acquisitionem fructuum posse causari ex iniustis, & inualidis titulis ex dict. §. scire, in illis verbis: non hunc puto prædonem, qui dolo caret, licet erret in iure: & bonam fidem ex errore iuris deductam, licet non sufficiat ad præscriptionem dominij, quia est maioris præiudicij, sufficere tamen ad fructuum acquisitionem, ex Bartolo, Olfasco, Beroio, Menochio, Surdo, & aliis probauit Farinac. vbi supra num. 4. & 5. & eadem 2. part. decif. 665. nu. 7. Riccius 3. part. inter decisiones Curie Archiepiscopalis Neapolis decif. 333. Nauarr. 1. part. quæstionum forensium, quæst. 46. per totam.
2. Idque procedit, quamuis nullitas tituli proueniat ex dispositione iuris resistentis: nam si ea ignoratur à possessore, id sufficit, vt fructus lucretur, vt probat Beltraminus in addit. ad D. Ludouif. decif. 74. ad finem, vbi ita in Rota decisionum tradit, & idem probat Riccius, vbi proximè num. 4.
3. Et videtur etiam procedere in fructibus naturalibus, vt eos lucretur bonæ fidei possessor, etiam ex titulo nullo, vt tradit Pinel. in l. 2. de rescind. 2. part. cap. 4. num. 59. vbi conciliat l. bona fidei emptor, ff. de acquir. rer. dom. cum l. fructus, ff. de usuris.
4. Et firmatur decisione Senatus Auenionensis, de qua Hieronymus Laurentius decif. 66. in qua cum dubitaretur an reductus soluti contra formam legum deberent restitui, vt pa-

ter dict. decif. num. 7. ibi: sed maior ortu est dubitatio circa iam solutas pensiones, ex omnium voto concludit resolutum fuisse eas non esse restituendas, & id probatur iure nostro in l. 7. tit. 15. lib. Recop. vbi cum traderet omnes contractus simulatos fieri pro minori pretio, quam vnus pro quatuordecim, reductus non iubentur restitui, nisi à die contestationis.

Sed tamen contraria sententia in hoc casu longè verior est, vt quoties nullus, vel irritus census declaratus, quia non conuenit pretio iusto à lege taxato, tunc omnes redditus, qui contra iustitiam percepti, debent restitui, & sequentibus comprobatur.

Primò, quia quoties titulus ex quo fructus percepti iniustus, & nullus declaratur, & irritus redditur, tunc quasi causa ad non titulum reducatur, debent restitui omnes fructus percepti ex l. filio 16. §. contra tabulas, ff. de inofficioso testamento, eis verbis: Possessio quam pater accepit, ad irritum recidit, & ibi: & ideo vniuersam hereditatem filie cum fructibus restituere necesse est.

Nec in hoc casu ferenda est distinctio, vel limitatio, quam ad eum textum inducere voluerunt Angelus in dict. §. contra tabulas, vt restitutio fructuum debeat referri ad solum extantes, & ex Castrensi ibi, vt fructus accipiantur illi, de quibus effectus fuerit locupletior possessor, Curtius senior conf. 71. num. 15. Capella Tolofana decif. 445. Beccius conf. 95. nu. 13. & 15. Menoch. conf. 1173. n. 9. quia verius est tit. nullo reddito (vt fit in hoc casu, quando contra legem constitutionem reductus constituitur) omnes tituli effectus cessare, l. eum qui emit in principio, l. item quod dictum est, l. Imperator, ff. de in diem adiectio, l. chirographus, §. ab eo, ff. de admitt. l. is qui, §. si fundus, ff. quod vi, aut clam, l. fin. ff. de iure fisci, l. videamus 38. §. item si indebitum, ff. de usuris, Mastrillus decif. 29. Gratianus disceptationum, tom. 1. cap. 157. num. 27. ex Baldo, Angelo, Castrensi, Aretino, Cremensi, Tiraquello, & aliis probauit Salgado de Reg. protection. 4. part. cap. 14. num. 141.

Quia, quando titulus reducitur ad non titulum, & causa ad non causam, res cum fructibus restituenda à possessore, Bald. in l. fin. Cod. sententiam passis, & restitutis, & vt tradit Romanus conf. 454. num. 27. si titulus habet ortum à causa irrita, non operatur acquisitionem fructuum, vt ex Felino, Tiraquello, Natta, Cacherano, Surdo, Turreto, Riminaldo Iuniori, & Mastrillo idem Salgado num. 143. qui ex Abbate, Fulgofio, Afflicto, Ioanne Garcia, Tuscho, Menochio,

- Giurba, & ajiis plus quinquaginta Doctores confirmat, eos adducens pro sententia textus, in d. l. filiofamilias, §. contra tabulas.
9. Et annullato actu censentur etiam reuocati omnes effectus ab eo prouenientes, notarunt Doctores communiter in, Clem. Vnica de immunitate Eccles. Crauera conf. 202. num. 29. vol. 2. & conf. 435. num. 23. vol. 3. Petrus Surdus decif. 40. num. 8. Hieronymus, Gonzales reg. 8. Cancellariæ gloss. 57. n. 30. Quæ regula procedit in omnibus casibus in quibus titulus annullatur lege resistente, adde consilium Baldi 118. in fine, vol. 2. Pinellum l. 2. part. 2. cap. 4. nu. 10. Cod. de rescind. venditione, Surdum decif. 45. num. 8. ad num. 17. & 340. num. 11. Raudensem de Analogis, cap. 37. num. 139. Tuscum lit. F. conclus. 490. num. 48. Gratianum tom. 1. disceptat. cap. 45. num. 32. 33. Franchis decif. 675. in fine.
10. Idque in nostris terminis probat Giurba decif. 89. num. 21. ibi: *ex quo titulus est ipso iure nullus tunc restituntur bona cum fructibus, siue extant, siue non.* l. si prædium, l. non solum, Cod. de prædiis minorum, D. Castellus 5. tom. controuerf. 2. part. cap. 135. num. 64. & sequent. vbi distinguit de titulo nullo lege resistente, vel de titulo valido, donec ex aliqua causa per sententiam reuocatur, adde Cardinalem in cap. quarta de præscriptione. Raudensem dict. cap. 37. num. 208. Giurb. vbi proximè, num. 23.
11. Idque suadet titulum resolui, & reduci ad non titulum, quod non procederet, si in fructibus, qui non extarent, restitutum non esset faciendâ, quia tunc titulus operaretur in non extantibus, & ex Cacherano, Beccio, Surdo, Capito, & Mieres, omnes fructus, qui adquisiti fuerunt, esse restituendos probauit D. Castillo dict. cap. 135. num. 60. cum sequent. & ideo quoties rescinditur contractus prætextu læsionis, si læsio fuerit enormissima, quæ annullat titulum, & irritum reddit, ideo cum fructibus fit condemnatio, tam extantibus, quàm perceptis, quod secus est in alia rescissione contractus, quæ fit prætextu læsionis enormis, quia tunc prædictum non procedit, quia consideratur ab initio valere contractum, etsi postea rescindatur, & hanc differentiam læsionis enormis, vel enormissimæ notarunt communiter Doctores in l. 2. Cod. de rescinden. vendition. ex Decio, Corneo, Pinello, & aliis Gamma decif. 94. num. 3. Menochio lib. 5. præsumpt. 3. num. 59. cum Marienzo, Mascardo, & Valasco Ego latè notauit 2. part. decif. Granat. 68. num. 8.
12. Secundò probatur expressè iure communi ex l. si non sortem, ff. de condi. debiti,

ibi: *sed si supra legitimum modum soluit, D. Seuerus rescripsit (quo iure vimur) repeti quidem non posse, sed sorti imputandum, & si postea sortem soluit, sortem quasi indebitam repeti posse, proinde etsi ante dos fuerit soluta, usura supra legitimum modum soluta, quasi fors indebita repetuntur: quid si simul soluerit poterit dici & tunc repetitionem locum habere.* & idè probatur ex l. eos, §. si quis autem, Cod. de usuris, ibi: *sed etsi acceperit, in sortem hoc computare compelletur:* Vnde Bart. in dict. l. si non sortem, tradit quotidie practicari contra usurarios, si soluantur eis usura, Officialis facit hoc cõputare in sortem, & Castrensis ibi n. 1. statuit solutas etiam per errorem iuris in sortem imputari, vel repeti, ex dict. l. si non sortem, in qua id notauit Paulus de Castro, & Salicetus in dict. l. eos, §. si quis, Cod. de usuris, num. 7. inquit, ibi: *nota ex versic. si quis, quod usura recepta extenuant sortem.*

Quod etiam tenuerunt Alex. lib. 3. conf. 80. incipit circa primum dubium, num. 11. vsq; ad 25. quem aliis omiffis refert Gratianus tom. 5. disceptat. cap. 91. num. 13. eis verbis: *Ex quibus concluditur, quod quidquid ratione dictæ promissionis lucrorum fuit solutum, poterit licite in sortem computari, vel repeti, cum promittens usuras, & soluens non possit dici, quod sciens indebitè soluerit, unde merito datur repetitio, vel cõpensatio cum sorte, maxime quia etiam si debitor scienter soluiset usuras, non tamen daretur licita retentio propter peccatum recipientis, præsertim quia sumus in usuris, quæ sunt indebita naturaliter, & ciuilitè, adeo vt, quamuis essent soluta per errorem iuris, tamen possent repeti, ita vt quando apparet indebitum, potius præsumatur ignorantia, & error, quàm donatio.*

Et ex nostris expressè tenuisse videtur 14. Gaspar Rodericus de annuis redditibus lib. 1. quæst. 9. num. 17. dum inquit ibi: *quod si plus soluerit, tanquam indebitum condicet, cum enim nulla facta sit reductio, nec purgatum sit vitium, omnia sorti semper necessario imputantur, & confirmat l. 4. tit. 6. lib. 8. Recop. eis verbis: Que siendo hallado, que en recibido lo que dieron, y prestaron que no puedan auer mas.* Et quamuis loquatur in contractu usurario omnino reprobato, idem dicendum de redditibus, & usuris ultra legitimum modum, & à lege taxatum, quia reprobata sunt, & idem statuitur dict. l. si non sortem.

Tertiò, quia etiam si possessor habeat titulum, & bonam fidem, tunc non lucratur fructus, quando lex resistit acquisitioni rei ex qua fructus proueniunt, Bart. in dict. l. sed si lege, §. scire, num. 4. ff. de petit. heredit. Boherius decif. 98. num. 3. Romanus consil.

454. num. 27. Nata conf. 535. num. 22. Menoch. de recuperando rem, 35. num. 578. & num. 634. idem Menoch. conf. 1173. num. 7. & 8. vbi cum Ofasco, Surdo, Deciano, Pinello, Tiraquello, & aliis tradit fructus tunc non acquiri, quando à lege restititur, & inualidus titulus redditur.
17. Sed etiam, quando titulus est reprobatus ad euitandas usuras, non excusat bona fides à restitutione fructuum vt illi possint acquiri, vt tradit Seraphinus decif. 1006. num. 6. 7. & 8. ibi: *in quo omne, quod præter sortem exigitur sub usuram cadit, ideoque fructus omnino debent cedere in extinctionem sortis principalis, vt per Socinum &c.* & iterum, ibi: *neque excusari ob sexum cum fuerit initus contractus in loco in quo aderat facultas consulendi iuris peritos vt per Doctores in cap. salubriter, de usuris, & ibi Abbas num. 4.*
18. Minusque bonam fidem operari acquisitionem fructuum in contractibus cum ipso iure fructus extenuant sortem vt habetur, in c. cum contra, de pignotibus, ex Francisco Marco, Ofasco, Trentacincio, Valasco, Mantica, Cauedo, Castillo, Riccio, & Theologis D. Thoma, Salone, Bañez, Molina, & aliis probauit Barbosa, in collectanea, d. cap. cum contra, num. 3. & non valere pactum vt fructus non computentur in sortem ex Menochio & aliis probat ibi num. 4. Et quotiescumque lex irritat contractum vt in hoc casu quoties census vel redditus annui quos Iuros, dicimus non conueniunt pretio taxato non posse fructus acquiri, quia ex iuris repugnantia mala fides præsumitur, vt ex Bartolo, Baldo, Saliceto, Iafone, Castrensi, Innocentio, Ancharano, Abbate, Imola, & Couar. probauit Ioannes Garcia de expensis cap. 23. num. 24.
19. Deinde quia etsi redditus annui annui pro fructibus habeantur cum usura fructus ciuiles dicantur & obtinere vicem fructuum, in l. usura, ff. de usuris, glossa verbo, actionem, in l. 2. Cod. de conditione debiti, l. emptor prædiorum, ff. de rei vindicat. & ibi Bartolus, & Baldus, l. qui quadraginta, 88. §. fin. ff. ad leg. Falcid. l. defuncta, 58. §. penult. ff. de usufructu, Antonius de Amaris decif. Marchiæ 126. tamen verè fructus dici non possunt, qui solum quoad aliquos effectus, de quibus glossa in dict. l. usura, tamen verè fructus non sunt, quia pecunia sterilis est, & non parit pecuniam, cap. eiiciens 11. 88. distinctione, vbi notat Archidiaconus, Bartolus, & Alex. in l. diuortio, §. si vir, ff. soluto matrimonio, & post Socinum, & Boherium tradit Peregrinus de fideicommiss. art. 49. n. 129. & tenuit D. Ludouif. decif. 80. num. 8. &
9. ibi: *loquitur Bartolus in fructibus perceptis de bonis parasernalibus de sui natura fructiferis: hic sumus in paraserno consistente in quantitate, & pecunia, quæ sterilis est, & nullos parit fructus, & iterum postea repetit eis verbis: & sic fuit conclusum fructus istos non deberi, & propterea in sortem computandos l. indebitas, Cod. de usuris, Decius, &c.*
- Et in terminis tenuit Felicianus de cen. 20. fibus lib. 1. cap. 4. num. 7. & 8. in prima parte, ibi: *census non est ius percipiendi fructus ex prædio affecto onere census, sed ius percipiendi annuam pensionem pecuniariam, non habita ratione fructuum, & idem Felicianus tom. 2. dict. cap. 4. num. 1. versic. iam pro certo, tradit hanc esse magis communem opinionem, & probauit expressè Nauarrus in titulo de usuris, versic. vigesimo secundo noto, num. 69. & 78. dum tradit esse usuras licitas, quia vicem earum redditus habent, non verò fructuum, nota verba ibi: *Præsertim in contractu emptionis, & venditionis census, qui similior est aliquo modo contractibus usurariis, quam aliarum rerum emptiones, & ibi, quandam similitudinem mutui usurarij significare videtur propter similitudinem maiorè, quam habet emptio census, quàm aliarum rerum emptiones, idem tenuit Ioannes Baptista Lupus de usuris in l. 2. Cod. de pactis inter emptor. & venditor. comment. 2. §. 2. num. 62. ibi: *Verum, quia hoc genus retractuum video redactum hodie ad instar Palatii, seu clypei pro subterfugiendis usuris, & absque labe vix censum exerceri posse arbitror, idem tradit Felicianus de censibus lib. 1. cap. 9. num. 12. versic. quia census, ibi: *census contractus suspiciosus est, magnamque habens affinitatem cum usuris, & Rodericus de annuis redditibus lib. 1. quæst. 1. num. 17. ibi: *Annuorum reddituum emptiones, quas census appellant, quàmvis usu frequentes odiose tamen sunt, & nonnihil suspicionis habent, suntque huiusmodi redditus veterum succedanei.*****
- Et probatur ea ratione, quia ille cui annui redditus debentur, nihil possidet, quod ex eo fructus percipiat, sed solum creditori emptori annua præstatio vendita est, & ita cum possessor non consideretur, non poterit fructus suos facere, sed is, qui soluit redditus, si indebitè, & contra pretium taxatum à lege soluerit, poterit repetere, vel in sortem principalem computare ex supra traditis.
- Accedit etiam praxis, & stylus nostri 22. Senatus, in quo in pluribus causis grauissimis ita decifum, vt redditus, qui soluti, in eo quod excedunt pretium legitimum, sortem extenuent, & licet multoties diuersas sententias proferri in tribunalibus ex Ludouic.

eo Gomezio, Antonio Gabriele, Alderano, Mascardo, Mantica, Marefcoro, & aliis pluribus, & ideo non quod iudicatum, sed quod iudicari debere sequi oportere ego tradiderim in decis. Granat. 1. part. disputat. 47. n. 52. quibus addendus Thesaurus in proemio suarum decis. num. 33. vbi tradit, quod sine praxia causae cognitione de plano, & sine multorum librorum reuolutione vno modo iudicatum, postea maturiori consideratione, & studio conueniens esse retractari: argumento cap. *ne imitariis*, de constit. & quia D. Augustinus in multis opinionibus suam retractauit, & librum integrum retractationum edidit.

23. Tamen in nostro Senatu magno studio, matura deliberatione, & consilio praedictae sententiae vniformiter latae, vt in casibus similibus nunquam contra nostram opinionem sit iudicatum, & validum argumentum est, quod sumitur ex pluralitate sententiarum, Afflictis decis. 45. & decis. 96. num. 11. & ex Burgo de Paz Scobar, Matienzo, Franchis, Osafo, Gamma, & aliis ego probaui dicta disputatione 47. num. 14.

24. Denique eis, quae in contrarium obiecta facile poterit occurrere, quia omnia, quae in principio num. 1. & 2. de fructuum acquisitione nihil huic rei conuenire videtur, quia longè diuersa ratio est fructuum, & reddituum, quia in redditibus non consideratur possessio, nec vt fructus, qui non procedunt ex pecunia, lucratur bonae fidei possessor, & de difficultate l. *bonae fidei* 48. de acquir. rerum dominio cum l. *qui scit*, & l. *fructus*, 45. ff. de vfuris, horum iurium conciliatione videndi Riminaldus, Couarrunias, Charondas, Vaconius, Loriotus, Vitalis, Gregorius Lopez, & Ioannes Garcia quos refert Richardus in *Si quis à non domino*, num. 8. instit. de rerum diuis. Donellus lib. 4. com. cap. 24. vbi Osuald. alios refert.

25. Nec quod ex decisione 66. Auenionēsi Hieronymi Laurentij obiectum fuit supra num. 4. quidquam contra facit, quia ibi agitur solum in terminis constitutionis Bullae Iulianae, ex qua census frumentarij, & fructuum ad septem pro centum reduci iubentur, non verò procedit circa hunc casum, & nostras leges, ex quibus decretum, primum frumentarios census ad pecuniam reduci, secundum quod prohibet de nouo imponi tales census l. 4. cum sequentibus, tit. 15. lib. 5. Recop. tertium quod prohibet imponi census minori pretio vnus pro viginti: quartum vt virtute censuum, qui antea constituti, non exigantur redditus, nisi vnus pro viginti, in quibus casibus nullus ex Doctoribus pote-

rit contra nostram resolutionem admittere, imò potius in dict. decis. 66. num. 10. ideo traditur solum fuisse condemnationem in fructibus à tempore litis contestationis, quia de repetitione illorum nihil fuit dictum in dicta Bulla, secus in nostris legibus de fructibus restituendis deciditur l. 6. tit. 15. lib. 5. Re copil.

Nec aliquid contra suadebit distinctio, 26. quam ex Gaspare Roderico de annuis redditibus lib. 1. quaest. 7. num. 21. amplectendam censuerunt Mastrillus 3. tom. decis. 245. n. 55. quem refert, & sequitur Gaitus de credit. cap. 2. quaest. 7. num. 1580. vt si in modico solum excedat census pretium à lege taxatum, tunc non debet nullus existimari, sed ad iustum pretium reformandum, quia vltra quam loquitur in vfusufructuario, verius est, quomodolibet excessus consideretur, ex eo census nullam constitutionem: censi, l. 4. tit. 1. lib. 5. Recopil. quae praedictam magni, vel parui excessus differentiam improbat, dum omnes ad pecuniam reduci statuit, & tenet Auendaño de censibus cap. 46. num. 15. & nouiores leges Hispaniae omnes census pecuniarios, qui minori iusto pretio constituuntur, nullos & irritos esse statuunt.

Nec contra fructuum restitutionem, & compensationem aliquid suadebit l. 7. tit. 15. lib. 5. Recopil. vbi iubetur solum redditus esse restituendos à die contestationis, quia procedit in casibus, quando vt perpetui à principio constituti in fraudem legum, & quia in existenti forma iusti videbantur, ideo solum ex tempore contestationis, quo intenditur reformatio in redditibus, fit condemnatio, quod longè differt à nostro casu, in quo excessus apparet à principio, & ideo de iniustitia census, ex quo quidquid redditus ex eo percipitur, videtur restituendum, & forti imputandum.

ALLEGATIO XXV.

De venditione census reddituum Regalium vt non possit fieri minori pretio, quam legibus taxato.

1. Ratio eadem similem dispositionem inducit.
2. Census, & Iuros, iam constituti minori pretio vendi possunt, quam legali.
3. Clemens VII. declarauit censum iam constitutum

stitutum posse maiori vel minori pretio quam statuto vendi vt reliqua immobilia.

4. Pensio Ecclesiastica etiam si non potest obtineri sine institutione Apostolica, potest tamen semel obtenta sine illa commoditas in alium transferri.
5. Pensio potest transferri sine indulto Apostolico qua constituta titulo temporali.
6. Census iam constituti quando venduntur minori pretio quam legali non habent iniustitiam in fundatione.
7. Princeps ad quem pertinet pretia rerum constituere potest taxatum pretium derogare.
Census contra constitutionem Pij Quinti solent approbari in Signatura Romana.
8. Census minori pretio quam legali constituti non sunt nulli ipso iure, sed ad iustum modum reformandi & reducendi.
9. Princeps ex iusta causa potest augere pretium census.
l. eos, 26. §. super vsurarum, l. de his, Cod. de vsuris.
10. Princeps tenetur ad obseruantiam suae legis quae iustam pretiorum fecit taxationem.
l. 9. 15. 17. & 20. tit. 10. lib. 5. Recopilat.
l. 10. tit. 16. lib. 9. Recopilat.
11. Princeps tenetur ad legum obseruantiam quae eius statui conueniunt.
12. Principis vox tantum, operatur quantum aliorum iusiurandum.
13. Aequalitas contractuum obligat Principem vt subditum.
Princeps non debet recusare idem ius sibi dici quod aliis statuerit.
l. 1. ff. quod quisque iuris.
c. cum omnes, de constitutionibus.
c. iustum, 9. distinct.
l. ex imperfecto: C. de testamentis.
l. 16. tit. 11. p. 1.
14. Necessitate plura quae alias non licerent permittuntur.
l. alienationes, ff. familiae erciscunda.
l. Pater filium, ff. de legat. 3.
c. quod non est licitum, de regulis Iuris.
15. Necessitas si facit licitum quod sine ea non erat numquam tamen potest admittere vt fiat peccatum.
16. Vsuræ à iure diuino prohibita.
Princeps Catholicus non potest permittere vsuras.
17. Senatus supremus, Castella vt posset Princeps minori pretio vendere, iuros, in sissarum millionibus constitutos decreuit ex pretio legitimo censum à Regno constitui vt postea Princeps minori pretio

venderet vt promptos inuenires emptores.

18. Princeps pro vadimonio id est resguardo potest iuros iam constitutos legitimo pretio, in minori dare.
 19. Census ex demonstratione pecuniae constitui potest si vere pecunia deberetur.
 20. Census potest constitui ex quocumque vero debito.
 21. Census constitutio semper legitimo pretio facienda aliis reformanda.
- Princeps an possit annuos redditus super suis vectigalibus, & Gabelis, quos dicimus Iuros, minori pretio vendere, quod à legibus taxatum fuit ad census priuatorum constituendos pro explanatione l. 6. tit. 15. lib. 5. Recop.

Rædictis, & aliis similibus legibus censuum nomine Iuros comprehendere dubium non est; quia vltra quam verbis earum legum comprehenduntur, ratio iustitiae in redditibus annuis censuum & iurium eadem consideratur, vt licet à iure non expressum, idem in vtrisque debeat statui, l. *illud*, ff. ad leg. Aquilianam, §. *patri ratione*, instit. quibus modis ius patr. potest. soluitur, Surdus conf. 301. num. 19. & decis. 52. num. 10. Trentacinq. lib. 1. variar. tit. de statut. resolut. 1. num. 2. Farinac. in fragment. lit. E, num. 52. & inde pretium idem in annuis redditibus, siue censibus, vel Iuros, iure nostro Hispano consideratur, vt ex pragmaticis, & rescriptis Regis certissimum est.

Dubium autem est, an Princeps praedictis legibus teneatur, vt possit pretio minori vendere praedictos redditus, id est, Iuros, & in iam constitutis dubium non est id fieri à quocumque priuato posse, vt minori quam statuto pretio vendantur, notarunt Nauarr. in comment. de vsuris, num. 112. Cancer. tom. 2. variar. cap. 1. num. 153. versic. *dubitari etiam*, pag. 45. Rebellus de obligat. iustitiae, lib. 10. quaest. 6. num. 23. versic. *alia verò clausula*, Lessius de iustitia lib. 2. cap. 22. dubitat. 7. n. 45. & sequentibus, & dubitat. 12. n. 95. Azor & alij relati à Cencio de censibus, part. 2. cap. 2. quaest. 2. art. 6. num. 17. & 16. pag. 141. & à Giurb. decis. 117. n. 8. Molfessio in summa, part. 2. tractatu 12. cap. 6. de censibus, num. 83. pag. mihi 87. & idem in iuribus huius Regni practicatorum de qua practica testantur

Gutierrez lib. 2. practicarum, quæst. 173. Salas de contractibus, titulo de censibus, difficultate 1. num. 10. versic. dico tertio, pag. 130. Cencio dict. art. 6. num. 20. ad finem, pag. 142. Megalus in 2. 2. partis instruct. confel. lib. 2. cap. 7. num. 64. pag. 407. & ideo hoc anno Rex noster negotiatoribus prædictos *Iuros* dedit in solutionem ad decem & sex pro milliari.

3. Quæ opinio etiam absque dubio procedit attentâ declaratione Clement. Pap. VIII. quam refert Cencius dict. articulo 6. num. 20. pag. 142. vbi dicit, *Clementem declarasse censum iam constitutum posse vendi maiori, vel minori pretio, sicut cetera immobilia, & sic quamvis prædicti census vulgo Iuros, multo maiori pretio æstimentur (quod negatur) dicti contractus ex communi consuetudine fieri poterant.*

4. Quod etiam confirmatur simili in pensione Ecclesiastica: nam quamvis ab initio, siue assignetur in titulum Ecclesiasticum siue in ministerium temporale non possit obtineri absque collatione Apostolica, sed postquam obtenta fuit, potest Pensionarius eam alienare titulo translationis absque assensu Apostolico in alium eam transferre, Gigas de pensionibus, quæst. 87. & 99. Rebuffus in cap. extirpandæ, §. qui verò de præbendis, notabili 6. in materia pensionis, Redoan de simonia, 2. part. cap. 14. num. 15. Burfatus conf. 126. num. 90. ad finem, lib. 2. & cum aliis ita tradit Garcia de beneficiis 1. part. cap. 5. num. 24 & 25.

5. Et quamvis hanc conclusionem intelligat, quando pensio sic translata constituta fuit titulo temporali, sufficiat ad fundandam conclusionem, quia ad constituendam pensionem requiritur assensus Apostolicus, & auctor iste admittit translationem, & in constituta titulo temporali venditionem pensionis, & ita factam sustineri absque Apostolico assensu, vt præter supradictos notauit Bonacina tom. 1. tractat. de simonia, disputat. 1. quæst. 4. §. 13. num. 14. adde Barbofam de pensionibus lib. 1. voto 5. num. 9. & in terminis nostri casus explicans l. 4. & 6. tit. 15. lib. 5. Recop.

6. Hanc conclusionem probat Rodericus de annuis redditibus, lib. 1. quæst. 12. num. 34. ibi: *aut vendo redditum fructuarium perpetuum non ex meis, sed ex alienis bonis debitum à tertio, & tunc sumus extra legem prohibitionem, & usurarum materiam, quia redditus is super meis bonis non imponitur, nec à me, aut meis bonis soluendus est, & si pretij iniquitas interuenit, recurrendum est ad materiam, l. 2. C. de rescind. vendit. pro qua facit, quia contractus*

iste non spectat ad fæneratoriam negotiationem, sed ad contractus commutatorios, quo videtur insinuari, vt quoties iam constituti redditus sunt, quia non interuenit iniustitia in constitutione eorum, sed ab initio rectè fundati, & impositi, ideo poterunt minori pretio vendi.

Et principem cuius est pretia rebus constituit, vt ex multis probauit Pinellus in l. 2. part. 3. cap. 4. num. 35. Cod. de rescin. vendit. posse legem derogare, quæ pretia rebus constituit, vel taxat, & permittere, vt maiori, vel minori pretio vendantur, notarius Gutier. lib. 2. practicarum, quæst. 180. num. 21. Corduba in summa, casu 68. Salas de emptione, & venditione, dubitatione 2. Molfes. in summa, tom. 2. tractatu 12. de contractibus, cap. 5. num. 90. & nos latissimè probauimus in decif. Granat. disputat. 11. pro iustitia legis, quæ generalem taxationem pretiorum noua constitutione in Hispania factam abrogauit, & in individuo, quod possit constitui census contra constitutionem Pij V. ex approbatione summi Pontificis tradit Rota apud Farinac. decif. 115. num. 7. post 1. tom. conf. crim. quæ inuenitur apud Ludouicum Cencium decif. 124. num. 9. 10. & 11. post tractat. de censibus, vbi decidit, pactum debitori appositum, vt intra certum tempus censum redimere debeat (quod est contra census naturam) sustineri ex Pontificis dispensatione, & quotidie census contra formam Bullæ impositos approbari in signatura tradit Marquestanus de commiss. appellat. in causa Cameralis obligationis, part. 1. §. 2. num. 49. vsq; ad 52. Gratianus tom. 4. disceptationum, cap. 652. num. 17. Gaitus de credit. cap. 2. tit. 7. num. 2209. & 2210.

Maximè, nam cæsus cõstitutus minori pretio, quàm iusto à lege permisso, non est nullus, aut irritus ipso iure, sed subiaceret reformationi, vt ad iustum pretium reducatur, CoUAR. lib. 3. variat. cap. 9. num. 6. ad finem, RODRIQUEZ de annuis redditibus, lib. 1. quæst. 7. & lib. 2. quæst. 1. num. 11. Petrus Gregorius in tractatu de censibus, quæst. 7. num. 9. Ioannes Franciscus Castillo 2. part. decisionum Siciliæ 132. num. 11. Robitus ad pragmat. primam de censibus, num. 15. cum sequentibus, & ideo apud nos l. 6. tit. 15. lib. 5. Recopilat. & si censuum constitutio, quæ ante fiebat minori pretio eam redigeret, vt fieret, & redditus soluerentur ad vnum pro quatuordecim, tamen non irritabit census antea factos, sed ad illam taxationem, vt ita redditus soluerentur, reformauit.

Et postquam anno 1600. censuum constitutio ad vnum pro viginti iterum redacta, adhuc

adhuc redditus vnus pro quatuordecim, qui ante dictam pragmaticam constitui soluebantur, dum debitor census sortem principalem non redimeret vsquequo anno 1621. quia iam redditus septem pro centum, id est, vnus pro quatuordecim iniusti videbantur à tempore pragmaticæ anni 1600. etiam inuitis creditoribus, nec sorte redempta à debitoribus ad quinque pro centum id est, vnum pro viginti redacti fuerunt, & ex iusta causa posse Principem augere pretium census notauit Albertus Brunus de augmento conclus. 15. n. 14. vt antiquitus etiã vsuræ reformatæ l. eos, 26. §. super vsurarum, l. de his, Cod. de vsuris, adde quæ ego notauit 1. part. decif. Granat. 11. num. 65. 66.

10. Verumtamen certius est Principem ad obseruatiã suarum legum, quæ respiciunt iustam pretiorum taxationem teneri, & in terminis probauit Felicianus lib. 2. cap. 1. in fine, dum tradit non excedere à lege præfinitum pretium, non solum esse iuris humani, sed etiam diuini, & naturalis præcipientis rem nec emi, nec vendi ultra iustum pretium & legem diuinam, & naturalem, quæ vniuersalis est, ligare Clericos, & non Clericos, Reges, Imperatores, omnemque mundi creaturam, & in terminis Auendaño de censibus, cap. 2. n. 24. vbi id statuit pro nostra sententia, eis verbis: *vt neque Princeps possit vendere prædicta iura minori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno, quia licet regulariter lex Principem conditorem non comprehendat, l. Princeps legibus, ff. de legibus, hoc intelligitur secundum communem scholam coactiue, directiue tamen ipsum comprehendit, cum igitur l. 6. pretium individuum, & legale censum à priuatis creandis designauerit, & iustitiam pretij Principem comprehendere iustitiam sit, vt alibi latius dicendum erit, merito lex census comprehendens priuatos, & simul iuros comprehendens Regem ipsum à quo iura ipsa venduntur, & comprobatur ex l. 9. 15. 17. & 20. tit. 10. lib. 5. l. 10. tit. 16. lib. 9. Recop*

11. Et idem tenuerunt Henricus in summa lib. 7. de indulgentiis, cap. 32. num. 3. versic. *Quia Princeps, Pater Gabriel Vasquez 2. tomo ad 1. 2. Diui Thomæ disputatione 197. c. 3. n. 23. eis verbis: Cum diximus, legem latam à Principe obseruandam esse necessariò ab illo ipso intelligendum est quando res ipsa qua lege percipitur statui ipsius Principis etiam conuenit vt si pretia iusta fructibus Princeps imponat ipsos etiam Regis fructus lex ipsa comprehendat, quia non videtur ratio iustitiæ postulare magis vt à ciuibus ea pretia obseruentur quàm à Principe, ex pluribus, & communi opinione, Suarez de legibus, lib. 3. cap. 35. num. 8. Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fife. Pars I.*

ibi: *Si Rex statuit legem taxantem pretium rei & ipse vt priuatus Dominus rem carius vendat, peccat contra iustitiam & tenetur ad restitutionem ex communi sententia, Pater Salas de legibus, disput. 14. sect. 2. num. 17. eis verbis: Quædam tamen sunt leges proprie quas si non seruet Princeps peccabit contra iustitiam vt taxantes pretia rerum, quia ex iustitia tenetur seruare pretium iustum commune non solum naturale sed etiam legale.*

Conducit quod latè probauit D. Ferdinandus de Mendoza de pactis, lib. 1. disput. quæst. 2. per totam, & num. 6. agens de Principe tradit his verbis: *Oratio vel vox Principis ad fidem faciendam plus momenti habere debet quàm expressum aliorum iusiurandum nec aliquem modicum tritici esse vno pluri quam communis sit æstimatio secundum legem vendere, ne ex malitia sua egrediendo terminos sua potestatis commodum reportet, quod si aliquando fecerit ad restitutionem in anime iudicio eorum qua præscriptum pretium excedant tenebitur: supponimus semper legem quam transgreditur iustam esse cuius contrarium iniustum erit nec solum naturaliter ad hoc efficiendum esse obligatum existimo, sed & ciuilitè etiam adeo vt is qui cum eo contraxit, possit post celebratam emptionem & solutionem factam excessum istum pretij petere cum vis coactiua sicut directiua Principem sciuit illi subditum comprehendat quod eius conditionem non deteriore sed feliciorè efficiet.*

Idque probat ex æqualitate quæ semper in contractibus debet seruari, & nisi Princeps eis subiaceret & legibus de illis disponenti-bus nullum cum eo esset commercium, & deficeret à iuramento quod Reges Hispaniæ semper in Regni auspiciis cum à subditis admittuntur, solent præstare leges eos seruatu-ros, & vt notauit Mandellus, Albenfis vol. 1. conf. 185. num. 13. obligatio Principis cum subdito est iuris gentium quod princeps tollere non potest & Deus non dedit Principibus iurisdictionem peccati vel auferendi aliquid indebitè, quando plus taxato pretio res suas vendiderint, vel iniustum & iniustum contractum faceret cum minori pretio quàm quod iustum & taxatum fuerit, redditus annuos, id est, iuros constituerit, nec debet aspernari idem ius sibi dici quod Princeps aliis dixerit, l. 1. ff. quod quisque iuris, c. cum omnes, de constit. c. iustum, 9. distinctione, l. ex imperfecto, Cod. de testament. l. 16. tit. 11. p. 1. D. Thom. 1. 2. quæst. 96. art. 5. ad 3. Soto. lib. 1. de iustitia & iure, quæst. 6. art. 3. CoUAR. in c. Almamater, 1. p. §. 1. n. 5. Suarez de legibus lib. 3. c. 35. num. 4. Camillus Borrellus, de præstantia Regis Catholici c. 31. num. 39. iunctis quæ

ex Cassiodoro, Plinio in Panegyrico, Nicephoro, Philostrato, Apollonio, Corrasio, Burgenfi, Abulensi, Turrecremata, & aliis pluribus notavit Morla in Emporio tit. de legibus, quæst. i. n. 4. Donell. lib. i. comment. cap. 17. & ex Petro Gregorio, Connano, Cuiacio, Equinario, Varone, Antonio Fabro, Gothofredo, Fachineo, Menchaca, Treulero, Matheacio, Vulteio, & aliis probavit Osualdus, in notatis, d. cap. 17. lit. A. & ex Apostolo ad Rom. c. 2. D. Ambrosio, Caietano, Medina, Victoria, Syluestro, & aliis, Layman Theologiæ Moralis lib. i. tract. 4. de legibus, c. 9. num. 3.

14. Nec id poterit ex necessitate excusari quando ex ærarij indigentia ad onera imperij sustinenda Princeps id fecisset quasi in quacumque prohibitione licet generali semper intelligatur exceptus casus qui fieret ex necessitate ut notant Aimon Craueta conf. 6. num. 91. & facit, l. alienationes, ff. familiaræ erciscundæ, l. i. ff. de fundo dotali, l. pater filium, ff. de leg. 3. Oldraldus conf. 190. n. 4. Iason in l. si ex toto, n. 13. ff. de leg. 1. Marfilus, in l. i. §. præterea, num. 87. de quæstionibus & plura de necessitate, & propter illam dispensationem notarunt Milleus apud Plutarchum lib. 3. de placitis Philosophorum, c. 25. Trimagistus in libro de voluntate diuina, cap. 14. Plato lib. 10. de Republica & alia plura quæ congerit Tiraquellus de pennis temperandi causa, 33. n. 4. & 5. c. quod non est licitum de reg. iuris, Cardoso in praxi verbo, *necessitas*, Gratianus disceptat. tom. 4. cap. 626. num. 15. & cap. 636. num. 10. ex Matienzo, Thoma Sanchez, Scobar, Ceuillos, Gailio, Riccio, Nouatio, Thusco, Moneta, & aliis pluribus, Velasco axiomatum iuris, n. 17. & 18. & plura cumulat Osualdus, de Regia protectione i. part. cap. 1. prel. 3. num. 103.

15. Quippe etsi necessitas non subiaceat legi quæ ex ea potest dispensari id tamen quando eius transgressio non sit evidens iniustitia vel peccatum aut quoties necessitas, ut tradunt Doctores, facit licitum quod alias non est licitum; si vero ex sua natura actus peccatum contineat ex nulla necessitate aliquem excusari ut peccatum faciat vel ut possit permitti quod ex se intrinsece malum argumento textus in c. super eo, 4. de usuris ex quo communiter desumunt Doctores Alphonsus de Castro, lib. 10. aduersus hæreses verbo mendacium, Antonius de Corduba in quæstio. Theologicis, lib. 1. q. 29. Burgoz de Paz in proemio legum Tauri num. 271. in princ. & in terminis usurarum ex Innocentio, Collutario, Zabarella, Ioane Andrea, Anania, Anch-

rano, Butrio, Panormitano, Zenedo, Croto, & aliis Barbosa in Collect. dict. cap. super eo in princ.

Et ideo quamuis necessitate rei familiaris Princeps cogatur vendere redditus super suis vectigalibus tamen cum debeat certum pretium esse & prefixum alias contractus fœneratitius censendus ut ex Bulla Pij Quinti Narræ, Ioanne Baptista, Lupo, Soto & aliis probavit Ludouic Ceneus de censibus, 2. p. cap. 1. q. 1. art. 4. num. 1. ex nulla causa necessitatis contractus usurarius permittendus, quia iure diuino vsuræ prohibita sunt ex Couarruuia, Rolando à Valle, Alphonso de Castro, Simanca, Mexia, Guterrio, Zenedo, Feliciano, Azor. Cardoso, Rebello, Pare Molina, Reginaldo, Salas, D. Castillo, Farinacio, & aliis pluribus Barbosa in collect. cap. quoniam de usuris, num. 2. qui etiam in collect. d. c. super eo, num. 3. inde tradit contractum usurarium non posse à Pontifice confirmari & cõprobat ex Sairo, Farinacio, & aliis à Principe potest fieri aut permitti cum ex plurium sententia Princeps Catholicus non possit usurarum exercitium subditis suis permittere quanto magis ipse contractum fœneratitium, facere ut ex Baldo, Alexandro, Thefauro, Couar. Marta, Gaspare Roderico, nouiter notauit Carleualius de iudiciis, lib. 1. tit. 1. disp. 3. n. 24. in qua per totam late agit de usurarum reprobatione.

Et inde constat consultissimè supremum Castellæ Senatum decreuisse anno 1636. cum ageretur de vendendis redditibus annuis super Sissis, quas milliones dicimus, cum Regno nostro Regi id concederet, ut possit stipendia præbere militibus, & sustinere exercitus in Germania, Belgio, Italia pro defensione religionis, cum ageretur, ut minori pretio isti redditus venderentur, videlicet decem & sex millibus pro milliari, pretium tamen in moneta argentea solueretur, quo iustum pretium vnus pro viginti, & à lege taxatum continebat, ex maiori æstimatione monetæ argenteæ, quam arosæ, in qua redditus vendebantur, & nostris Pragmaticis quartæ partis pretij; id est, vigintiquinque pro centum, excessus & cambium de moneta arosæ ad argenteam constitutus, tamen Senatus supremum magno iudicio decreuit, ut Regno Principi census constitueret de illis redditibus, qui vendendi ad iustum pretiū vnus, vnus pro viginti, ut postea Rex possit iuste minori pretio vendere secundum quæ supra probauimus, etsi non possit census ab initio constitui minori pretio, quæ iusto, & à lege taxato, tamen id permitti in censu, iam semel ex legitimo pretio constituto

tuto de quo supra num. 2. cautè enim Rex noster, & eius consilium iustitiæ de legum obseruantia in his casibus studiosi se exhibuerunt, & ut securi existerent emptores.

18. Nec quidquam contra faciunt, quæ in contrarium expensa, quia ex proximè traditis apparet solutio primi argumenti, de quo supra num. 7. videlicet posse Principem redditus annuos semel ad legitimum pretium constitutos, postea minori vendere, quando expedierit emptores habere ex pretij utilitate, & eo censu accipiendum est, quando negotiatoribus minori pretio isti redditus, id est, *Turos*, consignantur: nam iam constitutos vendit Princeps, vel pignoris loco præstat, quod dicimus *resguando*, pro vadium consignationum, quæ eis dantur pro pecuniis, quas pro Regis seruitio solendas obligati fuerunt, & pignus semper eum pro securitate debiti eius excedit æstimationem.

19. Quod verò traditur contra formam Bullarum Pontificum census impositos approbari in signatura, quia ultra quam id per dispensationem fieret, ut notarunt Interpretes supra adducti num. 7. procedit etiam quando census iustus fuit, & solum defectus in aliquibus solemnitatibus consideratur, quæ cum proveniant à iure positio, merito possunt à Pontifice abrogari, videlicet quando ex vero debito census constitueretur, licet tunc non interesset verè pecunia, sed solum eius fieret demonstratio, in quo casu loquitur Gratianus dict. cap. 652. num. 15. & 16. nota verba, ibi: *tamen si aderat verum creditum pro eadem summa censui subiecta, contractus erit validus in foro conscientia, & licitè percipiuntur fructus, quia lex fundata in presumptione non habet locum in foro conscientia, quando veritas est in contrarium, cap. is qui de sponsalibus, cap. tua cod. titulo, & rigor soluendi censum in pecunia iuxta formam Bullæ est inductus ad præcludendam viam dolis, & fraudibus, quæ non haberet locum, quoad forum conscientia in illis, qui bona fide anticipauerunt solutionem, aut alio modo constat de eorum legitimo credito, Nauarrus de usuris, num. 88. in fine, & iterum num. 88. idem Gratianus tradit his verbis: *Quia huiusmodi pactum non potest dici illicitum tanquam fiat per commutationem presentis pecunie pro absente, ita ut nihil referat ad istum effectum, an commutatio fiat per emptionem, quæ est contractus nominatus, vel per modum permutationis, vel per contractum, do, ut des, vel facio, ut des, qui est innominatus: nam quocumque modo fiat, permissa est de iure ista commutatio, siue emptio cum pecunia etiam quatenus est pecunia, licitè pos-**

sit commutari, & ex eius commutatione lucrum adquiri.

Vide apertè constat prædicta, quæ in 20. contrarium expensa procedere in contractu, qui ex se licitus est, ut ex debito pretij rei vendita posse census constitui ex Couar. Cassaneo, Guterrio, Molina probavit Felicianus lib. 1. de censibus, cap. 10. num. 15. quæ sequitur Auendaño de censibus, cap. 30. n. 2. qui etiam tenet census constitui ex sententia, vel transactione partium ex pœna conuentionali, & dote non soluta Auendaño cap. 2. num. 7. 8. & 11. de quo disputarunt Felicianus de censibus, lib. 2. cap. 5. num. 11. vsque ad num. 15. vbi tenuit ex sententia non posse census constitui, quod reprobat Rodericus de annuis redditibus, lib. 1. quæst. 16. n. 22. & Auendaño de censibus, cap. 40. & ex transactione census posse creari, nisi fiat in fraudem usurarum tenuit idejm Auendaño cap. 42. per totum.

Denique quod num. 8. obiectum est, census constitutum minori pretio, quam quod à lege definitum, non esse nullum, sed reducendum ad pretij æqualitatem, magis nostram sententiam confirmat, quatenus expressè probat pretium census adeo iustum esse debere, ut nunquam permittatur excedere iustum pretium, & minori constitui, & quoties fieret excessus, tunc reformandus, ut inde magis nostra videatur sententia confirmari.



ALLEGATIO XXVI.

De transactione litis vectigalium non impleta.

1. Vectigalia non possunt adquiri prescriptione.
2. Dominium semel translatum non debet reuocari pretio non soluto, sed agi pro pretio.
 - l. in ciuile, C. de rei vindicatione & numer. 23.
 - l. non idcirco, 12. C. de contrah. empt. & numer. 23.
3. Transactione non impleta agitur ad implementationem. n. 24.
 - Transactio non rescinditur ex conditione causa non sequuta, n. 25. & 26.
 - l. cum mota, 6. Cod. de transact.
 - l. quamuis, Cod. de transact. & numero 32.
 - l. siue apud acta, 28. Cod. de transact. & numer. 8. & 23. & 27.

- l. cum proponas, 21. Cod. de pactis, & numero 27.*
l. qui res, 98. §. arcam, ff. de solut. & numero 28.
4. *Pignus extinguitur impetratione dominij nec suscitatur licet euictione dominium abdicetur.*
l. eleganter, 24. in principio de pignorat. actione & n. 35.
5. *l. si pro fundo, 33. C. de transact. & n. 34. & 39. usque 42.*
l. si maior, 36. Codice eodem, & numero 42.
6. *l. cum te proponas, 2. Codice, de transactione.*
7. *Transactione de iure fiscali facta si non implet promissum transigens fisco potest iudicium transactum prosequi.*
8. *Transactionis commodo priuandus qui non impleuit promissum.*
l. si quis maior, 41. Cod. de transact. & num. 24.
Dare qui debet, rem liberam dare tenetur.
l. ex his C. de euictio.
l. 1. §. 1. de action. empti.
9. *Transactio habet conditionem si promissum impleatur, aliter valere non videtur.*
l. quaro, §. inter locatorem, ff. locati.
l. Iulianus, §. offerri de act. empti. & num. 10.
l. fin. Cod. de non numerat. pecunia.
10. *Contractus corresponsiuus qui aliquid vicissim continet fieri si non impleatur ei qui defecit non prodest.*
l. Aediles, §. fin. ff. de adilitio edicto.
11. *Exceptio defectus implementi in contractu corresponsiuo quia inhaeret actioni potest opponi à Iudice licet aperte non opponatur.*
Implementi defectus exceptio potest opponi in executione rei iudicatae, & non videtur exclusa quamuis omnes exceptiones statuto excludantur.
12. *Contractus est corresponsiuus quando vnus pendet ab alio.*
l. potens, C. de pactis.
13. *Transactio est contractus vltro citroque obligatorius, & in eo aequalitas seruanda.*
l. transactio, Codice, de transactionibus.
l. 1. ff. de rer. permutatione
l. Labeo, §. contractum, ff. de verb. significacione.
l. cum qui Aedes, ff. de usucapionibus.

- l. fin. Codice, de fructibus & litium expens.*
l. sacris, §. in omnibus, Codice de proximis sacror. scriniorum, lib. 12.
l. penult. ff. comm. diuidendi.
14. *Excusio facta censetur facta concursu creditorum & impedimento vt debitum exigatur.*
15. *Excusationem à fisco videri factam quando eius debitor non soluendo &c.*
l. pecunia, Cod. de iure fisci lib. 10.
16. *Transactio non est nisi de re dubia.*
l. 1. l. post rem iudicatam, ff. de transactione.
l. si causa cognita, Cod. eodem.
l. eleganter, §. si post, ff. de condict. indeb.
c. 1. cap. super eodem de transactionibus.
17. *Transactio non impleta sine dubio rescindi oportet quando omne ius non impletis ex transactione resultat.*
18. *l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pactis.*
19. *Transactionis causa non sequuta conditio concedenda.*
l. si quis accepto, l. fin. ff. de condict. causa data & n. 24.
20. *l. si instituta, 27. ff. de inoffic. testam. & num. 25.*
l. Penultima, §. latrunculis, ff. de except. rei iudicatae.
21. *Transactionem rescindendam ex defectu implementi qui tenuerunt.*
22. *Transactioni controuentire videtur qui non soluit in tempore.*
23. *Transactionis vis respicit implementum eius quod pro ea datum.*
l. cum proponas, 17. Codice de transactione.
24. *l. nec intentio, 23. l. si quidem, 24. l. transactio, 38. Codice de transactionibus.*
25. *Inofficiosi querela non conceditur nisi eis qui primo gradu fuerint.*
26. *l. Posthumus, 6. §. fin. cum l. sequenti, l. nam etsi, 15. §. 1. ff. de inoffic. conciliat. cum.*
l. cum mota, Codice, de transactionibus.
27. *Transactio an effectum habeat sine scriptura vel promissione ex solo pacto nudo.*
28. *Actio extincta transactione potest suscitari si non impleatur transactio.*
l. qui res, §. Arcam de solutionibus.
29. *Extinctum ius potest suscitari.*

l. propter

- l. propter veneni, 21. §. neptis, ff. ad Silianum.*
l. debitor sub pignore, ff. ad S. C. Trebellianum.
30. *l. à libertis, 35. ff. de bonis libertorum.*
31. *Actio extincta suscitatur in fisci fauorem.*
l. cum qui, 87. §. fin. de acquir. heredit.
l. si cum quis, 41. §. fin. ff. de furtis.
l. 2. §. fin. ff. si ex noxal. causa agatur.
l. de ferre, §. fin. ff. de iure fisci.
32. *l. fratres, 10. Cod. de transactio.*
l. nam is, ff. de solo.
l. Titius, 76. ff. de procuratoribus.
33. *Transactionem impugnare non posse eum qui partem eius quod promissum recepit differt ab eo quod est rescindi ex defectu implementi.*
34. *l. si profundo, 33. Cod. de transactio.*
35. *l. à Diuo Pio, §. si pignora, ff. de re iudicata.*
l. si rem alienam 9. l. si tutor. 16. §. 1. de pignor. actione.
36. *Dationis in solutum & transactionis differentia.*
l. ex sextante, §. Latinus, ff. de except. rei iudicat.
37. *l. Creditor, 3. l. creditor. 12. §. Papinianus aliis.*
l. si Prior. l. fin. ff. qui potiores.
38. *Transactione nouari obligationem accipiendum si eius conventiones impleantur.*
39. *Fiscus utitur iure minoris.*
40. *Debitoris speciei & generis differentia.*
l. quod te mihi, ff. de rebus creditis.
l. exempto §. in primis, ff. de actio empti.
l. si ita distrahat, §. qui vendidit, l. rem alienam, ff. de contrah. emptione.
41. *Transactione qui reliquit colligari id de quo iudicium erat, de euictione non tenetur.*
Transactio an praestet nouum titulum.
42. *Transactio rescindenda quando aliter succurri non potest fisco.*
43. *Transactionis differentia quando solum receditur à lite & nullum ius ex ea nouum tribuitur vel cum transactione ius de nouo datur.*
44. *Transactio ex metu litis recte procedit.*
45. *Transactio non rescindenda sed ex illa ad implementum agendum quando firmata fuit stipulatione vel cautione amplius non peti.*
l. si quidem, 24. l. si decreta, 32. l. vbi pactum, 40. Codice, de transactionibus.

Transactione facta de iure fiscali circa id quod sine privilegio Principis obineri non potest, vt vectigalium exactio, si ille qui transegerit fisco non soluerit, vel soluere non potuerit, quod comprehensum transactione an illa rescindenda, vt lis possit instaurari, & fiscus transigens primam actione agere vel solum agendum pro pecunia promissa.

HÆc quaestio multoties, postquã hoc munere. fisci Patroni fungor, se obtulit in variis actionibus, quã in iudicium deducta aduersus eos, qui vectigalia Régis detinebãt, vt ad Regale patrimonium reducerentur, & recuperari possent, eum in his rebus nulla prescriptio etiam immemorialis titulum prestare valeat, nisi exhibeatur priuilegium à Rege concessum cum solemnitatibus, de quibus in l. 2. tit. 25. lib. 4. l. 1. tit. 18. lib. 9. Recop. Didacus Perceus in l. 6. verbo tributis, tit. 13. lib. 3. ordinament. Gutierrez de gabelis, quãst. 5. per totam, vt scriptum sit in libris Regalibus, quos dicimus de lo Saluado, & subscriptum à calculatoribus Regiis, de qua solemnitate plura latè tradidimus allegatione 5. per totam; & quando nullum titulum, qui vectigalia detinent, exhibere possunt, tunc transactionem debite intendunt, vt pluries euenit, & minori pretio dato pro vectigalibus ea detinent, & cum ad tempus conuentum non soluerint, quod obligati, & in aliquibus euenit, soluere non posse, quia cessionem bonorum fecerat, & Maioratus illorum sequestrati concursu creditorum facta, vt debita soluant; tunc ego intendi primam actione agere, & litem, quã circa vectigalia recuperanda instituta erat, prosequi, ipsi verò, qui vectigalia transactione obtinuerunt, non posse dicebant primam actione aduersus eos agi, sed ex transactione, vt quod pro vectigalibus promiserunt, consequatur.

Quorum fundamenta erant ex l. inciuile 2. 12. Cod. de rei vindicatione, vbi inuistatum, & inciuile traditur, quod semel traditum, & dominium translatum est inuito eo, cui datum abdicetur, & faciunt verba finalia textus

tus, & ibi: *sanè de pretio, si non hoc ante probatum fuerit te recepisse, conueni aduersarium tuum, facit l. non idcirco 12. Cod. de contrahend. emptione, eis verbis: pretium sanè, si eo nomine satisfactum non probetur, peti potest, nec enim licet incontinenti facta penitentia contestatio consensu finit a rescindit*, Baldus in dict. l. inciuile, num. 1. Alexander in l. à Diuo Pio, §. sed si emptor, num. 6. ff. de re iudicat. & in l. cum proponas, num. 4. Cod. de pactis ex Felino, Riminaldo iuniori, Natta & Becchio, adducens, & interpretans decisionem Lucensem 31. Magonij, & decif. Surd. 344. n. 15. notauit Gratianus 3. tom. disceptat. Forens. cap. 523. num. 18. 19. & 20. pro pretio tradit & non rescindendum contractum, & in transactione si vna pars deficiat, & non adimpleat, quod promisit, non per hoc altera liberatur ab onere implendi, & obseruandi transactionem, quia cum facta sit ad lites dirimendas, pars quæ deficit, cogi debet ad obseruantiam, non autem receditur à contractu.

3. Facit expressè l. cum mota 6. Cod. de transactione, vbi cum de querela inofficiosi transactionis interposita, ex defectu implementi instaurari querelam iuris ratio non finit, & addit hæc verba: *Verum si fides placitis præstita non est, in id quod interest, aduersam partem rectè conuenietis, & facit originalis sententia Zucardi, quem refert Cinus in l. si maior, C. de transact. ex Castrensi, Iafone, Alexandro, & Fulgofio, qui etiam sequuntur, notauit Surdus conf. 447. num. 36. adducens Bartolum in l. si quis aliam, num. 1. in fine, ff. de solutionibus, vbi tradit in transactione non habere locum conditionem ob causam, l. quamuis, Cod. de transactionibus, cuius opinionis fuit etiam Curtius senior in l. cum proponas, num. 4. Iason num. 2. Cod. de pactis, sequuntur Fulgofius, Baldus, Cephalus, & alij de quibus Nouarius eandem opinionem sequutus, quem ad litteram transcripsit, & retulit Riccius 7. part. collect. 2629. vbi admittit id maximè procedere, quando primæua actio, quæ transacta, iam fuit extincta, quia non oportet suscitare, argumento l. siue apud acta 28. Cod. de transact. l. cum proponas 21. Cod. de pactis, l. qui res 98. §. aream, ff. de solut. & in transactionibus non est locus penitentia fauore litium dirimendarum, l. fratris 19. Cod. de transact. & hoc casu hanc opinionem Castrensi lib. 1. conf. 174. & probat Tuschus lit. l. conclus. 357. num. 4.*

4. Sed & prædicta opinio, vt non suscitetur primæua actio, comprobati potest argumento textus difficilis, in l. eleganter 24. in principio, ff. de pignorat. actione, vbi si creditor

pignoratitius impetrasset, vt pignus possideret, illudque euictum esset in quaestione, an suscitetur prima actio pignoratitia directa tradit Vlpianus ibi: *Et videtur finita esse pignoris obligatio, & à contractu recessum, nam licet pignoris dominij impetratio inutilis existeret euictione, non tamen potest creditor redire ad illam primam actionem pignoratitiam, quæ impetratione extincta fuit, & ita in hoc casu non impleta transactione non redeat ad primæuum iudicium, quod euauit transigendo, quasi & transigisse videatur, qui pignus in solutum accepit, & transactio mouet priorem obligationem, argumento l. 3. Cod. de transact. Decius in l. 2. ff. eodem, & conf. 400. Antonius Faber de erroribus, decad. 100. errore 9. & ad titulum, Cod. de transact. definit 2.*

Et quasi expressè in transactione in eadem specie, quando euicta res data traditur, in l. si pro fundo 33. Cod. de transact. eis verbis: *instaurari decissam litem prohibent iura, & facit l. si maior 36. Cod. eodem, vbi quando viginti quinque annis transigit, vt aliquid ei daretur, quamuis datum, vel oblatum non sit, adhuc traditur ex æquitate, nihil amplius quam promissum peti posse.*

Iuuat etiam l. cum te proponas 2. Cod. de transact. vbi si non impletum est ex latere illius, qui aliquid pro transactione promisit, traditur non instaurari litem, sed agi posse aduersus eum, qui non impleuit, nota verba: *ex qua causa, si fisco soluisse, repetere non potest, et si non soluisse, tamen iure conuenietis, id est, pro solutione, non vt rescindatur transactio, vt omnes Interpretes ibi admittunt, quod ad certi conditionem refert Accursius in eo textu, & pro eius explicatione notandum in verbo fisco, illud emendare Antonium Fabrum lib. 17. coniect. cap. 4. & pro verbo fisco, reponere illico, quasi nulla ibi de fisco mentio fieri posset, sed tamen semper abstinendum ab emendatione, & tuenda recepta lectio, vt accipiatur cum Accursio, verbo, fisco, quoties sorori cum qua transactio de hereditate facta fisco succedit, seu idem in fisco, quod in priuato procedere statuatur, quod sequuntur Othomanus, & Donnellus ad dictam legem 2. vel ex Cuiacio lib. 9. obseruationum, cap. 24. & lib. 15. cap. 16. referri potest ad vicesimam, quæ ex hereditate fisco debebatur, de qua Bresonius, & Kalinus de verb. iuris, vbi plura ex bonæ notæ auctoribus referunt in verbo vicesima, & passim omnes ad leg. vnicam, Cod. de caducis tollendis.*

Verumtamen contraria sententia longè 7. verior est, & in pluribus emergentibus controuersis

trouersis in fauorem fisci obtinui, vt si non soluerint transigentes, quod promiserunt pro vectigalibus, lis transacta possit instaurari, & primæua actione fisco agere, idque probatur,

8. Primò argumèto textus in l. si quis maior 41. Cod. de transact. ibi: *vel non implendo promissa, & iterum ibi: Et rerum proprietate caret, & emolumento, quod ex actione, vel transactione illa fuerit consequutus*, quasi qui non impleuerit, quod promisit, omni commodo transactionis priuandus, & non implere dicitur per quem factum est, ne exigi possit, quod debet pro transactione præstari, vt ex Castrensi, Curtio, Alexandro, Decio, & Crato probauit Iosephus Ludouicus 2. part. decif. Perus. 101. num. 3. & non solum debet rem dare, sed liberam tradere, l. ex his, ibi Bald. Cod. de euict. l. 1. §. 1. de act. empt. Ludouicus vbi proximè num. 6. vbi aliis comprobatur, iuuat etiam l. siue apud acta 28. Cod. de transact. vbi si quod ex transactione conuentum non impleatur, vindicationem cuius causa transactio interposita prosequi posse traditur, etsi de transactione excipiatur, doli replicatio datur contra illum, qui transactionem non impleuit.
9. Secundò, quia cum in nostra controuersia promitteret summam pecuniarum ille aduersus quem iudicium de vectigalibus institutum, vt ab eo fisco desisteret, qui admissa promissione desistere conuenit, tacitè inest conditio in promissione fisci, si quod promissum daretur argumento l. Quero, §. inter locatorem, ff. locati, l. Iulianus, §. offerri, de actionibus emp. l. fin. Cod. de non numerat. pecunia: si igitur promissum non impleatur, non potest, qui defecit, iuuari commodo transactionis, quasi non cedat conditio l. cedere diem, ff. de verb. significatione, & non soluens conuento tempore cadit ab omni commodo contractus secundum Doctores in d. l. si quis maior, Decius consil. 452. n. 10. Gratus consil. 52. num. 1. lib. 1. Rolandus à Valle consil. 31. num. 7. lib. 2. Bursatus conf. 84. num. 7. lib. 1. Franciscus Beccius conf. 58. num. 9. & sequentibus, Bruno à Sole quæst. 15. num. 17. cum aliis à Hondedeà adductis conf. 18. num. 4. & 5. lib. 1.
10. Tertid; quia dubitari non potest hunc contractum correspectiuum iudicari, ita vt fisco à lite discedat, quia sùma conuenta pro vectigalibus solueretur, quæ cum soluta non sit, non poterit is, qui defecerit implere, defendi transactione argumento ad l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. emp. l. adiles, §. fin. iuncta glossa, ff. de ædilitio edicto, & hoc etiam si solum in minima parte deficiat implemen-

tum, Corneus vol. 3. conf. 297. num. 1. & vol. 4. conf. 245. num. 3. quanto magis quando in totum non impletur, & numquam excluditur exceptio defectus implementi, quia nascitur ex eodem contractu, Decius in cap. ex parte 2. de officio, & potestate iudicis delegati, & conf. 356. num. 4. post Baldum in authent. presente, Cod. de fideiuss. idem Bald. in l. pacta conuenta, notab. 2. de contrahend. emp. Natta consil. 673. num. Berouius vol. 3. conf. 15. num. 14. Alex. vol. 3. consil. 105. Craueta conf. 248.

Et quia cohæret actioni, aliqui tenuerunt posse à Iudice eam exceptionem opponi, etiam si à parte non opponeretur, vt probauit Rolandus à Valle vol. 1. conf. 53. num. 32. & vol. 4. consil. 69. num. 6. & 13. Gratianus reg. 438. num. 8. & exceptio, non impleuisti, adeo legitima est, vt possit in executionem sententiæ opponi, vt ex Romano, Craueta, Menochio, Corneo, Gallezio, Gratiano, Tuschio, & Rota decisionibus probauit D. Salgado de Regia protectione 4. part. cap. 7. n. 108. cum sequentibus: & agens ex transactione primò docere debet se impleuisse, Socin. lib. 2. conf. 273. num. 2. Craueta conf. 151. num. 8. & implementi defectu rescindi quemcunque contractum nominatum, & hanc exceptionem excluso etiam si statuto exceptionis, apponi prohibeatur ex Castren. Iafone, Corneo, Bursato, & Craueta probauit Ioan. Baptista Cæsar. 3. part. consil. diuers. conf. 69. num. 56. & 57.

Idque maximè procedit in contractu correspectiuo, vt in hoc casu iudicandus, quia à lite vectigalium disceditur eo respectu, vt summa conuenta soluatur, & contractum cenferi correspectiuum, cum vnus dependet ab alio, Gratianus 2. tom. disceptationum. cap. 297. num. 20. Giurba decif. 85. num. 20. & quando inest alteri, vt in præfenti Doct. per textum, ibi in l. petens, Cod. de pactis, Bart. in l. Aurelius 28. §. idem quæstuit, ff. de lib. leg. Baldus, lib. 2. conf. 179. & lib. 3. conf. 315. Surdus conf. 217. num. 7. & consil. 457. num. 22. Tiraquellus in l. si vnquam, verbo, donatione largitus, num. 18. Linglois decif. 34. quæst. 2. num. 72. Paponius consil. 54. num. 34. Torriellus conf. 73. num. 8. Mantica de contractibus lib. 13. rit. 40. num. 16. 17. Gonzalez reg. 8. Cancellariæ, glossa 27. num. 46. Rodriguez lib. 2. de annuis redditibus, quæst. 3. num. 52. Gratianus tom. 5. disceptationum, cap. 833. & cap. 897. num. 2. & cap. 924. num. 1. & cap. 960. num. 16.

Quartò ex promissione vtriusque litigatorum, vt in hoc casu fisci, & eius qui conuentus pro vectigalibus resultant duæ promissio

missiones, alia desistendi ab actione, altera pro eo aliquid dandi, & licet diuersæ sint, resultat contractus transactionis, quæ non potest esse nisi vltro, citroque obligatoria, l. *transactio*, Cod. de transact. notant D. D. in l. *si causa cognita*, Cod. eodem: quemadmodum emptio & venditio diuersæ sunt, quia aliud est emere, aliud est vendere, l. i. ff. de rerum permutatione, & tamen ex his duobus resultat vnus & idem contractus, qui dicitur emptionis & venditionis, & est vltro citroque obligatorius, cum non possit esse venditio sine emptione, nec è contra l. *Labeo*, §. *contractum*, de verb. significat. vnde si vnus, & idem contractus claudicare non oportet, nec diuerso iure censeretur, argumento l. *eum qui ades*, ff. de vsu cap. sed æqualitas omnino seruanda, l. fin. Cod. de fructibus, & litium expensis, l. *sacris*, §. *in omnibus*, Cod. de proximis sacrorum scriuitorum, l. penul. ff. communi diuidendo, si igitur reus non implet transactionem ex parte sua præstando promissa, nec fisco actor tenebitur seruare, aliàs enim claudicaret contractus, & cum sit vnus consistens ex promissione vtriusque, diuerso iure censeretur, nec dici posset æqualitatem seruari, quod admittendum non est.

14. Quintò, quia cum in hoc casu fieret concursus creditorum ab eo, qui pro vectigalibus detinendis fisco soluere promissit, & appareat plures esse creditores, nec bona sufficere vt eis soluantur, quanto minus vt possit debitum fiscale repeti, tunc ex concursu creditorum censetur excussio facta iuxta doctrinam glossæ in l. *à Dino Pio* per textum ibi §. si super rebus, ibi: *ubi controuersia est de pignore, illud admitti debere, & capi aliud, si quod sine controuersia, & ex glossa ibi, Angelo, Negusantio, & Parisio probat Molina lib. 4. de Hisp. primog. cap. 7. num. 31. & ex Paulo Castrensi probauit decif. Genuens. 156. num. 8. & quando bona debitoris impedita sunt ære alieno, tunc excussio facta censeri notarunt Angelus, & Iason, quos refert Parladorus lib. 2. rerum quotidianarum, c. fin. 4. part. §. 7. num. 18. & 19. quibus adde quæ notarunt Afflicti decif. 138. Franchis decif. 273. num. 4. vt quando obligatus notoriè soluendo non est, excussio facta dicatur: vel quando bona sunt intricata, decif. Genuens. 156. num. 8. vel sit difficultas, vt debitum consequatur, Gamma decif. 21. Thefaur. decif. 40. quo casu tertius potest conueniri, & debitor debitoris, Iason in l. *de kalendis* num. 27. & 37. ff. de verb. obligat. Negusantius de pignoribus 8. part. membro 1. num. 14. Gratus lib. 1. conf. 87. num. 23. Menochius consil. 667. num. 11. D. Lara lib. 1. de annuier-*

fariis, cap. 8. Scaccia de commerciis, §. 2. gloss. 5. num. 268. & 274. Couarr. practicarum, cap. 29. num. 1. Auendaño in l. 32. Tauri, gloss. l. num. 10. Barbosa in l. i. soluto matrimonio, 6. part. num. 21. in fine, Cæsar Marentus conf. 18. num. 35. Cephalus vol. 1. conf. 86. à n. 13. Surdus conf. 4. num. 13. quibus adde Antonium Fabrum in suo Codice, titulo de pignoribus, definitione 25. & 33. Nicolaum Vandel in suis singularibus, singulari 7. Gratianum i. tomo disceptationum, cap. 304. num. 5.

Et in Fisco, quando debitor principalis non est soluendo, censeretur factam excussio- nem, vt fideiusfor, vel tertius possit conueniri, aut aliter contra reum principalem agi, & possit fisco reuocare solutionem alteri factam ex pluribus obseruat Trentacinq. lib. 1. variarum, titulo de iure fisci, resolut. 7. n. 14. Peregrin. de iure Fisci, lib. 6. tit. 6. num. 8. vbi interpretantur l. *pecunia*, Cod. de iure fisci, lib. 10. cuius verba, ibi: *si postea ex iusta causa fisco restituenda sit*, optimè huic rei conueniunt, quia nulla iustior causa conueniri potest, quam cum vectigalia detineat, qui cum fisco transigit, si pretium, quod promissit, non soluerit, aut soluere non possit, vt in hoc casu manifestum est, vectigalia à fisco recuperanda, rescissa transactione.

Sextò, quia transactio de sua natura debet esse de re dubia, & lite incerta, & nulla est transactio, & inualida, quando procedit super re de qua non est, nec potest esse probabilis contentio, l. 1. & l. *post rem iudicatam*, ff. de transact. l. *si causa cognita*, Cod. eodem, l. *elegantè*, §. *si post*, ff. de conditione indebiti, cap. 1. & cap. *super eodem*, de transact. vbi communiter Doctores, Angelus 215. & 218. Panormitanus lib. 2. conf. 85. in fine, Socinus Iunior lib. 1. consil. 144. num. 16. Romanus conf. 517. num. 18. Craueta conf. 276. num. 3. ex Angelo, Baldo, Castrensi, & Iasone, interpretans l. i. ff. de transactionibus, tradit Menoch. conf. 1258. num. 1. & 2. vnde cum in hoc casu apparet nullum titulum exhibitum esse pro vectigalibus detinendis, ab eo qui de illis transigit, nec sufficere præscriptionem etiam immemorabilem, aut titulum, & priuilegium, nisi habeat qualitates, vt scribatur in rationibus Regalis patrimonij, & libris, quos dicimus *de lo saluado*, iuxta solemnitates quas requirunt, leg. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. l. 1. tit. 18. lib. 9. Recop. & supra retulimus num. 1. & nos latè probauimus allegationem 5. num. 1. non potest dici transactio, quæ de re indubitata facta fuit, cum nullum titulum, aut priuilegium exhiberet reus conuentus, ideoque magis rem certam, & indubitatam donationis

nis causa liberalitate remissam à Principe: in hoc casu dicendum est, quam verè transactionem factam, vt traditur in l. i. ff. de transact. ideoque facilius, vt primaui actione agatur transactio rescissa, existimanda quæ verè à principio nulla est, vt prædiximus, & saltem si de facto præcesserit non impletum quod ea comprehensum, & promissum.

17. Septimò denique quia omnia quæ ex aduerso opposita fuerunt, quando aliquod iuris fulcimentum habere possent, eo casu procederet quando competeret aliud ius ei qui vectigalia detinebat præter illud quod ex transactione obtinuit: at verò cum in nostro casu nullum aliud ius appareat habere reum, cum priuilegium aliquod vel titulum non exhibuerit præter jus transactionis ad vectigalia detinenda, tunc cum omne ius ex transactione consequatur, merito ea non impletà rescindi oportet, vt expressè etiam si contrariam opinionem regulariter sequatur in his terminis tenet Surdus conf. 447. num. 41. versic. *Quintò Respondeo*.

18. Octauò, eandem sententiam vt non impletà transactione possit primaui actione agi videtur insinuare textus in l. *tale pactum*, 40. §. *qui pronocauit*, ff. de pactis, vbi sententia contra aliquem lata, & appellacione interposita transactum fuit, vt certam summam solueret appellans aliàs iudicio eum satisfactorum, etsi non impleuerit transactionem, tradit l. C. iudicium primo datum exequi deberi, non verò vt agatur pro impleto eius quod promissum vt post glossam ibi notarunt Bart. & Baldus, num. 6.

19. Nonò, quia non sequuta causa ex qua transactio interposita conditio merito concedenda arg. textus in l. si quis accepto, l. fin. ff. de condit. caus. dat. & eorum quæ in illis Doctores notant communiter Bartolus, Baldus, Iason, & Salicetus, Afflicti decif. 108.

20. Decimò, est textus expressus, in l. si instituta, 27. ff. de inofficioso testamento, ibi l. C. tradit hæc verba: *Si instituta de inofficioso testamento accusacione de lite pacto transactum est, nec fides ab hærede transactioni præstatur, inofficiosi causam integram esse placuit.* Quò manifestè probatur ex defectu impleti transactionis priorem actionem & iudicium instaurari: & quoad pignoratitiam actionem, si effectum non habuerit transactio ex qua res data vt competat actio pignoratitia, traditur in l. penult. *latrunculis*, ff. de except. rei iudicatæ, eis verbis, quæ nobis conueniunt. ibi: *Actio tamen pignoratitia competit, verum est enim & pignori datam &* Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Pars I.

satisfactum non esse.

Et hanc opinionem vt possit ex defectu 21. implementi transactio rescindi & agi primaui actione tenuerunt Paulus de Castro lib. 1. conf. 412. incipit: *quia breue spatium*, num. 1. sequitur Thuscus, practicarum lit. T. conclusio. 357. & cum obligatio sit quæ ligat vtroque contrahentes qui velit transactione defendi, & illa agere totum contractum ex sua parte adimplere teneri, ex Bartolo, Alex. Ias. Curtio Seniore, Decio, Tiraquello, Natta, Croto, Cephalo, Beroio, Menochio, & Beccio, quos refert, probauit Surdus di. conf. 447. num. 9. & eo casu contrariæ opinionis authores admittunt transactionem non irritandam eo quod impleta non sit quando constat aliquo modo posse impleri, vt ex Caputio probauit Aimon, Craueta tom. 5. conf. 856. num. 2. & Iosephus Ludouicus, qui 2. p. decif. 101. Perusin. num. 1. cum sequenti vsque ad num. 10. hanc sententiam comprobabat, & quamuis postea discedere à nostra opinione videatur, tamen inde tenuit, quia impletum fuit ex latere eius, qui pro transactione dare debebat, vt fundus promissus traditus, licet postea euctus.

Vnde cum in hoc casu certum sit non 22. posse ex parte rei qui promissit transactionem impleri, ex omnium sententia rescindi oportet, vt primaui actione agatur, notarunt glossa, Bart. & Baldus num. 6. in l. *tale pactum*, §. *qui pronocauit*, ff. de pactis, Curtius in l. *sine apud acta*, nu. 48. Cod. de transact. & contravenire dicitur transactioni, qui non soluit in tempore, quod debet, Curtius post Castrensem, & Alexandrum in l. *si quis maior*, l. i. n. 31. C. de transact. Decius in l. *cum proponas*, Cod. de pactis, Gratus lib. 1. consil. 4. n. 16. & 17. adde Ioannem Baptistam Cæsar. in consiliis variis, 3. parte conf. 69. num. 56. cum sequent. & in terminis nostram sententiam probauit Anton. Gomez in l. 45. Tauri, num. 53. nota verba: *non obstaret textus in l. sine apud acta, Cod. de transact. quia responderi posset, quod ibi reus non seruauit promissa, unde actor potuit reuerti ad actionem, & litem primam, argumento textus in l. cum proponas, la 2. & que ibi traduntur, Cod. de pactis.*

Nec obstant quæ supra in contrarium ex 23. pendimus, nam quoad primum de l. *incivile*, Cod. de rei vindicatione, & l. *non idcirco*, C. de contrahend. emptione, longè dissimilis, & diuersa ratio est, quippe omnino perfectus, & completus est contractus emptionis, & venditionis, quoties res vendita tradita est, si pretium solueretur, vel eo non soluto de illo fides sit habita, §. *vendita* instit. de rerum diuisione, l. *quod vendidi* 19. ff. de contra-

henda emptione, l. *Iulianus*, §. *offerri*, ff. de actione empti, l. *si procurator* 5. ff. de iure fisci, l. 46. tit. 28. part. 3. at verò transactio etsi fidei alterius sequatur, semper respicit implementum eius, quod pro transactione promissum est, argumento l. *cum proponas* 17. Cod. de transact. & probatur, l. *siue apud acta*, 28. Cod. eodem, vbi etiam si qui transactione ius suum remisit, nihil scriptura comprehendit dari, sed solum pacto id conueno, cum ex pactone nuda iure civili actio non nasceretur, l. *iuris gentium*, §. *igitur nuda*, ff. de pactis, si illud quod pro transactione conuentum datum non sit, traditur ab Imperatore posse iudicium vindicationis prosequi, etsi exceptio transactionis opponeretur, de dolo replicari oportet, vt quod conuentum fuerit obseruetur.

24. Quasi tota vis transactionis ex implemento pendeat ex dictis iuribus, l. *nec intentio* 23, l. *si quidem* 24 l. *transactio* 38. l. *si quis maior* 41. Cod. de transact. Bart. Bald. Salicetus, Baldus, & Purpuratus in dict. l. *transact.* & ad l. *promissis* 37. Cod. eodem, Cuman consil. 179. incipit pacta, Fulgosius consil. 160. ex quibus Decio, Fusco, & aliis Sebastianus Nenius ad ea iura, & cum in hoc casu certum sit implementum sequi non posse, de quo in hac causa dubitari non valet transactionem esse rescindendam, quoniam valde iniquum esset, vt retineat vectigalia, quæ à fisco transactione accepit, & vltro non adimpleat, quod promissit, & facit dict. l. *si quis accepto*, 4. ff. de condict. causa data, eis verbis: *Si quis accepto tulerit debitori suo, cum conuenit, vt ex promisso rem daret, nec ille det, potest dici condici posse ei, qui accepto sit liberatus*, & notarunt Doctores in l. 4. & 5. ff. de acceptilationibus, Medicis in tract. de acceptilatione l. part. quæst. 11. num. 7.

25. Nec quidquam facit l. *cum mota* 6. Cod. de transact. quæ in contrarium expensam pro eius explicatione notandum eum rextum maxime contrahere difficultatem cum l. *si instituta* 27. in principio, ff. de inofficioso testamento: nam hæc duo iura inuicem obstant, pro quorum explicatione plures interpretationes cumularunt glossa, Bart. Bald. Salicetus, Oddofredus, Iason, Decius, Alexander, Angelus, Fulgos. Alciatus, Duarenus, Iulius Pacius, Fachineus, Donellus, Petrus Grangianus, & aliis, quos refert Nicolaus Genua in conciliatione eorum iurium, quæ vt percipias, nota veram esse sententiam l. 27. eam procedere in filiis exhereditatis, quibus ipso iure competit querela, quæ si transigatur, & non adimpleatur promissum ad querelam reduci oportet, at verò

text. in dict. l. *cum mota*, aliter procedit in hereditatibus matris, qui querelam transegerat, quibus non permittitur ad eam redire, quemadmodum eis non concederetur querelam intendere, quæ solum conceditur illis, qui primo gradu erant, quasi illorum solum iniuria, indignario fit, l. *filius*, 22. ff. de inofficioso testamento.

Nec obstat l. *Posthumus* 6. §. fin. cum l. 26. sequenti, ff. de inofficioso, vbi querela inofficiosa preparata ad hæredes transit, & non solum venit ad querelam mater, vt in dict. l. *Posthumus*, §. fin. sed expressè illam instituit in dict. l. *cum mota*, quia facilè responderi poterit, quia mutauit voluntatem transigendo non posse dici querelam preparatam, ibi ex decisione expressa textus in l. *nam etsi* 15. §. 1. ff. de inoffic. testamen. eis verbis: *hæredi eius qui post litem de inofficioso preparatam mutata voluntate decessit, non datur de inofficioso querela, non enim sufficit litem instituere, si non in ea perseueres*, apertè enim conitatur matrem mutasse voluntatem in dict. l. *cum mota*, & ideo eius hæredibus non permittitur querelæ instauratio, quomodo post plures ex supra relatis ea iura accipiunt D. Padilla, & Gilqueni in dict. l. 5. *cum mota*, Donell. lib. 9. comment. cap. 6.

Vltèrius quæ contra adducta in l. *siue* 27. apud acta 28. Cod. de transact. l. *cum proponas* 21. Cod. de pactis, nihil ad rem faciunt, quia in longè diuersa specie procedunt, quoties transactio sine scriptura interposita, nec stipulatione sequuta, sed ex pacto nudo, an producat actionem, quod dissimile est.

Deinde quod obiectum fuit, transactione semel extinctam actionem non posse suscitari, vt primæua agatur, ex l. qui res, §. *aream*, ff. de solut. nihil contra facit, quia in nostris terminis transactionis ad eius rescissionem agi posse, quando extincta fuit actio, notauit Nouarius vbi supra, versic. interdum, & in hoc casu actionem extinctam reuiuiscere, si transactio non adimpleatur, limitando regulam prædictam ex Castrensi, & aliis probauit Tuschus practicar. conclus. lit. A, conclus. 116. num. 9. & lit. E, conclus. 676. num. 11. & quamuis dicta conclusione 116. num. 10. sententiam contrariam referat, vt eo casu suscitari non possit actio, tamen numero sequenti ex Paulo de Castro lib. 2. conf. 372. admittit suscitari actionem in subsidium, quando alia via non potest procedi, & in nostro casu, quia nullo alio modo potest fiscus ius suum consequi, vt animaduertimus.

Et ex iusta causa ius etiam extinctum suscitari probatur l. *propter veneni* 21. §. *neptis*, ff. ad S. C. Sillanian. ibi *fideicommissum esse*

esse retinendum integrato iure debiti rationis est, vbi cum neptis adierit auia hereditatem eius bonorum petita possessione, & ideo fideicommissum, quod alio testamento auia debuit nepti, confusum & extinctum fuit, argumento l. *debitor sub pignore*, ff. ad S. C. Trebellian. iunctis, quæ notarunt Fachineus lib. 6. controuersiar. cap. 33. Ant. Faber lib. 7. conuict. cap. 16. & 17. Romanus conf. 272. si tamen hereditas abdicetur à nepte, quia negligens fuit in defendenda, & vindicanda nece auia, etiam si ex eo bona hereditatis abdicantur, tamen integrato iure debiti fideicommissum retinere debet, vt deficiente causa hereditatis ex qua fideicommissum extinctum, & debitum confusum postea suscitur, & teneat, & vltra quæ notatur ab omnibus in dict. l. *debitor sub pignore*, facit traditum à Molina de Hispanorum primogen. lib. 2. cap. 16. num. 25.

30. Et similiter inde accipiendus textus in l. à liberto 35. ff. de bonis libertorum, vbi usufructus legatus extinctus, eo quia hereditas liberti, qui debebat ad Mæuium, qui hæres institutus, deuenerat postea à filio domini contra tabulas possessione rescisso testamento liberti usufructus redintegratur cessante causa, scilicet sublatis bonis propter quæ usufructus extinctus, & confusus fuit.

31. Facit l. *eum qui*, 87. §. fin. ff. de adquir. hæredit. ibi: *Confusas actiones restitui oportet, & addendus Donellus lib. 7. comment. c. 2. & iustus de causis extinctam actionem suscitare probatur, l. si cum quis* 41. §. fin. ff. de furtis ibi: *Extingui actionem*, Et iterum ibi: *Renasci eam actionem debere & ita utimur*: conducunt verba textus in l. 2. §. fin. ff. si ex noxal. causa agatur ibi: *Ergo & actori actio restituenda est perempta ea*. Et in terminis debitoris fiscalis vt restituatur actio quæ semel extincta vt fiscus recuperet, quod ei deberetur iuuat quod ex Papiniano traditur in l. *deferre*, §. fin. ff. de iure fisci, vbi si debitor fiscalis solueret creditori suo & ille consumeret pecuniam etiam si creditor ignoraret fisco deberi ab eo aufertur pecunia vt fisco soluat, & actio quæ solutione extincta restituitur creditori vt ei directa actio competat, & quando generaliter suscitari possit actio extincta.

32. Rursus quod obiectum est, ex l. fratris, 10. l. quamuis, 39. Codice de transactionibus fauore litium minuendarum non esse locum penitentia in transactione nec in ea procedere conditionem causa non sequuta diuersè accipiendum est quia omnes Doctores id admittunt vt agatur ad implementum ex transactione, & consequatur qui transigit

quod ei promissum est: at verò quando constiterit vt in hoc casu nullatenus posse impleri promissum videtur transactionem rescindendam, quia valde iniquum & inutile foret eius actione agere quæ inanis est vt promissum consequatur, l. *nam is* 6. ff. de dolo, l. *Titius*, 76. vbi glossa & DD. ff. de procur. Antonius Monachus decif. 54. num. 12. ex Rolando Gallinio, & aliis Velasco axiomatum iuris lit. H, num. 3. & lit. A, num. 74. & 77. & facit illud Martialis libro 2. Epigramm. 3.

Sexte nihil debes, nil debes Sexte, fatemur.

Debet enim si quis, soluere Sexte potest.

Et nullus admittit quando omne ius detinentis vectigalia præstatur à fisco qui transigit vt vectigalia detineat & eorum pretium non præstet.

33. Quod similiter procedit etiam eo casu quo aliquid ex transactione solutum fuit si maior pars (vt in presenti euenit) non impleatur, nam si fisco pro his vectigalibus & vt à lite transactione recederetur sexaginta millia aureorum promissa fuerunt etiam si decem vel viginti solueret Reus, cum tamen reliquum soluere non possit, tunc merito ad transactionis rescissionem agendum, quia omnes Doctores quos supra adduximus qui tenent non posse impugnari transactionem quando qui fecit probauit transactionem, & aliquid ex ea receperit, aliter procedit eorum sententia, quippe nos in hoc casu non impugnamus transactionem quasi in valida sit, & contra illam agere velimus, sed quia non impletur volumus primæua actione vectigalia vindicare, & litem instaurare quod longè diuersum est & ab eo quod interpretes tenuerunt, Iuxta quod ex Bartolo, Castrensi, Iafone Alexandro, Decio, Menochio, & aliis pluribus probauimus supra num. 21. cum seq.

34. Nec obstat si dicas intendere posse fisco vt vectigalia quæ reliquit reo conueno ex transactione ad eius implementum, & vt soluatur quod reliquum extat vendi deberet agendo ex transactione, quia hæc res valde implicata est quippe cum fere nulla alia bona inuenirentur habere eum qui pro vectigalibus transigit & alimenta petierit ex ipsis istis vectigalibus quæ pluribus creditoribus obligauerit nimis ærumnosum esset fisco cum omnibus litem suscipere cum facile posset pristinam actionem instituere vt vectigalia sua vindicaret, de quo queri non potest qui transactionem non adimpleuit, ex notandis verbis textus, in l. *si profundo*, 33. Cod. de transactionibus ibi: *si tamè res ipsas apud te constitutas ob quarum questione litis intercessit decisio fiscus vel alius à te vindicauit nihil petere potes.*

35. Præter quod contra expensum de l. eleganter, §. 4. in principio, ff. de pignorat. actione nihil ad rem facit, quia loquitur de datione in solutum quia licet transegitur videatur cum debitore creditor qui pignus recepit, l. à Dito Pio 15. §. si pignora, ff. de re iudic. tamen dissimilis casus est, & occurritur creditori actionibus de quibus in eo textu, cuius explicationem seu corruptionem pete ab Antonio Fabro de error. decade 100. errore 9. qui totum eum textum Triboniano refert & contrariam pignoratitiam competere creditori ex aliis Vlp. locis probat, l. si rem alienam, 9. in principio, l. si tutor, 16. §. i. de pignorat. actione.

36. Cuius rei differentiam dationis in solutum, & transactionis insinuare videtur textus in l. ex sextante, §. Latinus largus, ff. de except. rei iudic. supra adducta, ut ex defectu implementi suscitetur primum iudiciū, ubi in eadem specie pignoratitiae actionis traditur eam durare post transactionem, ut ea non extinguatur pignoratitia contra posteriorem creditorem, qui pignus euincit, quia non potest dici pignori satisfactum ea datione, quæ euicta fuit.

37. Nec aliquid obstabit, quod supra obiectum transactione fieri nouationem, & omnino priorem obligationem extinguere, quia ultra quam in dict. §. Latinus largus, non de pignoratitia actione transactio interposita, sed de hereditate, in qua non comprehendatur fundus de cuius hypotheca quaerebatur, quippe ut in hoc textu apparet, ille fundus proprius erat Titij, qui de hereditate controuersiam mouerat, quod miror non animaduersisse Ant. Fabr. qui dict. error. 9. tradit nihil posse facere nouationem ad extinguendum pignus, licet daretur in solutum: nam certum est, si eadem pignora in secundam obligationem translata sint, videri creditorem in sui ipsius locum succedere, & anterioris pignoris ordinem retinere, l. 3. l. creditor 12. §. p. apinianus alias, l. si prior, l. ult. ff. qui potior in pignore habeatur, quanto magis dicendum est retineri eundem ordinem pignoris contra quoscunque creditores ab eo, qui accepto in solutum pignore id egit, ut eius quoque dominium adquiret, quia etiam adquisito dominio, cum tamen reuocabile sit, non debeat pignus censeferi extinctum, ut post Bartolum, Alexandrum, Baldum, Iasonem, Romanum, Riminaldum, Decium, Socinum, Gozadinum, Socinum Iuniorum, Beroium, Capitium, Tiraquellum, & Cagnolum notauit Afflictis decis. 8. & 16. quos refert Surdus decis. 260. per totum, qui pro eius textus explicatione

refert. Neuzianum conf. 79. nu. 12. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glossa 7. num. 69. & sequent. & pro explicatione eius textus, & dationis in solutum pignoris addendi, Thefaur. decis. Pedemontana 147. Coller. de processibus executiuis 3. part. cap. 9. num. 55. 61. & 62.

Et obligationem extinguere, & nouari transactione ita accipiendum, si eius conuentiones impleantur, aliàs non censebitur nouatio extincta, sed additua, ut circa commissum, in quo transigi videtur, Bartol. in l. 2. de arbitriis, Purpuratus in rub. Cod. de transactione num. 32. ex Iafone, Speculatore, Angelo, Decio, Fulgofio, Socino, Alexandro, & Antonio Gabriele probauit Gratianus tom. 3. discept. cap. 557. num. 32. & 33.

38. Nec etiam ultra contrariam fauet opinionem dict. l. si pro fundo, de qua supra in eo, quod in principio traditur: si pro fundo, quem quis petebat, praedium tertis limitationibus liberum dari transactionis causa placuit, nec eo tempore minor annis viginti quinque fuerit, qui transegit, licet hoc praedium obligatum post, vel alienum pro parte fuerit probatum, in instaurari decisam litem prohibent iura: unde insinuari videtur etiam si implicatum fuerit, quod ultra praestandum ex transactione eam non rescindendam, quippe difficultas solui poterit. Primum, nam semper excipit, si minoris iure transigens vti non possit, quo casu rescindendam transactionem admittit sine dubio, & cum fiscus semper vtatur iure minoris, Aretinus, Bosius, Boherius, Guido Papæ, & alii quos refert Peregrinus de iure fisci lib. 6. tit. 2. n. 10. adde D. Alfarum de officio fiscalis, glossa 9. num. 10. & glossa 20. §. 3. num. 31. ideo ex illius textus decisione poterit litem transactione decisam instaurari, & in nostra controuersia ego, ut fisci Patronus, pro eo restitutionem petieram, quia grauius laesus apparuit transigendo cum à principio constaret, quod ei pro transactione praestandum solui non posse.

40. Secundò respondendum est in eo textu aliam rem, & speciem dari, quam illam de qua iudicium erat, scilicet pro fundo de quo lis instituta aliud praedium liberum praestandum: at verò in nostro casu, ut vectigalia detineret reus, qui pro illis conuentus pecuniam promissit, & debitor generis fuit, & quantum differant hi casus, constat, quia debitor speciei dando speciem, etsi deterioratam, vel pro parte alienam adimplere videtur, quemadmodum liberatur, ea perempta l. quod te mihi, ff. de rebus creditis, ut praeter ordinarios ibi notarunt Bald. lib. 1. consil. 135. Gail. tract. de pignoribus, cap. 18. num.

num. 5. Duenas reg. 176. Fachinus lib. 2. cap. 71. Robertus lib. 2. sent. cap. 17. & sufficiat rem tradere absque eo quod teneatur face- re dominum: at verò debitor generis, vt pecuniaz debet pretij dominum facere creditorem, quod expressè probatur l. ex empto 12. §. in primis, ff. de act. empti, ibi: emptor autem nummos venditoris facere cogitur, & inde alibi decis. Granat. 12. num. 17. & 18. & 19. ex Connano, Donello, & Antonio Fabro animaduertimus differentiam inter venditorem & emptorem, vt ille qui rem debet, & inde speciem, non obligetur ex contractu rei venditæ facere dominum emptorem, sed sufficit rem tradere, etsi fuerit eius dominus, transferret eius dominium, vel vsucapiendi conditionem, at verò emptor omnino pretij, dominum facere debet venditorem, vt aperte probauimus ad interpretationem iurium singularium, l. si ita distrahatur, §. qui vedit, l. rem alienam, ff. de contrah. emptione l. fin. de condict. causa dat. l. 5. §. & si quidem de praescriptis verbis, maxime quia, vt supra notauimus, debet ex sua parte adimplere, qui vult transactione iuari, cum sit contractus reciprocos, Castren. lib. 3. consil. 96. col. 2. Gratianus tom. 5. discept. cap. 944. n. 41. pluribus Barbofa axio mate 98. n. 9.

41. Sed pro dicta l. si pro fundo, explicatione notandum est, quod tradit Antonius Faber de erroribus pragmat. 4. part. decad. 100. errore 9. dum distinguit dationem in solutum pro transactione ab ipsa simplici transactione, & verba finalia textus: ut si fiscus, vel alius vindicet res, quæ remanserunt apud eum contra quem lis instituta, & transacta, nihil petere possit, ita interpretatur Ant. Faber, vt quamuis verum sit, quod aliqui voluerunt, vt si fundus qui in iudicio petebatur, & transactionis causa restitutus euincatur, nihil petere possit, qui fundum accepit, contra eum, qui restituit, quia non se obligat de euictione qui restituit, quam actor petit, ei restituit, tamen melius censet praedicta verba accipienda, non de re, quæ data propter transactionem, si quidem non eadem, quæ petitur, sed alia daretur, & euincatur, tunc ex stipulatu, vel praescriptis verbis agi aduersus eum, qui dedit, traditur in d. l. si profundo, & quod in fine traditur non teneri, referendum ad res quæ remanserunt apud eum à quo petebantur & transegit: cuius differentiae rationem considerat Anton. Faber quia æquum est vt in specie eius textus cum pro fundo qui petebatur alius datus fuit euictione sequita teneri reum qui alienam rem dedit vel alij obligatam, tamen iniquum foret actorem teneri reo de euictione illius rei quam ipse ac-

tor non dederit sed tantum manere apud reum passus sit rem quam volebat ei antea per litem euincere quod congruit iuris regulis, & rectè explicatur à Fabro, & pro d. l. si pro fundo explicatione, & vtrum transactio nouum titulum adiungat videndus textus in c. 1. vbi scribentes communiter de transact. vbi Abbatem antiquum Innocent, Collectar. Zabarell. Hostiensem, Bellamer. Ioann. Andr. Imol. Ananiam, Panormit. Baldum, Ant. August. & alios refert Barbofa in Collect. eius textus Doctor. ad l. 1. ff. pro emptor Alciatus lib. 3. consil. num. 34. Mantica de contract. lib. 26. tit. 7. num. 11. Gozadinus consil. 38. num. 9. & 12. Menochius lib. 3. praesumpt. 134. num. 42. Rodericus Suarez, allegat. 19. num. 18. Ant. Gomezius in l. 45. Tauri, num. 73. Mieres de maiorat. 4. p. q. 22. num. 89.

42. Rursus non obstat textus qui, num. 5. contra adductus in l. si maior, §. 36. Cod. de transact. quia ommissa aliquorum sententia vt quod traditur amplius non peti quam quod promissum ex transactione referatur ad vsuras, vt nec à tempore moræ veniant in transactione quæ stricti iuris est vt ex Alexandro tradit Gothifredus, in notis eius textus vere respondendum est etsi opinio contraria vt transactio non rescindatur procederet illum textum loqui tam in maiori viginti quinque annis vt in eo apparet: nos verò in fisco quia vtitur iure minoris & pro eo aduersus transactionem restitutionem petieram: tum in d. l. si maior quamuis transactione comprehensum, nec datum, nec representatum, tamè exigere potest vt constat ex textu: at verò in nostro casu, excessione bonorum, & concursu creditorum debitum fiscale exigere non potest quo casu dubium non est pristina actione agi posse, quia aliter non potest succurri transigenti vt supra notauimus, & tradit Angelus in d. l. instituta, ff. de inoffic. testam. Romanus in dict. l. cum mota, Cod. de transact. num. 9. quid enim magis absurdum, quam vectigalia à Rege habere, & postea non soluto illo quod conuentum, ex eis velle alimenta percipere, & reliquis creditoribus soluere in damnum fisci.

43. In quo notandum censeo constituendam differentiam vt quoties quod ego possideo à me petitur, & transactio interponitur, posse procedere vt ex transactione agatur quia tuor in iure quod habeo nec totum nec nouum consequor transactione quia solum ea receditur à lite, secus vero circa vectigalia quæ petuntur, quia ea nisi à Rege priuatus obtinere non potest, & transactione ius illorum quod antea ex defectu tituli non habebat transfertur, ita vt omne ius consequatur à fisco, & in

& in transactione venditio fiat vectigalium, quæ transiguntur ut titulus, qui antea deficeret accedat, unde si pretium, transactionis non impleatur merito primæuum iudicium poterit iustaurari.

44. Postremo non obstat text. in l. cum te proponas, 2. C. de transactionibus de quo supra, num. 6. obicimus quia diuersa quæstio specie quando de hæreditate lis instituta non fuit an procedat transactio & traditur rectè procedere quia sufficit timor litis ut rectè cauta pecunia censetur non verò sine causa ut post antiquiores notauit Donnellus ad d. l. 2. quod nihil facit ad nostram quæstionem.
45. Denique ut omnia prædicta rectè accipiantur & iura quæ supra expensa pro eo ut transactio non rescindatur animaduertendum posse procedere quando transactio firmata fuit stipulatione vel cautione amplius non peti ut in specie: si quidem, 24. l. si de certa 12. Cod. de transactionibus vel acceptilatio intercessit Aquiliana stipulatione ut in l. vbi pactum. 40. Cod. eodem quia tunc poterit sequi plane liberatio quasi renunciari videatur iuri ut amplius petatur ut ad primam actionem redire, & ex transactione agendum pro implemento & quando in eius defectu possit mora purgari vide quæ post glossam Bart. Baldum, & Guillelm. de Zucar notauit Paulus de Castro, in l. si maior. 36. Cod. de transact. per totam, Cuman. consil. 179. num. 2. & 3. Thufcus, lit. M, conclus. 377. & lit. T. conclus. 352. num. 11. & 12. quod verò longe diuersum est in nostro casu vbi fiscus utitur iure minoris, & restitutio aduersus transactionem petita, neque aliquo modo ritulus exhibitus, quo vectigalia possit priuatus obtinere, & totum ius quod in eum translatum omnino à fisco prouenit, nec aliunde potest haberi, & eo prætextu data vectigalia, & transactione de nouo vendita ut illud pretium soluatur quod nec solutum nec solui potest nisi vectigalia recuperentur ideo debet suscitari prima actio & transactio rescendi & ita pluries obtinui.



ALLEGATIO XXVII.

Causa tertiarum quo iudicio expedienda.

1. Declinatoriam à iurisdictione Regalis Patrimonij in causa Tertiarum solent intendere exempti.
2. Senatus Regalis Patrimonij cognoscit de

- tertiis contra exemptos, & Ecclesiasticos non obstante declinatoria.
- l. 1. tit. 21. lib. 9. Recopilat.
3. Tertia & alia quæ principibus secularibus conceduntur sunt temporales, si non habent connexionem cum Ecclesia.
4. Decimarum nomine quod soluitur temporale potest concedi laico licet spirituale non possit.
- l. 1. tit. 5. lib. 1. Recopil.
5. Tertia postquam incorporata Regio Patrimonio non pertinet ad cognitionem iudicij Ecclesiastici sed secularis cui pertinet administratio Patrimonij Regij.
- l. 2. §. 25. tit. 2. lib. 9. Recopil.
- l. unica, C. de officio commit. rer. priuat.
- l. 1. & 2. C. de officio commit. Sacri Palat.
- l. 1. C. vbi cause fiscales.
- l. 3. & 8. tit. 5. lib. 1. Recopil.
6. Principibus decimæ concessæ solum ad fructus referuntur.
7. Princeps in tertiarum recuperatione cum habeat concessionem Pontificum, & in memorialem prescriptionem pro se non considerandus actor, sed reus.
- l. Carbonianum, §. missum, de carb. adict.
- l. siue possidetis, C. de probationibus.
- l. si quis liberum, 20. ff. de probationibus.
- l. improba, C. de acquir. possessio.
8. Spoliatus potest coram suo iudice conuenire spoliante etiam si sit alterius fori.
- c. relatum, 21. §. 1. de iure Patronat.
9. Rex habet ius ut de illis quæ eius Patrimonij sunt, possit conuenire etiam exemptum in sui fisci foro.
- l. 3. 8. tit. 5. lib. 1. Recopil.
- l. 2. tit. 2. lib. 9. Recopilatio.
- l. 1. tit. 21. lib. 9. Recopil.
10. Rex in eis quæ obtinet indulto Pontificum in Ecclesia habet iurisdictionem tamquam Episcopus.
- l. numerum, §. fin. ff. de muner. & honoribus.
11. Tertiarum recuperatio non respicit exactiorem personalem, ut coram Ecclesiastico sit tractanda, sed ius regale ut ex decimis tertiae deducantur.
- c. cum sit generale, c. si diligenti, de foro compet.
- l. Imperatores, 7. ff. de publican. & vectigal.
- l. 2. §. si aliter, ff. finium Regundorum.
- l. qui aliena, 10. §. fin. ff. de negot. gestis.
12. Pignus obligatum à laico cum clausula, non alienandi, alias alienatio, sit nulla etiam si deueniat ad clericum potest capi à iudice seculari.

L. credi

- l. creditor, §. fin. ff. de distract. pignor.
- l. ea lege, Cod. de condict. ob causam
- l. fin. tit. 5. p. 5.
- Præuilegium persona solet occultari ratione rei.
13. Index secularis potest ex delegatione, & præuilegio Pontificis cognoscere de causis pertinentibus ad forum Ecclesiasticum.
- c. in synodo, 63. distinctione.
- c. Menam, 2. q. 5.
- l. 1. §. fin. de noui oper. nunciatio.
- l. 1. ad fin. cum lege sequenti, ff. de usufructu.
- Clericus detinens bona fiscalia potest conueniri coram iudice causarum fiscalium.
14. Iudices Regij debent cognoscere de regalibus etiam contra Clericos.
15. Iudices Regij debent cognoscere de tertiis quamuis Rex donauerit, Ecclesia, vel ei administrandas relinquat.
- l. 57. tit. 6. p. 1.
- l. 6. tit. 1. lib. 4. Recopil.
16. Cancellaria cognoscunt in Hispania contra Clericos, & regulares de iurisdictione Regali, & tributis Regijs, ex rescriptis Caroli V. & Philippi II.
17. Consuetudo & obseruantia ligat Ecclesiasticos.
18. Consuetudo ut Rex cognoscat aduersus Clericos in rebus sui Patrimonij probatur legibus styli.
- l. 118. styli, & n. 31.
19. Ecclesiastici antequam Regi tradant tertiae quæ ex decimis deducenda videntur administrare nomine Regis.
- Clericus ex administratione à iudice seculari data potest coram eo conueniri.
20. Episcopus qui recepit à iudice seculari bona pro redemptione captiuorum coram eo debet reddere rationem.
- l. 5. tit. 10. p. 6.
21. Consuetudo excusat non solum à pæna temporali sed spirituali.
22. Decimarum, & tertiarum plura iudicia pendunt hodie contra Ecclesias in senatibus Regijs.
23. Index secularis capax est cognoscendi de factis de eis quæ pertinent ad forum Ecclesiasticum.
24. Tertiarum causa an deducta à decimis est quæstio de factis.
25. Clerici possunt conueniri coram iudice seculari ratione rei.
- c. decernimus, & at si Clerici de iudiciis.
- c. ceterum, de iudiciis.
26. Tertiae qui à Principe habet potest conuenire ecclesiasticos pro eis coram iudice fisci.
- Ioann. Bapt. Latrea Alleg. Fisc. Pars I.
- Rex potest procedere contra Ecclesiasticos. impediens exactiorem reddituum Regalium vel eos usurpantes.
27. l. 3. tit. 1. lib. 4. Recopil.
28. Clerici exempti sunt iure diuino à iurisdictione seculari in spiritualibus, & suis personis.
- Clerici in temporalibus & suis bonis sunt exempti à iurisdictione seculari iure positiuo.
29. Clerici tenentur contribuere cum laicis in aliquibus quæ tendunt ad utilitatem clericorum & laicorum.
- l. 11. & 12. tit. 3. lib. 1. Recopil.
30. Bullarum retentionis quæ in Hispania consuetata ratio.
31. l. 8. & 9. tit. 10. lib. 9. Recopil.
- Clerici prohibentur esse conductores vectigalium.
- Nobilis potest carcerari non obstante immunitate pro exactiione vectigalium.
- Fideiusor publicani si nobilis sit, an amittat præuilegium immunitatis, ut possit pro fideiussione carcerari.
32. Praxis senatus Patrimonij retinendi acta iudicij Ecclesiastici qui impederit: excoutores vectigalium explicatur.
33. Princeps, & eius fiscus potest exigere rationem à Clerico qui administrationem habuit, Regalis Patrimonij.
34. Laicus potest clericum debitorem fugientem, & sua asportantem detinere.
35. Clericus ratione rei quando poterit coram seculari conueniri.
36. Vectigalium exactio respicit publicam utilitatem,
- l. 1. §. in causa de quæstionibus.
- Clerici, & Prælatis pro reparatione Ecclesie debent respondere coram iudice seculari.
37. Clericus quando tenetur ex re profana ad tributa soluenda coram iudice fisci potest conueniri.
38. Spolium factum à Clerico potest restitui per iudicem secularem.
39. Clericus usurpans Principis iurisdictionem potest impedi à iudice seculari.
- l. Prohibitum, Codice, de iure fisci lib. 10.
- l. defensionis, Cod. eodem.

Cc De

De Iurisdictione senatus Regalis Patrimonij circa exemptos, & Ecclesiasticos quando impediunt administrationem Regij Patrimonij, & pro recuperatione Tertiarum, qua Regibus nostris à summis Pontificibus concessa, ad explicationem l. 2. tit. 2. l. 1. tit. 21. lib. 9. Recopilat.

D Vbitatum de iurisdictione Senatus Regalis patrimonij, & disceptatio exorta, quando aduersus aliquos exemptos decimatum Tertias Regibus nostris concessas detinentes Patronus fisci petit eas Regali patrimonio restitui, tunc si Clerici, vel Religiosi fuerint, aut Laici alterius fori detinentes decimas ex priuilegio declinatoriam intendunt, vt non cogantur iudicium subire in hoc Senatu.

2. Sed in hoc casu certissimum est in eo causam agendam, velut propriam Regalis patrimonij, nam postquam Regibus nostris à Pontificibus concessa Tertiarum decimarum, l. 1. tit. 21. lib. 9. Recopil. Puteus lib. 3. decif. 319. & 330. Cauedo lib. 2. decif. 93. num. 1. vsque ad 5. Barbosa in l. Titia, num. 40. ff. soluto matrimonio, Soto de iustitia, & iure, lib. 9. quæst. 7. art. 1. Ceuallos lib. 3. commun. quæst. 822. n. 71. cum sequentibus, & lib. 4. quæst. 897. n. 636. latè Camillus Borrellus de præstantia Regis Catholici, cap. 59. per totum.
3. Igitur eo ipso, quod Tertiarum concessa, vt alia, quæ à Pontificibus Regibus concessa, sunt temporales, quando non habent connexionem, & dependentiam ab Ecclesia, vt probatur cap. generali, vbi glossa, verbo, *Regalia*, & Archidiaconus ibi de electione, n. 6. Bald. in cap. 1. tit. Episcopum, vel Abbatem in principio, num. 8. in vsibus feudorum, Bertrandus vol. 3. conf. 276. num. 17. Balzaram de feudis, titulo 56. quæ sint regalia in principio, num. 8. & in terminis Tertiarum Belluga in Speculo Princip. rubrica 13. §. tractemus, num. 78. vol. 1. Didacus Castillo in l. 6. Tauri, glossa de qualiquet calidat, & in l. 1. 3. gloss. *ventiquatro horas*, Velasco de iure emphyteutico, quæst. 17. num. 15. Rebuffus tractatu de exceptionibus, num. 214. & 219. Moneta tract. de decimis, cap. 8. num. 38. Rena-

Chopinus de moribus Parisiensibus, tit. 3. num. 7. & 8. Menoch. consil. 73. num. 16. Anastasius Germanus lib. 3. de sacror. immunit. cap. 19. num. 90. Oliuanus de iure fisci, cap. 11. num. 43. & cap. 14. num. 20. & cap. 15. num. 14. post Couar. Guterrium & alios latè Barbosa in l. Titia, num. 41. ff. solut. matrimonio, Ceuallos lib. 33. communium, quæst. 822. num. 74. Bobadilla lib. 2. Politicæ, cap. 18. num. 147. Camillus Borellus de præstantia Regis Catholici, cap. 71. num. 348. Forus lib. 9. de iustitia, & iure, quæst. 7. art. 1. in fine, Molina 3. tom. de iustitia, & iure, tractatu de tributis, disceptatione 663. num. 9. Beltraminus in additionibus ad D. Alex. Ludouisium decif. 414. lit. H.

Quia vt tradit D. Thomas 2. 2. quæst. 100. 4. art. 4. *Licet ius spirituale decimarum laicis non concedatur, tamen concedi possunt res temporales qua nomine decima dantur, & conducunt tradita à glossa in cap. peruenit. verbo laicilibus, l. 1. quæst. 3. & in cap. quoniam verbo non licere, 16. quæst. 1. Panormit. in cap. ad hæc de decimis, Felinus in cap. causam quæ, num. 4. de præscript. Cumanus, conf. 83. col. 1. quem refert Ruinus vol. 5. conf. 142. num. 19. Guillelmus Benedictus, in cap. Rainuncius verbo *duas habens filias*, num. 69. vers. *adeo quod si decime*, & Soto omnino videndus lib. 9. de iustitia & iure, quæst. 4. art. 3. vers. *ad questionem*, ex Couarr. Barbosa, Cauillos & alii. D. Castillo de tertiis, c. 12. num. 21. & distinctionem D. Thomæ videtur insinuare, l. 1. tit. 5. lib. 1. Recopilat. vbi postquam expressit decimas, & earum ius ad Ecclesias pertinere excipit Tertias, & decimas quas Rex percipit, ibi: *Ni se entienda en los diezmos y tercias que los Reyes nuestros predecesores, y nos nosotrambramos lleuau antiguamente.**

Et cum Tertiarum nostris Regibus sint concessa & illorum Patrimonio incorporata l. 2. §. 25. tit. 2. lib. 9. Recopilat non poterit de eis cognoscere iudex Ecclesiasticus vt de reliquis bonis Regiæ Coronæ, sed iudices sæculares quibus cognitio iniuncta, d. l. 2. §. 25. l. Vnica Cod. de officio commit. rer. priuat. l. 1. & 2. Cod. de offic. comm. facti Palatij, l. 1. cum sequentibus: Cod. vbi causæ fiscales, l. 3. & 8. tit. 5. lib. 1. Recopil. & idem in Tertiarum dicendum in quibus eadem militat ratio arg. l. illud 32. ff. ad legem Aquiliam, l. 1. à Titio 108. de verb. obligat.

Et ideo quasi Tertiarum fuerint effectæ de Regio Patrimonio, titulus 21. lib. 9. Recopilat vbi de eis agitur cum magno iudicio in eo libro collocatus in quo de omnibus rebus Regalis Patrimonij latè agitur vt post Aze-

bedo

bedo, Couarr. & alios notauit D. Castillo d. c. 12. num. 21. & num. 22. & seqq. qui probat vt quamuis ius decimandi spirituale sit, & à laico possideri non possit, tamen recte obtineri commoditas percipiendi fructus, & Tertias quæ Regibus concessa, & idem c. 10. num. 6. comprobata ex D. Thoma, Rodoano, Ioanne Garcia, Abbate, Barbosa, D. Balboa, & aliis, & in hoc casu non agitur de decimis & iure decimandi, sed de facultate percipiendi fructus qui ex decimis proueniunt, & hoc ius temporale est, c. fin. ne Prælati vices suas, c. vestra, de locato, Rodoanus de spoliis q. 14. num. 14. Gratianus tom. 2. disceptat. 238. num. 28.

7. Ex quo cum id velut laicale iam existimetur & esse de Regali Patrimonio debet causa tractari in eius Senatu, & cum Rex habeat in Tertiarum pro se Pontificum concessionem, præscriptionem immemorabilem, & iuris præsumptionem, etiam si Tertias ab iniuste detinentibus petierit, non considerandus actor, sed reus vt in fisci foro iudicium discutatur ex glossa, in l. si prius, ff. de noui operis nunciacione, vbi notat Bart. in l. scuti, §. sed si quaratur, ff. si seruitus vindicetur, l. Carbonianum, §. missum, ff. de Carboniano edicto, Genuensis decif. 3. Natta conf. 473. arg. l. siue possidetis, iuncta glossa, Cod. de probat. l. si quis liberum, 20. ff. eodem titulo, l. improba, Cod. de acquir. possess. Rota decif. 5. vt lite pendente in antiquis, Romanus conf. 496. n. 7. Lancellotus de attentatis, 2. p. c. 4. declaratione 4. num. 7. ex Decio, Couarr. & aliis, D. Castillo d. c. 12. num. 25.

8. Et cum spoliatus sit fiscus ab Ecclesiasticis qui Tertias vsurparunt à Regali Patrimonio, potest spoliatus coram suo iudice conuenire spoliante etiam si fuerit alterius fori, c. relatum, 21. §. 1. de iure Patronat. & in decimis notantur plures quos refert Menoch. de recuper. rem. 15. num. 218. & conf. 268. n. 1. & 10.

9. Tum etiam quia Rex ius habet vt de illis quæ eius Patrimonij facta sunt possit quemcumque conuenire in fisci foro, sine personarum etiam si fuerint exemptæ, distinctione: & hac regula etiam comprehensæ sunt Ecclesiastici & Religiosi ex suprâ relatis, l. 1. circa finem, l. 3. l. 8. tit. 5. lib. 1. Recopilationis, & in indiuiduo, & indiuiduandum solum esse à Senatoribus supremi Consilij Regalis Patrimonij probatur in l. 2. num. 25. tit. 2. lib. 9. Recopilat. ibi: *Y de todos los pleitos de justicia entre partes sobre rentas reales, pechos, y derechos, que se nos debieren y fueren ocupados, por qualquier personas y de todo lo anexo y perteneciente à ellos: & postea in indiuiduo hunc casum Ioan. Bapt. Larrea Allegat Fisc. Pars I.*

adducit ibi: *Y de los pleitos sobre exenpciones que se pretenden de pagar alcavalas y tercias, pechos, y derechos, y otras Rentas nuestras de las quales conozcan priuatiue, asi en primera como en segunda instancia aunque los dichos pleitos sean tales que ni per raçon de estos casos ni de las personas no sean casos de corte, asi quando por nos y en nuestro nombre se pidere como quando a nos, o a nuestro Fiscal se demandare, l. 1. tit. 21. eod. lib. 9. ibi: Asi Prelados y cabildos y otras personas Ecclesiasticas, como seglares à titulo de color de coronados, o escusados: & c. & paulò post ibi: Por laquel mandamos que ninguna, ni algunas personas de qualquier estado, condition, y calidad que sean Ecclesiasticas, y seglares ni a titulo de coronados, ni escusados, & c. ni por raçon y causa qualquiera que sea, no entren, tomen, y ocupen las dichas nuestras tercias y las deen libremente cobrar y beneficiar à nuestros Contadores maiores & c. & iubet ex hac lege iudicari omnes lites quæ antea penderent, & postea intenderentur.*

10. Ex qua lege probatur hoc ius fisci, vt in suo foro de his causis cognoscatur, cum loquens de officialibus, & ministris ad quorû curam, & iurisdictionem administratio Regalis Patrimonij formam statuit, ex qua de his rebus priuatione iudicare debeat, quæ comprehendit etiam Ecclesiasticos, & omnes exemptos, & iuxta prædictam legem dubitari non potest de iurisdictione supremi Senatus Regalis Patrimonij ex doctrina Baldi in auth. ad hæc, C. de Latina libert. tollend. eis verbis: *Vt qui est iudex in statuendo sit etiam iudex in sententiando*, hucque respexit l. munerum, §. fin. verbo *Pontifex*, ff. de muner. & honor. & in eis quæ Rex obtinet in Ecclesia, habet iurisdictionem tamquam Episcopus vt notauit Baldus in l. fin. num. 7. C. sine censu vel reliquis, Gregor. l. 51. tit. 6. partit. 6. verbo *por raçon*.

11. Sed in hoc casu non agitur de aliqua actione contra bona, Ecclesiæ nec intenditur contra clericos vel Ecclesiam aliqua actio, ex qua resultat obligatio personalis, vt debeat intendi in foro Ecclesiastico iuxta cap. cum sit generale & cap. si diligenti de foro compet. quia solum agitur, vt Tertiarum deducantur ex decimis, quæ velut reale habent onus tertiarum, & actio intenditur contra fructus, & prædia ex quibus producuntur argum. l. Imperatores, 7. ff. de public. & vectig. ibi: *prædia ipsa non personas conueniri*, l. 2. §. si aliter, ff. fin. regundorum, l. qui aliena, 10. §. fin. ff. de negot. gestis ibi: *sententia prædicto datur*, Afflictis decif. 96. Rodericus, Suarez, allegat. 28. num. 5. Ioannes Garcia, de expensis, cap. 11. ex num. 50. & cap. 11. tit. 1. c. 2. D.

D. Castillo de Tertijs, cap. 12. num. 43. & facit doctrina Baldi in l. de his, C. de episcop. & clericis, & in auth. sed & periculum, n. 1. C. sine censu vel reliquis, vbi tradit posse conueniri clericum coram seculari, ratione tributis realibus, ipsius rei quia non tam persona Clerici, quam res ipsa quæ subiacet tributo videtur conueniri.

12. Vnde succedit ea sententia doctorum, vt si aliqua res fuerit à laico pignori subiecta, cum pacto de non alienando, potest fieri in ea executio à iudice seculari, quamuis ad Clericum res deuenerit, quasi res censetur in potestate debitoris qui supposuit Hypothecæ & eius ratione in rem potius dirigi actionem, quam in personam videatur, vt argumento, l. creditor, §. fin. ff. de distract. pignor. l. ea lege, C. de conduct. ob causam, l. fin. tit. 5. p. 5. ex Bartolo, Saliceto, Butrio, Ripa, Immoia, Iafone, Menochio, Couarr. Suarez, Dueñas, Antonio Gabriele, Gregorio Lopezio, Parladorio, Matienço, Valasco, Guterrio, Roderico, & alijs pluribus probauit D. Salgado, de protect. 4. p. c. 14. n. 64. & iuuat doctrina Bartoli, in l. rescripto, §. fin. num. 3. ff. de muner. & honor. quam probat Gregor. Lopez, in l. 51. glossa 4. tit. 6. p. 1. vt iudex secularis possit mittere manum ad rem clerici pro tributo, & ex ea illud recipere, quia res quæ obligata est de sua iurisdictione, & ratione rei multoties occultari priuilegium personæ, ex Baldo, Alexandro de Neuo, Curtio, & Andrea Gaillio, notauit D. Castillo de Tertijs, cap. 12. num. 30.

13. Tum etiam, quia cum seculares iudices ex delegatione, & priuilegio summi Pontificis possunt cognoscere de causis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, cap. in synodo 63. distinctione, cap. Menam 2. quæst. 5. & cum hanc decimarum partem, quæ pertinet ad Tertias concederet sedes Apostolica Regibus Hispaniæ, videtur quasi ex delegatione, & commissione facere de Regali foro, vt de eis agatur, vbi reliquæ Patrimonij Regis causæ tractantur, & argumento l. 1. §. fin. de noui operis nunt. iuncta l. 1. ad fin. cum l. sequent. de usufructu cum Abbate, Felino, Afflicto, & alijs probauit Ceuallos commun. quæst. 822. num. 101. & 106. & adductis Decio, Alexandro, Socino, Iulio Claro, Cassaneo, Couarr. Menoch. Rolando, Bobadilla, Roberto, Riccio, Nauarro, Morla, Marta, Grassis, Emmanuele Roderico, Patre Miranda, D. Salgado, & alijs sequitur D. Castillo dict. cap. 12. num. 33. quia Reges habentes indulta similia, quasi delegati, & nudi ministri Pontificis censentur ex Ioanne, Andrea Staphileus de literis gratiæ tit. de firmis

mandat. de prouident. num. 10. probat D. Castillo dict. cap. 12. num. 33. & facit quod ex Decio, Gozadino, Castaldo, Menochio, Palatio, Rubio, Antonio Gomezio, & alijs probauit Caldas Pereira conf. 5. num. 3. & 18. vt eo ipso, quod Laicus est factus capax alicuius iuris Ecclesiastici est etiam iudex secularis factus capax dicendi ius super eo, & Clericum detinentem bona Regalia, vel Coronæ, & quomodolibet ad fiscum pertinentia coram iudice fiscalium causarum conueniri posse tenuit ex alijs, qui in terminis ita admittunt, idem Caldas, quem sequitur D. Castillo de Tertijs cap. 12. num. 32.

14. Et in terminis de causis super Tertijs Regalibus, & alijs redditibus posse cognoscere Regalia tribunalia, plures referens tenuit Belluga dicta rubrica 13. §. restat, num. 12. dicens, quod de istis causis; postquam decima facta sunt de Realego cognoscunt Magistratus Regij, Rebuffus de decimis, quæst. 10. num. 36. & in tractatu de except. num. 214. & 219. Menoch. conf. 757. num. 16. lib. 8. Alex. Monet tractatu de decimis, cap. 8. Bernardus Graueus Germanus practicarum conclus. cap. 38. & post Couarr. Gutierrez & alios, quos refert latissimè Barbosa in dict. l. Titia, ff. solut. matrimonio à num. 42. cum sequentibus, Anastasius Germonius lib. 3. de sacrorum immunitatibus, cap. 19. num. 90. pag. 316. Oliuanus de iure fisci, cap. 11. & cap. 14. num. 70. vbi tradit: alius est casus in quo Rex cognoscit de causa civili etiam inter suum fiscum ex vna agentem, vel defendentem, & clericum agentem, vel defendentem parte ex altera, quia est questio de bonis, aut iuribus patrimonij Regij, & sic de Regalijs ipsius Regis, vel de controuersijs eorum occasione, & de his in Regio tribunali tantum cognoscitur, idem Oliuanus cap. 15. num. 14. latissimè Ceuallos lib. 3. commun. dict. quæst. 822. num. 74. cum pluribus sequentibus, Renat. Chopin de dominio lib. 2. tit. 15. Lafarte de decima vendit. cap. 19. latè Gutierrez de Gabellis, cap. 94. Camil. Borrell. de præstantia Regis Catholici, cap. 7. num. 348. cum sequent. Bobadilla lib. 2. Politicæ, cap. 18. num. 147. Gratian. discept. forens. lib. 2. cap. 238. num. 58. cum pluribus sequentibus, Caldas Pereira consil. 5. num. 1. cum sequent. vbi multis congestitis id confirmat, & vltra prædictos ex Ioanne Andrea, Federico de Senis, Guidone Papæ, Boherio, Grammatico, Afflicto, Cumanano, Gaillio, Balbo, Carolo de Tapia, Burfato, Menochio, Cassaneo, Rosentalio, Aufrerio, Rupellano, Ferrer. Duareno, Hadriano, Gilmano, Couarr. Didaco, Castillo, Guterrio, Garcia, Pace, Cauedo, Raminez, Morla,

Morla, Fontanella, Sese, Gironda, Hieronym. Leone, Carrasco, Thusco, & Fratres Emmanuele Roderico, cum alijs relatis probauit D. Castillo de Tertijs, cap. 12. num. 20.

15. Et vltra prædictos in terminis, plures pro hac sententia retulit Doctissimus, D. Ioann. de Solorcano, tom. 2. de Indiarum Gubernatio, lib. 3. cap. 1. à n. 31. cum seqq. vsque ad finem vbi de consuetudine, omnium Prouinciarum Galliarum, Burgundiæ, Pedemontanæ, Cameræ Imperialis, Germaniæ, Neapolis, Aragoniæ, Lusitaniæ, Cathalonæ, & Valentiniæ testatur num. 43. vt de his causis per Iudices Regios cognoscatur, idque procedere statuit, etiam si à Rege decimarum Tertiarum sint Ecclesijs donatæ, vel administrandæ relictiæ, vt latè comprobatur num. 51. vsque ad 61. expens inter alia l. 57. tit. 6. part. 1. l. 6. tit. 1. lib. 4. Recop. & hanc iurisdictionem tradit dict. num. 51. & dict. lib. 3. cap. 4. num. 24. esse executionem iuris Patronatus, quem Rex habet in Ecclesijs Cathedralibus suorum Regnorum, & dict. cap. 4. num. 21. refert plures alios pro hac sententia, vt de Tertijs cognosci debeat per Iudices Regios, & dict. cap. 1. num. 61. 62. & 63. tradit securos esse à censura Bullæ in Cæna Domini, §. 14. quæ imponitur contra eos, qui de causis decimaribus cognouerint, & num. 45. & 46. refert schedulas, & rescripta Regia, quibus iniunctum Proregibus nouæ Hispaniæ, & Peruano, vt de his causis Iudices Regij cognoscant.

16. Sed & in Ordinationibus Cancellariæ Pincianæ, lib. 1. titulo 1. & Granatenis lib. 1. tit. 7. rescripto 6. §. 1. extat. Domini Caroli V. Imperatoris rescriptum, quo testatur ex consuetudine antiqua Reges Castellæ cognoscere de quibuscunque causis circa iurisdictionem oppidorum Regiæ Coronæ, redituum, & iurium Regalium, vt etiam aduersus quoscunque Clericos, & Monachos Religiosos, & Ordines peti debeant coram Regijs Iudicibus, siue isti exempti sint actores, vel rei, nota verba: *Porque estas cosas tocan à nuestra preeminencia Real de que siempre los Reyes nuestros predecesores de gloriosa memoria, y nos, nuestros oficiales, y Justicia acostumbraron conocer, aunque sea contra Clerigos, y Ordines, y Religiosos, sin que otros se aian de entremeter, ni entremetan en ello, ni en parte alguna de ello, & similiter extat. rescriptum Philippi II. Regis nostri expeditum die 30. Martij anno 1569. quo cauetur de huiusmodi causis in Cancellarijs cognoscendum.*

17. Quæ consuetudo immemoriali vsu præscripta cum scientia, & patientia summi Pontificis, & Prælatorum & Episcoporum Hispaniarum tribuit iurisdictionem iuxta glos-

sam verbo, *dum viris*, in l. 1. C. de emancip. liber. Innocent. in c. nouit, num. 6. de iudic. & alios relatos per Gratianum, tom. 2. disceptationum, 238. num. 68. Couarr. pract. c. 32. num. 5. Tiber. Decian. lib. 2. conf. 87. n. 10. Riminaldus, lib. 2. conf. 2. num. 12. & 34. & consuetudinem, & obseruantiam ligare Ecclesiasticos in terminis tradit D. Castillo de tertijs, cap. 12. n. 30. ad finem cum sequentibus vbi se remittit ad tom. 5. c. 93. §. Sexto per totum vbi pluribus probauit.

Et de ea consuetudine Regum Castellæ vt cognoscant de similibus causis testatur, l. 118. styli dum inquit: *Otro si el que es clerigo si recaudo los pechos è las rentas, del Rey e face alguna falta en ellos que le puedan los Alcaldes del Rey mandar prender e ser preso en la prison del Rey*, quam legem refert & exornat D. Paz, ad leges styli dict. l. 118. ex Baeza & Castillo eius memoratur, & decisioe probat D. Salgado de reg. protectione, 2. p. cap. 4. num. 71.

Rursus quia vsquequo tertiæ traduntur Regi separatè à decimis Ecclesiasticis qui eas percipiunt, & deducere debent tertiarum censentur administratores nomine Regis, & tunc ratione administrationis clericus debet coram seculari, reddere rationem, ex vera, & recepta sententia quam post Baldum in l. acceptam, num. 4. C. de vsuris probarunt plures relati à Bobadilla lib. 2. Politicæ, c. 18. num. 138. Escobar de ratiocinijs, c. 7. num. 8. & 9. D. Salgado, 4. p. 14. num. 105.

Et conducit l. 5. tit. 10. partit. 6. in qua deciditur Episcopum cui tradita fuerunt bona ad redemptionem captiuorum rationem eorum reddere debere coram iudice seculari, & notat Gregorius Lopez ibi dicens: *habes hic casum in quo Episcopus efficitur de foro secularis, & nimirum quia ex quo lex civilis dat ei distributionem, ipse similiter tenetur reddere rationem coram iudice seculari, & hanc iurisdictionem Regum Castellæ in tertijs, & decimis quæ ad eorum patrimonium spectant probarunt, & admiserunt omnes Episcopi, & Prælati horum Regnostum vt constat ex Historia D. Regis Ioannis II. c. 20. & rescripto Regum Catholicorum quod refert Ioannes Garcia de expensis, c. 9. num. 95. & 96.*

Et prædictæ leges, rescripta, & consuetudo excusat conscientiam eorum qui iuxta ea iudicauerint, ex c. generali 12. de electione, lib. 6. Couarr. practicarum quæstionum, c. 31. num. 5. versic. Secundo, Tiberius Decianus lib. 2. conf. 87. num. 10. Latissime Hippolytus Riminaldus lib. 2. conf. 2. num. 12. & 34. & quando consuetudo excuset non solum à

pœna temporali sed etiam spiritali ex Tiraque llo, Rolando à Valle, Peguera decis. Pifana, Intrigliolo, Farinacio, & Treufano notavit Velafcus axiomat. iuris lit. C. num. 173. & 175. & valde inuat ita praxi fuisse obtentum Monachus in c. 2. num. 10. de præbendis, in 6. Carolus de Grafalis lib. 2. Regalium Franciæ cap. 17. in fine, Oliuanus de iure fisci, cap. 13. num. 22.

22. Et hanc iurisdictionem, & consuetudinem iudicandi in foro conscientie securam esse tradit Pater Enriquez lib. 7. Theologie moralis cap. 27. num. 2. scholio 1. & ex ea in consilio iustitie anno 1594. adiurata fuit lis Clericorum vrbis Conchenfis, quam litem dicimus, de los Coronados, & decisa est in visionis instantia anno 1536. & quamvis Episcopus, & Ecclesiastici iurisdictionem declinarunt, & obtinuerunt rescripta Pauli III. ad quem per eius legatum querelas miserunt, huic rei silentium impositum, & in supremo Castellæ Senatu, vbi hodie adhuc pendet causa relicta, & in supremo Senatu Regalis Patrimonij, quamplures lites extrant aduersus Ecclesias, & Monasteria, vt contra Episcopum, & Ecclesiam Placentinam, Cordubensem, Gaditanam, Carthaginensem, Ciuitatensem, Siguntinam, & alias plures, & contra Monasteria Ordinis Diui Hieronymi, Sancti Bartholomæi de Lupiana, Monasterium de Guadalupe, Hispalense, & alia plusquam viginti iudicia cum aliis Ecclesiis Cathedralibus, Monasteriis, & personis Ecclesiasticis hodie agitantur super Tertii in eodem Senatu, & in Regno Granatensi, quia decimæ temporales existimantur, & pertinent ad Regale Patrimonium, de his cognosci potest in Cancellaria Granatensi, vt testatur, probans rectè id fieri Couarr. practicarum, cap. 35. num. 2. Mieres de maiorat. 3. part. quæst. 11. num. 11. Bobadilla lib. 2. Politice, cap. 18. num. 147. & in decimis Regni Galiciæ in valde difficilioribus casibus probauit Garcia de expensis, cap. 9. num. 90. cum sequentibus, Barbosa in dict. l. Tertia, ff. solut. matrimonio, & valde absurdum esset ea mutare, quæ interpretationem certam semper habuerunt l. minimè, l. in rebus, ff. de legibus cum vulgaris.

23. Sed notandum est in hoc casu potius de facto hanc esse cognitionem, cuius secularis Iudex in rebus Ecclesiasticis capax est, Abbas in cap. litteras, 2. de iuram. calumnie, n. 8. quem sequitur Monata tractatu de decimis, cap. 8. num. 15. Couarr. practicarum, q. 35. num. 1. Guido Papæ decis. 85. num. 1. Menochius conf. 268. num. 10. Peregrinus decis. 145. num. 6. Andreas Gailius lib. 1. obser. 38.

num. 3. & 4. Ceuallos tom. 5. de violent. q. 25. num. 57. Barbosa in l. Tertia, num. 28. & 30. ff. soluto matrimonio, Sesse decis. 162. num. 52. & 57. ex Natta, Casaneo, Gutterrio, Mieres, Cenedo, Ioanne Garcia, Torreblanca, & aliis D. Salgado de Regia protect. 1. part. cap. 1. præludio 5. num. 217. cum in hoc casu non queratur de valore indulti Tertiarum Regibus nostris concessis, quia id à nullis Ecclesiis impugnatur, sed solum de facto, an ex decimis Tertias deduxerint, & quamvis de titulis ageretur, quando exhibitum ad confirmationem facti, vel possessionis, quæ coram Iudice seculari tractari valet; potest idem pronunciare super titulis saltem incidenter per modum causæ, Peregrinus vbi proximè, num. 8. vbi alios refert Guido Papæ decis. 71. Gratian. 2. tom. discept. 238. num. 67.

24. Vterius de facto cognitionem esse probatur, quia hoc casu solum agitur de mera compulsionem, vt Tertias, quæ non solutæ, soluantur, & tunc esse causam mixti fori, vt etiam in decimis Laicis ad earum solutionem possit compelli per Iudicem secularem, Couarr. pract. cap. 35. num. 2. Horatius Carpenus ad statura Mediolanens. lib. 2. cap. 479. num. 9. Barbosa in dict. l. Tertia, ff. solut. matrimon. Gratianus vbi proximè, num. 10. & 82. Ceuallos dict. quæst. 25. num. 55.

Nec prædicta retardare valebit Clericos & Religiosos esse conueniendos in suo foro, quia exempti sunt iure diuino, & iudices seculares incapaces existimantur vt de eorum causis cognoscant, c. decernimus, c. at si clerici de iudiciis: nam id excluditur, & priuilegium personale occultatur ratione rei, quæ habet prærogatiuam, vt de ea apud aliquos iudices cognoscatur, ita in specie textus in cap. ceterum, de iudic. vbi priuilegium fori Ecclesiastici occultatur, dum agitur de re feudali, quæ iudicem habet dominum feudi, notant Bald. ibi & Alex. de Neuo num. 7. Curtius de feudis 7. part. num. 15. & ita in Gallia practicitur teste Rupellano lib. 2. forens. instit. cap. 25. Chopinus lib. 3. de moribus Parisiens. tit. 1. num. 7. & 8. Belluga in speculo Princip. 1. parte, rubrica 13. §. restat, vbi Camillus Borrellus in additione verbo Princeps, idem tradit obseruari in Senatu Neapolitano, & nunquam auditum in his Regnis fisci Patronum de iuribus Regalibus litigasse coram Iudicibus Ecclesiasticis.

26. Et adeo ius & priuilegium fisci procedit in hac re, vt non solum Rex ipse, sed qui ab eo causam habet, potest conuenire Ecclesiasticos coram iudice fisci, l. 57. tit. 6. part. 1. vbi exornat Greg. Lopez verbo, que geladio, l. 6. tit. 1. lib. 4. l. 10. tit. 7. lib. 9. Recopilat. & dubium

bium non est posse Regem procedere contra Ecclesiasticos, qui turbant, vel impediunt exactionem reddituum, vel eos vsurpant, Innocent. in cap. 1. de officio deleg. Ignentius in l. necessarios, §. non alius, ff. ad S. C. Sillanian. num. 617. Renatus Chopinus de sacra Politia, tit. 3. num. 13. & Ecclesiastici ligantur legibus, quæ disponunt circa Tertias, & Regales redditus, ne defraudentur, & forum fortiuntur, gloss. verbo aliquos in cap. quod Clericus, de foro compet. Antonius de Butrio in rubrica de consuetudine, num. 7. Alex lib. 2. conf. 210. num. 2. latè Alderanus, Mascardus de statutorum interpretatione, conclus. 1. num. 94.

27. Et conducit l. 3. tit. 1. lib. 4. Recopil. eis verbis: *ypodemos compeler, y apremiar à los Prelados, que muestren ante nos su derecho, si alguno tienen sobre la iurisdiction, que en nuestros Reynos à nos pertenece, & idem multò magis in Tertias dicendum, cum in eis consistat publica vtilitas, Regni tutela, & conseruatio, vt traditur l. 1. tit. 21. lib. 9. Recopil. ibi: las dichas tercias cuia conseruacion tanto importa para el sostenimiento, defensa, y seguridad, de estos Reynos, y causa publica de ellos.*

28. Quod verò traditur exemptionem Clericorum esse de iure diuino, nec lege humana, vel consuetudine posse lædi, ita accipiendum, vt procedat in spiritualibus, & quoad eorum personas, non verò in temporalibus, & illorum bonis, vt probant omnes scribentes in c. decernimus, & in c. ceterum de iudiciis, Innocent. in cap. 2. de maiorit. & obed. & idem tenuit Couarr. practicarum, cap. 31. num. 2. versic. *secunda conclusio*, vbi pluribus exornat, & resoluit communem multis congestis respondens omnibus, quæ in contrarium obiici possunt, Petr. August. Morla in emporio, tit. 2. de iurisdictione, quæst. 12. num. 3. & ex Sese, Cenedo, & Ceuallos, qui plurimos referunt, probauit rectè, vt solet, D. Salgado de Regia protectione, 1. part. cap. 1. præludio 3. num. 127. qui licet ex Carolo de Grassis tradiderit non posse in vniuersum ex consuetudine tolli, etiam ex tolerantia Pontificis, tamen num. 128. admittit respectu alicuius actus particularis valere consuetudinem, quia per eam non impeditur finis exemptionis, videlicet ne Clerici impediantur, & detrahantur à diuinis officiis, quia ex causa publica vtilitatis, quæ respicit quietem, & conseruationem Regni, potest acquiri per consuetudinem iurisdictione limitata ad certum casum, vt ex Iulio Claro, Ioan. Garcia, Couarr. & Roderico latè probauit Sesse de inhibitio. cap. 8. §. 3. num. 130. 46. & num. 154.

Et conducunt l. 11. & 12. tit. 3. lib. 1. Recopilat. vbi agens de sumptibus ad conseruationem factorum, & vinearum traditur in d. l. 12. ad finem: *Que todos asi clerigos como legos lo paguen asi mismo pro rata lo que les cupiere, y mandamos que las prendas se cobren asi de los unos como de los otros.* Cui adde quæ notantur Ripa de peste tit. de remediis ad eam curandam, p. vlt. Mexia de taxa panis consil. 5. num. 4. & 48. Molina de iustitia & iure disp. 641. Salzedo in praxi, c. 55. additio. 1. Zenedo, Canoniar. quæst. 19. num. 2. Morla de iurisdictione. 4. p. cent. 1. casu 2. num. 11. eruditè D. Quinones tract. de locustis, pluribus notauit Bobadilla lib. 2. Politicæ, cap. 18. num. 67. & 181. & num. 308. & innumeris Salgado de Regia protectione, 1. p. cap. 1. Præludio 2. num. 58.

30. Et numquam nostri Reges ex voluntate Pontificum passi sunt vt ab Ecclesiasticis lædatur vel eludatur quod ad illorum spectat Patrimonium & iurisdictionem, sed retinent rescripta Pontificum ab eis supplicando quasi ex relationis subreptione expedita donec Pontifex cõsultatur, vt pluribus exëplis confirmat Couarr. practic. c. 35. & 36. vbi huius rei fundamenta expendit, & probatur l. 14. l. 24. 25. & 28. cum aliis tit. 3. lib. 1. Recopil. & l. 5. 6. & 7. tit. 6. eodem lib. 1. & doctissimè id comprobatur D. Salgado, in integro tractatu huius rei de supplicatione ad sanctissimum & Bullarum retentione vbi plura congestit.

31. Rursus nihil etiam id turbabit l. 8. tit. 10. lib. 9. Recop. quæ in contrarium expendi potest, quatenus decidit Clericos & personas Ecclesiasticas non esse admittendas ad conductionem vestigalium & Regalium reddituum quasi inde videatur colligi non posse etiam pro rebus Regalis Patrimonij contra eos procedi à iudicibus nostri Senatus. Sed ex hac lege id non colligitur, potius verò contrarium probatur extat dict. l. 118. styli, & id respexit dict. l. 8. quia indecorum erat Clericis, & statui Ecclesiastico publicanorum exercitium, & vestigalium conductione, non decebat, & ita lex iussit Episcopis, vt pœnas Clericis imponerent, ne facerent vestigalium conductiones, sed etiam ideo Clericos exclusit, quia non possunt illorum personæ carcere detineri, & capi vsquequo mercedem conductionis soluerent, vt considerat Gutierrez de gabellis, quæst. 132. num. 14. quando Laici etiam si nobiles sint, & aliis non possint incarcerari, tamen pro solutione reddituum Regalium possunt capi, nec gaudent priuilegio immunitatis, l. 4. tit. 2. lib. 6. Recopilat. etiam si fideiussorem Publicani non amittere immunitatem nobilitatis probauit

- bauit Villar Silua responforum responfo 6. per totum, & etiam dict. l. 8. id respexit, quia difficilius possunt conueniri Clerici, & personæ Ecclesiasticæ, & ideo in l. 9. statim sequentiam disponitur, ideo non oportere locare vectigalia, & redditus Regios Equitibus, Decurionibus, Castellanis, & aliis potentioribus: vnde ex dict. l. 8. nihil contra desumitur, vt Clerici pro exactione reddituum Regalium, & aliis, quæ ad Regium spectant patrimonium, eius Senatui subditi non sint.
32. Ex quibus inducta praxis Senatus Regalis patrimonij circa iudices, & personas Ecclesiasticas impediens exactionem tributorum, vel administrationem patrimonij: nam quoties executores Senatus iudices Ecclesiastici inhibere intendunt, & contra illos censuris procedunt, vt ab executione delegata, vel exactione tributorum desistant, expeditur Regium rescriptum, quo Iudicibus Ecclesiasticis iniungitur, & ab illis rogatur, vt absoluant excommunicatos per certum tempus, & iubetur Notariis Laicis, coram quibus acta iudicialia expedita, vt illa remittant ad Senatum, in quo extraordinariè sine causæ cognitione nulla copia partibus data, relatione facta attenditur, an causa pertineat ad iudicem Ecclesiasticum, & iuste procederet contra executores Patrimonij, si executor excederet delegationem, vel in iurisdictione Ecclesiæ se introduceret, tunc acta decreto Senatus ad iudicem Ecclesiasticum remittuntur, vt procedat in causa, & executori iubetur, vt ab illa se inhibeat, sin verò non iuste Iudex Ecclesiasticus exactionem vectigalium, vel administrationem Regalis patrimonij impediens, acta in Senatu retinentur, nulla alia declaratione facta, quasi omnia. quæ ad vectigalia Regia, & patrimonij Principis pertineant per Iudices Fiscales expedienda, vt supra notauimus num. 13. 14. & 26.
33. Sed vltra ea, & omnia supradicta, quæ huic praxi rectè suffragantur, stylus nostri Senatus in retinendis actis Iudicis Ecclesiastici, qui impediens vectigalium exactionem, vel Regis patrimonij administrationem, breuiter sequentibus fulcitur. Primò, quia Princeps potest exigere rationem coram suo iudice à Clerico, qui bona Principis administrat, ex Bartolo, Felino, Abbate, & aliis refert Erasmus Cochier de iurisdictione in exemptos, l. tom. 4. part. quæst. 85. adde supra adducta num. 18. & 19. ergo melius prohiberet ne ab Ecclesiastico administratio, vel exactio impediatur.
34. Secundò, quia quemadmodum potest Laicus priuatus debitorem Clericum fu-

- gientem, & sua asportantem detinere, & capere ex Aufserio de potest. seculari, reg. 3. num. 15. ita etiam opponi Ecclesiastico, qui patrimonij Regij administrationem turbauerit.
- Tertiò, nam sicut ex aliquorum sententia in actione reali potest Clericus ratione rei trahi ad iudicium seculari, vt ex Innocentio, & aliis idem Aufser. ita in Gallia obseruari statuens reg. 2. num. 5. adde supra notata num. 11. ita in vectigalium causa Ecclesiasticus excludi ne impediatur à Laicis exactionem.
35. Quartò, cum id respiciat publicam utilitatem, quæ in vectigalium exactione consistit, l. 1. §. in causa, ff. de quaestionibus, sicut in reparatione Ecclesiarum, quæ ad eandem publicam causam pertinet, debent etiam Prælati coram Iudice seculari respondere, nisi illi ex se fecerint reparationem ex cap. filiis, & nepotibus 16. quæst. 7. & lib. 4. Regum, cap. 1. lib. 2. Paralipomen. cap. 24. comprobatur Aufserius vbi supra, reg. 2. num. 26. ex Guillelmo Rebuffo, & aliis tenet Grassis de effectibus Clericat. effect. 1. num. 869. & in Hispania ita in supremo iustitiæ Senatu obseruatur, meritò ne publica utilitas vectigalium exactionis eludatur ab huius rei impedimento a ceteri possunt Iudices Ecclesiastici.
36. Quintò, quippe Clericus, quando tenetur ad soluenda tributa ex re profana, quam possidet, potest conueniri in foro fiscali coram Procuratore Cæsaris, vt ex Baldo, Alberico, Egidio, Bertachino, Remigio, Tiraque, & aliis pluribus Grassis dicto effect. 1. num. 874. ergo multò magis obuiari potest, ne Iudex Ecclesiasticus impediatur à Laicis exigere tributa.
37. Sextò, Iudex Ecclesiasticus, qui impedit vectigalium exactionem, vt spoliator rerum Patrimonij possit non solum impedi per Iudicem secularem, vt in præsentia, verum pro spolio coram eo conueniri ex sententia Ioannis Fabri, Antonij de Butrio, Nicolai de Millis, Archidiaconi, Ioannis Andreae, & aliorum, quos refert Aufserius vbi proximè, reg. 2. num. 24. quia causas possessorias, etiã in spiritualibus, non spirituales, sed profanas esse prædicti tenuerunt, & innumeros refert Grassis dicto effect. 1. num. 975. quod maximè, & sine dubio procedit, cum de re omnino profana agitur, vt in hoc casu de possessione iurisdictionis exigendi vectigalia, & administratione Regij patrimonij, vt comprobatur idem Grassis vbi proximè, num. 977. & faciunt, quæ tradit num. 1035.
38. Septimò non respicit vsurpare Ecclesiæ iurisdictionem, sed solum obtinere, ne Iudices Ecclesiastici

- Ecclesiastici contra ipsius Ecclesiæ statutum vsurpent Principis iurisdictionem in vectigalibus, & patrimonio Regio, quo casu prohiberi posse à Iudice seculari ex Innocentio, & cap. olim de restitutione spoliatorum, cap. 1. de officio delegati, cap. ex parte de verborum sign. tenuit Aufser. de potestate seculari, reg. 1. num. 23. & ita in Gallia obseruari statuit, & causam profanam, quæ fiscum tangit coram Iudice Fiscali etiam inter Clericos agendam, Caldas Pereira conf. 5. num. 19.
40. Octauò; denique cum certum sit ab usum notorium Iudicis Ecclesiastici posse impedi, non solum à Senatu Patrimonij Regis, quando sine iurisdictione Ecclesiasticus vectigalium exactionem, vel administrationem turbauerit, sed etiam à quocunque priuato, quia ad extraordinariam defensionem referendum, quod Senatus patrimonij in hoc casu admittit circa actorum Ecclesiastici retentionem, vt ex l. prohibitum, l. defensionis, Cod. de iure fisci, lib. 10. cap. si quando de rescriptis notauit D. Salgado de Regia protectione, l. part. cap. 1. præludio 3. num. 116. & in simili ex Marantha Grassis dicto effect. 1. num. 1035. & addenda est l. 4. tit. 1. lib. 4. Recopil. contra Ecclesiasticos vsurpantes iurisdictionem Regis, huius rei optimum exemplum extat in l. 7. cod. titulo, & libro.

**ALLEGATIO XXVIII.**

Tertias præscribere non potest qui non iure proprio sed alieno possidet.

1. Reges Hispania pro bello prosequendo contra Mauros, tertias decimarum à Pontificibus obtinuerunt.
2. Titulum qui habet non potest vltra illum præscribere.
3. Titulus insuit in possessionem sequentem. l. 6. & 7. tit. 15. lib. 9. Recop. & n. 5.
4. Præscribere non potest qui pro eo quod præscribit aliquid recipit. l. penult. C. de seruit & aqua. l. omnes, C. de præscrip. triginta.
5. Possidens alieno nomine nec per mille annos præscribere poterit. l. maxime, ff. de admin. tutorum. l. si quis conductionis, ff. locati.
6. Administrationis nomine possidere impedit illud posse præscribi.
7. Præsumitur factum ab eo in cuius utilitatem cedit. Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Pars I.
8. l. in bello, §. facti, ff. de captiuis, & n. 18. §. neque tamen, instit. de aucto. tutorum.
9. Indicium probandi debitum est, quando factum alicui prodest. l. merito, ff. pro socio. l. Diuus, ff. de integ. restit.
10. Præsumitur damnum ab inimico factum.
11. Instrumenti subtractio præsumitur facta ab eo cui prodest. Auth. ad hac, §. ille etiam versic. si quis instrumenta, C. de Latim. libert. tollenda. l. penult. C. de probationibus.
12. Instrumentum habet pro se tres præsumptiones, esse verum, solemne, & ad instantiam partis confectum.
13. Auth. de tabellionibus, §. nos autem.
14. Notarium præsumitur fecisse instrumentum ad petitionem partis.
15. Falsitas vt excludatur præsumitur verum instrumentum.
16. Fiscus semper habet pro se præsumptionem ne instrumenta subtraxerit. l. 2. Diuus ff. de iure fisci.
17. Verisimilitudo est omnium interpretationum caput. l. ob carmen, §. fin. de testibus. l. cum res in prin. l. cum in testamento, ff. de rebus dubiis. factum aliquid censetur vt fieri solet, l. ideo, ff. de legibus. l. quadam, §. numularius, ff. de edendo.
18. Præsumitur presentia partis vbi de stylo, & vsu interuenire solet. l. quod si nolit, §. assidua, ff. de adilitio edito.
19. Præsumitur in quolibet actu fieri quod consuevit. l. certi condictio, §. si numos, ff. si certum petatur. l. quaro, §. inter locatorem ff. locati.
20. l. Lucius, §. tutorem, ff. de administrat. tutor.
21. Mandatum præsumitur ex transcurso temporis. Diuturnitas accipitur pro decennio. l. si cum fideicommissa, §. Aristo, ff. qui & à quibus. l. diuturna, 33. ff. de legibus.
22. Mandatum præsumitur ex persona qualitate.
23. Solutio præsumitur ex transcurso temporis. l. maxime, 30. ff. de admin. tutor. l. si quis forte. 6. §. 1. ff. de pænis.
24. Præsumitur nullum iactare suum.
25. Præscriptio impium præsidium. Auth. vt Ecclesia Romana collat. 2.

26. *Præsumitur medium probatis extremitatibus.*
l. si quis ita, ff. de condit. et demonstrat.
l. talis scriptura, ff. de legat. 1.
27. *Præscriptione immemoriali non possunt à Magnatibus adquiri iura Regalia quia iurant eos non passuros ab aliquo detineri.*
Præscriptio immemorialis nõ procedit contra proprium iuramentum.
Iuramentum habet vim litis contestationis.
l. sed et si restituatur, 28. §. ex quibus, ff. de iudiciis.
28. *Iuramentum interrumpit præscriptionem.*
Iuramentum firmat actionem per quadraginta annos.
29. *l. 15. tit. 8. lib. 9. Recop.*
Scire vel scire debere idem censetur.
l. si duo, ff. de acquir. heredit.
l. si Titius, 48. ff. de fideiusor.

De Tertiis, & quando in eis contra Regem præscriptio immemorialis non procedat, si ex Regis consignatione percipiantur, ad explicationem l. 1. tit. 21. lib. 9. Recopilat.

REGES Castellæ & Legionis egregiam operam nauarunt contra Sarracenos, vt à tota Hispania expellerent, vt denique expulerunt: ideo indultis & gratiis summorum Pontificum semper fuerunt condonati, vt fidei Catholicæ defensionem incumberent, & Ecclesiæ defenderent autoritatem; vnde ex Rescriptis summorum Pontificum Tertias perceperunt, ex Bulla Gregorij Noni, expedita anno 1217. aperte constat, quæ refertur in historia Regis Ferdinandi Tertij, c. 2. & in historia generali Regis Ildephonfi Sapientis 4. p. c. 10. & alia Bulla Gregorij Decimi, expedita anno 1275. vbi alterius indulti Honorij Tertij mentio fit, quibus ad bellum cum Sarracenis partem decimarum, quæ communiter dicimus *Tertias*, concesserunt, refert Mariana lib. 13. historiae Hispaniæ, cap. vlt. Fuit etiam aliud rescriptum Bonifacij Octaui, expeditum anno 1301. in quo Regi Ferdinando Quarto decimas concessit, & postea idem firmatum Bulla Clementis Quinti, expedita anno 1313. quod denique anno 1487. ad supplicationem Regum Catholicorum Ferdinandi & Elisabethæ ex indulto Inno-

centij Octaui confirmatum fuit, & tertias perpetuo concessit: quod etiam firmavit duobus rescriptis Alexander Sextus, & prædictarum Bullarum mentionem fecerunt Puteus lib. 3. decif. 319. Cabedo decif. 63. Barbosa in l. Titia 35. ff. soluto matrim. num. 41. & 42. cum sequent. & aliarum Sixti Quarti, Pij Quarti, Iulij Secundi Leonis Decimi, Vrbanij Secundi, mentionem faciunt Camillus Borrellus de præstantia Regis Catholici, cap. 59. num. 3. Suarez allegat. 28. Ceuallos 4. tomo communium, quæst. 897. num. 642. & probatur l. 1. titulo 29. lib. 9. Recopilat. Couarr. practicarum c. 25. num. 2. & cum prædicta extent pro nostris Regibus, vt Tertias obtineant, pro se iuris habent præsumptionem, vt nulla alia egeant probatione, adeo vt in eis non posset procedere præscriptio immemorialis, nisi expressè cautum esset, l. 1. tit. 21. lib. 9. Recopil.

Quo fit vt quoties ex aliquo titulo constituerit aliquem decimas percepisse, tunc immemorialis prodesse non poterit vltra titulum, quia vt in allegatione 14. num. 10. titulus excludit quod possessio immemorialis inducere valet, quia tunc ipse titulus pugnat contra possidentem, & titulus non potest augeri præscriptione, Ioann. Andreas num. fin. Anchar. num. 4. in cap. cum persone, de priuilegiis, lib. 6. Franchus ibi in §. quod si tales, Dominicus conf. 96. num. 4. Craueta consil. 680. num. 5. Farinac. decif. 136. 1. p. recentior. Thufcus litt. P. conclus. 521. & litt. T. conclus. 311. num. 3. Couarr. in reg. possessor. 2. p. §. 3. n. 8. Peregrin de iure fisc. lib. 6. tit. 8. num. 25. & titulus repugnat immemoriali, & eam excludit Molina de Primog. lib. 2. cap. 6. num. 66. Barbosa de præscript. in l. comperit num. 145. & sequent.

Idque præsertim eum constaret decimas ex eo titulo non iure proprio sed alieno possedisse, videlicet quando ex l. 6. & 7. tit. 15. libro 9. Recopilat. in Tertis alicuius loci domino illius fuissent consignata stipendia: tunc quantumvis pluribus annis postea, decimas perciperet iure proprio, tamen nunquam præscribet, quia titulus influit in sequentem possessionem, & eam non iure proprio, sed alieno obtentam fuisse demonstrat argum. textus in l. quadam mulier, 77. de rei vindicatione, Corneus lib. 1. quæst. 113. num. 5. & lib. 2. consil. 110. Socin. iunior lib. 2. conf. 68. numero 12. & semper aliquem præsumitur possidere ex titulo præambulo l. 1. vbi glossa & Doctores Cod. de acquir. possess. Castrensis conf. 147. in principio, & solutio facta censetur iuxta obligationem, Baldus in l. si certis annis, num. 9. C. de pactis, Corneus lib. 2. consil.

fil. 181. n. 73. Aimon Craueta conf. 201. n. 12. Surdus conf. 220. num. 3. & conf. 335. num. 27. Menochius conf. 29. num. 20. Gratianus tom. 3. disceptationum, num. 19. & 20. & cap. 460. num. 7. vnde solutio vel perceptio decimarum intelligenda est facta eo iure, quo à principio obligatio stipendiorum à Rege erat, vt inde percipere videantur, non verò iure proprio vt præscribant.

4. Quod magis procedit ex celebri doctrina Alberici in l. Princeps, num. 173. de legibus, vbi quæstionem proponit, an Rex qui Comiti concessit, transitum per suum Regnum, quia ei præstabit pedagium, quamuis Comes posset transitum ex non vsu amittere, ex l. penult. Cod. de seruit. & aqua, l. omnes, Cod. de præscriptione 30. annorum, tamen tenet nullo modo contra Comitem posse aliquantulum Regem præscribere transitum omni eo tempore, quo exegerit pedagium, quod etiã probauit Felinus in cap. illud, num. 5. de præscript. quem & Albericum refert & sequitur Balb. de præscript. 4. p. 5. partis, quæst. 4. num. 6. quasi illud quod exigit ex pedagio, interruptat semper præscriptionem, cum ille qui receperit pro re aliqua, non possit simul recipere, & contra illam præscribere vt non præstet, & in alio casu tenet Ant. Faber in Cod. tit. de præscript. 30. vel 40. annor. distinctione 20. vt quoties contractus fieret, vltro, citroque obligatorius, cui ex vna parte satisfactum est, & fieri non potest vt contractus qui ex vna parte impletus est, ex altera præscribatur.

5. Et in nostra specie cum inter Regem & dominum loci, cui stipendia debebantur, conuentum fuisset & legibus 6. & 7. tit. 15. lib. 9. Recopilat. decretum vt in redditibus qui Regi soluebantur, in eis locis stipendia consignata manerent, tunc ex parte Regis implemento sequuto, cum dominus loci stipendia ex redditibus perciperet, nullo modo admitendum est præscribere contra id quod stipendia percipiendo, fateri videretur ex iure Regio, non suo, Tertias percipiat, nam tunc magis ex administratione, & alieno nomine quam suo possidet, quo casu nec per mille annos præscribere valebit ex glossa singulari in l. maxime, ff. de administratione tutorum, & notatur in l. si quis conductionis, ff. locati, vbi Angelus & Purpuratus, in l. mutuum damus, num. 22. ff. si certum petatur, ex Clement. 2. de rebus Ecclesiæ, Baldo, Decio, Siluano, Casar. Vrillo, & Renato Chopino, qui tradit Episcopis Claromontis post trecentos annos ea de causa nõ potuisse prodesse immemorialem præscriptionem; refert Dominus Castillo tom. 7. de Tertis, cap. 38. Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fife. Pars I.

per totum, dicens id à fisci Aduocato fuisse allegatum in lite Diocesis Conquensis in Regali Consilio iustitiæ: tamen id quod respicit administrationem, nunquam vidisse fuisse allegatum à fisci Aduocatis in supremo Consilio Regalis Patrimonij, vt excluderent eos qui vectigalia Regia vel redditus retinerent. Sed tamen longè deceptus fuit Dominus Castillo: nam multoties à me allegatum & probatum fuit ante eius libri editionem, vt constat ex allegatione contra Ecclesiam Canariensem pro Tertis aliquarum Insularum, & idem cum Ecclesia Carthaginensi.

6. Et contra Comitem de Oropessa, vt eum excluderet à tertis, Doctor D. Ioannes de Valboa, fisci Patronus similiter allegauit, & in aliis pluribus litibus, id vt possessores nomine administrationis detinerent; nec inde præscribere possent obiectum fuit, vt aduersus Ecclesiam Carthaginensem ne detineret partem tertiarum, & vt omnes soluerent aduersus insulas Gomeræ ferri & alias ex fortunatis. Vnde minus diligenter numquam id allegatum, & traditum affirmat D. Castillo, quia plures alij fiscales Regalis Patrimonij allegarunt expendentes l. 4. tit. 15. lib. 4. recop. & omnia quæ aducit D. Castillo à quibus ille transcripsit.

7. Multoque minus procedere poterit immemorialis quando inueniuntur in libris Regiis consignationes quas dicimus, *libramientos*, vt aliquibus dominis locorum stipendia sua ex redditibus Regiis, in eis locis soluantur & decreta, vt soluerent in pluribus annis in rationibus Regalibus inueniuntur, quæ decreta, et si negauerint prædicti domini locorum non fuisse ad eorum petitionem, & instantiam expedita, ac perinde intendant nihil eis nocere posse, tamen semper aliquid præsumitur factum ab eo, in cuius vtilitatem cedit, & hanc præsumptionem Cassianam, quæ debet ducere iudices sapientissimos, & verissimos notauit Cicero in Oratione pro Sexto Roscio Amerino eis verbis: *Lucius Cassius, ille quem Populus Romanus verissimum, & sapientissimum Iudicem putabat, identidem in causis querere solebat, cui homo fuisset, & Dionysius Lambinus innotata trigesima prima, ibi animaduertit id fuisse Lias Græci, qui dicebat auctorem cuiusque facti existimandum illum, in cuius vtilitatem cessit.*

8. Et quamuis res eius qualitatis existimetur, vt non præsumatur, vt in aditione hæreditatis, quasi facti, *in bello*, §. facti, ff. de captiuis, maximè quia potest in ea esse damnus, §. neque instit. auct. tutor. tamen quoties inueni

inueneretur hæredem possidere bona hæreditatis, ex qua utilitatem habuit, præsumitur aditio ex Baldo vol. 3. conf. 298. num. 2. Corneus vol. 3. consil. 210. num. 4. Craueta conf. 31. num. 12. Mantica de coniect. vltim. volun. num. 12. titulo 13. num. 27. ex Bart. & Natta Mascardus de probat. tom. 1. conclus. 45. in fine.

9. Et quod plus est, quamuis in iure delictum non præsumitur, l. merito, ff. pro socio, tamen ad inquirendum de delicto, principale indicium est, vt ab eo factum credatur, qui ex eo utilitatem habuit, idque vincit contrariam præsumptionem, l. Diuus, de in integrum restitutione, Dom. Alfarus de officio fiscalis, glossa 20. num. 153. & fuit doctrina Originalis Bartoli in l. fin. num. 5. ff. de quaestionibus, sequutus Felinus in cap. 2. de homicidio, ex Alberico, Carolo Ruino, Hippolyto, Craueta, & Lapo, refert, & sequitur Molina lib. 2. de primogeniis, cap. 5. num. 45. & in idem adducit Quintilianum, & Ciceronem lib. 2. de finibus, & additionator Molinæ nouiter refert Farinacium, Boffium, & alios in dict. num. 45.

10. Melius probatur ex eleganti Ciceronis loco, quem prædicti non adducunt pro Tiro Anno Milone Oratione 38. eis verbis: *Quoniam igitur pacto probari peiest insidias Miloni fecisse Clodium? satis est quidem in illa tam audaci, tam nefaria bellua, docere magnam ei causam, magnam spem in Milonis morte propositam, magnas utilitates fuisse, itaque illud Casianum, cui bono fuerit, in his personis valeat.* & idem sequutus Bartolum, & Albericum ex Lancelloto, Curtio seniori, & Blanco probauit Petrus Surdus conf. 467. num. 5. & 6. reddens rationem, vt sicut damnatum præsumitur datum ab inimico, vt ex Romano, & Petro probat, ita etiam factum ab eo, qui ex eo commodum sentit, Mascardus de probationibus, conclus. 831. num. 12. Menochius de recuperanda, remedio primo, num. 56. Gratianus decis. 84. in addit. num. 3. Alciatus consil. 357. in fine, quem Baldum, & alios, idem secutus refert Surdus conf. 512. num. 5. Hieronymus Gonzalez regula 8. Cancellaria, §. 7. in proemio, num. 161.

11. Sed etiam subtractionem instrumenti, & cancellationem, quando non apparet à quo facta, præsumitur ab illo factam fuisse, in cuius utilitatem cedit, auth. ad hoc, §. ille etiã, versic. si quis instrumenta, Cod. de Latina libertat. tollend. ex Bart. Bruno, & Blanco, Mascardus vbi proximè, alios referunt Becius conf. 70. num. 20. Farinacius de falsitate, quæst. 153. num. 209. Gratianus disceptationum forensium, tom. 2. cap. 262. num. 39. &

argumento l. penult. Cod. de probationibus ex Bart. Bald. Alciato, Curtio seniori, Surdus consil. 512. num. 5. & 6. & cum contrariorum eadem sit ratio principio instit. de his qui sunt sui, iunctis quæ notauit Valascus axiomat. iuris, lit. C, num. 212. quod procedit in subtractione instrumenti, & cancellatione, idem etiam in confessione veri instrumenti dicendum, ac perinde acta, vbi mentio fit consignationis stipendorum, præsumitur factam fuisse ad instantiam, & petitionem eius cui prodesse possunt.

Sed etiam si Apocho, vel instrumentum fiat, & requirat ad partis instantiam confici, vel in eius presentia id præsumi, ex Bart. & Angelo tenuit Imola in l. Titia, §. idem respondit, el. 2. num. 11. de verb. obligat. Socinus senior vol. 4. conf. 68. num. 3. & in terminis si inueniatur in rescripto gratiam, aut inuestituram alicui factam, cuius presentia requirebatur, interuenisse credendum tenuit Oldradus conf. 217. ex Ioanne Andrea, Felino, Baldo, Romano, & aliis Menoch. lib. 6. præsumpt. 18. nu. 6. & ex quocunque instrumento, vel decreto nascuntur tres præsumptiones, vt sit verum solemnne, & de mandato partium conscriptum, ex Baldo, Rolando à Valle, Cotta, & aliis, Bursatus consil. 320. numero 26.

Itaque ad petitionem eorum quibus stipendia consignata decreta vt soluerentur facta præsumi quibus in quolibet anno solui debebantur probatur auth. de tabellionibus §. nos autem, eis verbis: *ille vero secundum voluntatem illius hoc egerit.* l. optimam, C. de contrah. & committend stipulatione ibi: *credi omni modo & seruum ad fuisse & fecisse stipulationem.* & iterum eis verbis: *& si inter presentes partes res acta dicitur & hoc esse credendum,* facit glossa verbo probare, legis cum precibus C. de probat.

Vterius notarium qui confecit instrumentum vel officialem rationum Regis in annuis decretis consignationum stipendorum præsumi instante parte facere notarunt Marianus, Socinus Iunior vol. 2. conf. 189. n. 15. Riminald. Iunior vol. 3. conf. 137. num. 44. & conf. 156. num. 17. & consil. 196. num. 51. & §. 2. Porrius Imolenfis, consil. 139. num. 16. & 17. & de hoc dubitandum non esse pluribus probatur Bursatus lib. 3. conf. 330. nu. 59. Rolandus à Valle volum. 4. conf. 7. num. 28. & Baldus tradit in l. errore colum. 1. C. de testamentis, quidquid scriptum reperitur videri scriptum de voluntate, & mandato eius qui rogauit tabellionem, quod tenet Decius conf. 490. num. 10. Craueta conf. 75. num. 4. Corneus vol. 1. conf. 155. colum. fin. versic.

ncc

nec obstat, & referens Alexandrum Purpuratum, Parisium, & alios in terminis tenuit Bellonus conf. 18. num. 18. ex Ruino, Curtio Iuniori, Ripa, Claudio de Seifelo Grato, Alciato, & aliis pluribus, tenuit Menoch. conf. 37. num. 133. ex glossa, Iafone, Neuziano, Decio, & Zephalo idem Menoch. conf. 343. num. 2.

15. Præsertim quia nullus vnquam nisi ille cuius interest peteret, & instaret dari decretum consignationis stipendij, nec credi posset officiales Regios ea decreta in libris rationum scripsisse nisi petentibus eis quibus stipendia soluenda, maximè cum in ipsis decretis ad petitionem partis facta fuisse dicatur, & idem in rescriptis ipsius Regis, & nisi plenè crederetur falsum committerent Regij officiales, si de partis consensu mentionem facerent non præcedente quod nec præsumi oportet nec admitti, ex eis quæ cum Alciato, & aliis notarunt Bursatus conf. 34. num. 37. Alciatus lib. 3. præsumpt. 9. num. 20. ex Iafone, Decio, & Socino Menochius lib. 2. præsumpt. 79. num. 5 & 6. ex Bartolo, Curtio Iuniori & aliis idem Menoch. conf. 37. n. 134. nam ad excludendam falsitatem verum esse præsumitur quod in decreto, vel instrumento continetur ex Baldo, Deciano, & Felino Bursatus conf. 311. num. 54. ex Panorimit. in c. dudum, de conuers. coniugatorum refert Curtius Senior consil. 55. num. 20. sequitur idem Bursatus consil. 33. num. 11.

16. Idque præcipuè in fisco, & eius officialibus locum habet, nam non potest præsumi fraus, vt adicerent instrumento, quod verum non esset potiusque præsumitur pro fisco, & instrumenta subtracta, nec vnquam poterit præsumi fiscum subtrahere vt arg. legis, 2. §. diuus, ff. de iure fisci notarunt omnes per ea verba: *quia ei qui instrumenta ad causam fisci pertinentia cum possit exhibere non exhibet nocere debeat & ea subtracta esse credantur quæ nocitura causa eius fuerint dubitandum non est.*

17. Sed vltra si velit quis præsumere non fuisse prædicta rescripta quæ dicimus, cedulas reales, petita ab eis in quorum utilitatem cedunt existimet qua ratione expedita fuisse præsumi oportet nam cum verisimilitudo sit omnium interpretationum caput, l. ob carmen, §. fin. de testibus, l. cum res, in principio, l. cum in testamento, ff. de rebus dubiis, Hieronymus Gabriel tom. 1. conf. 178. num. 14. Roland. à Valle vol. 4. conf. 49. num. 36. Craueta conf. 864. & 930. Thufcus practicarum lit. F. conclus. 44. num. 18. ex Baldo, Castrensi & aliis Euerardus in locis legalibus, loco 5. à verosimili, semper intelligendum hæc re-

scripta peti ab eis ad quos pertinent, & expedita censendum à communiter accidentibus, & iuxta vsu, & stylo l. ideo, ff. de legibus ibi: *vsitatum est, l. quædam, §. Numularius, ff. de edendo, eis verbis: frequentissimè ad finem eorum recurritur.* Panormitanus, Cardinalis, Baldus, & plures quos refert Euerardus, in locis legalibus, loco 56. à communiter accidentibus, idem Baldus, & alij quos refert Menochius lib. 6. præsumptione 14. num. 20.

Et petitionem, & presentiam partis præsumi, quando ex vsu, & stylo interuenire solet, ita interpretans l. in bello, §. facti, de captiuis, pluribus tenuit Menoch. vbi proximè, n. 16. cum sequentibus, & idem dict. lib. 6. præsumpt. 18. num. 6. & in fortiori casu notauit Craueta de antiquit. temporum, 4. part. principali, versic. materia ista, num. 110. ex Panormitano consil. 18. 2. part. num. 5. vt præsumatur Syndicos, qui fuerunt presentes laudo & illud portauerint eorum communitati, & quod de illo communitas notitiam habuerit, & laudum approbauerit, quia ex communiter antecedentibus id fieri consuevit, & hoc argumentum præsumptiuè concludit, quia semper censetur aliquid fieri, vt solet Baldus lib. 2. conf. 390. num. 3. ex glossa, eodem Baldo, & aliis Rugerius 1. part. conf. 1. num. 111. & nullus dubitari potest, si non peterent Apochas stipendorum, & rescripta Regia illi in quorum utilitatem cedebant Regij Officialibus, non conficerent, vt ex l. quod si nolit, §. assidua, de ædilit. edict. notarunt Doctores ibi.

Quod firmatur ex eo, nam semper in omni actu præsumitur factum, quod consuevit, ex l. certi conditio, §. si nummos, ff. si certum petatur, Bald. vol. 4. conf. 102. ad medium, Campegius in tractatu exclusiuo feminarum, vlt. part. quæst. 57. ex Bart. in l. uxorem, §. testamento, de legatis 3. & aliis probauit Mantica de coniect. vlt. voluntatum, lib. 2. tit. 12. num. 22. & 24. Mascardus de probat. conclus. 534. num. 7. pluribus Menochius lib. 6. præsumpt. 4. & 8. per totas, Gutierrez lib. 1. practicarum, quæst. vlt. num. 3. & 4. & actum semper credendum fieri secundum sui naturam, & qualitatem rei, de qua conficitur, l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati, Molin. de Hisp. primogeniis, lib. 2. cap. 2. num. 15. latè Menoch. lib. 3. præsumpt. 38. & lib. 6. præsumpt. 10. & instrumentum semper intelligitur factum ex eo, qui debebat, & vt debebat conficere ex Iafonis doctrina in l. Gallus, §. quidam rectè, num. 6. ff. de liberis, & posthumis, ex Craueta, Decio, Cephalo, & aliis notauit Azebedo in l. 1. num. 8. tit. 1. lib. 6. Recopilat.

D d 3 idque

20. Idque, etiam si appareat actum fieri alieno nomine, ut argumento l. *latius*, §. *tutorem*, ff. de administrat. tutorum, tradit Gutierrez de tutelis, 2. part. cap. 10. num. 2. nam quidquid pertinet ad tutelæ administrationem, et si appareat nomine proprio tutoris factum, tamen credendum fieri pro pupillo, in cuius utilitatem cedit: ita similiter prædicta rescripta, & decreta credi oportet ab illis petita, & expedita ad eorum instantiam, quibus profunt & Officiales Regios illud fecisse, quod consuevit, ut latè probarunt Dinus, Alciatus, & alij quos refert, & sequitur Mantica de tacitis, & ambiguus conuent. lib. 3. tit. 13. num. 57. Bursatus consil. 34. n. 12.

21. Maxime id ex duabus qualitatibus. Prima ex longo tempore, quo istæ consignationes factæ, nam plusquam centum annis fuerunt expeditæ, & eo casu ex transcurso triginta annorum præsumitur mandatum, Mascardus conclus. 1007. num. 52. Menochius consil. 1. num. 79. & lib. 2. præsumptione 33. num. 27. Craueta de antiquit. tempor. 2. part. num. 63. sectione ex præmissis, Gilqueni de præscrip. 2. part. membro 1. cap. 8. numero 9. Flores de Mena variarum quæstionum, lib. 3. quæst. 23. num. 27. & solum ex diuturna possessione præsumitur patris iustum præcessisse in additione hæreditatis, & iuxta Alex. in l. *sciendum*, num. 19. ff. de verb. obligat. & diuturnitas accipitur pro decennio, & ultra quæ adducit, pondero textum in l. *si cum fideicommissa* 16. §. *Aristo*, ff. qui, & à quibus, ibi: *si non diu in libertate fuisset, id est, non minus decennio*, & consuetudo quæ diuturna dicitur, §. *si in scripto*, de iure naturali, l. *diuturna* 33. de legibus, ut decem annos requirat, ex Lorioto, Bulteio, VVesembequio, Antonio Fabro, & aliis, Ofuald. in notat. ad Donellum, lib. 1. commentariorum, cap. 10. lit. E.

22. Et ut ex transcurso triginta annorum mandatum præsumi nullus dubitauit, ex gloss. in cap. *peruenit*, in verbo *triginta anni*, de empt. & venditione, quam ad hoc ibi ponderat Immola, Ancharr. consil. 127. Felinus & alij quos refert Mascardus, conclus. 1007. num. 42. ex Socino, Cornco, Decio, Iafone, Gozadino, Craueta, consil. 307. nu. 2. idque ut tradit Mascardus, dict. concl. 1007. n. 57. quoties persona eius qualitatibus, & opinionis extiterit pro quo præsumi possit, ut de officialibus Regiis nemo dubitauit.

23. Deinde quia stipendia numquam ab eo cui debebantur, petita fuerunt, & inde constat in prædictis rebus Regiis fuisse exacta stipendia, ex eo quod tradit Cicero in Oratione pro Publio Quintio, ibi: *satis argumenti est, nihil esse debitum Mænio, quod tãdiu nihil pe-*

tiuit, & ex transcurso longi temporis præsumitur facta solutio, l. *maximè* 30. ff. de administratione tutorum, ex Alexand. Romano, & aliis Menochius lib. 3. præsumpt. 35. num. 3. cum Afflicto, & Parisio, Menoch. consil. 457. num. 1. & 2. idque præsertim, quando cum diuturnitate concurrat silentium, & taciturnitas, argumento l. *si quis fortè*, §. 1. ff. de pœnis, ex Decio, Alex. Beronio, Bertazola, Zephalo, Craueta, & aliis pluribus Mascardus de probationibus, conclus. 1324. num. 27. Roman. consil. 481. Calcaneo consil. 23. num. 5. Barbofa in l. 1. §. part. num. 18. ff. soluto matrimonio.

24. Et cum ex transcurso longi temporis præsumatur facta solutio, quanto magis ex plusquam centum annis, quibus stipendorum consignationes factæ, & quotannis repererentur, nec vnquam in aliis rebus stipendia soluenda, petiuit ille, cui debebatur, quod nisi exigeret, ubi ab initio consignata fuerunt, non apparet aliunde stipendia exegisse, ut conueniant verba Ciceronis, ubi supra, ibi: *doce te petiuisse ab eo istam, nescio quam innumerabilem pecuniam, doce aliquando mentionem fecisse, dixisse deberi, debuisse concedamus*, aliàs enim nullus præsumitur rem perdere, & stipendia illum non petiturum, ut colligitur ex l. *cum indebito*, §. *qui etiam*, ff. de probat. iunctis Menoch. Tiraquello, Parisio, & pluribus, quos refert Neuius ibi: & iuuant verba eiusdem Ciceronis, ubi proximè, ut denotaret Sextum Mæuium iam recepisse, quod petebat à Publio Quintio, ibi: *Quis tam dissolutus in re familiaris fuisset? quis tam negligens? quis tam tui Sexte dissimilis? qui cum res ab eo, qui contraxisset, recepsisset, & ad heredem peruenisset, non heredem cum primum vidisset, certiorum faceret, appellaret, rationem afferret?*

25. Nihil enim aliud in hoc casu allegare possunt prædicti nisi ad præscriptionem recurrere quæ impium præsidium appellatur, auth. *ut Ecclesia Romana*, collatione 2. Angelus, in l. 1. Cod. de negotiis gestis, Riminaldus consil. 258. Romanus consil. 149. Fulgosius consil. 122. Cuman consil. 67. cum Alexandro, Alciato, Craueta, Menochio consil. 201. num. 110. & magis odiosa existimanda præscriptio contra Principem, & ea quæ ad ius publicum pertinent ut iura Regalia, quippe tunc impugnat rationem ex qua inducta, & admissa præscriptio propter bonum publicum quando ea quæ sunt iuris publici, & ad statum Regum concessa priuatis acquirerent, & ideo exemplis Themistoclis, Catonis, & Plutarchi, qui spreta præscriptione immemoriali solebat restituere quod ex iure publico usurpatum erat probauit Petrus Gregor.

gor. de Republica lib. 3. cap. 8. num. 6.
26. Sed ultra id, in hoc casu non potest procedere præscriptio, quia constat, nunquam suo iure præscribentem possedisse, sed alieno, ut latè probatum est, & cum constet stipendia in eis rebus fuisse consignata, quod quasi tot instrumentis, & rescriptis Regiis probatum, pars aduersa non negauit, & si inficietur in eis rebus exegisse stipendia, & decreta consignationis petiisse, tamen cum appareant consignata in Tertius, quas præscribere intendit, & nullo modo constet aliunde exegisse, & ex longo tempore solutio præsumatur, constat ex prædictis Tertiarum rebus solutionem factam iuxta doctrinam glossæ in cap. volumus 16. quæst. 4. ut probatis extremitatibus media præsumantur, Bartolus in l. *Celsus*, ff. de vsu cap. idem Bartol. per textum ibi in l. *si quis ita*, de conditionibus, & demonstrationibus, & in l. *talis scriptura*, de legatis 1. ubi Iason, & Alex. Panormitanus in cap. *accidentibus*, de priuilegiis, Ioannes Garcia de nobilitate, cap. 12. num. 33.

27. Denique notari oportet, ut singulare, legem 1. tit. 21. lib. 9. Recopilationis, quæ permittit immemoriam præscriptionem in Tertius non posse procedere in Magnatibus titulatibus, aut Dominis Vassallorum huius Regni, ut eis non sit permessa præscriptio immemorialis: nam isti tenentur facere iuramentum de non vsurpando, nec permittere, ut aliquis vsurpet iura Regalia, & rebus Principis, quos ex officio suo, & dignitate, conseruare, & illarum ius Regis defendere obligantur ex dicto iuramento, de quo in l. 15. tit. 8. lib. 9. Recopilat. ubi de nullo alio agitur, quam ad literam exprimere iuramentum, quo prædicti Domini Vassallorum obligantur: & tunc non potest causari præscriptio, licet immemorialis contra proprium iuramentum, Felinus in cap. fin. de præscript. n. 7. Ruius lib. 1. consil. 111. num. 6. Capella Tholosana decis. 221. Ant. Baberius de virtute, & viribus iuramenti, casu 29. num. 42. Thufcus practicarum, lit. P, conclus. 549. num. 27. ubi tradit, ut etiam si mille annis viueret iuratus, nunquam inciperet præscribere, & ratio est, quia iuramentum habet vim litis contestationis, Bart. communiter receptus in l. nam & postea §. si is qui temporali, ff. de iureiurando, l. sed & si restituatur 28. §. ex quibus, ff. de iudiciis, Gozadino in l. 2. Cod. de pactis inter emptor. & vendit. num. 79. Couarr. lib. 1. variar. cap. 9. num. 7. cum Baldo, Iafone, Romano, Aretino, Decio, Craueta, Afflicto, Marrent. & aliis Seraphin de priuilegiis iuramenti, priuileg. 50.

Et ideo ultra quam præscriptio non pro- 28. cedit ex iuramento cuiusque interrupta censeri debet, & in quocunque successore per quadraginta annos Principis actio firmabatur, quem effectum tribuunt iuramento, ut ex Alex. Marfilio, Capella Tholosana, & aliis refert Seraphinus ubi proximè, priuilegio 51. num. 1. & 8.

29. Nec poterit elidi hæc ratio, quando allegant Domini Vassallorum non constare eos fecisse iuramentum: nam sufficit, ut facere teneantur, eo iniuncto onere, enixe à lege decreto in l. 15. tit. 8. lib. 9. Recop. eis notandis verbis: *So pena que contra los que dexaren de haçer el iuramento procederemos por Rebeldes y desleales, y incurran en las penas, que contra los tales estan establecidas, & idem est rem facere, aut teneri facere, & scire rem, vel scire debere, l. si duo, de acquir. hæredit. ibi, qui enim scit, aut scire potuit, l. si Titius 48. de fideiussor. ibi: cum scire potuerit, aut ignorare non debuerit, & ad malam fidem, quæ excludit præscriptionem, idem est rem scire posse, aut debere scire, Bart. Baldus, Cephalus, Socinus, Angel. Salicetus, Albericus, & alij, quos refert, & sequitur Mascardus conclus. 1003. num. 36. & 37. ultra quam, qui allegat non fecisse iuramentum, id probare tenetur, & nullus in hoc casu probauit, & iuramentum, quod à prædicta lege exigitur, ut necessarium semper præcessisse credendum ex iis, quæ supra latè notauimus.*

ALLEGATIO XXIX.

De Præmio locitationis conductio-
tionum vectigalium.

1. *Senatus Regalis Patrimonij solent pro maiori fisci utilitate premium id est promittido, offerre licitatoribus vectigalium. l. 22. tit. 13. lib. 9. Recop. & n. 39.*
2. *Licitatio ex qua premium consequendum debet approbari & admitti à Senatu.*
3. *Actus conditionalis non dicitur inesse productus. l. qua sub conditione, ff. si quis omissa causa testamenti. l. 15. tit. 11. lib. 9. Recopil.*
4. *Clausula, pro ut de iure, nihil addit, vel detrahit. c. causam que, de rescriptis. l. 15. tit. 11. lib. 9. Recopil.*
5. *Clausula, pro ut de iure, non inducit admissionem nisi iuri congruat, c. Secunda requiris de appellatione. Clausula*

6. *Clausula*, provt de iure, idem quod secundum ius inducit.
7. *Clausula*, provt de iure, non addit ius sed conseruat.
8. *Conditionalis actus* pendente conditione subiacet resolutioni.
l. *necessario*, §. *quod si pendente*, ff. de pericul. & comm. rei vendit.
l. *pecuniam*, ff. *si cert. petatur*.
9. *Conditionalis actus* nullum producit effectum pendente conditione.
l. *traditionibus*, Cod. de pactis.
10. *Clausula*, provt de iure, inducit conditionem.
l. *Stichum qui meus erit*, 6. ff. de legat. 1.
11. *Fideiussio* non idonea pro satisfactione non habetur.
l. *fideiussor*, 2. §. 1. ff. qui satisd. cogantur.
l. *quoties*, 6. in principio, ff. eodem.
12. l. 7. tit. 11. lib. 9. Recopil.
13. *Fideiussorem esse idoneum* in conductione vectigalium debet probari.
Testes esse bona fama debet probari ubi lex requirit habere eam qualitatem.
14. l. 41. Tauri.
15. *Qualitas* probanda ab eo qui in ea se fundat.
16. *Fideiussores idoneos* qui allegat dedisse debet probare.
17. *Liquidum non debet impediri* propter quod illiquidum.
l. *fin. Cod. de compensationibus*.
18. *Arbitrio iudicis commissum* vt de satisfactione decernat.
l. 11. tit. 11. lib. 9. Recopil.
19. *Impedimentum non debet iuuare illi* qui remouere potuit,
l. *sed etsi per Prætores*, §. 2. ff. ex exquib. caus. maior.
20. *Impeditus non dicitur* qui potest impedimentum remouere recurrendo ad superiorem.
l. *qui commentu*, ff. de re militari.
l. *item quaritur*, §. *exercitu*, ff. locati.
21. *Impeditus probare debet impedimentum* remoueri non potuisse & in causa fuisse ne faceret.
22. *Impedimentum oppositum ab ipso locatore* non excusat si paucis diebus durauit.
l. *sim lege*, 24. §. *colonus*, ff. locati.
23. *Satisfactio in conductione vectigalium dari* debet, coram rebellionem maiori reddituum regalium.
Forma non seruata corrumpit actus.
l. *Iulianus*, §. *si quis*, ff. ad exhibendum.
- l. 1. *Codice*, quando prouocare non est necesse.
c. *cum dilecta* de rescriptis.
24. *Forma inducitur* quando aliquid iubetur à lege pro substantia rei. Clem. unica de rebus Ecclesie.
c. *sine exceptione*, 12. quest. 2.
c. *quia propter de electione*.
25. *Actus prohibitus à lege* nullus censendus.
26. *Lex quæ permittit actum alicui & aliis* prohibet, etsi non habeat clausulam irritantem nullum reddit actum contralegem factum.
l. *non dubium*, C. delegibus & n. 27. 28. & 29. 30.
27. *Actus qui fit in fraudem legis* nullus est ne eludatur iuris dispositio etiam si lex actum non irritet.
28. *Fraudem legi facere simulando legi obedire* grauius est quam legem palam, & directo impugnare.
l. *ita fideicommissum*, 40. ff. de iure fisci.
29. *Conditionem impleri si stat per illum cuius interest pro impleta haberi*.
l. *Iure ciuili*, 24. ff. de condit. & demonstrat.
Vectigalium solutio vt secuta sit spectat ad ius publicum.
l. 1. §. *interdum*, ff. de loco public. fruendo.
l. 1. §. *in causa de questionibus*.
l. 2. Cod. de exactorum, tributorum lib. 10.
Publicum ius voluntate priuati non mutatur.
l. *Ius publicum*, ff. de pactis.
30. *Actus qui fit contra legem* quando valeat subiacet rescissioni.
31. *Premium id est, Prometido, vt lucretur in conductione vectigalium* debet conductor habere facultatem exigendi à Senatu quæ dicitur, rendimento.
l. 27. §. 12. tit. 11. lib. 9. in 3. part. Recopilat.
32. *Forma debet specificè nec potest per equipollens adimpleri*.
33. *Fielidad, & recudimiento, differentia*.
Titulus, lib. 9. Recopil.
34. *Equipollens non dicitur* quod non equipollet.
35. *Temporis limitatio post illud* includit contrariam dispositionem.
36. *Tempus, quando inducit formam*.
37. *Termini præfixi prorogatio non tollit qualitates sed prorogatio est cum eisdem*.
38. l. *fin.*

38. l. *fin. C. de nouationibus*.
l. 2. C. de condit. insertis.
l. 27. tit. 11. lib. 9. in 3. p. Recopil.
39. *Accessoria corrumpit sub dicto principali*.
l. *si cui*, ff. de fundo instructo.
l. 1. & 2. ff. de peculio legato.

Premium quod dicimus prometido, quando à conductoribus reddituum Regalium lucrari possit pro explicatione l. 6. tit. 9. l. 7. 9. 10. tit. 11. l. 1. tit. 13. l. 9. Recop.

1. **N** T fisci vtilitatibus commodius consuli posset, & vectigalia Regia, & eorum conductione augerentur, permissum administratoribus Regalis patrimonij, qui sunt Consiliarij eius Senatus, vt licitatoribus, qui maius pretium obtulerunt pro redditibus Regalibus aliqua pars præmij loco concedi posset, nisi forte ab altero magis res licitetur, & pretium conductionis cresceret, ita vt primus licitator, si non obtineret conductionem reddituum, sine aliquo commodo, qui primo licitauit, non maneret, sed potius induceretur præmio ad pretij licitationem, Franciscus Lucanus tractatu de fisco 4. part. num. 4. vol. 12. tractatum, Auiles cap. 32. Prætorum, verbo, *pujar*, num. 16. Auendaño de exequendis mandatis, 2. part. cap. 12. num. 12. Parlador lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. 5. part. §. 13. num. 3. Azeuedo in l. 6. tit. 9. Recop. num. 6. Catharius decif. 103. per totam, & permitti administratoribus Regalis Patrimonij hæc præmia, id est, *prometidos* concedere licitatoribus, & conductoribus reddituum Regalium probatur dict. l. 6. l. 22. titulo 13. lib. 9. Recop. & optimè Auendaño vbi proximè, quod tamen, vt rectè procedat, sequentia notanda.
2. Primò requiritur, vt sit pretium iam constitutum, vel licitatio eius à Magistratibus Regalis Patrimonij Senatus approbetur, & inde contractus conditionalis non proderit, vt possit hoc præmium lucrari, quia non dicitur perfectus, Paris lib. 4. consil. 82. num. 7. Menochius consil. 63. num. 2. & sequentibus.
3. Quia actus conditionalis non dicitur in esse productus, l. quæ sub conditione, ff. si quis omiffa causa testamenti, Hondedeus vol. 1. conf. 62. num. 102. Valascus consultatione 164. num. 3. & in nostris terminis licitationis probatur expressè l. 15. tit. 11. lib. 9. Recop. eis verbis: *porque el que las pujo con las condiciones que declarar e entiendese que no fi* Ioann. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. Pars I.

20 *puya ninguna fassa ser fecha la dicha declaracion.*

Vnde fit, si aliquam habuerit qualitatem, oblatio facta à conductore, quamuis à Senatu admitteretur, in quantum de iure possit (vt moris est) adhuc non censetur illud pretium, & oblationem admitti, vt præmium lucrari possit, quia ea clausula, *in quantum de iure*, nihil addit facto, sed solum illud relinquit in sua essentia, vt quatenus possit, iure admittatur, nec censetur simplex, & absoluta acceptatio, sed conditionalis, quatenus ius permiserit, de quo Tiraquell. de tractatu lignagier, §. 8. gloss. 8. Mandosius in regula de iure quæsito, qu. 2. Hieronymus Gabriel lib. 1. conf. 5. num. 3. & in simili Ioannes Andreas in cap. de litis contest. lib. 6. Felinus in cap. constitutus in principio de rescript. & talis clausula, *in quantum ius permiserit*, refertur ad præcedentia, & sequentia, ita vt cum eadem qualitate accipienda, si iuri congruant, argumento cap. causam, quæ de rescriptis, vbi Panormitanus notat. 1.

Nec ex prædicta adiectione potest induci dispensatio, priuilegium, vel admissio licitationis, sed legum inducitur obseruantia, gloss. in cap. 1. verbo, *noscatur*, de constit. lib. 6. cap. *secundo requiris*, de appellat. verficulo, *vt iustitia suam consequatur effectum*, & ita nisi verificetur licitationem esse iuxta ius, & illius dispositionem, non potest ceteri admitti præmij oblatio.

Quia id est secundum ius esse ex Iafone in l. iustitiam, num. 1. ff. de iustitia, & iure, Felinus in cap. 1. num. 51. de constit. Crescentius decif. 1. sub titulo de rescriptis, & cum licitationes etiam si conditionales sint, admitti debeant cum sua qualitate, videntur admittæ, quia id videtur de iure, & de clausula, *in quantum de iure* notarunt Bartolus in l. *si quando*, num. 4. ff. de legat. 1. Felinus in cap. *cum contingat*, num. 13. de officio delegati, Rolandus vol. 2. consil. 77. num. 18. Hondedeus lib. 1. consil. 21. num. 19. Menoch. de recuperand. rem. 9. num. 33. Marquesan. de commissio 2. part. titulo de concessione Apostolorum, num. 77.

Ex quibus apparet prædictam adiectionem, *in quantum de iure, vel pro vt de iure*, solum admittere, quæ iusta sint, & reprobare, quæ iuri repugnant, vt notauit Bald. in l. *edita*, Cod. de edendo, vbi agens de ea clausula tradit illud operari, vt admittenda censentur admittæ, sed non admittenda intelligantur reiecta, Menoch. dict. rem. 9. num. 33. Hondedeus lib. 1. consil. 21. num. 19. ad finem, Ciletus decif. Bononiensi 1. num. 1. tom. 1. diuers. & ideo prædicta clausula nullum ius

- adimit partibus, sed ad iuris dispositionem causam reducit, ita vt conferret ius, quod ex legibus potest cuiusque competere, Marques. de commiss. r. p. c. 2. n. 206. & 3. p. §. 2. n. 102. cum sequentibus, vide quod aliis de hac notauit Augustinus Barbosa clausula 115.
8. Manet igitur ex prædictis, vt quamuis admittatur licitatio, quæ habuerit aliquas qualitates, vel conditiones; licet sperentur purificari, cum tamen non prosit pretij obligatio, quæ non admissa, nec verè cenferi potest admissa, dum est conditionalis, quia pendente conditione subiacet resolutioni, l. *necessario*, §. *quod si pendente*, ff. de pericul. & commod. rei vendit. l. *pecuniam*, ff. si certum petatur, Cephalus conf. 497. num. 35. lib. 4. Gabrieli lib. 1. conf. 117. num. 14.
9. Et nullum effectum cenferetur habere actus conditionalis, dum conditio pendet, Hondedeus conf. 14. n. 68. vol. 2. Surdus conf. 238. n. 7. & consil. 268. num. 11. Giurba decisil. 60. num. 31. adeo vt quamuis ex contractu conditionali fiat traditio, quæ solet perfectionem, & complementum tribuere contractibus, l. traditionibus, Cod. de pactis, non sufficit procedere effectum pendente conditione, adeo vt ex venditione conditionali sequuta traditio dominium non transferat, vt comprobatur Mantica de tacitis, & ambiguis conuent. lib. 22. titulo 28. num. 26. & 27. & decisil. 37. num. 6. & 7. & paria sunt in iure, quid non fieri, vel sub conditione fieri, quæ non purificata, vt probauit Surdus pluribus adductis conf. 157. num. 8. & 9.
10. Secundò, ex prædictis fit acceptationem, quæ à Senatu fieri debet, puram esse oportere, quia alias si acceptatio non simpliciter fieret, sed sub aliqua conditione, vel restricta ad qualitatem, vt cum licitatio admitteretur, *provt de iure esset*, tunc ea restrictio operatur conditionem, vt in l. *Stichum, qui meus erit*, §. ff. delegat. 1. Tiraquel. de retractu lignagier. §. 8. gloss. 7. Mandosius in reg. de iure quæsitio, quæst. 2. Gabriel. lib. 1. consil. 5. num. 3. & in specie circa clausulam, *provt de iure, vel secundum ius*, post Verallum tradit Caualcanus decisil. 11. num. 41. & decisil. 28. num. 17. & 29. 2. part. & si referatur acceptatio ad modum, eo deficiente, resoluitur actus, & remanet nullus, & sine effectum l. 1. Cod. de his, quæ sub modo, Surdus conf. 381. num. 10. Menoch. conf. 74. num. 17.
11. Tertid, requiritur, vt qui pretium pro vectigalibus obtulerit, aut licitationem postea fecerit, offerat fideiussores, non solum idoneos, sed etiam qui ab aliis testibus probentur illos esse satis idoneos ad solutionem eius, pro quo obligantur, l. 9. & 10. titulo 11. lib. 9.

- Recopil. & deficientibus testibus, quos dicimus, *de abono*, qui idoneam fideiussionem tententur, non potest ex prædictis legibus aliter procedere vectigalium conductio, nec lucrari præmium auctionis, & licitationis, quod dicimus, *prometido*, quia fideiussio nulla, vel non idonea pro fideiussione non habetur l. *fideiussor* 2. §. 1. l. *quoties*, 6. in principio, ff. qui satisd. cogant.
- Nec obstabit, quod contra obiciebatur, id quod pertinet ad probationem, vt testes deponant de securitate fideiussorum, & illi sint idonei, non videri exprimi l. 7. titulo 11. lib. 9. Recop. nam licet expressè de probatione non exprimeretur, tamen manifestè etiam insinuauit dict. l. 7. eis verbis: *que se obligado de dar luego en poniendo y pujando la renta cien maravedis de cada millar de fiancas de hombres llanos, y abonados*.
- Vnde idoneos esse fideiussores apertè requirit, cum lex non solum exigeret esse sine controuersia fideiussores, sed etiam idoneos, & ideo debet probatione constare de idoneitate, quemadmodum quando lex requirit probationem testium omni exceptione maiorum, non sufficit præsumptio iuris, vt quilibet bonæ famæ præsumatur, l. *merito*, ff. pro socio, l. *cum pater*, §. *rogo*, ff. de legatis, sed etiam necessarium est, vt bona fama testium probeatur, ex eo quod requiritur lex testes integræ opinionis esse debere, vt circa immemorialem probatur l. 1. tit. 7. lib. 5. Recopil. & non sufficere bonam famam, quæ in iure præsumitur in quolibet, sed expresse ad immemorialem probandam ex Auendaño, Gregorio Lopezio, Ioanne Garcia, Matienzo, & aliis D. Castillo de Tertiis, cap. 27. num. 6. & in sindicatu etiam notarunt Bobadilla lib. 5. Politicæ, cap. 1. n. 2. 4. qui alios refert ex Decio, Gabriele, Berart. Auendaño ego notaui 2. part. decisil. Granat. 98. num. 41.
- Et simile exemplum præstat l. 41. Tauri, vbi, cum ageretur de primogeniis, quæ ex temporis cursu, & antiquitate inducuntur, traditur in ea, ibi: *y que los testigos sean de buena fama*, & communis opinio, & resolutio est, in hoc casu esse necessarium, vt probatio fiat de bona fama testium absque eo quod sufficiat legalis præsumptio pro bona fama, sed expresse, & manifestè id probandum, vt ex Angelo, Alex. Socino, Decio, Craueta, & aliis in terminis tenuit Molina de primog. lib. 2. cap. 6. num. 29.
- Quod quidem maximè conuenit dict. l. 7. in qua requiritur, vt intra terminum dentur fideiussores idonei, & ideo, vt præmium auctionis consequatur, docere debet esse idoneos, aliàs petere non poterit, quia illa qualitas

- litas extrinseca idoneitatis probanda ab illo, qui in ea fundamentum ponit suæ intentionis, Bald. in l. *si vero*, §. *qui pro rei*, in fine, ff. qui satisdare cogantur, & in c. in præsentia, num. 34. de probat. Felinus in cap. fin. num. 15. de præsumpt. Alex. vol. 2. conf. 37. num. 13. multis probauit Patianus de probationibus, lib. 1. cap. 54. n. 10. & id procedere, quamuis probatio rei sit difficilis, aut improbabilis, & negatiua, vt notauimus allegatione 9. num. 20. nam qui se fundat in qualitate, probare tenetur, & sibi imputet, si ad improbabile se adstrinxit.
16. Et in terminis nostri casus tenuerunt Alex. d. conf. 37. num. 3. vers. *quod autem*, Bald. in l. 1. §. si Magistratus, in principio, ff. de Magistrat. conuen. & ibidem Cumanus num. 3. expressè dicentes, qui vt fundamentum suæ intentionis allegat dedisse fideiussores idoneos, id probare teneri ante omnia, & generaliter docuerunt Salicetus & Albericus in l. *actor*, C. de probat. Bald. in c. fin. num. 12. de præsumpt. & omnia expressè comprehenduntur d. l. 9. & 10. tit. 11. lib. 9. Recop.
17. Quartò hæc fideiussio cum qualitatibus prædictis danda est pro parte conductionis, quæ fuerit liquida, etiam si aliqua pars contractus illiquida maneret, aliàs non lucrabitur præmium, id est, *prometido*, quia propter illiquidum non debet impediri quod liquidum est, argumento l. fin. C. de compensat. Rebuffus in consil. Gallis, artic. 1. glossa 9. num. 19. Curtius iunior vol. 2. consil. 122. num. 3. Azbedo in l. 1. tit. 21. lib. 4. Recop. Rodriguez de execut. c. 1. artic. 4. n. 37.
18. Tum etiam quia deberet offerre satisfationem iuxta legum nostrarum dispositionem, ita vt peteret à supremo Senatu Regalis patrimonij, vt pro parte liquida satisfationem taxaret, quia semper remittitur arbitrio iudicis, vt ex qualitate negotij de fideiussione decernat, vt in terminis tradit Menochius de arbitrariis, lib. 2. centur. 2. casu 142. n. 3. cum sequentibus, ibi: *Ego verius puto Bald. & ceteros sensisse esse iudicis arbitrio remittendum qualitatem ipsius cautionis, nempe vt cum vel pignora, vel fideiussiones pro cautione præstantur, illa fideiussio illud pignus idonea censetur iuxta negotij vel magnam, vel leuem qualitatem, cum non omnia negotia, non omnes persone eiusdem conditionis sint*, glossa 2. in c. ex publico, de conuers. coniugat. Bald. in l. *uniuersa*, num. 3. Cod. de precib. Imperat. offer. Mascardus in l. *Questionis modum*, num. 46. de quæstion. & disponitur in l. 11. titulo 11. libro 9. Recopilat.
19. Sed & notandum est quod Publicanis vectigalium conductoribus, simile opponen-
- tibus de impedimento illiquidi, multoties respondi, illos potuisse facillè prædictum impedimentum remouere, & quod illiquidum statim liquidari, si id fieri in senatu peterent, & ita impedimentum non debet iuuare illi qui remouere potest, Menoch. lib. 2. de arbitrariis, centuria 2. casu, 118. ibi: *Nam ille qui impedimenti prætextu, vult iuuari, duo debet probare, primò, illud impedimentum huiusmodi fuisse vt remoueri minime potuerit*, & probat textus in l. *sed etsi per Prætores*, §. 2. ff. ex quibus causis maiores, vbi Bart. idem in l. *quibus diebus*, vbi Socinus, in 3. notabili, ff. de condit. & demonstrat. Decius, in l. 1. in fine, C. de bonorum possess. secundum tab. & conf. 677. num. 4. Goçadin. conf. 37. n. 1. Socin. conf. 76. num. 79. lib. 1. Craueta conf. 570. n. 3. & post multos tradit Petrus Surdus, conf. 8. num. 25. vol. 1.
- Et in terminis vt in culpa sit qui non petit à Senatu remouere impedimentum, tenuit Surdus, conf. 8. num. 25. ibi: *Cum ergo illi de Gara possent allegatum iudicis impedimentum remouere, recurrendo ad Senatum, vel etiam ad Dominum auditorem Marchionis Basti qui est Calusij Dominus, & non fecerint non excusantur, sed dicuntur esse in culpa*, aliàs enim videtur sibi impedire, quia non dicitur impeditus qui impedimentum remouere potest, Bald. in d. l. *sed etsi per Prætores*, §. 1. Decius, conf. 677. num. 3. & superiorem tenetur adire impeditus, vt grauamen illatum reparat, vt cum Burrio, Alex. Romano Decio, & Ioanne de Amicis, tenuit idè Surdus, dict. conf. 8. num. 24. & alibi probauimus allegat. 18. num. 25. impedimentum etiam irreparabile non prodesse, si culpa vel mora impediti præcesserit, l. *qui commeatu*, ff. de re militari, & debere eum qui allegat impedimentum illud remouere, etiam cum damno & periculo, l. *item queritur*, §. *exercitu*, ff. locati, & qui tollere non potest impedimentum debet illud locatori protestari, vt ex illo textu colligitur.
- Et cum posset absque impedimento illiquidum satisfationem, conductor vectigalium præstare, maximè quando vt pluries vidi, quantitas à Senatu Regalis Patrimonij assignatur de qua satisfatio præstanda, nulla poterit considerari excusatio, quia succedit illud quod iuxta prædicta ex Menochio notauimus teneri impedimentum conductorem probare, quia ille lib. 2. de arbitrariis centuria, 2. casu 118. tradit his verbis: *Secundò probare debet is impeditus, impedimentum illud in causa fuisse, ne præstiterit quod præstare tenebatur quoniam quantum in se erat omni diligentia usus est*, & probat textus in d. l. *quæ*

qui commentu, de re militari & tenuerunt omnes in l. 2. §. quod diximus, ff. si quis caution. & ibi Alex. num. 6. Iason. n. 5. & plura retulit Crauetia, conf. 151. n. 22. & conf. 179. n. 6. Decius, conf. 454. n. 8. & conf. 552. num. 7. Boër. quæst. 40. n. 4. Vantius titulo de nullit. sentent. ex defectu iurisdiction. ordin. n. 166. vers. & erit.

22. Sed & quod plus est etiam si impedimentum directè opponatur ab ipso locatore si cessat impedimentum intra modicum tempus, adhuc tenentur conductores, argument. l. si in lege, 24. §. Colonus, ff. locati ibi: quod si paucis diebus prohibuit: & hoc sequutus, arbitrio iudicis relinquit quod dicatur modicum tempus, Alex. lib. 5. conf. 127. num. 7. adde quod ex glossa Bartolo, & Lapo notauit Tuschus practicar. lit. P. conclus. 37. num. 12. & ex aliis Menoch. lib. 2. arbitrar. casu 361. num. 21. Vnde cum in hoc casu conductor eius, quod illiquidum asserit facile posset liquidationem petere in senatu, & non fecerit, non debet eo prætextu excusari sed totius summæ conductionis satisfactionem præstare tenetur vt possit præmium id est promerito obtinere.

23. Quinto requiritur vt hæc satisfactio præstetur coram Tabellione maiori reddituum Regalium, l. 7. tit. 11. lege 1. tit. 13. lib. 9. Recop. alias enim si coram alio Tabellione daretur, satisfactio quasi forma non seruata, quæ dat esse rei, l. Iulianus, §. si quæ, ff. ad exhibendum debet actus nullus censeri, l. 1. & titulus, Cod. quando probare nõ est necesse, glossa & textus in cap. cum dilecta, verbo irritam, de re scriptis, glossa in Clementina 1. de iure Patronus, verbo inhibentes, Panormitanus in c. nulli, de rebus Ecclesiæ, num. 7. Felinus in c. ex parte, in principio de constit. Decius conf. 261. num. 4. Tiraquellus in l. si unquam, verbo reuertatur, Cod. de reuocandis donat.

24. Et prædictas leges quæ requirunt satisfactionem dari coram tabellione maiori reddituum regalium inducere formam constat ex eo quia pertinet ad rei substantiam, cui renunciare non potest glossa notabilis in c. de causis de officio delegati sequitur, Felinus in c. tuis, num. 1. de testibus, quoniam substantia rei est immutabilis: Et quoties lex instituit actum cum solemnitate ab ipsamet lege inuenta, signum est formam esse substantialem, & absolute necessariam, secus verò quando talis solemnitas adiungitur actui iam instituto: exemplum esse potest in solemnitate alienationum, vt in Clement. vni. ca. de rebus Ecclesiæ, c. sine exceptione, l. 2. q. 2. vel in solemnitate electionum, vt in c. quia

propter, de electione, & conducunt verba Patris Francisci Suarez lib. 5. de legibus, cap. 31. num. 9. ibi: Quia quando legislator qui inuenit, & præcepit formam, dat etiam potestatem ad efficiendum actum seruata illa forma, magnum augmentum est, & secundum ius fere infalibile talem formam esse de substantia actus.

Nec obstat si quis dixerit prædictas leg. 7. tit. 11. legem 1. tit. 1. lib. 9. Recopil. non habere clausulam irritantem, ac perinde non debere censeri nullam satisfactionem non datam coram tabellione maiori, quia id procedere non potest: quia idem dicendum esset si satisfactio non daretur in regali consilio coram eius senatoribus, quod absurdum esset, quia lex prohibet aliter dari, & vbi actus à lege prohibetur, consequens est nullum esse, nam vt tradit Bald. in c. nam concupiscentiam de constit. in principio omne quod est prohibitum, naturaliter est invalidum, sequitur Decius in cap. 2. de constit. in 1. lectura, n. 5. etsi de nullitate ipso iure posset aliquomodo dubitari, tamen dubium non est, vt quamuis actus prohibitus ab ipso valeat, tamen sit per Iudicis sententiam annullandus, vt rectè Franciscus Suarez de legibus lib. 5. c. 26.

Rursus quia etsi in hoc casu admitti posset communis, doctorum controuersia, de qua in l. non dubium, C. de legibus, vt quando lex solum prohibet actum, si non irritet illum, mero iure actus valeat, etsi postea irritandus, quia contra legem fuit, tamen ex plurium opinione dicta, l. non dubium, iuxta sententiã illorum, qui tenuerunt actum valere non procedit, quando etiam si lex simpliciter disponat absque irritatione prohibet actum certo generi personarum, & illud concedit alicui personæ certæ, vt in dict. l. 7. tit. 11. & in d. l. 1. tit. 13. lib. 9. Recop. in quibus solum apud Senatores supremi Senatus Regalis Consilij, & coram tabellione maiori reddituum Regalium satisfactionem conductionis vectigalium dari oportere decernitur, quia tunc etiam si non sit clausula, quæ irritet actum, tamen actus nullus existimandus, vt pro explicatione dictæ legis, non dubium, tenuerunt plures in ea, & notauit Gabriel Vasquez 1. 2. quæst. 96. art. 4. disputatione 164. cap. 3. num. 33. & Regulam constituit ibi: Quarta regula est, quoties lex prohibet simpliciter actum certo generi personarum vt assignet legitimum auctorem illius actus factus contra legem, nullus est, non solum in Prouinciis Imperij, sed etiam in quouis Regno absque alia explicatione, virtute solum legis prohibentis: nam tunc ex decisione dict. l. non dubium, quæ lege prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiã habeant

habeantur, licet Legislator fieri tantum prohibuerit, nec specialiter dixerit inutile esse debere, quod factum esset.

27. Deinde etsi prædicta interpretatio non admitteretur ad dictam legem, non dubium, sed etiam attenta opinione dicentium legem pure prohibentem non sufficere ad nullitatem actus, tamen iuxta interpretationem dictæ legis, non dubium, quam tradit Ferdinandus de Mendoza lib. 1. de pactis, cap. 4. num. 39. vt ille textus procedat propriè in actibus, quæ fiunt in fraudem legis: nam tunc absque eo quod rescindatur actus, ne videatur eludi iuris dispositio, ipso iure actus nullus redditur, vt satisfactio etiam nulla existimeretur, vt pote facta in fraudem legis, & eius dispositionem, idque confirmat ex integra, ex qua desumpta fuit dict. l. non dubium, quæ fuit lex Theodosij lib. 1. nouellarum in lib. 1. titulo 4. Codicis Theodosiani, vbi decreuit id, quod in dict. l. non dubium, continetur eo prætextu, quia Curiales prohibiti erant, ne Procuraciones rerum alienarum susciperent, vt in fraudem legis obtinere possent, eas conducebant, & ideo traditur à Theodosio id non valere, & ex Cod. Theodosiano Iustinianus in suo Codice ipsam legem, non dubium, eisdem verbis transcripsit, & vt expendit Mendoza verba textus, ibi. quod ad omnes etiam legum interpretationes trahi generaliter imperamus, notat ibi, non dixisset, quod ad omnes leges trahi imperamus, quasi non constitueret regulam pro omnibus legibus prohibentibus, sed pro actibus factis contra fraudulentam legis interpretationem, vt propter fraudem nulli censeantur, quando fiunt contra legem etiã non continentem irritationem.

28. Nec mouebit quod aliquis obicere posset, quia magis delinquere videtur qui palam & directo contra legem facit, quam qui tacite delinquit & clam, & per circuitum legis voluntatem defraudat, nam ultra quam non admittimus valere actum contra legem factum, solum agimus de intellectu dictæ legis non dubium, in qua certum est tractari de solo actu in fraudem legis commisso in quo statutum nullum esse, & dici potest magis regulariter peccare eum qui fingendo se obedire legi, fraudem legi infert, quam qui directo & palam facit contra legem, vt argum. legis ita fideicommissum, 40. ff. de iure fisci ex Accursio & Doctoribus, in l. officiales, C. de Episcopis & Clericis. D. Hieronymo in Isaiam, cap. 12. Plutarcho in libro de fera Numinum vindicta, probauit Mendoza dict. c. n. 40. vers. sed licet aliqis.

29. Quæ omnia rectè conueniunt, huic rei

nam leges nostræ 7. & l. 1. quæ supra retulimus ideo decreuerunt, coram tabellione maiori reddituum Regalium satisfactionem conductionu vectigalium dari oportere, vt cum omnes conductiones coram eo factæ fuissent, ille cognoscere posset an satisfactio idonea fuisset, & fideiussores pro aliis, vectigalibus essent obligati, & apertè in fraudem sententiæ legis facere videtur, qui coram alio tabellione satisfactionem præstat, etiam si vt aliqui conductores dicebant id facerent, quia tabellio maior accipere noluit eam satisfactionem, imò potius tabellio maior edixit, & consentit coram alio tabellione eam præstandam, quippe actus nullus censendus, iuxta prædicta, quia factus est in fraudem legis, nec excusare poterit, vt quando stat per eum cuius interest conditionem impleri fiat, quominus impleatur perinde haberi oportet ac si impleta fuisset, l. iure civili, 24. de condit. & demonstrat. Gratianus, 2. p. disceptationum, cap. 223. num. 41. quia id impleri & ita satisfactionem dari magis interest Regalis Patrimonij, nec à fisco aliquid factum est quominus impleatur, nec cum iuris Publici sit securiores reddi conductiones vectigalium, l. 1. §. interdum, ff. de loco publico fruendo, l. 1. in causa, ff. de quæst. l. 2. C. de exactor. tribut. lib. 10. Gironda de Gabellis, 5. p. n. 20. potuit ex voluntate tabellionis illud immutari, nec à conductoribus contra fieri argum. l. ius publicum, ff. de pactis & quæ ibi communiter notantur, quibus addè Costam de ratione rata, quæst. 128. à num. 10.

Sed vt cumque hæc possent aliquam dubitationem habere, dubium tamen non est, satisfactionem prædictam contra legem datam posse retractari à iudicibus, vt omnes tenuerunt in d. l. non dubium, iunctis Bartolo, Salicito & Baldo, in ea idem Bartol. conf. 206. Anguianus de legibus lib. 2. controuers. 7. num. 18. & lib. 3. controuers. 5. num. 10. & rectè declarat Pater Suarez lib. 5. de legibus, c. 28. cum. 9. ibi: Dico enim talem actum dici esse nullum ipso facto vel ipso iure quia eo ipso quod fit contra legem est subiectus retractioni & nullitati ab ipso puncto in quo fit, ita vt licet multo postea tempore feratur sententia contra valorem actus, nihilominus sententia retrahatur usque ad illud tempus quo factus est, & consequenter reuocet, & annullat omnes effectus eius & auferat omnes effectus, & utilitates quas contrahens illo tempore consequutus est ex illo actu. Cui addendi Gabriel Vasquez, Decius, Corraf. Tiraquell. Zeuallos, Gutierrez, de Mendoza, cum aliis quos ego retuli 1. part. decisio. Granatenf. 7. numero 17.

31. Sexto, præterea etiam requiritur, eum, qui vectigalia conduxit, & ex primo pretio, vel licitatione præmium perit, id est, *prometido*, habere facultatem à Senatu Regalis Patrimonij, vt pro toto anno possit vti sua conductione, & hoc dicimus habere *recudimiento desembargado*, aliàs non poterit præmium lucrari, vt expressè deciditur l. 9. & 10. titulo 11. lib. 9. Recop. l. 27. §. 12. dict. tit. 11. dict. lib. 9. in 3. part. nouæ Recop.
32. Nec quod aliqui conductores intendere solent, vt licet prædictam facultatem pro aëno, id est, *recudimiento*, non habuerint à Senatu, sufficiat tamen pro aliquibus diebus facultatem habere administrandi vectigalia, quam dicimus *fielddad*, quia verius est nullo modo id prædesse, vt præmium licitationis consequi, & lucrari valeant, quippe cum lex profana requirat facultatem administrandi pro anno, id est, *recudimiento*, habere conductorem, vt præmium lucrari possit, quando aliquid requiritur pro forma, non adimpletur per æquipollens, gloss. verbo, *transponentes*, in cap. cum dilecta de rescript. & ibi Felinus ampliatione 11. Titaquellus de retract. lignag. §. 1. gloss. 21. num. 11. & §. 36. gloss. 1. n. 58. Olafcus decif. 163. num. 4. R. ora apud Farinacium Caputaquensis, Stracha, Marcus Antonius, Auileffius, & alij, quos refert Barbosa in collect. cap. cum dilecta de rescriptis, num. 5. & notant communiter Doctores in cap. cum hi, §. si Prætor, ff. de transactione.
33. Tum etiam, quia longè diuersa est facultas aliquorum dierum, quam dicimus *fielddad*, ab alia quæ continet totius anni reddituum perceptionem, & *recudimiento* appellatur, quia vt detur *fielddad*, non tantum curatur de satisfatione vectigalium totius conductionis, & anni, sed solum aliquorum dierum, quousque satisfatio integra, & securam daretur, & censetur *fielddad* quoddam supplementum gratiæ, quod Publicanis vectigalium conductoribus conceditur ad eorum administrationem, vt constat toto titulo 14. lib. 9. Recopil. nec *fielddad* æquiualeat *recudimiento*, nam vt illum consequerentur Publicani conductores, illa fuit mens legum nostrarum, vt valor conductionis, & vectigalium maneret securus vadimonio, & satisfatione idonea cum qualitatibus, quas expressimus, quod vtique non fieret, si ad præmiũ consequendum sufficeret solum *fielddad*, ideo lucrari non poterunt *prometido*, nisi satisfationem idoneam præstent conductores intra tempus, quod à legibus nostris designatur.
34. Nam etsi aliquando possit, quod à iure requiritur per æquiualeat, adimpleri, tamen id

non procedit, quando, vt in hoc casu, ad certum finem, id est, ad securitatem totius conductionis aliquid requiritur, nam quando ille effectus non consequitur, vt in præfenti, quo casu non poterit aliter impleri, nec potest æquipollens dici, quod non æquipollit, Bart. in l. *fraus*, ff. de legibus, Ioannes Anibal in repetit. l. nemo potest, ff. deleg. 1. num. 393. ideo vt possit præmiũ, & *prometido* lucrari, oportet statim decimæ partis pretij conductionis idoneam satisfationem dare, & intra sexaginta dies totius conductionis satisfationem præstari, vt traditur in dict. l. 10. & dict. l. 27. §. 12. & 13.

Septimo, hæc igitur satisfatio debet intra terminum dari, ita vt si in illo non daretur, etiamsi postea sufficiens offeratur, adhuc non lucravit conductor *prometido*, nam eo ipso quod l. 10. tit. 1. lib. 9. Recopil. assignauit terminum sexaginta dierum, intra quem debeat dari satisfatio, & aliter amitterent præmium, videtur prohibere, vt illud possent lucrari, si vltra terminum daretur satisfatio. Ex notatis ab Alberico in l. *qui fundum*, ff. de contrah. emptioe casu 2. quem sequitur Gabriel vol. 2. consil. 65. num. 18. & post plures Tiraquellus de retractu conuent. §. 1. gloss. 2. num. 46. notauit Surdus conf. 371. num. 11. & consil. 403. num. 58. vbi inquit tantam esse vim temporis limitati, vt post tempus includat contrariam dispositionem, & idem Surdus dict. consil. 403. num. 57. ibi: *quod quemadmodum temporis limitatio continet certam inclusionem, quibus ex tempore qualitas requisita conuenit, ita expressam exclusionem continere, quoad eos, qui eam non habent qualitatem.*

Maximè quando tempus adiectum dispositione conuentionali, vel statutariæ inducit foratam, Rolandus lib. 3. consil. 72. num. 8. Beccius lib. 1. consil. 32. num. 2. Surdus consil. 97. num. 25. & consil. 375. num. 38. & inducit conditionem, ita vt assensus præstandus ad tempus, si præstetur post tempus, corrumpatur, quasi deficiente conditione, Surdus decif. 189. num. 32. & qui recedit à tempore, recedit à forma actus, idem Surdus conf. 124. n. 7. & qui non obseruat tempus à lege, vel à contractu requisitum, non dicitur seruare legem, neque contractum, Surdus conf. 14. num. 6. & consil. 377. num. 32. ita idem est dicendum in sexaginta diebus intra quos satisfatio præstanda, & satisfatio.

Idque locum habebit, etiamsi ex aliquo accidenti terminus sexaginta dierum prorogetur, quia cum id, quod est non lucrari præmium, & *prometido*, adiectum fuerit in pœnam defectus implementi satisfationis, nisi expressè pœna remittatur, & præmium concedere

cederetur, non poterit in termino prorogato illud lucrari, quia prorogatio solum operatur, vt possit conductionem obtinere vectigalium, & nobis aptissime expressit Albertus Brunus in tractatu de augmento, 3. conclus. princip. num. 44. in tractat. doctorum, tom. 17. & nota verba ibi: *Quod prorogatio termini præfixi in dispositione pœnali prorogat pœnam, non autem obseruat, seu tollit*, Bart. in l. *Valerianus*, ff. de Prætoris stipulat. Bald. in l. *rescripto*, §. si pacto, ff. de pactis, vlt. col. & in l. 1. Cod. de his, quæ pœna nomine.

38. Et est textus in l. fin. Cod. de nouationibus, ibi: *vel conditionem seu tempus addiderit, vel detraxerit, nihil penitus prioris cautela innovari, sed anteriora stare, & posteriora incrementum iis addere, nisi ipsi specialiter remiserint quidem priorem obligationem, & expresserint*. Quod enim expressè non corrigitur, non intelligitur corrigi ex tacito, vel ex subaudito, vel à contrario sensu, nec ex identitate rationis, Aretinus in tractatu de testamentis, gloss. 112. num. 15. in tractat. diuers. vol. 7. ex glossa in cap. cupientes, §. quod si per viginti de electione in 6. Bart. in authent. sed cum testator, Cod. ad legem Falcidiam, l. 2. Cod. de condit. insert. & non solum prædicta satisfatio idonea debet præstari, sed à Senatu Regalis Patrimonij intra terminũ approbati, aliàs pro satisfatione non habetur ex dict. l. 27. titulo 11. lib. 9. in 3. part. Recopil.
39. Octauo denique, si pretium conductor vectigalium prius designauit, & postea illud augeat, & licitationem faciat præmio, id est, *prometido* conuento, quamuis dubium non sit posse hoc præmium à Senatoribus Regalis Patrimonij concedi ex administratione, quæ eis commissæ l. 22. titulo 13. lib. 9. Recop. tamen si pretij prima obligatio admissa non sit, nec auctio pretij, nec licitatio sustinebitur, etiamsi auctio satisfationem dederit, vt præmium lucrari possit, quia actio velut accessoria primæ obligationis pretij existimatur, & ea non admissa, etiam auctio nihil operabitur, argumento l. si cui, ff. de fundo instructo, vbi si legatum sit fundum cum instructo, si corrumpat fundi legatum, corrumpit etiam legatum instrumenti, & reddit rationem glossa ibi, verbo instructo, eis verbis: *huius enim sermonis tenore adeo secundum legatum primo adhaerere designatur, vt eius futura subducta non possit esse quin illud ruat, cum in se sustineri nequeat*, idem probatur l. 1. & 2. ff. de peculio legato, ibi: *nam quæ accessoris locum obtinent, extinguantur, cum principales res peremptæ fuerint*, & probat Bartolus communiter receptus in dict. l. si cui, & in l. tabernam, ff. eodem, & in l. 1. ff. de pecul. leg.

Iason in l. 2. num. fin. Cod. de verb. significat. & probatur Surdus consil. 93. num. 1. & consil. 318. num. 5. Becius consil. 52. num. 107. Albenfis consil. 217. num. 12. & consil. 271. num. 3. D. Castillo lib. 5. controuers. 2. part. cap. 168. num. 12. & sequitur Thufcus Practicar. lit. A. conclus. 78. num. 6.

ALLEGATIO XXX.

Augmentum à Principe factum post conductionem vectigalium cui applicandum, Principi vel gabellario.

1. *Conductio generalis vel limitata quomodo comprehendat augmentum gabellarum ex Angelo.*
2. *Augmentum superueniens pars rei censetur.*
l. si ex toto, l. quod in rerum, §. si quid post, de legat. 1.
l. inter socerum, §. cum inter, ff. de pactis dotalibus.
l. etiam, Cod. de iure dot.
3. *Res alteri connexa, & inseperata, pars rei censetur.*
l. si duo de contrah. emptioe.
l. cum fundus de leg. 2.
l. prædiis, §. balneas, §. qui domum, & §. Titia Seiana, de leg. 3.
l. Seia 20. §. Tirana, ff. de fundo instructo.
l. si ex toto, l. quod in rerum 24. §. si quis post, ff. de legat. 1.
4. *Augmentum, & accessio non facit unum corpus, si res, quæ accedit, separata sit.*
l. qui fundum 7. §. si fundum Cornelianum, ff. pro emptore.
cap. 1. §. de contrario, tit. de inuestit. de re aliena facta in feudis.
5. *Vectigalium augmentum à Principe factum, vt ius nouum regulatur.*
6. *Locatione non comprehenditur, quod nondum erat.*
l. Rutilia Polla, l. in lege de contrah. emp.
l. fin. Cod. quæ res pignori.
7. *Iurium concessione solum veniunt, quæ erant tempore dispositionis non futura.*
l. damni, 18. §. si is qui, ff. de damno infecto.
l. fin. §. 1. ff. de leg. 2.
l. si ita legatum 8. ff. de auro, & argento legato.

- l. non modus 12. Cod. de seruit. & aqua.
8. Noua res diuersi iuris censetur.
l. 1. tit. 22. lib. 9. Recopil.
 9. Feudum nouum ex noua qualitate.
 10. Qualitas noua rem aliam facit.
 11. Augmentum non comprehenditur dispositione, quando in eo militat diuersa ratio.
l. si finita, §. ex hoc edicto, ff. de damno infecto.
 12. Limitatio adiecta augmento videtur rem aliam constituere.
l. serui electione, §. ult. de leg. 1.
l. laus 12. l. in agris de adq. rer. dom.
l. Iulianus 14. §. si Titius de act. empti.
 13. Concessum propter aliquam causam ad illam limitari censetur.
 14. Regalia, quando conceduntur, non recipiunt extensionem.
 15. Gabellarum pactum, ut non augeantur vectigalia, & si auferantur, ei competant, penale est.
 16. Rex non debet priuatis donare, vel concedere, quod pro utilitate publica illi a regno datur.
Contractus habent in se clausulam rebus sic extantibus.
l. quaro, §. inter locatorem, ff. locati.
l. quod Seruius 8. ff. de condit. causa data.
 17. Noua causa superueniens facit recedere a dispositione.
 18. Rex non debet in alios usus conuertere, quod a Regno propter aliquam causam publicam concessum.
 19. Immoderatum non comprehenditur dispositione.
 20. Augmentum intolerabile est, quod induceret lesionem.
 21. Augmentum, quod maxime nocet, debet reformari.
cap. suggestum de decimis.
cap. quanto de censibus.
 22. Conductio limitata vectigalium non recipit augmentum.
 23. Concessio generalis vectigalium potest recipere augmentum non vero limitata.
 24. Venditio vectigalis sub certa forma, non potest emptor, vel conductor excedere.
 25. Augmentum gabellarum an cedat gabellario in nostri temporis conductionibus non procedit.
 26. Vectigal in re in qua non erat de nouo inductum, non potest dici augmentum, ut cedat locationi.
 27. Princeps si diminuerit vectigalia, debet pro rata facere remissionem gabellario.

Conductis sisis, & vectigalibus, si intra tempus conductionis ea augeantur a Principe ad eum, an illa pertinere, vel ad conductorem pro explicatione legis prima, tit. 22. lib. 9. Recop.

IN hac questione ab aliquibus 1. probata fuit Angeli distinctio in l. at ubi 27. num. 2. de petitione hereditatis, vt quoties conductionis verba generalia sunt, tunc noua vectigalia, quæ augentur, comprehendantur, at verò si limitantur ad ea, quæ tunc erant, vectigalia non conductori, sed Regi locatori competunt, quæ auferantur, eamque distinctionem plures sequuntur, maxime Philippus Decius in cap. cum M. Ferrarientis, num. 1. & 14. de constitut. & in conf. 4. nu. 2. Menoch. conf. 34. num. 1. & 19. Boerius decif. 80. num. 8. Peregrinus de iure fisci, lib. 6. tit. 15. num. 3. Lafarte de decim. vendit. cap. 18. num. 84. ad finem, & num. 85. Gironda de gabellis, part. 12. num. 3. 8.

Et quamuis plures credant, vt augmentum superueniens pars rei censeatur, vt eius locatione comprehendere valeat, Albertus Brunus in tractat. de augmento, conclus. 1. num. 9. & 10. iunctis, quæ ex l. si ex toto, l. quod in rerum, §. si quid post, ff. de leg. 1. l. inter socerum, §. cum inter, ff. de pact. dotal. l. etiam, C. de iure dot. ex Bald. Iafone, Aretino, Rolando, & Natta tradit Surdus conf. 255. num. 3. ex Bartolo, Gozadino, & aliis Menoch. conf. 26. num. 1.

Tamen id procedit, quoties res alteri 3. connexa, & inseparata, & sunt coniecturæ, quæ id suadeant, & quando res diuersa ita vno & eodem contractu coniunguntur, vt eodem pretio comprehendantur, tunc vna res sine alia in contractu esse non potest augmento l. si duo, ff. de contrahend. empt. l. cum fundus, ff. de legat. 1. l. prædiis, §. Balneas, & §. qui domum, & §. Titia Seiana, ff. de legat. 3. l. Scia, 20. §. Tiranna, ff. de fundo instructo, l. quod in rerum 24. §. si quis post, l. si ex toto 8. ff. de legat. 1. & vtrobique gloss. & Scrib. Bart. in l. uxori, 32. num. 3. ff. de legatis 3. Abb. in cap. 1. num. 3. de censibus, Iason in l. Beneficium, num. 12. & sequentibus, ff. de constit. Princip. Philippus Decius conf. 109. pro tenui, num. 2. versic. Quarto coadiunabatur, Paulus Parisius conf. 80. num. 1. & sequentibus, l. part. Alexander conf. 223. num. 1. lib. 2.

Ioannes

Ioannes Cephalus conf. 169. num. 17. 2. part. Guillier Benedict. in cap. Rainuncius, verbo, & Hortum, num. 1. & sequentibus de testamentis, Petrus Surdus dicta decif. 241. num. 10. cum sequentibus, Gratianus dicto cap. 126. num. 1. cum sequentibus, Fuluius Pacianus dict. cap. 27. num. 12. Rosental de feudis, tit. de caus. ex quibus feudum amitt. cap. 10. num. 29. & 30. & in addit. lit. M.

4. Quibus cessantibus regulare est per adiectionem alicuius rei non confundi, vel fieri vnum corpus, nec vt accessoria reguletur, si augmentum, vel adiectio separatam habeat conditionem, & diuersam a re cui adicitur, vt probatur l. qui fundum, 7. §. si fundum Cornelianum, ff. pro emptore, vbi in hæc verba: Partes quæ emptioni fundi adiciuntur, propriam, ac separatam conditionem habere, & ideo possessionem quoque separatim nasci oportere, & longam possessionem earum integro statuto tempore impleri, cap. 1. §. de contrario, de inuestit. de re aliena fac. in vibus feudorum, dum ait: si quidem tale adiectum sit, quod per se subsistere possit, id est, vt per se censeatur, vt prædium id non accrescit, D. Molina de Hisp. primog. lib. 1. cap. 26. num. 3. Iulius Clarus lib. 4. recept. sentent. §. feudum, quæst. 28. num. 5. Ioannes Garcia de expensis, cap. 22. num. 4. Mieres de maioratibus, part. 1. quæst. 10. num. 62. & num. 132. cum sequentibus, Henric. Rosental de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 6. & num. 18.

5. Ex quibus regulariter certum est augmentum vectigalium post factam conductionem pertinere ad Principem, tum quia velut ius nouum regulatur, quod sub antiquo non continetur, & statim de consuetudine nullo modo debet, testatur Boerius d. decif. 180. num. 8. ibi: tamen de consuetudine talia iura non cedunt lucro firmariorum, quia sic est interpretatum, & cum aliis probat Rosental de feudis, c. 5. de Regalibus, conclusio 40. num. 3. in fine.

6. Et quod certum est, si aliquod ius vectigalis, aut tributi de nouo imponeretur, tunc sine dubio ad Regem pertinet, quia minimè potuit in prima conductione venire, nec intelligi conductæ ea res, quæ nondum erat, argumento l. Rutilia Pola, l. in lege 77. ff. de contrahend. emptione, iunctis, quæ pro eorum iurium explicatione notarunt Ant. August. lib. 3. emend. cap. 7. Gilbertus Regius lib. 2. Enantiophan. cap. 10. Bald. vol. 1. conf. 370. vbi pro eadem sententia, vt de futuris in locatione non sit cognitum, adducit l. fin. C. quæ res pignori, & alia iura, videndi Craueta conf. 964. num. 10. Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 23. & conf. 26. num. 5. & conf.

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Pars I.

606. num. 30. & 31. Rota Genuensis de mercatura, decif. 145. num. 4. ex Baëza, Lafarte de decima vend. cap. 18. num. 85.

Tum etiam: nam in quacunque concessione, vel dispositione iurium solum comprehenduntur, quæ erant tempore dispositionis non futura, nec quæ superuenerunt post concessionem, vel dispositionem ex dictis iuribus, & ex l. damni, 18. §. si is qui, de damno infecto, l. fin. §. 1. de legat. 2. l. si ita legatum, 8. ff. de auro, & arg. legato, l. non modus 12. Cod. de seruit. & aqua. & in eis bonis Bartolus, & communiter Doctores, Baldus vol. 2. conf. 284. num. 1. & in l. omnia priuilegia, n. 3. Cod. de Episcopis, & Clericis, Iason. in l. si ex toto, num. 3. ff. de leg. 2. vbi num. 12. ad finem tradit hanc opinionem pro veritate tenere, & magis communem esse, & multis fundamentis comprobatur Albericus in tractatu de statutis, quæst. 116. num. 1. cum sequentibus, Petrus Antibal. in tractatu de muneribus, 3. part. principali, §. 4. num. 139. & 144. Carolus Ruinus lib. 5. conf. 111. num. 17. Ofascus decif. Pedemont. 91. per totam, Petrus Surdus conf. 27. num. conf. 127. num. 43. & conf. 496. num. 7. Thufcus pract. lit. P. conclus. 735. num. 1. cum sequentibus, Stephanus Gratianus discept. Forensium, tom. 1. cap. 98. num. 1. cum sequentibus.

Idque aperte confirmat apud nos dict. l. 1. 8. tit. 22. lib. 9. Recop. eis verbis: y como quicra que stendo los dichos derechos que acrecentamos, y ponemos nueuos, y no acostumbrados antes lleuar, esta claro, y sin duda que no se comprenden en el asiento, que del dicho Almojarifazgo maior tenemos hecho, ni pertenecen, ni pueden pertenecer a los Almojarifes, y personas que de nos al presente lo tienen por asiente, y arrendamiento, toda via a maior abundamiento ordenamos, y declaramos que todos los dichos derechos, que assi de nueuo se acrecientan, y lo que de mas, y aliende en virtud de los nueuos aranceles, y declaraciones, y aditamentos, que en ellos se hizieren se acrecentare pertenece a nos, y no a los dichos Almojarifes, &c. In qua lege notandum est verbum, nueuo, quo casu cum res noua existimatur, tunc diuersi iuris censetur, nec potest haberi pro augmento, sed res differri in specie, quamuis forma non mutetur, idque specialiter euenit, quoties nouæ collectæ, quæ augentur, vel ex rebus diuersis collectantur, vel nouo modo, quo casu certum est augmentum non posse existimari, sed rem nouam iuxta tradita per Bartolum, & Doctores in l. ius ciuile per textum, ibi, ff. de iustitia, & iure, & per Innocentium, Ioannem Andream, Abb. & reliquos, in cap. 1. de consecrat. Ecclesiæ, vel altar. & per

Ff Albert.

Albert. Brunum latissime in dicto tractatu de augmento, conclus. 3. princip. n. 10. cum sequentibus, & conclus. 4. num. 1. cum multis aliis Fulvius Pacian. de probat. lib. 2. cap. 28. num. 91. cum multis sequentibus, Pelaez de Mieres de maiorat. 3. part. quaest. 8. num. 49. Petrus Surdus conf. 27. in fine, lib. 1. vbi tradit augmentum, quod constituit nouam rem non includi in dispositione.

9. Quod in concessione, & reuocatione antiqui feudi specialiter tradunt scribentes, & propter nouam formam, vel qualitatem adiectam, censeatur esse nouum feudum, & maximè Bald. in cap. 1. §. *illud*, num. 8. in fine, ibi: *secus si esset addita noua forma*, tit. de prohib. feud. alienat. per Federicum, & in cap. 1. num. 19. in fine, an agnatus, vel filius defuncti, & in l. 1. 2. Lectur. num. 4. post medium, ibi: *nisi noua inuestitura esset noua forma, & natura*, ff. de rerum diuis. Mathæus de Afflictis decis. 112. num. 5. ibi: *Et profecto nouum dici potest ex quo inuestitura facta D. Raimundo adiecta noua qualitas, & est addita noua forma, qua dictum est, quod D. Raimundus habet partem dicti Castri Mirabelæ, stante pace inter D. Raimundum, & Leonetum Lauriticum, & non obstante pace nihil debeat D. Raimundus, & sic ratione huius nouæ qualitatis inuestitura dicti Raimundi in eius personam reputatur feudum nouum, licet fuit patrum*, &c. & plura notauit allegat. 50. num. 108.

10. Idque saltem verum est in eo, quod de nouo additur feudo, quia in hoc indubitabiliter reputatur pro feudo nouo, vt declarat Afflictis in constit. Neapolit. lib. 1. rubric. 71. de ordinandis iudicibus, & cum Decio, & aliis, quos cumulat Cæsar Vrsilis in annotationibus, decis. 112. eiusdem Afflictis, num. 7. Mieres 3. part. de maiorat. dict. quaest. 8. num. 50. Balzar in cap. vnico, num. 7. de feudo non habente propriam naturam feudi, & facit glossa notabilis, verbo *manent*, in l. peculium 4. §. si are alieno, ff. de peculio, vbi possunt addi plures, quos congerit Tiraquell. de retract. Lignagier §. 32. gloss. vnica, num. 29.

11. Deinde etiam si nouum tributum non censeretur, sed augmentum, adhuc in conductione comprehendi non poterat, quia etiam in dispositione generali, vel contractu, non comprehenditur augmentum, quando in eo militat diuersa ratio iuxta notata per textum ibi in l. si finita 15. §. ex hoc edicto, ff. de damno infecto, Bart. in l. damni infecti, §. is qui, num. 4. ff. eodem, Menoch. conf. 606. num. 43. Albertus Brunus tractatu de augmento, conclus. 5. num. 23. & sequentibus, qui tunc tradit diuersam procedere ra-

tionem, quando dissimilis est ratio, & diuersus effectus augmenti, quia tunc ex hac differentia rationis augmentum dici potest, Sixtinus de regalibus, lib. 2. cap. 6. num. 29. & 30. & cum augeri soleant collectæ ex aliqua vrgenti Regni necessitate, propter Bellum ærario exhausto, aut causis publicis, quæ id suadeant, absurdum esset existimare augmentum fieri propter utilitatem publicanorum, inde fit, vt nullatenus admitti posset ad publicanum pertinere, quod in collectis augetur.

Vterius id magis sine dubio procedit, 12. quoties propter vrgentem belli necessitatem pro tempore limitato tributa augerentur, quippe illud aperte respicit causam, quæ vrget, non verò vt rei principali accedat, & quoties, quod dispositione comprehenditur, limitationem habet, non potest dici habere naturam augmenti, quia non refertur ex limitatione ad illud, cui accedit, argumento l. *serui electione* 5. §. vltimo, vbi Doctores, ff. de legatis 1. l. non modus 12. vbi etiam Accursius, Baldus, & reliqui, C. de feruit. & aqua l. lacus 12. l. in agris, 16. ff. de adquir. rerum dom. l. Iulianus 14. §. si Titius, vbi etiam Bart. num. 2. ff. de action. empt. idem Bart. in dict. l. damni infecti, §. si is qui, cum multis adductis per Tiraquell. de retract. Lignagier §. 32. glossa 1. num. 49. Albertus Brunus in dict. conclus. 5. num. 28. & conclus. 6. per totam, Didac. Couarr. in pract. cap. 2. per totum, Riminald. in §. 1. num. 77. & sequentibus instit. quibus alienari licet, vel non.

Et vltraquam hodie experimur propter 13. belli necessitates pro quatuor annis, vt Regnum impleat seruitium, quod Regi exhibuit, aliquarum rerum tributa adaucta fuisse, & Sissæ in aliquibus creuerunt, regulariter etiam nisi propter bellum expressæ, concessum aliquid dicatur in dubio, quando conceditur ex aliqua causa, præsumptione iuris limitatè concessum existimatur, vt inquit Baldus in cap. 1. §. si quis de Manso, num. 3. de controuersia inuestituræ, ibi: *nam natura feudi est sicut natura agri limitati, & sicut natura lacus, & stagni, qui non accipiunt extensionem augmentum, eo quod habent terminos restrictiuos, vt ff. de contrahend. emptione. l. Rutilia Polla*, pluribus probat Albertus Brunus dict. conclus. 6. num. 2.

Quod maximè congruit conductoribus 14. Sissarum millionum: nam cum conductio fiat certæ, & limitatæ rei, quæ in qualibet specie vectigalium à Regno concessa, augmentum conductor habere non potest, & quoties Regalia conceduntur, tanquam specialia, & exorbitantia à iure communi, non recipiunt

cupiunt extensionem, quin imo semper restringuntur, nec ad consequentiam trahi possunt, cap. ea qua, de regul. iuris in 6. Lucas de Pena in l. 2. cum 3. & 4. Cod. de iure Republicæ, lib. 11. Rolandus à Valle, qui loquitur in terminis augmenti, consilio 1. vol. 2. num. 147. & sequentibus, Sixtinus de Regalibus, lib. 1. cap. 5. num. 63. Mastrillus de Magistratibus lib. 1. cap. 16. num. 20. & 21.

Præterea prædictum procedere dicendum est, etiam si expressè sibi caueret Gabellarius, collectarum conductor, vt in eius utilitatem cederet, quidquid augetur in collectis, vel Sissis, quarum conductionem facit, quia siue pactum concipiatur eo modo, de quo allegatio 31. vt vectigalia non augeantur, & si augerentur, Gabellarij commo cedant, quia tunc, vt latè probauimus, conuentio potius respicit pœnam, si contra factum fuisset, quam vt Princeps concederet augmentum, quo casu solum damnum, quod eneniret Gabellario, non verò collectæ, quæ de nouo impositæ ei competere poterunt, vt fati latè supra probatum est.

16. Si verò pactum expressum fiat, non in pœnam, sed dispositiuum, vt quæcunque augerentur, collectæ eius conductione comprehendantur, similiter dicendum, augmentum collectarum non posse illud Gabellario concedi, tum quia, vt in prædicta allegatione retulimus, non potest Princeps aliquo modo priuato concedere, quod et à Regno pro seruitio exhibetur pro eius tutela ex causa publicæ utilitatis, & cum semper ea ratione collectæ augeantur ex aliqua vrgenti necessitate, & noua causa, quæ id suadet, præterquam iniquum foret, vt solum ad utilitatem Gabellarij crescerent vectigalia, procedit iuris doctrina, vt verba, & conuentiones contractus debeant intelligi rebus sic extantibus, & mutato rerum statu, vt noua causa superueniente locum non habere, l. *quero* 56. §. inter locatorem, ff. locati, l. *quod Seruius*, 8. vbi notant scribentes, ff. de conditione causa data, Andreas Tiraquellus cum plurium allegatione in repetit. l. si unquam, in præfat. num. 167. Cod. de reuocandis donat. Seraphin. de priuilegiis iuram. priuileg. 7. num. 11. & decis. 179. numero 1. Osafcus decis. Pedemon. 91. num. 2. & 14. Petrus Surdus decis. 236. num. 13. & decis. 289. num. 12. & conf. 496. num. 9. Stephan. Grarian. discept. forens. cap. 96. num. 23.

17. Et facit doctrina Decij, conf. 335. num. 1. & 3. vbi refert Ancharranum conf. 83. magistrat. tradens ex causa noua superuenienti recedere licere à qualibet dispositione, nec dici
Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Tom. I.

citur fieri contra voluntatem, quia si de tali status mutatione cogitasset, ille, qui disposuit, idem fecisset, Riminaldus plura ad hoc cumulans conf. 59. num. 72. Petrus Surdus decis. 236. num. finali.

Nec aliquid contra mouebit videri coniecturas cessare, quando mentio fit, vt ad conductorem pertineant vectigalia, quæ auferentur, nec hanc conuentionem illusoriam, & nullius momenti esse oportere, quippe, vt probauimus dicta allegatione, eorum, quæ à Regno propter aliquam vrgentem necessitatem conceduntur, Princeps priuato concessionem facere nullo modo potest, nec conuenerere in alios vsus, quam in quibus concessum, & contractus locationis ad ea referendus, quæ eo comprehendi possunt, nec conuentionem hanc reddi illusoriam aliquid mouebit, quia hoc argumentum puerile, & nullius roboris esse pluribus probauimus 1. part. decis. Granat. 31. num. 51.

Quod magis sine dubio procedit quando 19. illud quod augetur in collectis, & vectigalibus maximam contineret quantitatem vt contingere solet quando ad tempus augmentum fit, & pro belli necessitate, tunc enim iniquum esset vt immoderata illa quantitas, quæ creuit cedat in utilitatem gabellarij vt optimè explicuit Paulus Castrensis in l. 2. §. vltimo per textum ibi, ff. de aqua pluuiæ arcenda, dum inquit: *Et hoc vltimum singulariter nota quia si concedo tibi vt possis immittere aquam de fundo tuo in meum etiam si mihi noceat intelligitur nisi noceat immoderate, facit optimè pro eo quod notat Bartolus, in l. Societatem, §. arbitratorum pro socio quod si est data potestas arbitrio quod possit auferre de iure vnus, & dare alteri, intelligitur scilicet moderatè & in parua quantitate, vt l. si de meis, §. recepisse, ff. de arbitris et si fuit dictum quod in parua & magna quantitate, intelligitur nisi sit nimis magna vt ibi notat Bart. nec scio textum melius facientem, licet ipse non alleget facit, l. si cui supra de seruitutibus*. Hactenus Paulus Castrenf. qui in proposito ita accipiendus, vt quamuis concederentur, & possent pertinere ad conductorem vectigalium, quæ de nouo augerentur, non sit accipiendum de magna quantitate.

Iuuat Cardinalis Thuscus pract. lit. P. 20. conclus. 735. num. 20. ibi: *Declara omnes extensiones procedere quando augmentum est immoderatum vt quia augmentum excedit dimidiam totius, quia tunc dicitur intolerabile alias secus, & facit quod notat Alexand. lib. 2. conf. 178. n. 20. versic. Præterea, vbi agnoscit, Ex superuenienti augmento restringi contractum & priuilegium quando magna lesio inducitur.*

21. Et quando magnum augmentum fuerit ita vt comprehendi siue contractu, vel dispositione maxime noceat concedenti debet reformari, & declarari non comprehendi, ex defectu voluntatis argum. text. in cap. suggestum, vbi glossa & Doctores, de decimis & cap. quanto vbi etiam glossa, de censibus eadem gloss. verbo quod non laedat aliam, in cap. rescripta, 25. quaest. 2. l. 5. tit. 20. p. 1. l. 43. tit. 18. p. 3.
22. Sed & qui contrariam sententiam tenuerunt collectarum augmentum ad conductorem pertinere, de quo Felinus, Decius, & Ripa, quos refert Menoch. conf. 606. n. 12. & ex eisdem & Lafone, conf. 6. num. 15. tamen id limitandum ipsi censuerunt, quando concessio vel locatio vectigalium est limitata cum qua non conuenit augmentum, videlicet si duo pro centum vectigal esset & locaretur, vt illa duo conductor perciperet si postea ad quatuor pro centum vectigal augetur, illa duo, quae excedunt limitationem locationis, debent ad Principem, non vero ad conductorem pertinere.
23. Et vltra quam, vt indubitatum traditur in dict. l. i. tit. 22. lib. 9. Recop. ibi: *esta claroy sin duda*, comprobatur iure communi, ex eo, quod vulgariter notatur in l. in agris limitatis, ff. de acquir. rerum domin. & in terminis, vt opinio eorum, qui tenent pertinere augmentum vectigalis conductori, accipienda, quando generaliter omnis gabella locata sine limitatione, vt talis summa pro qualibet re, vel contractu percipiatur, ex Bald. & Angelo tradit Menoch. conf. 34. num. 15. eis verbis: *inquit Baldus, quod si vendita est exactio gabella in genere nulla facta mentione, quantum exigi debeat pro singulis rebus, & personis, vt contingit in nostro casu, si ciuitas gabellam auget, vt quid plus exigitur, augmentum cedit commodo emptoris gabella.*
24. Vnde quando, vt in nostris vectigalium locationibus, quantitas designatur, quae ex rebus, & contractibus exigenda, siue in gabellis, quas dicimus, *alcavalas*, vel in Portuoriis, & *Almoxarifazgos*, vel in Sillis, & millionibus, quidquid postea augetur, non potest in utilitatem cedere conductoris, nec ille sua excedere conductionem, Decius in cap. cum M. Ferrariensis num. 13. & 14. de conf. Princip. & conf. 4. num. 2. ex Boherio, & aliis Menoch. dict. conf. 34. num. 7. ibi: *quod quando venditur gabella exactio certa sub forma, & modo exactio, si augmentum aliquod gabella accedit, commodo venditoris accedit, & inducit dict. l. Rutilia Polla.*
25. Confirmat generaliter praedictos referens Peregrinus de iure fisci, lib. 6. tit. 5. num. 34. &

comprobat Lafarte de decima vendit. cap. 16. num. 85. in eisdem terminis, dum tradit *eam esse rationem, quia regulariter certa forma, & lege portory locatio fieri solet, nempe vt tantum pro tali re exigatur, atque ideo ipsius Regis locatoris augmentum est ex praedicta Angeli doctrina cum Decio, & Menochio vbi supra, & confi mat etiam Gironda de gabellis, part. 12. num. 38. vbi tradit sententiam Baëza de decimatutoris, cap. 30. num. 10. & eorum, quos refert duplicata gabella eam pertinere ad conductorem; non posse procedere in conductione gabellarum nostri temporis, vbi limitatum, & definitum est quantum pro vectigali possit percipi, & vltra id non comprehenditur locatione.*

Facit quod notauit Rodoanus de rebus 26. Eccles. non alienand. quaest. 13. agens cui cedat augmentum rei locatae, & tradit tunc augmentum non cedere locationi, nota verba: *Quia id videtur actum inter partes, quia locando locator intra fines locationis expressos rem quam locat limitare, & restringere videtur, & illud quod vltra accedit non censetur venire, in locatione, vnde Lafarte vbi proxime, d. n. 85. tradit idem esse si non augetur vectigal antiquum sed de nouo imponeretur eis mercibus ex quibus nullum antea ius solueretur, & conducit ratio quia minimè potuit in conductione venire illud quod nondum erat ex d. l. Rutilia Pola de contrah. emptione.*

Sed etiam hanc nostram resolutionem 27. confirmat idem argumentum quo omnes qui contra tenuerunt impelluntur vt credant conductori cedere augmentum vectigalium videlicet eodem ad eum pertinere oportere qui damnum sentiret ex vulgari regula. secundum naturam, ff. de reg. iuris & quemadmodum si minus valerent vectigalia damno conductoris cedere debere, ita eius lucro eorum augmentum, quippe si vectigalia diminuerentur facto & decreto ipsius Principis, id est si conductis quinque pro centum ad duo vel tres Princeps diminueret, tunc certum est conductori remissionem faciendam, quasi Princeps tolleret quod locauit, & ideo damnum diminutionis quod in hoc casu Principem contingeret suadet augmentum vltra quod locatum ad Principem spectare, quod non procedit, quando ex casu vectigalia non diminuta à Principe in quantitate quam locauit, sed casu fortuito, & sterilitate diminuerentur & minus quam conductor existimauit valerent, quia his casibus in conductione vectigalium adprobatur dispositio l. 2. tit. 9. lib. 9. Recop. & longe dissimilis ratio est vt late probauimus alleg. 17. per totam.

ALLEGA



ALLEGATIO XXXI.

De Pacto augmenti vectigalium in conductione.

1. Vectigal vnius pro centum apud Athenienses impositum.
2. Salis vectigal qui imposuerunt.
3. Salina & pretium salis statuerat Regalium est.
4. Coniecturis locus non est, vbi verba manifesta. l. ille aut ille, §. cum in verbis, de legat. 3. l. continuus §. cum ita, de verb. obligat.
5. Paena conuentionalis qua respicit contrauentionem quamuis nihil interfit debet exequi. l. cum paena, 38. de arbitris. l. stipulatio ista, §. alteri de verbo, oblig.
6. Paena conuentionalis quando adiicitur facto exequi debet sine consideratione vtrum interfit. l. cedere diem, ff. de verborum significatione.
8. Interesse contrauentionis soluendum. Paenam, in dubio non censeri appositam.
9. Mercium commercium pretio adaucto impeditur. c. legimus, 24. 93. distinctione, C. sancta, 2. q. 7. l. ideo, 4. ff. de eo, quod certo loco.
10. Vectigalia in aliquibus mercibus, augeti potius minuit earum redditus quia ex maiori pretio non venduntur.
11. Paena conuentionalis, respicit interesse etiam si Iuramentum accedat. l. cum allegas, Cod. de usuris. c. tuam de penis. l. 2. §. fin. ff. qui satisd. cogantur. l. finali, ff. si quis in ius vocat. non ierit.
12. Aequitati repugnat amplius quam interesse petere in iudiciis bona fidei. l. & si post tres, ff. si quis cautionibus. l. quoties, 81. l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verb. obligat.
13. Pratorias stipulationes ad interesse referendas quando in eis paena adiecta. l. fin. de prator. stipulation.

- l. 2. §. fin. ff. si quis in ius vocatus non ierit.
- l. 2. §. finali, ff. si quis in ius vocat. non ierit.
14. Paena conuentionalis non admittitur cum aliena iactura. l. si quis maior, Cod. de transaction. & num. 22. Paena conuentionalis vltra interesse non admittitur in terris Ecclesiae.
15. Damnum qui non sentit paenam conuentionalem petere non potest.
16. Interesse probare tenetur qui paenam petit.
17. Vectigalia augere vel minuere est Regalium. tit. Cod. noua vectigalia institui non poss.
18. Princeps, licet contractibus obligetur potest tamen pro causa publica contractum reformare.
19. Salis pretij augmentum ex publica utilitate factum.
20. Causa iusta excusat à solutione paena conuentionalis.
21. Paena est quod alicui adimitur pro conuentione pacti. l. 1. ff. de his qua paena nomine. l. 1. §. item si ita, ff. de lege Falcid. l. si penum, ff. quando dies leg. cedat. l. 1. ff. de paena legata.
22. Paena nomine videtur relictus fundus legatario quando relictus, si heres voluntatem testatoris non adimpleuit, §. fin. instit. de legatis. l. testamento centurio, ff. de manum. testam. §. fin. instit. de lege Aquilia.
23. Contractus limitandus ex ratione conuentionis. l. Regula, §. fin. de iuris, & facti ignor. l. nomine debitoris, §. ultimo de legatis, 3. l. 2. §. si mater, vers. quod si curatores. Et vers. quod si decesserint, ff. ad S. Consult. Trebell.
24. Pactum venditionis vt pars rei censeatur debet diminuere pretium vel augete. l. fundi partem de contrah. empt. l. cum te, 6. C. de pact. inter empt. & venditor. l. si venditor, §. si quid emptor, ff. de seruis exportandis. l. de hereditate, ff. de heredit. vel act. vend.
25. Locatio potest comprehendere factum negotium. l. videamus, 12. §. fin. ff. locati.

Ff 3 Pactum

- Pactum negatiuum quod respicit contra-
uentionem non pars contractus sed pena
existimandum.*
l. si de fundo, 15. C. locato.
l. hac constitutio, 33. C. eodem.
26. *Pæna adiecta factõ, prætextu quantitatis
& implementi contractus pro interesse
adiecta censetur.*
27. *Pænam qui petit ex contractu illum ap-
probat nec potest intendere rescissionem.*
l. apud Celsum, §. Labeo, ff. de doli exceptio.
l. si ita stipulatus in fine de verb. obligat.
l. cum proponas, C. de transact.
28. *Pæna loco rei succedit.*
*Pæna licet adiciatur factõ si nullum dam-
num venit peti non potest.*
29. *Benignior interpretatio, quæ excludit pæ-
nam admittenda.*
30. *Immoderatũ non comprehenditur cõtractu.*
l. Titius, 44. de act. empti.
l. emptor, 48. §. Lucius, ff. de pactis.
31. *Casus insolitus, de quo non potuit cogitari
non comprehenditur renunciatione.*
32. *Obligatio iniusta ad equitatẽ redigenda.*
l. cum quidam, 17. ff. de usuris.
33. *Præuilegium nocuum & iniquum refor-
mandum.*
c. suggestum de decimis.
c. quanto de censibus.
l. 15. tit. 20. p. 1.
l. 43. tit. 18. p. 3.
34. *Annui redditus debent reduci ad legitimum
modum inspecto tempore solutionis.*
l. 6. tit. 15. lib. 5. Recopil.
35. *Vectigalia quæ ob publicam utilitatẽ con-
ceduntur, non possunt à Principe donari
priuato.*
l. 4. tit. 11. lib. 6. Recopil.
l. 15. tit. 23. lib. 9. Recopil.
36. *Pæna adiecta actui nulli non ualet nec
debetur.*
l. 28. ad finem, l. 38. tit. 11. p. 5.

*Pactum quod à vectigalium con-
ductoribus apponi solet, ut si
vectigalia auferentur, cederent
in utilitatem Gabellarij, quo-
modo pro fisco interpretandum?*



Vic controuersie causa fuit, cum propter bella, quæ Rex noster cum Rebellibus, & hæreticis continuè gerit pro fidei Catholice tutela, & Ecclesie Romanæ obedientia, ut in comitiis generalibus seruitia Regna

exhiberent decretum in aliquibus mercibus vectigalia augere, & vnum pro centum iunctum, quod vectigal apud Athenienses impositum retulit Xenophon de eorũ Republica, ibi: *centesima mercium exacta in portu Atheniensium tributum nomine.* Et in sale, cuius vectigalium Conductor hoc iudicium intendit pretium, & vectigal adauctum, vt millionum seruitia auferentur, quod autem tempore Romanorum factum Marco Lucio, & Claudio Nerone Censoribus anno 15. secundi belli Punici, quod cum plebs Liuius tribueret, ideo salinatoris nomen dedit, tradit Sabellius lib. 5. *Æneid.* 5.

Et apud varias gentes, vt apud Venetos 2. Hieronymus San Romanus in Republica Venetia, cap. 8. apud Tartaros in eorum Republica, cap. 7. apud Æthiopes idem cap. 13. & apud Indos Occidentales de illorum Republica, lib. 3. cap. 1. apud Belgas, quod de Philippo Comite Flandriae, & Duce Burgundia cum Æmilio refert Pineda lib. 23. Monarchia Ecclesiastica, cap. 29. §. 3. apud Neapolitanos tempore Regis Alfõsi V. de Tunibano falis, Zurita, lib. 15. annal. cap. 17. apud Gallos initio Regni Philippi Vallesij ex Chronico Francorum, Zuingerus theatr. vitæ humanæ, vol. 3. lib. 6. pagina mihi 813. & à Pontifice Paulo III. falis tributum impositum tradit Ripa de peste sub titulo de remedijs ad conferuandam vbertatem, numero 177.

Et quomodo ad Regalia pertineant Salinae, & falis pretium augere, & quando liceat, Lucas de Peña in l. 1. Cod. de metallis, lib. 11. Ruinus vol. 5. conf. 105. Surdus conf. 321. num. 1. 27. 28. Bellonus conf. 2. num. 9. & 15. Tobias Nonius conf. 45. num. 30. & 31. Mandellus Albenf. conf. 290. num. 9. & conf. 322. vbi Vincentius Annibaldus addit. 1. Franciscus Marcus decif. 38. num. 5. Ponte de potestate Proregis, tit. 4. de Regalib. imposit. §. 8. num. 136. Camillus Borrell. de præstantia Regis Catholici, cap. 25. num. 18. & 23. Farinac. in praxi criminal. tit. 3. quæst. 104. num. 62. Raudensis variar. cap. 73. num. 2. Barbofa in l. diuortio, §. si vis, num. 30. ff. solut. matrimonio, Gregor. Lopez in l. 1. glossa 7. tit. 5. part. 1. Didacus Perez in l. 2. tit. 23. lib. 2. ordinamenti, Marienco in l. 1. glossa 2. tit. 18. num. 2. lib. 5. Recopil. Azebedo in l. 1. num. 73. tit. 15. lib. 4. Recop. & in l. 31. num. 10. titulo 18. lib. 6. Capiblanco de Baronibus pragmat. 8. part. 2. num. 56. Bernardus Gomezus, & Bernardinus Mieres in peculiaribus tractatibus de sale, qui alios referunt.

Quod pro Conductoribus vectigalium allegabatur, id respiciebat expressè conuentione

tionem comprehensum fuisse, vt quidquid ex pretio auferetur, vel vectigalium, vtilitati eorum cedat. & quando verba contractuum sunt manifesta, nullius remanet locus coniecturis, vel controuersia, l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de legat. 3. l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obligat. Menoch. lib. 1. præsumpt. 31. num. 4. Surdus conf. 454. num. 49. Gratian. discept. 824. num. 10.

5. Et quando consideretur pro pœna excessus pretij, vt quod auferetur, pertineat ad conductionem vectigalium, & in pœnam contrauentionis, sit conductori concedendum, tunc debet exequi pœna conuentionalis absque eo quod quæzatur, interfit, vel non, vt in terminis tradit l. cum pœna 38. ff. de arbitris, ibi: *nec interest, an aduersarij eius intersint, l. stipulatio ista 38. §. alteri, ff. de verb. obligat.*

6. Et magis sine dubio procedit, quando pœna conuentionalis adiciatur factõ, tunc non debet attendi interesse, sed non impleto factõ (vt in nostro casu, pretium non augere) pretio adaucto dabitur pœna, Innocent. in cap. suam, de penis, quem refert, & sequitur Abbas in cap. dilecti, num. 14. de arbitris, ex Bartolo, Corneo, Parisio, & alijs Hipolytus, Riminaldus consil. 89. num. 11. Alex. lib. 2. consil. 32. num. 4. & conf. 115. num. 15. Romanus consil. 510. num. 16. vbi latè tradit.

7. Præsertim, quia cum sibi consulens Gabellarius pacisceretur, ne mercium pretium, aut vectigalia auferi possent, non tamen pœna debet ceteri, vt accrescat conductori, quamquam pactum velut pars contractus, iuxta l. fundi partem, ff. de contrahend. empt. & quod notarunt Bart. in l. iuris gentium, §. quinimo, num. 7. ff. de pactis, Pinellus in rubrica, Cod. de rescindend. venditione, 2. part. cap. 2. num. 29. Felicianus de censibus, lib. 2. cap. 1. num. 14. Lafarte de decima venditionis, cap. 15. num. 21. Azebedo conf. 21. num. 15. ex Decio, Couarr. & Tiraq. Menochio lib. 2. de arbitrarijs, casu 260. num. 44. siue consideretur vt conditio, ne pretium excresceret, vel si auferetur, conductori applicandum, & conditione impleta, adaucto pretio, obligatio procedat, l. cedere diem, ff. de verb. significat. vbi omnes Doctores communiter, Peregrinus de fideicommiss. art. 43. num. 17. Surdus conf. 38. num. 10. & conf. 101. num. 27.

8. Et hoc casu non solum quod verè probatum fuerit interesse poterit pacifcens percipere, verum omne quod conuentione comprehensum, quia videtur à partibus taxari damnum excessus pretij, & transigi eo pacto, vt pro tempore conductionis accrescat Gabellario, & ideo percipiat, Rebuffus in l.

vnica, Cod. de sent. quæ pro eo, quod interest, num. 571. Curtius Iunior ibi num. 58. Cagnolus num. 110. Surdus decif. 260. num. 21. & 22. & in dubio non debet præsumi conuentum nomine pœnæ, glossa in l. 2. & l. fin. ff. de his, quæ pœnæ nomine, Bart. in l. Pater Seuerinam, num. 2. de condit. & demonstrat. Baldus, & Decius, quos refert Hieronymus Gabriel vol. 1. conf. 105. num. 5. Costa Menochius, & alij quos adducit Surdus decif. 7. num. 23.

Verumtamen nihilominus pro fisco, ita prædictum pactum interpretandum, vt nihil amplius possit eius prætextu petere conductor, quam quod verè eius interesset mercium pretium, seu vectigalia non auferi, quod vt melius percipiatur, inuestigandum est, quod potius respiceret prædicta adiectio, ne pretium, & vectigal auferatur, vel augmentum cederet lucro conductoris, & nihil aliud respexit, quam sibi cauere Gabellarius, ne aliquo modo ex maiori pretio, aut vectigalium onere impediatur exportatio mercium, earum vsus, & commercium, nam ex maiori pretio prouenit difficilior venditio earum rerum, quarum pretia, & tributa creuerunt, vt argumento cap. legimus 24. distinctione 93. & cap. sancta 2. quæst. 7. l. ideo 4. ff. de eo quod certo loco, ex Didaco Perez, Bobadilla lib. 3. Politica, cap. 4. num. 62. & 65. cui adde Couarr. lib. 3. var. cap. 14. num. 3.

Vnde non rectè existimant, qui credunt crescere posse Regale patrimonium, augendo vectigalia mercium, quia cum minus differant ex tributorum onere, decrescunt potius, quam augentur gabellæ, vt in terminis si multiplicarentur tributa, quæ solebant solui pro mercibus, ex quo eueniat, quod tot mercantia postea non deferantur, notauit Angelus in l. at ubi, num. 2. in fine, verfic. si tamen, ff. de petitione hæreditatis, refert, & sequitur Albertus Brunus in tractatu de augmento monetæ, quæst. 16. num. 6. & ad annonæ copiam, vt minuatur earum vectigalia, notauit Platea in l. modios, in principio, Cod. de susceptoribus, & arcarijs, lib. 10. Bobadilla lib. 3. Politica, cap. 4. num. 65. ad finem.

Supposito igitur nihil potuisse attendi in prædicta conuentione, nisi vt quod eius interesset, sibi cauere Gabellarius, ne vectigalia minuerentur, si tot merces non deferrentur, etiam si consideretur pro pœna conuentionali ea adiectio, vt augmentum pretij, seu vectigalis debeat conductori applicari, nullo modo amplius deberi poterit, quam quod verè Gabellarij interesset, quia pœna conuentionio

uentionalis ad illud referenda, vel limitanda ex eo, quod notatur per legem *cum allegas*, Cod. de vfuris, cap. tuam, de pœnis, l. 2. §. fin. ff. qui satisficere cogantur, l. fin. ff. si quis in ius vocat. non ierit, Bald. in l. qui crimen. n. 20. Cod. qui accusare non possunt, Padilla in l. si quis maior, num. 23. Cod. de transaction. etiam si pœnæ conuentionalis solutioni adiciatur iuramentum, Gutierrez de iuramento confirmatorio, 3. part. cap. 17. num. 5. 6. & 10. qui tradit ita in Pinciana Cancellaria iudicatum.

12. Et ultra prædictos idem probatur l. si post tres 8. ff. si quis cautio 8. l. stipulationes non diuiduntur, vbi communiter Doctores, ff. de verb. obligat. dict. Alex. L. douif. decif. 241. vbi Oliuier Beltraminus in additionibus, num. 7. Aretinus in l. 4. §. Cato, vbi etiam Crotus, ff. de verb. obligat. Riccius Collectanea 1839. & pœnam conuentionalem solum esse referendam ad interesse, Beroius in cap. potuit, num. 29. de locato, Ancharran. conf. 148. Corneus vol. 1. conf. 188. Cacheranus decif. Pedemont. 70. num. 10. & 15. maxime in iudicio bonæ fidei, vt locatio, §. actionum, instit. de actionibus, in quo æquitati, & bonæ fidei repugnat amplius quam interesse petere, Angel. conf. 219. Paris. vol. 1. conf. 34. ad finem, Afflictis decif. 135. quem & alios Burfatus vol. 1. conf. 53. num. 12.

13. Sed & Prætorias stipulationes sine dubio est ad interesse referendas, quando in eis pœna conuentionalis adiciatur, probatur l. fin. ff. de Prætoris stipulationibus, l. 2. §. fin. ff. si quis in ius vocatus non ierit, Bart. Bald. Angelus, Iacobinus, Alciatus, Grammaticus, & alij, quos in comprobationem adducit Hieronym. Gabriel vol. 1. conf. 18. num. 8.

14. Et generaliter pœnæ conuentionalis executionem non admitti tanquam lucrum cum aliena iactura ad interpretationem legis, si quis maior, Cod. de transactionibus, eis verbis: *restituta pœna qua pactis probatur inserta*, ex Iafone Alex. Curtio, Cagnolo, Angelo, Decio, Gozadino, & aliis Tiber. Decianus, vol. 1. responso 10. num. 8. & quod in terris Ecclesiæ non admittatur pœna conuentionalis ultra interesse, quia videtur lucrum inhonestum cum alterius damno ex dict. cap. cum Bartolo, Abbate, & Butrio idem Decianus vol. 3. responso 79. per totum, & in foro conscientie non posse ultra interesse pœnam exigi ex textu cum glossa, verbo, *argumento*, in cap. fraternitatis 12. quæst. 2. Panormitanus, & Calderinus quos congerit Lanfrancus cent. 3. decif. 217. Hostiensis, Butrius, Imola, Socinus, & alij, quos refert, & sequitur Octavius Vulpellus de

Pace, quæstione sexagesima quarta.

Ex quibus, & aliis pluribus, quæ in huius conclusionis fulcimentum possent adduci, 15. probari videtur nihil in hoc casu potuisse petere Gabellarium, quamuis rerum ex quibus vectigalia colligebantur, pretium augetur, quia manifestè apparuit ex relatione, quam in omnibus annis conductores vectigalium ex ordinationibus Regis tenentur exhibere in Consilio Regalis Patrimonij non fuisse minorem numerum mercium earum, quæ antea solebant commercio deferri ad solutionem vectigalium, nec post augmentum pretij, & vectigalis exiguiora fuerant vectigalia, quæ antea soluebantur, ac perinde cum excessus pretij nihil diminuerit lucrum Gabellarij, ideo eius petitionem, vt augmentum pretij, quod sibi Princeps reseruauit, illi applicetur, non admittendam.

Tum quia, etsi illud non constaret ex parte 16. Conductoris, nihil est probatum de damno, quod ei eueniret, & cum hæc pœna conuentionalis referatur ad interesse, illud probare tenetur, qui pœnam petierit, Baldus in l. rogasti, §. si tibi, versic. in contrarium, non valeat, ff. si certum petatur, plures relati ab Stephano Gratiano tom. 2. disceptat. cap. 387. num. 10. cum sequent.

Tum etiam, quia dominium rei, id est, 17. falis (cuius gabella conductæ) Principis erat, & numquam illius pactum admittendum, ne pro communi bono rerum pretia minuat, vel augeat, vel etiam vectigalia crescat, aut ad minorem quantitatem redigat, pro vt regiminis ratione exposulet, est enim hoc proprium Regalis dignitatis titulo, Cod. noua vectigalia institui non posse, vbi Salicetus in l. non solent, eodem titulo, Panormitanus, Corsetus, Lancellotus, Conradus, Ioannes de Antiboli, Alciatus, & alij, quos refert Camill. Borrellus de præstantia Regis Catholici, cap. 20. num. 16. ex Politicis Nicolaus Bello de statu Politico, lib. 2. discursu 46. Magister Fr. Ioannes Marquez in Gubernatore Christiano, lib. 1. cap. 16. Ioannes Barclaius tom. 1. lib. 4. Argenis.

Et ultra quam etiam ex iure stricto non 18. posset in hoc casu Princeps condemnari, & quantumuis contractibus vt priuatus obligetur, vt probat D. Ioannes de Solorcano de iure Indiarum, lib. 2. cap. 10. num. 45. tamen pro causa publica potest contractum a se factum innouare, vt ex Innocentio, Baldo, & aliis Cathaldinus de potestate Papæ, versic. simile dicimus, num. 96. inter tractatus Doctorum, 1. part. tom. 13. pag. 23. Angiano de legibus, lib. 3. controuerf. 26. num. 55. ex Decio

cio, Menchaca, Iulio Claro, Ioanne Baptista, Ploto, Antonio de Nigris, refert Camill. Borrell. de præstantia Regis Catholici, cap. 38. num. 15.

19. Et hoc ex iure publico factum, quia excessus pretij & vectigaliū augmentum, non fuit solum ab ipso Principe decretum sed à comitiis generalibus Castellæ, vt pro statu Regni sustinendo Regi seruitia exhiberent, & inter alia quæ ad hoc seruitium destinarent, in aliquibus vectigalia noua instituerunt, quæ huic seruitio deferrent, & in sale Regis cuius consumptione Gabellarij conducebant pretium augere decreuerunt, & ita non tam vtilitatem Regis quam publicam Regni, & communè statum illud factum respexit, ex quo non potest aliquatenus volutari tribui seu contrauentioni pretij falis augmentum.

20. Et semper iusta causa excusat à solutione pœnæ conuentionalis Baldus, in l. 1. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, Camillus de Laratha, conf. 103. num. 23. cum Anania, Speculatore, Dino, Paulo de Castro, & aliis probat Bertrandus, vol. 1. conf. 38. num. 4. & vt pœna conuentionalis exequatur, debet præcedere dolos in eo qui contrauenit ex Baldo, Alexandro, Cagnolo, Alciato, & aliis pluribus, tenuit Bertazola consultat. decif. conf. 53. num. 37. 38. Baccius, & Rolandus, qui de dolo ad contrauentionem necessario testantur, & refert Surdus, conf. 82. num. 12. ideo quoties ex causa publica comitia generalia decreuerunt, vel ipse Princeps, vt pretium augetur non poterit pœna conuentionalis comitti, vt exigatur quia causa quælibet excusat à pœna vt ex Rotæ decif. tradit Marta, tom. 2. compilationis decif. tit. de pœna, cap. 80. & 84.

21. Nec poterit in hoc casu considerari vt conditio contractus, quod conuentum pretium aut vectigal augeri non oportere & quando augetur cedat in vtilitatem conductoris, vt ea deficiente non subsistat obligatio conductionis, quia omne quod respicit vt quis priuetur re aliqua, si contrauentio pacti sequatur (vt hic quia Princeps, priuatur augmento pretij seu vectigalis si augeatur) tunc quamuis non adiciatur pœnæ nomine, tamen pro pœna censendum, l. 1. ff. de his quæ pœnæ nomine, vbi quod ad lucrum vnius & redemptione alterius pertinet, habet pro pœna, l. 1. §. item si ita, ff. ad l. Falcidiam, l. si penum, ff. quando dies legati cedat, l. 1. ff. de penul. legata. Alex. in l. ita stipulatus, 95. num. 43. ff. de verb. obligat. vbi reprobans Bartolum, & Fulgosium tradit: *Tamen hæc limitatio mihi non placet quia si promisi decem* Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Pars I.

sue dicam nomine pœnæ, siue non semper videatur ista qualitas nomine pœnæ.

Et vt pœnæ nomine videatur relictus fundus, quem iusserat testator dari legatario si dispositionem testatoris hæres non adimpleret arg. §. fin. instit. de legatis tenuit Iason in l. talis scriptura, num. 15. ff. de legatis, 1. & insinuat Paulus Paris. 2. p. conf. 19. num. 23. ibi: *Quando fuit processum ad pœnam priuationis*, ex Castrensi, & Baldo, Hieronym. Gabriel. vol. 1. conf. 105. num. 6. ex Bartolo, Angelo, Imola, Socino, & Ioanne Fabro, Couuar. in cap. Raynaldus, §. 1. num. 7. de testamentis eis verbis: *Vnde istæ ademptiones cum fiant aut presumantur fieri, nomine pœnæ minime probantur à iure nisi hæredis culpa præuia sit, ad eam effectum*, idem tradit Bertachinus consil. ciuili. 76. n. 20. & 60. quamuis reprobans contrariam sequitur Surdus decif. 7. num. 24. & pœnam esse cum aliquo iure suo quis priuatur, arg. legis si quis maior. C. de transact. l. testamento, centurio, ff. de manumiss. testamēto tenuit Barbacia lib. 1. conf. 24. in princ. & conf. 53. n. 18. ex quo & §. fin. instit. de lege Aquilia, idem probauit Becius, conf. 104. num. 12.

Vnde in hoc casu illud (pretium non debere mutari aut vectigalia, & quando augetur applicari debere augmentum conductori) magis pœna conuentionalis existimandum, quam conditio, & cum ad interesse prædicta adiectio referenda vt supra probauimus, quando nullum damnum fuisse apparet, non debetur & semper quælibet dispositio, vel contractus limitanda ex ratione conuentionis, l. Regula, §. fin. ff. de iuris & facti ignorantia, l. nomine debitoris, §. ult. ff. de legat. 3. l. 2. §. si mater, versic. quod si curatores, & versic. quod si decesserint, ff. ad S. C. Tertyll. vbi Bartolus, Baldus, Castrensis, Immol. & Albericus, Tiraquellus, tractatu cessante causa, 1. p. n. 203. Osasus decif. 49. num. 5. Surdus, conf. 96. n. 20. Thefaur. lib. 3. quæst. Forens. cap. 117. num. 11. Molina, lib. 1. de Hispanor. primogen. cap. 5. num. 37. & lib. 3. cap. 5. num. 19. pluribus D. Castillo, tom. 2. controuerf. cap. 22. num. 77. & tom. 5. 2. p. cap. 169. num. 24.

Minus etiam prædicta conuentio potest 24. considerari pars mercedis conductionis, vt ipsum pactum in pretium computetur quia tunc pars pretij censetur quando, ex parte conductoris, maiori pretio res conducitur vel minori, ex locatoris latere eo pacto adiecto, ex d. l. fundi partem ff. de contrah. empt. eis verbis: *Si modo ideo fundum vilius, vendidisti vt hæc tibi conductione præstaretur nam hoc ipsum pretium, fundi videretur*, quo modo

modo illum textum accipiunt, gloss. verbo, *vendidisti*, dum etiam intelligunt, quando pro pretio deseruit pactum nullo alio interveniente, & probatur manifeste, l. cum te, 6. C. de pactis inter emptorem, & vendit. ibi: *Cum te fundum tuum certa rei contemplatione inter vos habita exiguo pretio in alium transfuisse commemoras*, l. si venditor, §. si quid emptor, ff. de seruis export. ibi: *quoniam hoc ipso minus homo venisse*, & arg. l. de hereditate, ff. de heredit. vel act. vendit. tenuit Bald. lib. 1. conf. 31. & conf. 119. & lib. 3. conf. 315. col. 1. & communiter Doctores, in d. l. fundi partem notarunt ad hoc, ut pactum pars pretij dicatur ex eo minui deberi, vel augeri pretium conventum extrinsece inter contrahentes iuxta exempla adducta per Baldum, & Albericum, eo textu ex Panormitano, Iafone, & Ripa, D. Couuarr. lib. 3. Variar. c. 10. Decius, conf. 309. num. 3. Salicetus, Felinus, Ancharranus, Zasius, Alciatus, Castrensis, Marianus, Socinus, & alij quos refert Tiracuellus, de retractu lignagier. §. 1. gloss. 18. n. 38. & de retractu conventionali, in præfat. num. 22. Menochius, libr. 2. de arbitrariis casu, 260. in fine.

25. Nec aliquatenus potest considerari, in conductione comprehendendi illud factum, quod potius conventum ne fieret, nec aliquo modo percipi potest, ut conduceret augmentum pretij aut vectigalis, quod expresse convenit ne augetur: nam quamvis in locatione pactum negatiuum comprehendatur, l. videamus, 12. §. fin. ff. locati, tamen quidquid respicit contrauentionem eius, quod pactis comprehenditur non pars locationis & pretium, sed pena existimatur ut præter supra adducta in terminis, probant, l. si de fundo, 15. Cod. locato, *Vbi penam quoque à locatore quam præstare rupta conventionis fide placuit exigere ac retinere potest*, l. hæc constitutio, 33. C. eodem, eis verbis, *Ac ne penam quidem velut ex transgressione præstare*.

26. Rursus non etiam obstabit quod ex aliquorum sententia, pro Gabellaris opponeretur, tunc penam conventionalem integram deberi nec ad solum interesse referendam, quando adiicitur contrauentioni facti ut late probauit Romanus, dict. conf. 510. cum supra adductis, quia etiam si admitteremus Romani opinionem, ut quoties pena respicit factum vel quid non fieri, tunc integra debeat, tamen procedit quando nihil aliud respicit pactum nisi ut conuentio impleatur siue quod fiat vel non: sin vero adiectio penæ non respicit merum factum, sed adiicitur respectu quantitatis, vel interesse ut in nostro casu, quia aliunde non potest interpre-

tari conuentio, ne pretium augetur quam ut ex eo decrederet interesse vectigalium, si tot merces non consumerentur ex maiori pretij æstimatione aut vectigalium onere, tunc enim certum est pro pena nihil aliud posse considerari nisi quod interest, Rebuffus in l. vnica, Cod. de sent. quæ pro eo quod interest. nu. 267. ex Curtio, & aliis Surdus, decif. 260. num. 22. & cum eodem Surdo, & Hippolyto Riminaldo Fachineus lib. 3. conf. 44. num. 4. Calcaneus conf. 35. num. 10. vbi addit sufficere penam respicere quantitatem ex Purpurato, & aliis, Menoch. d. casu, 260. num. 4. Baldus de præscript. 2. p. ver. decimo tertio, num. 6. & ad explicationem decisionis 135. Matthæi de Afflictis, cum Grammatico tenuit Riccius decif. 140. num. 8. limitans opinionem Doctorum, qui tenuerunt penam conventionalem adiectam facto integram deberi ut procedat, & omnia iura quibus id probatur quoties solum quid fieri vel non fieri attenditur in pacto, & contrauentione offēditur vel contemnitur contrahens secus autem quando pena adiceretur prætextu quantitatis vel solum pro obseruantia vel interesse contractus, quo casu esse limitanda iura quæ in contrarium expendantur ut pluribus notauit additio Aurea ad dict. decif. Afflictis, 135. & semper credendum penam succedere loco rei vel eius quod interest, Iason, Decius, Alex. Salicetus, & alij quos refert, Surdus decif. 304. num. 6. ex Petro, & Cino, idem Surdus, decif. 306. num. 8. vbi cum Decio, & aliis adeo iudicari penam promissam succedere loco rei, ut qui penam soluit dicatur impleuisse contractum, & ratione quantitatis eam promitti, Constat ex eo quod notauit Baldus in l. potior. §. si paratus, ff. qui potiores, ut hypotheca pro sorte & quantitate contractus, extendatur etiam ad penam conventionalem, sequitur Clapperis, cent. 1. casu 18. quæst. vnica, numero 14.

Et adeo succedit loco quantitatis quæ 27. contractu comprehenditur ut qui petit penam non possit dissolutionem petere contractus vel ab eo recedere quia agit ex contractu quem approbando non potest eius intendere rescissionem, glossa quam Doctores sequuntur in, l. 2. verb. *repellere*, Cod. de iure emphyteut. l. apud Celsum, §. labeo ff. de doli exceptione, l. ita stipulatus in fine, ff. de verb. obligat, l. cum proponas, Cod. de transact. per quæ iura idem tenuit Ludouicus Saca vol. 1. responso 14. num. 70.

Et semper succedere loco rei penam 28. fiat ex notatis, in l. stipulatus, 105. ff. de verb. obligat. & in l. si pacto quo penam, C. de pactis

pactis, Ioannes de Montefyerello conf. 197. num. 4. qui tradit num. 8. & 9. etiam in casu, quo adiecta pena prætextu contemptus, aut contumacia, quando fœdera, vel pacis conuentiones fierent, eo adiecto, ne aliquis fœderatorum cum aliorum inimico loqueretur, magnâ penâ pro contrauentione adiectâ, etiam in hoc casu, quamuis cum inimico loqueretur, penam non exigendam, si nullum damnum sequeretur, aut præiudicium fieret, & ideo cum in hac quæstione nihil decrederet Gabellario eius, quod interesse poterat ex vectigalium, vel augmento pretij, nec aliquod damnum probauerit, pena non exigenda, quæ nisi eo probato non debetur, Decius consil. 53. num. 10. Paulus Æmilius decif. 231. num. 4. & statuto vrbis Romæ penæ conuentionales non præstantur, nisi probato interesse & iuramento probatio firmatur sequuta iudicis taxatione, Seraphinus, decif. 809. num. 1. & 7. Paponius lib. 12. tit. 9. Arrest. 1. & arg. c. peruenit, & c. constitutus de fideiussoribus, l. prædia, de act. empti, ut solum interesse pati possit, tenuit Anton. de Rossellis, de vsuris, tit. de diuersis contractibus, num. 17. tom. 7. tract. doctorum.

29. Sed opinio, quæ tenuit integram deberi penam, quasi cum illa viderentur contrahentes transigere de interesse, & illud taxare, ut notauit Surdus, decif. 260. num. 21. & 22. id ipsum significat penam conventionalem semper respicere id, quod interest, ut quando constaret nihil interesse, pena non deberetur, cum Socino consil. 258. in fine, tradit Ofsac. decif. 70. num. 15. & benignior interpretatio, quam sequi debemus, l. semper in dubiis, ff. de regulis iuris, ea intelligitur, quæ restringit penam, Natta tom. 2. conf. 451. num. 43. quod maxime procedit in hoc casu, quia interesse non probatur: imò potius apparuit, ut prædiximus, non fuisse venditum salis ex nouo pretij augmento, & vectigali, & tunc solum remissio pensionis facienda, quando conductoribus vectigalium ex noua gabella damnum euenit, ut in terminis tradit Marcus Ant. Eugenius lib. 1. conf. 50. num. 51.

30. Sed adhuc cum in nostra specie constaret pretij augmentum, & noua vectigalia tam magnam quantitatem continere, ut maxime in triplum, vel quadruplum excederet pensionem totius conductionis, nullatenus potuit cogitari hoc pacto comprehendendi, quamuis expresse de eo conuentio fieret, & noto textum expressum in l. Titius 44. ad fin. ff. de act. empt. vbi cum ageretur de euictione serui, qua non solum restitutio pretij, sed etiam omne interesse comprehenditur, tradit l. C.

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fijc. Tom. I.

hæc verba: *Planè si in tantum pretium excessisse proponas, ut non sit cogitatum à venditore de tanta summa, veluti si ponas agitatorum posse factum, vel Pantomimum euictum esse, qui minimo venit pretio, iniquum videtur in magnam quantitatem obligari venditorem*: & quamuis contractus habeant clausulas quantumcunque generales, semper limitantur ad illud, de quo potuerunt cogitare contrahentes, vel conuenit rei, de qua ageretur, ut notatur per textum ibi in l. emptor. 48. §. Luitius, ff. de pactis, & notarunt Doctores communiter in l. doli clausula, ff. de verb. obligat. & Bald. & Salicetus in l. si de certa, Cod. de transact. iunctis, quæ notauit 1. part. decif. Granatenf. 19. num. 10.

Sed eo maximo fundamento conductores 31. vectigalium ad petendam pensionis remissionem intendunt, ut generalis renunciatio casus fortuiti nihil noceat, quando casus fuerit insolitus, quia ad incogitata non extenditur renunciatio ex l. sed & si, qui, §. quæstum, ff. si quis cautio, ex Bart. Iafone, Fulgoso, Alexandro, & plusquam quingenta Doctoribus probauit D. Castillo 3. tom. controuers. cap. 3. num. 80. idem tenuit Anchar. conf. 402. per totum, & clausula quamuis latissima non potest procedere in eo, de quo non potuit cogitari ex Ripa, Neuizano, Claudio, & aliis Menoch. conf. 27. num. 18. cum sequentibus, Matienzo in dialogo relator. 4. part. num. 5. & cum in eo quod adiectum fuit, ut pretium & vectigal non augetetur, & quando contra fieret, cederet in utilitatem conductoris, ideo potius, ut non cresceret adiectum, ne limitaretur mercium exportatio: nec vnquam creditum in tam magnam quantitatem excrefcere augmentum: ut triplum vel quadruplum, aut pluries superaret pensionem conductionis, ideo quamuis adiceretur esse debere augmentum vectigalium, & pretij conductoris, non potest excessus ille magnus, de quo non 32. potuit excogitari, comprehendendi.

Et quoties contractus, obligatio, vel stipulatio continet duriciem, aut iniquitatem, ut in præfenti, quia nihil magis durum, quàm ut pro prædicta conuentione triplum, vel quadruplum pensionis perciperet, debet ad iustitiam, & æquitatem redigi, ut in terminis notauit Iureconsultus in l. cum quidam 17. ff. de vsuris, eis verbis: *Diuus Marcus Fortunato rescripsit, Præsidem Prouincia adi, qui stipulationem, de cuius iniquitate conquestus es, ad modum iustæ exactionis rediget*, vbi ex Acursio, Odofredo & Cino probauit Bald. in eo textu, qui tradit procedere ex iniquitate pacti in se, & contractum, qui excedit

Gg 2 modum

modum ad iustam exactionem limitandum rescissa iniquitate, tenuit Albericus in dict. l. cum quidam, & Baldum sequutus Rodriguez de annuis redditibus lib. 2. quæst. 14. numero 17.

33. Sed & privilegium, quod generat durtiem, & iniquitatem, & incipit esse nociuum, omnino rescindendum est, & limitandum, cap. *suggestum* de decimis, cap. *quanto* 16. de censibus, l. 15. tit. 20. part. 1. & l. 43. tit. 18. part. 3. Pinellus in l. 2. Cod. de rescind. venditione, 2. part. Thuscus practic. conclus. lit. L. conclus. 295. num. 18. & in simili notauit Natta conf. 548. per totum, maxime numero 19.

34. Et in terminis contractus annui redditus redimibilis, quod redditus debeant reduci ad legitimum modum inspecto tempore solutionis probauit Rodriguez de annuis redditibus, quæst. 12. num. 9. Auendaño de censibus, cap. 46. num. 6. & 7. & ita pluries legibus nostris ad iustam exactionem census limitati. l. 1. tit. 15. lib. 5. Recop. & nouis Pragmaticis ita cautum, vt notauimus allegat. 23. num. 24.

35. Apparet autem de iniustitia huius contractus, quia vectigalium augmentum ex consensu regni iure nostro fieri debet præcedente suffragio ciuitatum, quæ sunt Prouinciarum Metropolis, l. 1. tit. 7. lib. 6. Recop. & latè de hoc agit Magister Marquez, vt notauimus allegatione 59. per totam, maxime num. 9. & 10. & cum à comitiis generalibus regni tributa concedantur pro bono communi, & statu publico regni, non possunt in utilitatem conductoris, & gabellarij cedere vectigalia, & iustissimè apud nos prohibitum est, nec donatione gratuita, aut contractu possit illa concedere Princeps cuiusque priuato, l. 4. tit. 11. lib. 6. Recopilat. l. 15. tit. 23. lib. 9. & in capitulis Comitiorum generalium semper id prohibetur: nam in comitiis anni 1523. & ita promisit, & concessit Imperator Carolus V. cap. 97. & idem statutum in sequentibus vsque ad annum 1611. in quo comitia cæpta, & capitula publica fuerunt anno 1619. in cap. 12. similiter actum, & in cap. 13. mentio fit in comitiis præteritis petitem de hoc nouiorem legem fieri & in vltimis curiis anni 1632. etiam à Rege petitem cap. 6. de nullo seruitio regni fieri posse concessionem, & factam, aut faciendam irritari Rex noster concessit.

36. Ex quo apparet contractum vt in utilitatem Gabellarij cederent vectigalia, quæ augerentur nullius esse momenti & huic obligationi vt actui nulli adiectam, pœnam non valere nec deberi, l. 28. ad finem, l. 38. tit. 11.

p. 5. ex Bartolo, Baldo, Iafone, Ioanne Andrea, & Alex. notauit Greg. Lopez in d. l. 18. gloss. 7. Hugo de Celso in repertorio verbo pœna, num. 43. Menoch. conf. 1083. n. 23. Surdus, decif. 102. num. 24. Donell. lib. 12. comment. cap. 18. vbi Ofualdus, in notatis lit. G. adducit Couuarr. Minchac. & Fachineum & ad explicationem, l. ea quidem, C. si mancip. ita fuerit alien. an pœna adiecta contra eum, qui manumittit seruum prohibitum, manumittere locum habeat contra eum qui nulliter manumittit, pluribus adductis Angiano, de legibus, lib. 3. controuers. 8. num. 7. & 13. 14. & 15. & cum non possit vectigalium augmentum concedi Gabellario, nec prohiberi vt pretium aut vectigalia auerentur, contra illicitas auerentiones, licitum est venire non obstante pœna conuentionali, ex Baldo, Iafone, & Fulgofio, Casar Marentus, conf. 141. num. 2.

ALLEGATIO XXXII.

De læsione in vectigalibus ex augmento post conductionem.

1. *Fisco non imputandum impedimentum ex casu fortuito quod prouenit conductoris vectigalium.*
2. *Læsio debet interesse tempore contractus. Locatio est contractus onerosus.* l. 2. Cod. de rescind. vend. & n. 8.
3. *Læsionem non continet, quod potest, fortuito augeri vel diminui.* l. & si sine, §. *quasitum*, ff. de minor.
4. *Contractus tempus attendendum ad læsionem in transactione, renunciatione legitima, in concessione immunitatis in censu, & aliis.*
5. *Contractus qui habet tractum successiuum & ex eo fit iniquus ad æqualitatem reducendus, & n. 21.* l. cum quidam, l. 7. in principio, ff. de usuris. l. si quis in fine, ff. de peric. & com. rei vendit. l. 2. §. si quis de leg. 3.
6. *Census onera debent diminui bonis diminutis.* l. forma, §. 1. ff. de censibus. l. omne territorium, Cod. de censibus & censitor. lib. 11.
7. *Onera ad æqualitatem reducenda.* c. quanto de censibus, & num. 20.

l. omni

l. omniium, Cod. de vectigal. & commis.

l. 2. Cod. de alluionibus.

l. 2. §. ad deficientium, ff. de muner. & honor.

c. fin. de consuetudine.

8. *Noua causa superueniens facit recidere à dispositione.*

c. non debet, de consanguinitate, & affinitate.

l. in confirmando, cum l. sequenti, ff. de confr. tutor.

l. Seio, §. penult. ff. de annuis legat.

l. fistulas, §. frumenta de contrab. emp. tione.

Clausulam rebus sic stantibus in omni contractu intelligendam.

l. quod Seruius de condict. causa data.

l. continuus, §. cum quis, ff. de verb. obligat.

l. quero, §. inter locatorem, ff. locati.

9. *Locatio differt ab emptione quia in hac sufficit rem tradere à principio, in locatione verò debet prestari usus toto tempore locationis.*

l. 2. Cod. de rescind. vend. an procedat in locatione.

10. *Contractus super re qua non est in rerum natura futurum debet attendere ad læsionem.*

11. *Contractus qui habet tractum successiuum ex futuro recipit læsionem.*

12. *Contractus regulatur secundum qualitatem temporum.*

13. *Læsio attenditur tempore contractus quando ille perficitur unico momento.*

14. *Transactio ex inopinato euentu rescindi potest.*

15. *Emphyteuticus contractus vt onerosus debet ad æqualitatem reduci.*

16. *Contractus ex successiuo tractu si redditur iniquus ad iuxta æquitatem reduci debet.*

17. *Contractus qui excedit quoad actum reformandus.*

18. *Prescriptio contra læsionem non operatur in contractu qui habet tractum successiuum.*

l. cum notissimi, §. in his, Cod. de prescript. trig. vel quadrag. annorum.

19. *Læsio in contractu successiuo, quolibet anno refricatur.*

20. *Læsio consideratur in contractibus tempore executionis.*

21. *Prescriptio non potest impedire vt contractus iniquus reformetur.*

22. *Locatio plurium annorum semper habet dependentiam à futuro.*

l. si merces, 28. §. si vicino, ff. locati.

l. si fundus, 36. in fine, ff. eod.

l. 21. tit. 18. p. 5.

23. *Locationi plurium annorum congruit vt tempus futurum attendatur.*

l. si merces, §. vis maior, ff. locati.

24. *Augmentum de quo non potuit cogitari facit augeri pensionem.*

l. 23. tit. 8. p. 5.

26. *Locatio plurium annorum non vna, sed plures locationes cuiusque anni existimantur.*

l. senatus, 35. §. fin. de donat. caus. mortis.

27. *l. si voluntate, Cod. de rescind. non procedit in locatione plurium annorum.*

28. *Læsionem locum habere ex tractu successiuo procedit in contractu oneroso.*

29. *l. si iactum retis, de act. empti.*

Restitutio datur minori etiam in eis que fortuito eneniunt si damnum magnum sit ex Antonio Fabro.

Fiscus si conduxerit vectigalia ad plures annos, an ex augmento post contractum possit læsio in pretio considerari.



LVRA quæ ad hanc allegationem pertinent peti possunt, ex nostris decisionibus Granatensibus, 2. p. decif. 71. ideo quæ ibi non satis expedita, cum postea de facto questio se obrulit in Senatu Regalis Patrimonij, alia adiungemus quæ expendimus pro fisci defensione in allegatione, 17. notauimus ex casu fortuito, impedimentum quod superuenit conductori, non cedere in damnum fisci cui satis fuit, vt pro sua parte impleret, ius percipiendi fructus concedendo, nunc verò illa est questio si immoderatè ex aliquo accidenti, vectigalia locata creuerint in annis sequentibus locationis an possit fisco competere ius, vt propter læsionem rescindatur quasi illud augmentum nullo modo potuisset cogitari.

Et negatiua opinio suadetur ad læsionem 2. semper attendi tempus contractus, vt ex l. si voluntate, C. de rescind. venditione, & aliis notauit dict. decif. 71. num. 2. & vltra addendum est id maxime procedere, in contractibus onerosis vt est locatio, Innocent. in c. quando, de censibus, vbi Panormit. n. 9. ex quibus Iafone & aliis probauit Mascardus, conclus. 963. num. 9. Beronius, vol. 2. conf. 138.

Gg 3 num.

num. 17. Menochius casu 156. num. 35. Thefaurus, lib. 1. Forensium, quæst. 8. num. 14.

3. Et facit ratio: quia quemadmodum res potuit augeri, ita etiam & diminui, & cum ex fortuito pèdeat, non videtur aliquatenus posse pertinere ad læsionem, & etiam in minore apertè traditur in l. et si sine, §. quæsitum, ff. de minoribus, Craueca conf. 11. num. 17. Padilla, in l. 2. C. de rescind. n. 15. Sfortia de restitutione, 1. p. quæst. 4. art. 6. vers. 3. & non esse attendendum tractu successiuum in contractu in variis casibus notarunt N. atra conf. 408. num. 31. lib. 3. Scaccia de commerciis, §. 1. q. 1. num. 294. & 295. cum sequentibus, Mantica de contractibus, lib. 8. tit. 22. num. 1.

4. Et in transactione notarunt Doctores per textum ibi in l. de fideicommissis, Cod. de transact. Decianus vol. 2. responso. 39. num. 110. Peregrinus lib. 5. conf. 52. ad finem, Fufari de substit. quæst. 296. num. 25. & quæst. 487. num. 19. & conf. 95. num. 22. & sequentibus, & in renunciatione legitimæ notauit Molina lib. 2. de primogeniis, c. 3. num. 29. Hieronymus Laurentius decif. 66. num. 10. versic. *Hinc filia*, Amatus lib. 1. variarum resolut. cap. 23. num. 3. & in concessione immunitatis tradit Craueca conf. 294. ad finem, & conf. 439. num. 6. & conf. 707. num. 23. & 24. Rolandus vol. 3. conf. 13. ad finem, Natta conf. 397. num. 14. & 15. Menoch. conf. 156. num. 34. Burfatus conf. 16. num. 77. Gloritus responso 1. part. 3. num. 101. & sequentibus, Peregrinus de iure fisci, lib. 1. tit. 3. sub. num. 64. & in emptione census idem notauit Ludouicus Lopez in instructorio negotiantium, lib. 1. c. 56. conclus. 3. & in constitutione census fructuarij, Medina de restitutione, titulo de censu redimibili, §. sequitur amplius, Nauarrus in commentario de vfuris, quæst. 30. num. 120. Virginius de censibus, 2. p. num. 48. & 3. p. nu. 52. Hieronymus Laurentius dict. decif. 56. num. 2. & 10. Milanensis decif. Siciliae, 6. lib. 2. num. 12. Antonius Monachus decif. Lucensi 20. num. 6. versic. *nec obstat*, Madæus in contractu de censuum requisitis, versic. ad quintum, num. 4. & 5. Federicus Martinus tractatu de iure censuum, cap. 4. num. 113. Ludouicus Censius de censibus, 1. part. cap. 1. quæst. 1. art. 3. num. 4. Salon. de iustitia & iure, tom. 2. tractatu de censibus, art. 4. controuers. 2. versic. *emit*, Pater Salas de censibus, dub. 55. num. 1. versic. *suppono*, & nouiter notauit Mangilius de subhastatione quæst. 42. num. 12. & 13. adducens Bartol. Bald. Angel. Crauat. Roland. Burfatum. Romanum Carrociuum, & Menoch. & post tract. de subhastationibus,

ex Calda, & Gabriele decif. 38. num. 10. qui omnes tenent in prædictis & similibus contractibus debere attendi tempus eorum, non vero quod postea euenit ex accidenti, & tractu successiuo, & loquens in fisco, vt quâuis conductor gabellarum immodicum lucrum sentiret, non possit augere pensionem ex Socino Iuniori, Baldo, Fulgofio, & Menochio probauit idem Mangilius dict. q. 42. num. 18.

Verumtamen contraria sententia non leuioribus fundamentis probatur, vt quando contractus ex sua natura habet tractum successiuum, vt ex eo resultet iniquitas in aliquo tempore, ad æquitatem, & æqualitatem debeat reduci, ex l. cum quidam in principio de vfuris, Cuiacius lib. 19. obseruat. cap. 8. Albanus conf. 34. num. 16. & ex l. si quis, in fine de periculo, & commodo rei venditæ, l. 2. §. si quis de legatis 3. & ex Iafone, & Pileo, & Decio probauit Thefaur. decif. 226. per totam.

Secundò probatur ex l. forma, §. 1. de censibus, l. omne territorium, & ibi glossa, Cod. de censibus, & censitoribus, lib. 11. vt de minutis bonis onera & census diminuantur, vt ex Bartolo, & aliis probauit Thefaurus decif. 239. num. 8. qui etiam decif. 120. per totam, contractum reduci debere ad æquitatem, quando respectu temporis iniquus redditur, & ex Cagnolo, Romano, Alciato, & Pinello probauit idem Thefaurus decif. 120. per totam.

Tertiò facit textus in cap. quanto, de censibus, vbi Ecclesia obligata ad vnam procuracionem singulis annis tenetur ad augmentum oneris, si facultates creuerint, & ad reformationem Parrochiarum, vt si ex tempore inæqualitas resultet, non obstantibus pactis contrariis ad æqualitatem esse reducendas notauit Thefaur. dict. decif. 239. & tenuerunt semper ad æqualitatem onera esse reducenda, l. omnium, Cod. de vectigal. & commif. cap. fin. de consuetudine, l. 2. Cod. de alluion. l. 2. §. ad deficientium, ff. de muner. & honoribus, Decius conf. 335. num. 2. Bald. lib. 3. conf. 387. Socin. Iunior lib. 3. conf. 51. Albasis conf. 34. ad finem, Natta conf. 106. num. 7. Craueca conf. 195. à numero 32. Minsinger. cent. 3. obseruat. 34. Costa de ratione ratæ quæst. 103.

Quartò: quia ex noua causa superueniente receditur à qualibet dispositione, & tunc non dicitur fieri contra voluntatem, quia si de tali status mutatione cogitaret, ille, qui disposuit illud, non fecisset, vt in legibus cõdendis, probatur in cap. non debet de consanguinitate, & affinitate, in l. in confirmando, cum

cum l. sequenti, ff. de confirmando tutore, etiam si adit iuramentum in cap. quemadmodum de iure iurando, & videnda dict. decif. Granatens. 71. num. 8. videndus Rolandus consil. 1. num. 191. qui addit in num. 164. post Ripam responso 7. quoties priuilegium lædit tertium, vel enormiter ipsum concedentem, tunc resolui, vt in l. seio, §. penult. ff. de annuis legat. & l. fistulas, §. frumenta, ff. de contrahend. empr. & addit num. 165. allegans Crauecam conf. 95. num. 4. dum tradit, statutum iuramento, & longo tempore obseruatum pro solutione thalarum debet intelligi, si ciues in eodem statu permaneant, & clausulam rebus sic stantibus intelligi in quocunque contractu ex l. quod Scriuus, ff. de conditione causa data, l. continuus, §. cum quis de verb. obligat. l. quero, §. inter locatorem, ff. locati, ex Decio, Socino, Mandello, Hippolyto, Menochio, Surdo, Mascardo, Tiraquello, Marta, Farinacio, Pereira, Thusco, Gratiano, & aliis notauit D. Barbosa de clausulis vsu frequentibus, clausula 129. num. 2. cum sequentibus, adde quæ ex Thefauro decif. 226. Mascardo, Roderico, Rebuffo, Gigante, Marquesano, Mandofo, & Nicolao Garcia ego notauit dict. decif. 71. num. 7.

9. Quintò facit, quod notauit Bartolus in l. si quis damnum, ff. locati, num. 1. & 2. & in l. 1. Cod. de iure Emphyteutico, num. 2. & 3. vbi tradit contractum locationis, & Emphyteusis habere tractum successiuum, quia locator est obligatus, vt toto tempore locationis conductor fruatur re locata, nec liberatur rem tradendo, quod diuersum est in contractu emptionis, & venditionis, & Bartolum sequitur Castrensis in dict. l. si quis domum, num. 4. versic. *sed oppono*, & sequuntur cæteri scribentes, & tanquam indubitatum tenuit Franciscus de Aponte lib. 2. conf. 137. num. 2. ex quo l. si voluntate, Cod. de rescind. cum similibus, & quod ex eis deducitur solum procedit in venditione, & secus est in locatione, quia non solum in ea attenditur tempus contractus, sed etiam futurum, ad quod extenditur locatio.

10. Sextò præstat fundamentum opinio Antonij de Butrio in cap. propter sterilitatem, n. 13. de locato, & ibi Imola num. 5. versic. *sed credo ipsos*, vbi tenuerunt tempus contractus esse attendendum in probanda læsione, quando contractus sit super re, quæ est in rerum natura, & hoc casu procedat, l. si voluntate; sed si contractus fiat super re, quæ non est in rerum natura, veluti in fructibus percipiendorum, vel super fructibus percipiendis, spectatur futurum euentus, & ille attenditur ad læsionem cognoscendam, & hæc est opinio receptior secundum Pinellum in l.

2. Cod. de rescind. venditione, quam & aliàs retulimus dict. decif. 71. num. 15.

Ex quibus rationibus, & aliis pluribus II. (sat enim retulisse potiores) communior Doctorum sententia est, vt quamuis contractus, qui respicit futurum, non contineat læsionem, nec iniustitiam, tunc quando factus, si tamen postea ex temporis varietate res, quæ locata, vel in Emphyteusis daretur, multum creuerit, contractus rescindi potest, & reduci ad tempus præsens, idque pertinet tam ad augmentum, quàm diminutionem, cuius sententiæ plures retulimus dict. decif. 71. num. 16. sed qui ibi relati, & aliis expeditiõs explicandi.

Et post Cynum & alij qui pro hac opinione referunt eandem sententiam, post Abbatem conf. 34. num. 15. tenuit Rolandus lib. 2. conf. 1. num. 173. vbi tradit hæc verba: *Quod quamuis contractus ab initio non contineat læsionem, potest rescindi, & debet regulari secundum qualitatem ipsorum temporum, si contractus est successiuus respiciens etiam futura tempora, & loquitur in contractu oneroso, vt constat ex numero 180.*

Suffragatur Antonius Natta conf. 548. num. 21. vbi tradit etiam in contractibus non censentur appositæ clausulæ speciales, etiã si contrahentes de illis non cogitauerint, nisi expresserint, argumento legis Si repetendi, C. de condict. ob causam; tamen plures sunt clausulæ generales, quæ etiam si non exprimentur, debent subintelligi, vt clausula, *si res in eodem statu permaneat, & si quid immoderatum non percipiatur*, & tradit Natta n. 36. loquens de contractu oneroso, hæc verba: *Ad sextum argumentum, quod tempore contractus æstimanda venit læsio, l. si voluntate, Cod. de rescind. venditione, & communiter eo tempore non fuit læsio, cum tunc iusto pretio fuerit æstimata: Respondetur, quod læsio vtrum interuenierit, consideratur tempore contractus, vbi contractus perficitur vnicò momento, & non habet tractum successiuum, & ita loquitur lex, si voluntate, secus vbi habet tractum successiuum, vel est explicandum aliquid de futuro, quia tunc intelligitur rebus sic extantibus, & succurritur etiam ex æqualitate læsio & grauato, &c.*

Confirmat etiam Mandellus Albenfis 14. conf. 34. num. 15. vbi agens de transactione, quæ respicit causam onerosam, ex Felino, & Alexandro probat, vt euenientibus oneribus valde excessiuis, atque insolitis, non sit seruanda transactio, & postea subdit num. 26. ibi: *Vel si verba contractus non patiantur talem interpretationem, aperienda sit alia via, videlicet concedenda rescisio ipsius transactionis, saltem stantibus his malis temporibus per*

remedium, vel restitutionis in integrum, vel per remedium rescissorium contractus afferentis lationem enormem, quod solet concedi, quamuis contractus, vel statutum ab initio non contineret lationem, sed propter mutationem temporum deinde lationem contineret, si enim sit actus successiuus respiciens etiam futura tempora, debet secundum qualitatem temporum regulari, ut in terminis de huiusmodi distributionibus annexum tradit Decius conf. 335. per textum in cap. suggestum de decimis, & cap. quanto de censibus, & per alias auctoritates, & rationes.

15. Idem tenuit Auendaño de censibus, cap. 46. num. 4. vbi in contractu emphyteutico, qui onerosus est, admittit posse, & debere ad aequalitatem reduci, pro quo expendit Gasparem Rodericum de annuis redditibus, & absolute in omnibus contractibus probauit Scraphinus de priuilegiis iuramenti, priuileg. 83. num. 25. ibi: *Prædicta tamen sunt intelligenda, quod sint vera, & procedant, nisi contractus sit successiuus, quia tunc respicitur & tempus futurum quoad ipsam lationem, ut habetur per Decium conf. 335. per totum: & in terminis locationis Gabellarum, Gironda de Gabellis, 12. part. num. 32. ibi: quod si locatis gabellis augetur comitatus, debet augeri pretium earum, & num. 36. ibi: quod si aliquis conduxerit gabellam alicuius loci pro certa quantitate, & in eo loco superuenerit Rex, vel Papa, gabella augeri debet, quod probatur Monter à Cueva in responso pro vxoris amita in fine decif. Aragoniæ, num. 166. loquens in patris matrimonialibus, quæ correspondiua & onerosa iudicantur, & num. 166. tradit his verbis: Neque in occurrenti casu maxime admittenda sunt, ex quo pacta dotalia, siue verius renunciatio, unde lesio processit, tractum habet successiuum, tunc namque quoad eam lationem tempus futurum attendendum foret.*

16. Et agens de locatione probauit idem Brito in tractatu de locato in rubrica, 2. part. §. 2. num. 25. vbi in terminis huius casus tradit ibi: *Verum communis est fere omnium resolutio, ut ex futuro euentu, nempe futurorum fructuum perceptione, & æquitate lucri, aut damni quantitas computetur, ut fiat locus remedio legis 2. Cod. de rescind. de quo alios Doctores adducit, & communem opinionem testatur, & quamuis num. 26. dubitet, an id de rigore iuris admittendum, semper tamen resoluit ex contractu successiuo contractum iniquum factum ad iuris æquitatem reducendum.*

17. Sed etiam idem Brito in repetit. capituli, si propter sterilitatem, de locato, num. 60. resoluit, ut quamuis remedium dicte legis 2. non admitteretur in hoc casu, tamen semper attendendum, vt contractus iniquus, vel excedens reformetur pluribus Doctoribus ad-

ductis & in dict. cap. propter sterilitatem, §. verum, num. 1. probat eandem distinctionem in contractibus, momentaneis & successiuis, in primis tradit, quod simul atque perfecti sunt per adimplementum vtriusque partis, ex superuenienti damno retractari non possunt, sed contrarium procedit in contractibus, qui ex sua natura habent tractum successiuum, & respiciunt futura, quia in istis, quamuis semel perfecti sunt ex causa, aut damno superuenienti reuocantur, & pluribus confirmat exemplis.

Quod etiam probauit Gyptius decif. Bo- 18. noniensis 43. num. 47. eis verbis: *nam vbi contractus habet tractum successiuum, vel est explicandum aliquid de futuro, videtur considerari lesio etiam contingens post tempus contractus respectu lucri deperditi ob valorem medio tempore actum, & tunc succurritur minori lesio, vel vniuersitati, vt per Nattam, & Rolandum confirmat etiam Pinellus assignans differentiam, an contractus habeat tractum successiuum, vel momento perficiatur in dict. l. 2. p. 2. cap. 1. n. 27. ibi: Videtur etiam utiliter dicendum ultra scribentes, quod limitatio temporis in hac actione locum habeat tantum in contractibus, qui ex conuentione consumantur, diuersum autem sit in Emphyteosi, & locatione ad longum tempus, quia tunc lesio habet causam successiuam, que singulis annis, temporibusque soluendi refricatur, & ideo eius tempus non debet præscriptum censeri, argumento textus notabilis in l. cum notissimi, §. in his. Cod. de præscript. 30. vel 40. annor. cum traditis à Iafone, &c.*

Et Pinellum, & alios refert & sequitur 19. Franciscus de Ponte dict. conf. 137. num. 62. & eandem probat sententiam Cancercius lib. 2. variar. cap. 1. dict. num. 253. ibi: *illud hic opportune inseram, quod licet lesio regulariter attendatur secundum tempus contractus, & non secundum tempus superueniens. l. si voluntate, Cod. de rescind. venditione, notant Doctores in l. 2. C. illo titulo, id intelligi vbi contractus perficitur unico momento, & non habent tractum successiuum, secus tamen vbi contractus habet tractum successiuum, & est explicandum aliquid de futuro, quia tunc ex æquitate lesio postea tractu temporis superueniens consideratur, & cursu temporis lesio & grauato succurritur, cum tunc lesio singulis annis refricaretur & sic quotannis adueniente tempore soluendi pars grauatur, ut ait Pinel. Natta, Balzar. Ofsa. Theaur. Vincentius de Anna, &c.*

Etsimiliter idem tenuit Cacheranus conf. 20. 47. num. 15. & 16. ibi: *Nec obstat eam lationem tantum considerandam esse, que interuenit tempore contractus per l. habitationum, ff. de precic.*

peric. & comm. rei vendita quia in contractibus successiuis in quibus aliquid venit explicandum de futuro intelligitur clausula rebus sic extantibus &c. Et adducens textum, in cap. quanto, de censibus, & alia iura idem tenuit Albanus conf. 17. num. 10. & idem probauerunt Panormitanus, Decius, Alex. Iaf. Ant. Rub. quos refert, & sequitur, Pinell. in, l. 2. Cod. de rescind. venditione, 3. p. cap. 4. num. 16. & Matienço in, l. 1. tit. 11. lib. 5. gloss. 4. num. 3. & Gutierrez de gabellis, quæst. 147. n. 23. statuentes hi omnes, & alij ab eis relati quado traditio rei vel executio negotij confertur in futurum: non attendi tempus conuentionis ad probandam, lationem sed executionis, & in hoc casu limitari, d. l. si voluntate

21. Et vt singulare addendum & notandum quod tradit Thefaurus decif. 226. num. 1. vbi agit de reductione contractus vt debeat ad æquitatem redigi, quando res tractu temporis efficeretur iniqua, & multum cresceret, & hanc esse singularem facultatem iudicibus datam vt hoc casu possint etiam contra paciscentium conuentionem & stipulationem, pronunciare, & ad æquitatem reducere ex, l. cum quidam ff. de vsur. & num. 4. addit Thefaur. id procedere etiam si post contractum, & concessionem tantum tempus curreret vt præscriptio causetur quia non debet ex præscriptione talis iniquitas tolerari.

22. Deinde, quia contractus locationis plurium annorum semper videtur habere connexionem, & dependentiam à tempore futuro: nam dominus locator tenetur, vt conductor semper fruatur fructibus, alijs si diminuti sint, debet pensio moderari, vt in domo, quæ obscurata tradit textus in l. si merces 28. §. si vicino, ff. locati, & Surdus post alios consil. 400. num. 6. reddit rationem, quia Dominus tenetur pro tempore futuro, & ideo videtur contractum ab eo dependere, quod etiam probatur ex l. si fundus 36. in fine, ff. locati, & l. 21. tit. 8. part. 5. glossa 4.

23. Ex quibus colligi videtur esse conueniens, vt in contractu locationis ad lationem non solum considerari tempus præsens, sed etiam futurum: nam si contingerit sterilitas, pensio remittatur, l. si merces, §. vis maior, ff. locati, cap. propter sterilitatem, de locato. Vnde similiter si vbertas proueniat non solum cum sterilitate compensatur, sed etiam pensio augeri debet, vt tenet glossa in dict. §. vis maior, verbo cui, ibi: *Apparet ergo, quod si maximum fuerit lucrum, puta, quia in duplum creuerunt fructus, quod duplicari debeat merces, vel seruitium, quod pro re præstatur, & ibi notat Bartolus n. Ioann. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. Pars I.*

2. & 8. Innocentius, Ioannes Andreas, Ancharranus, & Imola num. 14. in d. c. propter sterilitatem, Panormitanus in dict. cap. prohibemus, num. 4. de censibus, ibi: *unde quem admodum si conductor patiatur magnum damnum sine culpa sua, consequitur diminutionem pensionis, ita si ex vbertate fructuum casu fortuito consequitur magnum commodum, debet augmentare pensionem, quia contrariorum eadem est ratio, & hoc tenent glossa, Bald. &c.*

Et est communis opinio secundum An- 24. tonium Gomez lib. 2. variarum, cap. 3. num. 18. & quoties de augmento non potuit cogitari, expressè idem tenuit Castrensis in l. quo temp. §. qui maximas, num. 2. ff. de publicanis, & vectigalibus, ad quem & Socinum se retulit Pinellus in l. 2. Cod. de rescind. venditione, 1. part. cap. 3. num. 35. & in terminis gabellarum idem tenuit Angel. per textum ibi in authent. vt determinat. sit n. Cleric. quem refert & sequitur Ioannes Bertachin. de gabellis, 2. part. num. 39. tom. 12. nouorum tractat Doctor fol. 56. pag. 2. ibi: *vigesimo primo quaro, si locatis gabellis augeatur comitatus, & per consequens introitus eorum, an augenda sit etiam pensio, vel pretium, & responde sic secundum Angelum, &c.* ad idem allegat Bald. in additionibus ad Speculato- rem, titulo de locato, verbo Emphyteota, & idem in eisdem terminis gabellarum tenet Corrac. vbi supra, num. 123. adde Iafonem in l. 1. num. 13. Cod. de iure, & emphyteutico.

Et generaliter hæc opinio videtur proba- 25. ri ex l. 23. tit. 8. part. 5. circa finem, qui textus loquitur in terminis ex Panormitano, Bart. & Castrensi confirmat Gregor. Lopez glossa 6. & quamuis pro contraria sententia adduximus Mangilium de substationibus, quæst. 42. n. 18. tamen ille eam opinionem, vt augeri non debeat pensio, ex superuenienti nimia vbertate limitat num. 14. 15. & 16. quando contractus respiceret tempus futurum, vel temporis breue interuallum à contractu interueniret, quando augmentum accederet, & comprobatur ex Abbate, Bart. Bald. Alex. Saliceto, Decio, Pinello, Lanfranco, Matienzo, Guterrio, vt notauimus 2. tom. decif. 72. num. 2.

Iuuat etiam alia ratio, quia quando fit 26. locatio plurium annorum, de eo quod in quolibet anno percipiendum, non vna locatio, etsi vnico contractu perficiatur, sed plures locationes iudicantur ex sententia multorum, argumento l. Senatus, 35. §. fin. ff. de donation. caus. mortis, vbi legata in singulos annos plura esse legata statuitur, & tenuit Baldus in l. voluntas, num. 6. Cod. de fideicommissis, idem Bald. vol. 1. conf. 475. n. Hh 8. Socinus

8. Socinus Iunior vol. I. conf. 68. num. 3. & 4. Magonius decif. Luceni 69. num. 15. Bofius in praxi, rubrica de remissione mercedis, n. 23. Thufcus practic. lit. L. conclus. 401. num. 5. & ideo multo melius videtur posse in quolibet anno fieri considerationem futuri temporis quoad fructus, qui in eo anno percipiuntur, ut illud tempus possit attendi ad læsionem & iustitiam contractus, non solum quando ab initio initus, & hæc consideratio distinguit locationem, quæ in futurum fit à contractu, qui in momento perficitur, & completur, ut ex pluribus supra notauimus, & ultra tenuit in terminis Neuizanus conf. 90. num. 12. ibi: *Quia contrarium procedit, quando fit contractus super re, quæ est in rerum natura, sed hic loquitur, quando fit super spe fructuum percipiendorum, nihil mirum, si tunc oportet spectari futurum euentum, & per hoc extollit Imola, quod dicebat Bart. in dict. §. vis maior, quod debebat inspici valor tempore contractus per dict. l. si voluntate.*
27. Quibus ita animaduersis non obstant, quæ supra in contrarium obiecimur num. 2. & 4. nam quod pertinet ad dict. l. si voluntate, cum similibus factis iam explicatum est ex plurium interpretum sensu, qui respondent eius textus sententiæ.
28. Nec etiam differentia contractus onerosi à gratuito, quæ ex Innocentio, & aliis expensa num. 2. nihil mouebit, quia etiam in contractu oneroso procedunt supradictæ rationes, & pluribus Doctoribus, qui expressè in eo loquuntur, nostra sententia confirmatur.
29. Et quod obiectum de minori, ut non restituatur in eis, quæ fortuitum aliquod respicere possunt, quia illud procedit in venditione, cuius longè diuersa ratio est, ut animaduertimus, videlicet, si emerit, vel venderit iactum retis, ut in l. si iactum, de act. empt. & tamen si grande minoris damnum sit, restitutionem locum habere notauit Ant. Faber in rationali, dict. §. *Quæsitum*. Nec contra facit illa ratio, ut quemadmodum res potuit augeri, ita etiam diminui, quia idem in augmento & diminutione admittimus, ut crescat, vel diminuatur pensio ex tractu successiuo, ut supra tradidimus.
30. Denique non obstant omnes Doctores, qui contra adducti, quippe loquuntur in contractibus venditionum, quando in census constitutione, & aliis intercedunt, & vnico actu, & momento expediuntur, & in renunciatione, qui etiam ita procedit, quamuis in eodem casu expendimus contrarium tenentes.



ALLEGATIO XXXIII.

De augmento secundæ locationis vectigalium.

1. Periculum qui sentit debet habere commodum.
2. Commodum non consequitur qui vere damno non subiicitur.
3. cap. qui sentit, de reg. iur. lib. 6. l. secundum naturam, ff. de reg. iur.
4. Excusio facta censetur excessione bonorum.
5. Excusio videtur facta, cum bona fuerint intricata.
6. Fisco debitum potest à socio conductoris consequi.
7. l. 24. tit. 13. p. 5. Soluendo non censetur cuius bona sunt impedita ut debitum consequatur.
8. Commodum ex damno regulatur. l. 1. de institut. actione. l. agri, ff. de usufructu. l. id quod post emptionem, ff. de peric. & comm. rei vendit. l. si igitur, §. ult. si pro socio. l. is qui in potestate, §. ultimo, ff. de legat. prest. l. 2. C. de alluionibus. l. vnica, §. pro secundo, Cod. de caduc. tollend.
9. Periculum vere sustinere debet qui lucrum petit.
10. Lucrum in iure compensatur cum damno. l. & si condemnatus, 35. ff. de noxalibus. l. liberalitatis, 16. §. 1. de usuris.
11. Actio inanis ex qua non potest debitum consequi. l. nam & is ff. de dolo.
12. Effectus rei attenditur in iure. l. 2. §. testamentum, ff. quemad. testam. ager. l. si quis aliquid, 38. §. testamentum, ff. de pænis. l. cum precibus, Cod. de probatio. l. 2. Cod. de optione legata. l. sed et si possessori, §. cum si iurauero de iure iurando.
13. l. qui plagiariis, 16. Cod. ad l. Flau. de plagiar. Orbus dicitur qui numquam filias habuit.
14. Debitum non censetur quod exigi non potest. l. quod si

- l. quod si, 3. §. si quis autem, ff. de const. pecunia.
15. Verba secundum actus, & proferentis intentionem explicanda. l. 2. §. si non propter, versic. quod diximus, ff. si quis cautio. l. penult. ff. ad exhibendum.
 16. Periculum debet esse verum ut ex eo aliquid competat. l. quia poterat, 4. ff. ad S. C. Trebell.
 17. Leonina Societas, quæ vni totum lucrum applicat, & non damnus. l. si non fuerit, 29. §. Aristo, ff. pro socio.
 18. Obligatio quæ nullius effectus foret, non consideratur. l. si vehenda, §. si ex conditione, ad l. Rod. de iactu.
 19. l. si alius, 7. §. & est alia, ff. quod vi aut clam. l. & in totum, 4. ff. de impens. in res dotal. factis.
 20. Depositum periculum post moram ad depositarium pertinet. l. si plures, 14. §. siue autem, ff. depositi. l. si in Asia, 12. §. fin. ff. eodem.
 21. Idoneus qui requiritur debet esse dum daret contractus effectus. l. si vina, 15. ff. de periculo, & comm. rei vendita. Effectum ubi habemus non curandum de modo. l. 3. Cod. de instit. & substitutionibus.

Damnum quod potest imminere fisco ex locatione secunda vectigalium propter defectum conductoris primi vere sustinere, & sarcire debet Gabellarius, cuius periculo secunda locatio fit, ut illius augmentum percipere possit.



- I. VM Gabellarius conductor vectigalium in solutione mercedis locationis deficeret, & ex iure & praxi rerum fiscalium, iterum vectigalia subhastari, & locari decernerentur periculo primi Gabellarij, & in secunda subhastatione maximè locationis secundæ pensio adacta fuisset, augmentum peribat primus Gabellarius, quasi eius periculo facta fuisset secunda locatio, & cum damno subiaceret, si fieret diminutio
- Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Tom. I.

mercedis, etiam commodum augmenti consequi deberet.

Pro parte fisci à me allegabatur eodem fundamento excludendum Gabellarium à commodo augmenti: nam cum plus quam trigenta & sex millies quadrantum, id est, quentos de Marauedis, excederet augmentum in sex annis, quæ adhuc primæ locationis extabant, & primus gabellarius necdum pro damno, quod posset euenire, si secundus conductor deficeret, satisfactionem à me petitam non obtulit, sed nec etiam residuum pensionis sui temporis, scilicet quatuor annorum, quibus in locatione fuit, non soluit, & ex satisfactionibus in principio conductionis datis, nec dimidium debiti redigi posset, & à me interpellatus, ut solueret debitum, quod erat ingentis summæ, bona designaret, ex quibus exigendum, vel offerret satisfactionem, nunquam solutionem destinauit, fisco remanet cum damno & periculo secundæ locationis, si fortè conductor deficeret, sed etiam primæ, quia pensionem debitam non soluit, unde valde absurdum est intendere ad illum augmentum pertinere.

Pro quo facit primùm: nam eâ maximè ratione Gabellarius intendit augmentum: nam cum eius periculo & damno propter illius defectum fieret secunda locatio, qui sentit onus, sentire debet commodum, & è contra, cap. qui sentit, de regulis iuris in 6. l. secundum naturam, 10. de regulis iuris, ex quo eo ipso appareat periculum vere in fisco remanere, nec aliquod sustinere gabellarium ratio propter quam ei præstandum cessat, & fisco augmentum debet applicari.

Idque comprobatur, nam gabellarius primus, & si à consilio Regalis Patrimonij moras & dilationem haberet, ut solueret, quod deberet, potius debitum adactum, & adeo ut soluere nullo modo posset, & facta fuit cessio bonorum illius, & in omnibus, quæ descripta, & sequestrata à Iudice cui causa à Senatu commissâ apparuit non posse dimidium debiti solui, & factus concursus creditorum, qui in vectigalibus Regiis consignationem habebant, quos dicimus *Iuristas*, simul concurrente fisco pro summa residua post consignationes, quam dicimus, *finca*, quo casu censetur facta excussio, ut ad tertium possessorem posset deueniri, Iason in l. de Kalendis, num. 27. & 37. ff. de verbor. obligat. Gratus lib. I. conf. 87. num. 23. Neguzantius de pignor. 3. part. membro 1. à num. 14. Menoch. conf. 667. num. 11. Scaccia de commercijs, §. 2. glossa 5. num. 268. & 274.

Et facta cessio bonorum, & creditorum concursu debitor censetur non soluendo, ut

argumento l. à Diuo Pio, §. si super rebus, vers. sed & illud, ff. de re iudic. ibi: ubi controuersia est de pignore, id dimitti debere, & capi aliud, si quod est sine controuersia. Notarunt omnes communiter, & praxis iudicialis notrorum Tribunalium admittit, & cum bona fuerint intricata, vel non apparent, excussio facta censetur, Anton. Gabriel lib. 2. tit. de fideiuss. conclus. 1. num. 63. decis. Genuens. 156. num. 8. Gamma decis. 21. Theaur. decis. 40. & ex quolibet impedimento censi factam excussionem cum multis probaret D. Lara de annuatiar. lib. 1. cap. 8.

6. Vnde facile poterit elidi, quod Gabellarius primus allegabat, vt sibi commodum augmenti assereret esse alium participem conductionis à quo poterat debitum exigi iuxta doctrinam Angeli in l. ff. de loco publico fruendo, quam ex Rebuffo, Alciato, & aliis probauit Gratian. discept. part. 2. c. 336. num. 41. & 3. part. cap. 547. num. 23. probauit Gatonius de iure fisco, articulo 1. num. 18. quia vt apparuit ex relatione calculatorum Regalis Patrimonij eius participis, & focij bona omnia à fisco sequestrata erant propter magna debita, quæ ille ex aliis conductionibus, & bonorū fiscalium administratione debebat, ita vt redditus rationibus, quod semper differtur, consequi non posset, quod socius ex se debebat, & iam mortuus erat, vnde procedunt, quæ prædiximus, vt quasi non soluendo debeat haberi.

7. Et confirmatur l. 24. tit. 13. part. 5. eis verbis: *E si por auentura en los biens del Padre no se pudie se entregar, por que fue sen pocos, que no cupliesen, o que los rubiese el padre embargados, o mal parados en alguna manera, entonces pueden demandar sus bienes à qui enquier que los fallen e deben los cobrar.* Et quamuis Gregor. Lopez non expendat ea verba in glossa 9. prædictæ legis partitæ, tamen ex Paulo de Castro in l. fin. ff. de eo per quem factum erit, per textum ibi, *soluendo non fuerit*, tradit, quod tunc sufficiat agenti scire non esse soluendo, narrando id in libello, & fidem facere, quod illud non est soluendo, & sufficiat.

8. Secundū, inde valde alienū est à iure, vt qui sustinere non valet periculum secundæ conductionis, quia necdum, quod potest imminere sarcire non valet, sed nec soluere, quod antea debebat, velit commodum augmenti consequi, quia in omnibus iuris dispositionibus commodum ex damno regulatur, l. 1. ff. de instit. action. l. agri, ff. de usufruct. l. id quod post emptionem, ff. de periculo, & commodorei venditæ, l. si igitur, §. vltimo, ff. pro socio, l. 1. si qui in potestate, §. de legat. præstand. l. 2. Cod. de alluion. l. vnica, §. pro secundo, Cod.

de caducis tollen. iuncta doctrina non esse ferendum, qui vult commodum, & non sentit onus, Anchar. conf. 217. num. 4. Alexand. lib. 5. conf. 46. n. 4. Menoch. conf. 738. num. 9. Romanus conf. 477. num. 19. ex Oldraldo Castrensi, & aliis Thuscus pract. lit. O, conclus. 144. & lit. V, conclus. 374. ex Abbate, Gigante, Decio, Mandello, Gutierrez, & aliis pluribus D. Castillo lib. 2. controuers. cap. 5. num. 57. & 58. Augustinus Barbosa axiomat. 63. num. 2. & axiomat. 169. num. 3.

Nec limitationes, quas adducit Castillo num. 54. poterunt obesse, quia procedunt, vbi est diuersa ratio lucri & damni, vel priuilegium personæ aliter suadet, vt in Ecclesia, de qua loquitur: at in hoc casu, si aliquod priuilegium ex parte fisci considerandum, & eadem ratio est, quia non posset petere lucrum secundæ conductionis primus Gabellarius, nisi ex damno imminente, & semper qui vult commodum, debet damnum habere, quod prouenit ex natura rei, vt idem D. Castillo probat, & is, cuius periculo aliquid fit, debet periculum verè sustinere, vt commodum consequi possit, vt ex glossa, Bartolo, & Angelo notauit Decius in dict. l. secundum naturam, num. 2.

Sed ex dict. §. pro secundo: *qui oneri non subiicitur, commodis nullis adficiendus, & lucrum in iure compensatur cum damno, l. et si condemnatus 35. ff. de noxalibus, l. liberalitatis 16. §. 1. ff. de vsuris, cum aliis pluribus, & faciunt verba Diui Gregorij Epistol. lib. 5. c. 136. ibi: valde rursus durum est, vt quis vnde nullum sensit commodum, sustineat iniuste dispendium, & vel eius Paterculus lib. 1. tradit, indignissimum esse, vt quis eius rei onera sustineat, cuius iura non habet.* Et nobis aptissime & eleganter Cassiodorus lib. 2. variar. Epistol. 23. *satis absurdum est, vt affligatur damnis, qui commoda non habet actionis*, quasi in hoc casu valde iniquum foret, vt cum fiscus non habeat commodum actionis, quæ nasci posset, quia periculo primi gabellarij secunda locatio facta, cum nec quod debet soluere, possit, nec sarciri damnum, quod eueniret damnum, vltimius patiatur fiscus, vt amittat augmentum secundæ locationis.

Tertium, quia cum semper verba cum effectu accipienda l. 3. *hæc verba*, ff. de negot. gestis, non potest censi fiscum actionem habere pro damno & periculo secundæ locationis, nec primum Gabellarium pro eo periculo ad aliquid teneri ex regula l. nam & is, 6. ff. de dolo, in qua *actionem videtur non habere illum cui propter inopiam aduersarij inanis est actio*; & conducunt verba Martialis lib. 2. epigram. 3.

Sexte

Sexte nihil debes, nil debes Sexte, fatemur:

Debet enim si quis soluere, Sexte potest.

Et idem lib. 8. epigram. 37. vbi taxat Polycarum, qui Caietano mutuum petenti remiserat obligationem, quam soluere non poterat Caietanus, & tradit nihil facere Polycarum ibi:

Quod Caietano reddis Polycarme tabellas,
Milliate centum num tribuisse putas?

Debit hac, inquis, tibi habe Polycarme, tabellas,

Et Caietano millia crede tuo.

Quasi potius deberet mutuum dare, vt amico consuleret, quam reddere tabellas quæ nullius utilitatis, quia obligatio exigi à debitore non poterat.

12. Periculum quippe non est quod non potest ad effectum perducere, quia in iure effectus rei attenditur, & sine eo nomen periculi non meretur, vt argum. l. 2. §. testamentum, ff. quemadm. testament. aperiantur, l. si quis aliquid, 38. §. testamentum, ff. de pœnis, & argum. l. cum precibus, Cod. de probation. ex Bald. in l. vlt. §. in computatione, Cod. de iure deliber. tradit Gratian. tom. 2. discept. cap. 213. num. 20. Becius conf. 14. num. 31. pluribus Surdus conf. 179. num. 49. & in conf. 3. num. 30. de rati habitatione tradit non mereri nomen rati habitationis si nullum operetur effectum, adde quæ notant Baldus in d. l. cum precibus, Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 2. num. 9. ex aliis probat Hieron. Gonzalez in regul. mensis, gloss. 55. num. 21. & facit l. 2. C. de adopt. legat. vbi optio quæ effectum non fortita pro facta non habetur iunctis quæ tradit Gratianus 2. tom. cap. 368. num. 15. & notanda verba textus in l. sedet si possessori, l. §. cum si iurauero, ff. de iureiurando, ibi: *Effectum iurisiurandi sequendum arbitror.*

13. Cui respicit explicatio textus in l. plagiaris, 16. C. ad legem Flau. de plagiar. ibi: *qui uenturum filiorum miseris infligunt parentibus orbitates*: Nam quamuis verè orbis in iure diceretur qui nunquam filios habuit, Vlpian. in fragment. tit. 14. & comprobatur ex traditis à Diuo Isidoro lib. 10. Etymologiar. ex Iustino, Ammiano, Marcellino, Cicerone, Lactantio, Brissonius verbo *orbis*, Balduinus ad legem Iuliam & Papiam, pag. 94. Couarr. lib. 8. comment. c. 1. Corraf. lib. 2. Miscell. cap. 23. Horom. verbo *orbi*, adhuc in d. l. 16. orbi dicuntur illi qui etsi filios habuissent, eis non fruuntur propter subtractionem plagiarij, vt notauit glossa ibi verbo *orbitates*, vt vidua dicitur mulier quæ etsi maritum tamen inuitem habet, vt ex d. glossa colligit Iaf. in l. fin. n. 3. ff. de officio eius.

Et ideo in iure idem censetur quid non deberi, aut non extare, vel esse sine effectu, l. quod si, 3. §. si quis autem, ff. de constit. pecun. vbi & si pecunia constituitur, deberi si tamen exceptione aliquâ potest elidi, obligatio censetur non fuisse pecuniam constitutam textus ibi: *quia debita iuribus non est pecunia qua constituta est*, Et idem est aliquid non habere vel esse quod si habetur inefficax, gloss. in l. 2. §. sed si dedi, verbo, *sed hic quoque*, ff. de condict. ob turpem caus. notauit Iaf. vbi proximè, & in practicabili quæstione ad interpretationem statuti notauit Baldus in c. 1. §. si quis demanso, de controuers. inuestituræ, eis verbis: *Et faciunt ad statuta qua loquuntur de gabellis reddendis, de molendinis, qua statuta intelligo de reddentibus fructum, nam vbi non est commodum ibi non debet esse onus.*

Quantum, quia hoc periculum, ex quo vult Gabellarius primus augmentum secundæ locutionis, consequi debet esse verum & reale, non solum apparens verbale fictitium & æreum, vt in hoc casu cum Gabellarius nihil potest sarcire, nec soluere debitam pensionem, & ita debent interpretari verba decreti, vt locatio secunda fieret periculo primi Gabellarij, videlicet vt periculum, & debitum fisco sarcire posset, quia iuxta intentionem proferentis explicanda verba Bart. in l. 3. Cod. de instit. & subst. quem sequitur Decius vol. 2. conf. 386. num. 2. Surdus consil. 3. num. 23. vbi ex Signorolo probat verba semper accipienda ex fine, ad quem diriguntur, ita interpretans l. 2. §. si non propter, vers. quod dicimus, ff. si quis cautio, & facit l. penult. ff. ad exhibendum, ibi: *non oportet ius civile calumniari, neque verba captari, sed quâ mente quid dicatur animaduertendum.*

Quintum, vt hoc periculum debeat esse verum reale, & cum effectu, non verò solum verbale; expendo sextum in l. quia poterat 4. ff. ad S. C. Trebell. vbi cum hæres institutus suspectam crederet hereditatem, cogitur adire alieno periculo, id est, fideicommissarij vniuersalis, & quamuis in hæredem competant directæ actiones, cum tamen vtilis in fideicommissarium transferat, ideo nullum commodum ex hereditate percipiet, nec quartam Trebellianicam, quia verè periculum non illius est, sed fideicommissarij, quod attendi debet; & faciunt verba textus, ibi: *nam cum alieno periculo adierit hereditatem, merito omni commodo arcebitur.* Et solum ibi attenditur in effectu periculum esse in fideicommissarium translatum, vt ideo nullum emolumentum percipiat hæres, notauit Bartol. in dict. l. quia poterat, ad finem, sequutus Alexand. ibi, Angelus, Aretinus.

H h 3 nus

nus in. §. illud, instit. de societ. ex Baldo & Romano Decius in dict. l. secundum naturam, n. 1. & inde tradit Surdus conf. 61. num. 66. qui recipit in se periculū, plus debet præstare quam id ad quod tenebatur, respiciens vt periculum debeat esse verum.

17. Nec vltius in nostro casu cōsiderari poterit periculum, de quo in dict. l. quia poterat, eis verbis: *quorundam negotia timentium quorundam vexationem, quorundam eris alieni cumulum*: nam hic gabellarius, dum vixit, nunquam consensit huic secundæ locatiōni, imo protestatus non posse eius periculo locatiōnem fieri, post eius autem mortem illius hæredes, qui nec carcere vexari possunt pro debito testatoris, nec de aditione hæreditatis apparuit, & a fisco requisiti, vt defignarent bona, ex quibus debitum solui posset, & periculum, quod eueniret, sarciri, aut obligarentur ad prædicta, numquam ex illorum latere aliquid impletum fuit, & solum petunt augmentum locatiōnis secundæ quasi ad patrem testatorem pertineret, & tamen à patre in vita nihil petum, vnde velle consequi lucrum augmenti, nec periculo subiacere, aut damnum fisci sarcire valde absurdum est, & exemplum societatis leoninæ iure improbatæ, vt in hac societate locatiōnis velit lucrum consequi, non verò solvere debitum, & pati damnum, iuxta quod traditur in l. si non fuerit 29. §. Aristo, ff. pro socio, eis verbis: *Aristo refert Casium respondisse societatem talem coiri non posse, ne alter lucrum tantum, alter damnum sentiret, & hanc societatem leoninam solitam appellare*. Et dicta leonina ex apologo Æsopi, cum leo in societate cum aliis animalibus sibi omne lucrum applicauit, vt refert Erasmus, damnatus Kiliade 1. cent. 7. adagio 89. quem transcripsit Paulus Manretius in adagio, *leonina societas*, pagina 325. & de illa egerunt D. Couar. lib. 3. variat. cap. 2. vers. secunda conclusio, Decianus lib. 2. responso 97. num. 53. Gail. lib. 2. obseruation. cap. 24. Costa, Zoanetus D. Richardus & alij, quos refert D. Solorzanus tom. 2. de Indiar. Gubernat. lib. 1. cap. 4. num. 21. cum seq.

18. Sextum, cum in effectu dubitari non possit prædictos actores nullum pati damnum, aut periculum sustinere, quia non extant bona, vnde soluant ex iuris regulis, & si vera obligatio periculi in actoribus confideretur, & in fisco, vt ex ea præstaret augmentum, tamen si id nullum possit producere effectum, inde cessare oportet vltro nea prædicta obligatio, vt constat pluribus iuribus, primò ex l. si vehenda, fin. §. si ea conditione, ff. ad leg. Rod. de iactu, vbi etiam magister na-

uis in conuentione deficeret, & in alia nauis, quam electa merces vehendas inuexerit, etiam si ex hoc obligatus sit ad damnum, si merces amittantur, tamen si in effectu, etiã si adimpleret, quod pactū est, merces eodem modo perirent, non tenetur, nota verba: *Habes ex conducto & locato cum priore naua actionem Paulus, imo contra, si modo ex nauigatione vtraque nauis periit, cum id sine dolo, & culpa nauarum factum sit*, quasi ex euentu & effectu, quia eodem modo periit nauis in qua merces vehendæ, cesset obligatio, & in præsentī, si periculum non sustinet gabellarius, sed fisco, eius obligatio ad præstandum augmentum debeat cessare.

Vltius idem probat l. si alius 7. §. est & alia, ff. quod vi, aut clam, vbi et si teneatur iniuriæ, aut damni, qui vt arceret incendium à suis ædibus, vicinas destruxit, tamen si æquè vicinæ ædes essent peritura, ideo quamuis aliàs teneretur, cessat obligatio, nota rationem: *quoniam nullam iniuriam aut damnum dare videtur æquè perituris ædibus*. Melior textus, in leg. & in totum 4. ff. de imp. entis in res dotal. factis, vbi maritus, qui tenetur pro damno, si non fulserit domum dotalem, ab obligatione eximitur, si domus dotalis deusta sit, quia quoad effectum nullum damnum fuit ex negligentia, quia et si domum refulserit, periret similiter, nota verba: *Itaque si fulserit insulam ruentem, eaque exusta sit, impensas consequitur, si non fuerit deusta ea, nihil præstabitur*.

Sed in terminis depositi, cuius restitutio 20. maximè iure cauetur, obligationem iam existentem ex inutili effectu cessare insinuat textus in l. si plures, 14. §. siue autem, ff. de depositi: nam si in restituendo depositum, puta ferui, moram fecerit depositarius, in eum omnino transfertur periculum rei depositæ, l. si in Asia 12. §. fin. ff. de depositi, & adhuc si post moram res naturaliter perierit, attenditur effectus, & non obligatio, vt depositarius non teneatur, nota rationem, ibi: *Sabinus & Cassius absolui debere cum cum quo actum est, dixerunt, quia æquum est naturalem interitum ad actorem pertinere, utique cum interitura esset ea res, & si restituta esset actori*.

Vnde cum et si Gabellarius acceptauerit, 21. vt secunda locatio fieret eius periculo (quod non fecit, imo semper protestatus) nullum periculum sustinet, nec sarcire potest fisci damnum, non oportet obligatio considerari, vt augmentum consequatur, cum vtique tempore, quo facta locatio, idoneus ad soluendum non erat Gabellarius, imo ideo & non alia ratione secunda locatio à Senatu facta fuit, & quamuis tunc idoneus foret, cum

cum tamen iam mortuus non extare bona constiterit, id sufficit, & vsque ad tempus eius locatiōnis finitæ debet existere idoneus, vt fisco consultum esse possit, & augmenti excessum petere valeat, argum. eius quod de bonitate duratura traditur in l. si vina 15. ff. de periculo, & commodo rei venditæ, eis verbis: *Planè si cum intelligeret venditor bonitatem eorum non duraturam vsque in eum diem, quo tolli deberent, non admonuit emptorem, tenebitur ei quanti interest*: igitur & si locatio fieret periculo gabellarij, cum id ex clausulis consuetis, & stylo Senatus Regalis Patrimonij fiat magis, quam ex qualitate, & examine bonorum eius, quæ apparuit nulla esse, vt quod iam debebat, solueret, quanto minùs posset, quod immineret, damnum refarciret, vt verè periculum non sustineat, sed illud fisco relinquat, vbi habemus effectum, non curandum de modo, l. 3. Cod. de Thufcus practic. lit. E, conclus. 41. ex Oldral. & Frederico de Senis, Augustinus Barbosa axiomate 80. num. 5. ideo nihil gabellario præstandum, sed fisco absoluendum.

ALLEGATIO XXXIV.

Fideiussor semel Fisco obligatus nisi expressè liberetur, aliis etiam fideiussoribus datis non liberatur.

1. Nouatio necessaria fit ex iudicio. l. aliam, 29. ff. de nouat. 15. 16. 17. 18.
2. Fideiussorem qui dare debet dando pignus liberatur. l. plus cautionis 25. ff. de reg. iur.
3. l. si seruus legatus, §. si ita scriptum, ff. de leg. 1.
4. Fideiussor qui habet fori priuilegium quando pro non dato habeatur. l. si fideiussor, ff. qui satisd. cogatur. Actum qui impugnat non potest eo iuari. cap. ex eo, de reg. iur. lib. 6. l. dispensatorem, ff. de solut. l. Pomponius, ff. de negot. gest.
5. Præxi Senatus Regalis Patrimonij semel fisco dati fideiussores, etiam aliis datis, non liberantur, nisi expressè decernatur. Administrator bonorum non potest deteriorem conditionem domini facere. l. non abstulit, 4. C. de nouationibus.

l. Præses, C. de transactionibus. l. prohibere, §. planè, ff. quod vi aut clam.

6. Dicitio amplius, denotat inclusionem præcedentium. l. qui ita, ff. de dote prælegata. l. cum inter nos, ff. de verbor. signif. l. si seruus legatus, 101. vers. sed si ei, ff. de legat. 1. l. verbum amplius, 82. ff. de verborum signific. l. minus solutum, 22. ff. cod.
7. Ad augmentum inducta non possunt operari diminutionem. l. legata inutiliter, ff. de adm. legatis. l. si ab arbitrio, ff. qui satisd. cogantur.
8. Fideiussores primi, aliis datis, non liberantur nisi apertè exprimat, sed secundi primis accedunt. l. si Titius, ff. de fideiussor.
9. Nouatio non fit nisi constet velle obligationem nouari. l. fin. Cod. de nouation. & num. 10. 12. 13. 14. 17. Verbum nihil est vniuersale negatiuum. l. is qui verbum, ff. de rebus dubiis. Verbum penitus refertur ad ius & ad factum. l. qui autem, §. si quis cum pupillo, ff. que in fraud. credit. l. Grue, §. illud, ff. de fideiussor. l. si is qui ducenta, §. vtrum, ff. de rebus dubiis.
10. Nouatio non fit hodie nisi expressè de nouatione conueniatur. l. 15. tit. 14. p. 5. & n. 17.
11. Nouatio iure digestorum non fiebat nisi voluntas contrahentium tenderet ad nouandum.
12. l. si rem, §. si duo, ff. de nouat. consil. cum l. fin. Cod. de nouatione, num. 13. 14. & 17. l. Stichum, 8. §. 1. ff. de nouationibus. l. 1. ff. de prator. stipulatio. l. dotem 30. ff. de iure dotium. l. te hominem, 32. ff. de nouationibus.
13. Nouatio non fiebat iure digestorum nisi specialiter exprimeretur quando prima obligatio erat vberior quam secunda. l. 2. ff. de nouation. & num. 17. l. cum qui, 56. §. si à te, ff. de verb. oblig. l. qui vsus fructum, 58. in principio, ff. de verb. oblig. & num. 17.
14. Correus stipulandi potest debitorem ab alio correo nouatione liberare si specialiter de hac ageretur.
15. Actio pro dote rei uxoria bona fidei est. §. fuerat

- S. fuerat instit. de action.
l. in bona, 36. ff. de peculio.
l. sed et si, 21. ff. solut. matrim.
16. Dotem promittendo omnes obligantur.
l. promittendo, 41. ff. de iure dotium.
l. Stichum, §. fin. ff. de nouationibus.
 17. Nouatio nunquam debet facta censeri sine animo nouandi.
 18. l. Stichum, §. 8. S. idem Celsus, ff. de nouationibus.
Interpretatio in dubio faciendā ut res in eodem statu sit.
l. grege, ff. de legatis. 2.
 19. Pactum dubium interpretandum contra eum qui potuit apertius exprimere.
l. veteribus, ff. de pactis.
 20. Stylus, & Praxis Senatus obseruari debet.
 21. Consentire videtur qui patitur.
l. qui patitur, ff. mandati.
c. si quis iusto de electione, lib. 6.
 22. Scire idem est quod scire debere.
l. qui cum alio, ff. de reg. iuris.
l. si Titius, ff. de fideiussor.
l. si duo, 38. ff. de acquir. heredit.
l. quod te mihi, ff. si cert. petatur, cap. fin. de iniuriis.
 23. Dicitio, amplius, non includit, & ampliatur in diuersis personis.
l. si tibi pure legauero, ff. de legat. 3.
 24. Fideiussor qui datur ex necessitate etiam si fori priuilegium habeat procedit satisfactio.
l. si fideiussor, §. si necessaria, ff. qui satisfactio cogantur.

Administrator qui duorum millium aureorum satisfactioem dare debebat fideiussoribus datis, & exhibito instrumento fideiussionis in Senatu minus idoneam dixi, & Senatus decreuit, ut amplius caueret eis verbis, de mas fianças, ex quo fecit depositum pro cautione duorum millium aureorum, cum ad finem administrationis ex ea tria millia aureorum deberentur intendi ultra depositum à fideiussoribus mille recuperari, illi contra esse

liberatos dicebant quia omnis satisfactioem quantitatis deposita fuerat.

Ro fideiussoribus adducebatur hoc casu factam fuisse nouationem necessariam, arg. l. aliam, 29. ff. de nouat. ibi: *iudicij accepti*, fit nouatio ex eius necessitate ipso iure, Donell. lib. 16. comment. c. 20. adde quæ ex Gedeone, Antonio Fabro, Brisonio, Duarenno Valterio, & aliis tradit Osuald. in notatis, d. cap. 20. lit. T, V, & X, Bartolum Baldum, Albanum, & Medicis refert Neuius, ad d. l. aliam, & cum ex iudiciali decreto Senatus amplius, fideiussionem dari iuberetur videtur ex iudicio ipso primam obligationem fideiussorum nouari depositione eius quantitatis quæ ad vadimonium administrationis designata.

Præsertim nam debitor qui obligatus est dare fideiussorem satisfacit dando pignus etiam inuito creditore, gloss. in l. i. ff. qui satisfactio cogantur, Negutantius de pignoribus §. p. num. 5. & cum plus cautionis in re sit, quam in persona, l. plus cautionis, 25. ff. de reg. iuris, melior videtur cautio dari ab eo qui duo mille aureos deposuit ad vadimonium administrationis quam fideiussores, dando ac perinde potius ex deposito oportet res metiri quam ex personis fideiussorum.

Et quoad illa verba, *ut amplius fideiussio daretur*, videtur facere textus in l. si feruus legatus, §. si ita scriptum, ff. de legat. i. eis verbis: *Si ita scriptum erit amplius quam Titio legauit heres meus Scio decem dato dubitatum non erit, quin & Titio suum legatum maneat & Scio nihil ultra decem debeat, nam & uisitatam fere est sic legare Lucio Titio tot & hoc amplius, uxori, & liberis eius*. Quibus verbis denotari videtur dictione *amplius* non comprehendit illud ad quod ea refertur, cum Scio solum decem debeantur, quibus adde quæ notauit Barbosa de dictionibus usu frequentibus, dict. 32. num. 4. ubi tradit, si in legatis ponatur hæc dicitio *amplius*, sine pronomine *hoc*, duntaxat inducere dispositionem, non repetitionem.

Maximè nam cum fideiussores darentur, qui non essent idonei, & qui haberent fori priuilegium alterius iurisdictionis, tunc pro non dato, vel recepto fideiussor existimatur, l. si fideiussor, & glossa in l. quoribus, ff. qui satisfactio cogantur, & cum Senatus iuberet alios fideiussores dari, nec admitteret illos, qui dati fuerunt, non poterit ab eis exigere, vel

vel consequi, quod reliquum administrationis deberetur, quia ex actu impugnato non potest, qui illum impugnat, fundamentum sumere, Reg. ex eo, de reg. iuris in 6. Surdus conf. 18. num. 2. & conf. 757. & 351. num. 41. & decif. 132. num. 4. & 9. facit l. dispensatorem ff. de solut. l. Pomponius, ff. de negotiis gestis, Menoch. conf. 395. num. 89. ex Mantica, Farinacio Rotæ decif. & aliis probauit Barbosa in collectanea dict. reg. ex eo, num. 1. & 2.

5. Sed his non obstantibus, ius fisci in hoc casu sine dubio procedit, ut quamuis idoneiores fideiussores dari deberentur, adhuc primi non censentur liberati, quia ex praxi Senatus Regalis Patrimonij omnes fideiussiones, quæ ibi offeruntur, nisi expressim verbis apertis liberentur, aliis datis liberari non censentur, maximè cum in libris rationum Regalium essent scriptæ, & ideo nisi decreto in libris Cancellariæ, aut ab eis eximi discernatur fideiussio, irrita non censenda; imo & antequam in iudicio illud declaretur, non possunt Senatores fideiussores semel datos liberare; quia velut administratores Regalis Patrimonij eius meliorem conditionem facere possunt, non deteriore, cum ad hoc mandatum non habeant, nec iurisdictionem, argumento l. non abstulit 4. Cod. de nouat. l. Præses, Cod. de transact. l. prohibere. §. Planè, ff. quod vi aut clam.

6. Tum etiam, quia proprietates dictionis *hoc amplius* denotat inclusionem præcedenti, l. qui ita, ff. de dote prælegata, ibi: *qui ita legat uxori sua Titia amplius quam dotem aureos tot hæres meus damnus esto dare, manifestum est dotem quoque prælegasse*, & ita includit dicitio *amplius*, sicut dicitio *præter*, ut declarat Albericus in dictionario, verbo *amplius*, cui adde Cuiat. lib. 8. obseruationum, c. 36. & idem est, ac si in decreto Senatus diceretur: *ultra fideiussionem datam, vel supra, & ulterius, amplius fideiussores præstent*; nam omnes istæ dictiones inclusionem denotant, ita Menoch. lib. 4. præsumpt. 145. num. 3. cum sequentibus, Mantica de coniecturis vlt. voluntatum, lib. 9. titulo 3. num. 32. & ex Bartolo, Socino Iuniori, Signorolo, Luca de Pena, Thusco, Ioanne Garcia, Stephano Gratiano, & aliis pluribus Barbosa dictione 32. n. 2. & 3. & semper augmentatiuè ea dicitio accipienda, l. cum inter nos, ff. de verb. significatione, & l. pelus de præpositionibus, & aduerbiorum significatione, sub hac dictione, pagin. 9.

7. Et ideo refertur ad eum, qui nihil debet, quando non est aliud, quod ea dictione includi possit, l. si feruus legatus 101. ff. de le-

gatis i. in versic. sed si ei, ibi: *multo que minus dubitandum sit ab eo, qui nihil mihi debet, ita stipulatus fuero; amplius quam mihi debes decem dare spondes, quindecim debeantur*, l. verbum amplius 82. ff. de verborum significatione, facit l. minus solutum 32. ff. eodem, nec enim poterat aliquid interpretari: nam quando aliquid de nouo additur, est accessorium ad præcedentem obligationem, & ideo ea liberata censeri non potest, ne tendat in creditoris damnum, quia inducta ad augmentum non possunt operari diminutionem, l. legata inutiliter, de adimendis legatis, Rodericus Suarez in l. post rem iudicatam, l. notabili, num. 2. Ruinus lib. 3. confil. 252. num. 96. & 97. Aldobrandinus conf. 106. num. 11. Viuius lib. 2. decif. 343. num. 15. ex Cæsare Barcio, Alciato, & relatis D. Castillo tom. 4. cap. 40. num. 13. & cum in decreto Senatus exprimeretur *ut amplius caueret*, videtur acceptari data cautio, & alia noua velle ei adiungi, alias enim nisi illud exprimeretur, alij fideiussores peri non possunt, argumento l. si ab arbitrio, ff. qui satisfactio cogantur, ibi: *si sua voluntate accepit fideiussores, contentus his esse debet*, ubi notarunt Bart. & Bald. Ancharranus, VVesembecchius & Amatis, quos refert Neuius ibi.

Deinde, quia certum est in iure, & indubitatum, per admissionem aliorum fideiussorum ad obligationem præcedentem, pro qua erant admissi alij fideiussores, primos non liberari, sed secundos eis accedere, argumento l. si Titius, ff. de fideiussoribus, ubi Bart. & magis in terminis, in l. Valerianus, n. 5. ff. de Prætoriis stipulationibus, ubi Baldus & Angelus, qui tradit, cum non reuocatur obligatio principalis, sed solum fideiussoria, aut pignoratitia, tunc non tollitur, nec olim, nec hodie, nec ipso iure, aut ope exceptionis intelligitur facta obligatio, aut obligationis nouatio, & ponit exemplum, si Titius promisit decem, & pro eis dedit fideiussorem, aut pignora, & postea pro ipsis decem alios dedit fideiussores, aut alia pignora tradit, *certè non liberantur primi fideiussores, seu prima pignora*, per dictam legem, si Titius, versic. sed ita demum, idem voluit Bartol. in dict. l. delegare, ff. de nouat. Ioannes de Imola in l. usufructum, ff. de verb. obligat.

Sed idem Imola in l. penult. ff. de Prætoriis stipulationibus tradit, etiam in casibus, in quibus olim fiebat nouatio, hodie nunquam fieri nouationem, nec ipso iure, nec ope exceptionis, nisi hoc expresse actum sit, nisi sint adeo veritimates, & urgentes coniecturæ, ut per illas appareat partes voluisse à prima obligatione discedere, & illam in aliam

transfunderi, & ad hanc sententiam expendenda est l. fin. Cod. de nouat. ibi: *nihil penitus innovari*, vbi verbum *nihil* est vniuersale negatiuum, per quod excluditur quantumcunque modicum præiudiciū respectu eius, de quo quaritur, vt singulariter voluit Ioan. in extrauagant. suscepti regiminis, super verbo *nihil*, quia dispositio vniuersalis per verbum *nihil*, iuncta conditione *penitus*, videtur falsificari ex quolibet particulari præiudicio, l. is qui verbum, ff. de rebus dubiis, item quia verbum *penitus*, quod immediatè subiungitur, significat, siue de iure, siue de facto, vt in l. qui autem, §. si quis cum pupillo, ff. quæ in fraud. credit. l. Greca, §. illud, ff. de fideiussor. & idem importat, ac si lex diceret, ex toto, vel prorsus, vel omnino, vt in cap. 1. de supplend. neglig. Prælat. Imola in dict. l. peregrè, §. quibus, de acquir. possess. vbi intelligit prædictam l. fin. Cod. de nouat. statuens, quod dicta verba excludunt quodlibet minimum præiudiciū, ergo excludunt quamlibet nouationem per notata in l. si is, qui ducenta, §. vtrum, ff. de rebus dubiis.

10. Hæc autem rectius procedent, cum hodie nisi expressè de eo conueniatur, nouatio fieri non possit iuxta dict. l. fin. Cod. de nouat. ex l. 15. tit. 14. partit. 5. vbi Gregor. Lopez gloss. 6. ex Alex. Iasone, Socino, Angelo, Castrensi, Bald. & aliis probat, & notant Decius consil. 400. Afflictis decis. 130. Franchis decis. 155. num. fin. Donellus dict. lib. 16. comment. cap. 20. & ex Petro Gregorio, Isidoro, Caronda, Brisonio, Antonio Fabro, Gailio, Menochio, Gutierrez, Carroccio, Parladorio, Fachineo, & aliis Osualdus in notatis, dict. cap. 20. lit. Q.

11. Sed etiam etsi non extaret decisio textus in dict. l. fin. & l. partitæ, quibus iubetur expressis verbis agendum esse de nouatione, vt ea induci possit: nam iure communi non aliter fiebat nouatio, nisi de nouanda obligatione ageretur, quasi necessarium erat, vt secunda obligatio tenderet ad priorem excludendam, & differentia inter ius antiquum & nouum in eo consideratur, vt iure antiquo non aliter fieret nouatio, nisi de ea ageretur, hodie verò iure nouiori ex dict. fin. verbis expressis testata professio & nouatio exigitur.

12. Vnde interpretari potest textus in l. si rem 31. §. si duo, ff. de nouat. ibi: *cum id specialiter agit*, qui interpretes valdè cruciauit, vt conciliarent cum dict. l. fin. quasi non rectè traderetur id nouiter à Iustiniāno induci in d. l. fin. vt non fiat nouatio, nisi specialiter de ea agatur, cum antea iure digestorum id requiri denotat dict. §. si duo, & commissa senten-

tia Cuiacij lib. 22. obseruationum, cap. 6. Brissonij lib. 2. de solutionibus, pag. 393. Hortensij ad l. 2. ff. de nouat. Vulreij ad §. præterea 2. instit. quibus modis tollitur obligatio, qui existimarunt prædicta verba, cum id specialiter agit, dict. l. si rem, §. si duo de nouat. à Triboniano inserta videri ex noua decis. textus in dict. l. fin. & non admissio, quod notauit Ant. Faber lib. 3. coniecturarum, cap. 3. vt iure digestorum, quod traditur, ita deum nouationem fieri, sed id actum sit, non sit accipiendum, vt expressè id agi necesse sit (hoc enim ad nouam Iustiniani constitutionem pertinet) sed vt tacitè id agi videatur, nisi contrarium expressè actum sit, l. Stichum 8. §. 1. de nouationibus, iuncta l. 1. de Prætoris stipulat. l. dotem 30. de iure dot. l. te hominem 31. ff. de nouat. quia id non excludit difficultatem, cum in dict. l. 31. §. si duo, & in aliis pluribus locis, specialis mentio, vel expressio requiratur.

Sed omissis alijs pluribus, de quibus Osualdus, vbi proximè, dicendum ad huius controuersie expeditionem, vt iure digestorum non aliter nouatio fieret, nisi animo nouandi contrahentes nouam conuentionem facerent, vt ratio ipsa suadet, absque voluntate contrahentium non posse obligationem tolli, l. 2. ff. de nouat. ibi: *dummodo sciamus nouationem ita demum fieri, si hoc agatur, vt nouetur obligatio, secus si hoc non agatur, duæ erunt obligationes*: idem in aliquibus iure digestorum non fiebat nouatio, nisi specialiter, & expressè de ea ageretur, quando aliquid in secunda obligatione erat, quod posset suadere contrahentes nouationem facere nolle, videlicet si in posteriori obligatione minus sit, quam in alia, quæ nouanda, vt in exemplo textus in l. eum qui 6. §. si à te, ff. de verborum obligat. si fundum Sempronianum stipulatus fuero, & deinde ab alio eundem fundum detracto usufructu stipulor, rectè tradit Iulianus, prior stipulatio non nouabitur, quia licet idem fundus in secunda stipulatione contineatur, tamen in ea minus est: nam usufructu detracto, fundus stipulatus fuit, vnde quando aliquid poterat persuadere nouationem non faciendam, necessarium erat specialiter de nouatione agi, & exprimi etiam iure digestorum, & in eodem casu exempla sunt in l. qui usufructum 58. in principio, ff. de verb. obligat. veluti si qui actum stipulatus fuit, deinde iter stipuletur, vel qui decem, deinde quinque, vel qui usufructum, deinde usum: nam cum in posterioribus stipulationibus, vt apertè constat, minus contineatur, rectè tradit Iurisconsultus nihil agi prædictis secundis stipulationibus, & subiungit

iungit apertissime verba ibi: *nisi in omnibus nouandi animum hoc facere specialiter expresserit, tunc enim priore obligatione expirante ex secunda introducitur petitio, & tam iter, quam usus, necnon quinque exigere possunt.*

14. Quomodo similiter accipiendus est textus in dict. l. si rem, §. si duo, ff. de nouat. vt Correus stipulandi post contractam obligationem si stipuletur à reo promittendi, potest eum nouatione liberare ab altero Correo stipulandi, sed tamen id ita fiet, cum id specialiter agit, quia nisi specialiter de nouatione ageretur, non potest videri eo animo stipulari, vt nouet, cum nihil amplius in secunda obligatione contineatur, imò potius minus quam in prima, quia in ea duobus Correis stipulandi obligatus fuit Correo debendi: at verò ex secunda solum stipulanti obligatur, ideo nouandi animus colligi non potest, & ita necessarium fuit specialiter agi, placet si Correo stipulandi creditori suo delegauit reum promittendi, apparet, id actum esset, vt nouatione debitor liberaretur, vt traditur in dict. §. si duo in fine, vt non sit necesse id specialiter agi, quia id actum esse ex ipsa delegatione intelligitur, vt notauit Antonius Faber dict. lib. 3. coniect. cap. 3. & post eum Osualdus in notatis, dict. cap. 20. lit. Q.

15. Rursus deinde intelligendus textus, qui maximè conducit in fauorem fisci ad huius causæ decisionem in l. alium 29. ff. de nouat. vbi traditur perire priuilegium dotis, & tutelæ, si post diuortium dos in stipulationem deducatur, vel post pubertatem tutelæ actio nouetur, & addit verba nobis aptissime ibi: *si id specialiter actum est, quod nemo dixit lite contestata, nec enim deteriorem causam nostram facimus actionem exercentes, sed meliorem, ut solet dici in his actionibus, quæ tempore, vel morte finire possunt*, agit enim Iurisconsultus de nouatione necessaria, & quoties iudicio accepto pro dotis restitutione, aut cum exigitur, quod ex tutela debetur stipulatio pro his qualitibus, & quantitibus interposita est: nam cum prima actio dotis, quæ rei vxoriæ erat, bonæ fidei existimabatur, §. fuerat instit. de actionibus, l. in bonæ 36. ff. de peculio, l. sed & si 21. ff. soluto matrimonio, & tutelæ actio priuilegia habeat, credendum non est mulierem, quæ bonæ fidei actione de dote tuta est, ex stipulatu id agere, vt bonæ fidei actio nouetur, & in strictam transfundatur, idque similiter in eo, qui post pubertatem stipulatus fuit, quod tutelæ actione debebatur, quia non est verosimile priuilegium actionis tutelæ amittere cum voluisse nouata obligatione, quando à tutore stipulatur, ideo rectissime in eo textu Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisco. Tom. I.

adiectum fuit, vt nouatio procedat, id specialiter esse agendum, quia non potest sumi coniectura, pro nouatione, & semper agendo aliquis suam conditionem meliorem reddere intendit, non deteriorem.

Sed vt huius textus subtilitas percipiatur, nota cum Antonio Fabro in dict. c. 3. id procedere circa dotis actionem quæ competit mulieri: si verò dos ex stipulatu debita fuerit Marito forte promissa ab extraneo, nã promittendo dotem omnes obligantur, l. promittendo 41. ff. de iure dotium, eamque maritus ab vxore stipuletur nouatio fiet, ne dos dupletur idque si non appareat contra stipulationem nouandi animo non fieri, l. Stichum, 8. §. fin. ff. de nouationibus ibi: *rectè traditur si hoc actum est etiam si non*, adiciatur specialiter agi oportere, & inde ratio prouenit, quoniam actio ex stipulatu ex qua primum dos debebatur vberior non erat ea quæ ex posteriori stipulatione competebar, sed personæ mutatio efficit, quia primo ab extraneo postea ab ipsa vxore dos promissa vt interpretemur stipulatorem, nouandi animū habuisse, & à priori obligatione recedere velle, & similiter in tutelæ actione ideo exprimitur in d. l. aliam, necessarium esse specialiter agi de nouatione tunc quando post pubertatem stipulatio interponitur, secus vero si ante pubertatem stipulatus sit pupillus, quoniam ex stipulatu actio tutelæ actionis naturam inducit & repræsentat, eisdemque priuilegijs & præstationibus gaudet: inde fit vt tutelæ actionem nouet etiam si specialiter non expresserit.

Ex quibus omnibus apparet si ex iure nouo dictæ l. fin. Cod. de nouat. & l. 15. tit. 14. p. 5. non potest aliquo modo interpretatio sumi nisi specialiter & aperte de ea exprimat, & iure digestorum semper esse necessarium animum nouandi dict. l. 2. ff. de nouat. & quando aliquid posset dubiam reddere voluntatem nouandi specialiter agi necessarium erat etiam dict. l. qui usufructum 58. ff. de verb. obligat, l. aliam 29. l. si rem, 31. §. si duo, ff. de nouat. ex his omnibus apparet cum de nouatione in nostra quaestione non ageretur, cum depositum factum duorum millium aureorum, nec animus iudicum qui decreuerunt amplius cauere vel fideiuberi id non respexerit, vel expresserit nullo modo nouationem factam vt liberentur primi fideiussores posse interpretari.

Quod etiam aperte suadet ex ratione textus, in d. l. aliam vbi traditur credendum non esse qui actionem intendit, voluisse suam conditionem facere deteriorem vnde fiscus qui agit, vt eantior & securior administratio, Ii 2 Regalis

Regalis Patrimonij reddatur, & petit amplius cauere non videtur inde velle fideiussores datos, liberari & nouationem facere, quia quando id quod de nouo additur est accessorium ad precedentem obligationem nunquam videtur inducta nouatio cum id fiat vt magis cautum sit creditori, & ideo non debet sumi presumpcio nouationis ne tendat in creditoris damnum, d.l. Stichum, 8. §. idem Celsus, ff. de nouat. & vsurpari possunt aptissime huic rei, eius verba ibi: *Quia hoc solum agitur ea stipulatione vt fideiussoribus cautum sit non vt ab obligatione iudicati discedatur*, adde Iasonem in l. qui vsufructum num. 3. de verb. obligat. Bartolum, in l. rescriptum, §. si pacto num. 7. ff. de pactis Alexandrum l. 4. §. ex conuentione num. 8. de re Indica Mantica, de contract. lib. 17. tit. 1. num. 8. & 15. & in his quæ possunt se habere ad augmentum & diminutionem commodum & incommodum vt quilibet posset pro suo sensu decretum senatus interpretari res debet in eodem statu manere arg. l. gregge, ff. de legatis, 2. quæ ad hoc adducit Sigismundus, in suo tractatu Paraphrasis feudalis columna, 18. versic. 9. post Oldraldum consil. 231. num. 1.

19. Ex quo etiam si tam aperte non constaret de iure fisci vt illud non diminuat nec fideiussores primo dati liberentur cum illud quod est, *amplius cauere*, ad maiorem securitatem, & obligationem, potius quam ad liberationem referatur, sed dubitari posset de predicto decreto contra administratorem interpretandum cum ad eum pertineret petere decretum declarari & fideiussores datos liberari arg. l. veteribus, ff. de pactis, & quæ notarunt post Bartolum, Iasonem, & alios in ea Menochius consilio 30. num. 8. Gonzales in regula 8. Cancellariæ, glossa 9. §. 1. num. 32. idem Menoch. conf. 110. num. 31. & conf. 179. num. 19. Surdus decis. 322. num. 63. Petrus Barbosa in l. si quis intentione, num. 28. ff. de iudic. Mantica de contract. lib. 2. tit. 9. n. 99. Gregor. Lopez glossa 5. in l. 2. tit. 33. part. 7. Augustin. Barbosa in collect. textus, in cap. contra eum, de regul. iuris, lib. 6.

20. Maximè cum Senatus decerneret *amplius cauere*, quod augmentum, vt prædiximus, denotat, & instrumenta fideiussionis semper in libris rationum Regalium inserta fuerunt, vnde tum quia praxis & stylus Consilij Regalis Patrimonij obseruandus, Afflictis decis. 79. num. 4. Thefaurus in præfatione ad decisiones Pedemont. num. 32. Franchis decis. 91. num. 16. cum Osasco & aliis ego notaui 1. part. decis. Granatenf. 47. num. 14. Et ex eo nunquam dimittuntur fideiuf-

siones semel datæ, et ideo cauti Gabellarij & Thefaurarij, quando iubetur *amplius cauere*, si integram quantitatem dederint, quæ designata est, petunt in Senatu alios fideiussores, qui non satis idonei censebantur liberari.

Tum quia administrator de hoc nihil edixit, sed tacuit vsque ad finem administrationis, quo videtur consensisse in eo, vt manerent obligati, argumento l. qui patitur, ff. mandati, & quæ notarunt Couarr. pract. cap. 15. num. 5. Ferdinand. de Mendoza de pactis, lib. 4. cap. 4. num. 37. Surdus consil. 290. num. 22. Menoch. lib. 6. præsump. 99. num. 15. & cum facile posset petere, vt fideiussores liberentur, quando deposuit aureos duo mille, nec id fecisset, sibi imputet, *qui sic eos constituit indiscrete*, quæ sunt verba textus in c. si quis iusto de electione lib. 6.

Tum etiam quia administrator iste Regalis patrimonij sciebat, vel scire debebat praxim, & stylum Senatus, vt semel dati fideiussores non liberentur, nisi aperte id exprimitur, ideo cum non peteret declarari liberos manere fideiussores, postea id non poterit intendere, quando fisco interest ab eis consequi, quod debet administrator, argumento l. qui cum alio 20. ff. de regulis iuris, l. si Titius 49. ff. de fideiussoribus, l. si duo 38. ff. de acquir. hered. l. quod te mihi 5. ff. si certum petatur, c. fin. de iniuriis, Panormit. in c. innotuit, num. 9. de electione, Bartolus in l. non solum, §. morte, num. 41. ff. de noui operis nunciacione, Baldus in d. l. si duo, Crauetta lib. 1. conf. 186. num. 9. cum multis, quos alibi notauimus allegatione 17. num. 11. vt defenderentur leges 2. & 3. tit. 9. lib. 9. Recopil.

Denique non obstant omnia, quæ contra obiecta fuerunt: nam illud quod pertinet ad nouationem satis supra explosum est, textus verò in l. si seruus legatus, §. si ita scriptum, ff. de leg. 1. qui in contrarium adductus, vt dictio *amplius* non includat, & ampliet, procedit in longè dissimili casu, quando in diuersis personis dispositio fit, quia ne duplicata legata videantur, non potest fieri inclusio præcedentis: nam illa forma legandi fuit, vt hodie nos etiam solemus in testamentis disponere, cum legamus aliquid Scio, & postea addimus, *item mas* Titio decem, quia tunc nullus admittet legatum duplicandum, quod secus erit, quando in vna, & eadem persona, vt in nostro casu, dispositio procederet, quia tunc etiam superiora repetita videntur, l. si tibi purè legauero, l. si sic de legat. 3. quod suadetur similiter, quando vteretur, vt in his iuribus pronomen *hoc*, vt ex Castren

Castrensi Guillelmo, Cenedo, & Vulpello notauit Barbosa d. dict. 32. num. 4.

24. Quod verò pertinet, vt fideiussor, qui fori exemptionem habet, & alterius iurisdictionis est, pro non dato habetur, minus mouere poterit, quia quando fideiussio necessaria est, vt in nostro casu, quia ex necessitate iudicij dati fuerunt fideiussores, tunc licet alterius fori, & iurisdictionis sint, rectè procedit satisfactio, l. si fideiussor, §. si necessaria, ff. qui satisd. cogantur, Anr. Gomez 2. tom. variar. cap. 13. num. 6. Molin. de Hisp. primog. lib. 4. cap. 4. num. 13. cum sequent. Rodericus Suarez in declaratione l. 2. titulo de los emplaçamientos, versic. *alterius accedat*, num. 11. & ita obtentum fuit in Senatu, vt fideiussores dati non liberentur.

ALLEGATIO XXXV.

Metus allegatio mulierum conductorum vectigalium in obligatione fiscali quomodo excludenda.

1. *Publicanorum uxores debent obligari cum maritis pro securitate vectigalium.*
Ordinatio Regalis Patrimonij.
2. *Salubriter disposita solent in perniciem conuerti.*
3. *Voluntas coacta voluntas est.*
l. si mulier 21. §. si metu coactus ff. de eo, quod metus causa.
l. si patre cogente, 22. ff. de ritu nuptiar. & num. 22.
4. *Voluntas metu vel vi extorta non est propria & absoluta voluntas sed secundum quid ad euitandum periculum.*
l. 1. ff. de eo quod metus causa.
l. velle non creditur, ff. de reg. iuris.
Metu gestum rescindendum.
Leges que admittunt valere contractus metu gestos sunt iusta ex aliquorum sententia.
l. 1. ff. de pactis.
l. sicut ab initio, Cod. de obligat. & act.
5. *Fisco multa fraudes fiunt in obligationibus publicanorum.*
6. *Metus dicitur quasi mentem tenens.*
Metus est difficilis probationis & probatur coniecturis.
7. *Metus probari potest declaratione eius qui metum passus.*


8. *Metus non presumitur & probandus ab eo qui allegat.*
l. si cum exceptione, §. in hac, ff. de eo quod metus causa, & num. 43.
l. non est verosimile, ff. eodem, & n. 12.
l. interpositas, Cod. de transact. & numero 20.
9. *Metus probatio debet esse actus qui dirigitur ad metum.*
l. qui in carcerem, ff. de eo quod met. causa num. 39. 40.
c. accedens de conuers. coniugatorum.
Metus probatio relinquatur iudicis arbitrio.
l. 3. ff. ex quibus causis maiores.
10. *Protestatio facta valde prodest ad metus probationem protestatio que precedit actum magis probat metum quam que sequitur.*
l. fin. Cod. de vsur. pupillar.
11. *Contractus presumitur sponte factus nisi contrarium probetur.*
l. 2. Cod. de his que vi, & n. 13.
Metum non facit presumi dignitas aduersarij.
l. ad invidiam, Cod. de his que vi, & num. 21.
12. *Iudicis auctoritas excludit metus presumptionem.*
l. 1. Cod. de his qui per metum iudicis non appellauer.
l. omnium, Cod. de testamentis.
l. probatorias, Cod. de diuersis officijs, lib. 12.
13. *Ratihabitio actus metum excludit.*
l. 28. tit. 11. p. 5.
l. 49. tit. 4. p. 5.
14. *Obseruantia subsequuta purgat metum.*
l. 1. §. que oneranda, ff. quar. rer. actio. non detur. num. 21. & 23.
15. *Metus causa durante non purgari metum quomodo accipiendum.*
16. *Mulier nobilis & diues cum paupere uxorata non facile ab eo metum patitur.*
mulier que virum pascit domina esse putatur.
17. *Metus excluditur non solum ex ratihabitione expressa sed ex tacita que resultat ex commodo contractus.*
Volens quis facere videtur quod ei utile.
l. 51. Tauri, & num. 27. & 38.
18. *Natura æquum est, vt qui locupletior factus maneat obligatus nec cum alterius iactura locupletur,*
l. naturaliter, §. vlt. ff. de condic. in debiti.

- l. nam hoc natura, ff. eodem.*
- l. 3. §. pupillus, ff. de negot. gestis.*
- l. furiosus, ff. de obligat. & action.*
- l. 3. in principio, ff. commodati.*
- l. 1. §. cum in pupillum, ff. depositi.*
- l. pupilli, ff. de solutionibus.*
- l. quamuis, §. vlt. ff. ad S. C. Velleianum.*
- l. vlt. Cod. de vsucap. pro emptore.*
- l. bona fides, 50. ff. de act. empti.*
- l. iure natura, 206. ff. de reg. iuris.*
- l. locupletari de reg. iuris. lib. 6.*
- l. 17. tit. 34. p. 7.*
- l. cum fundus, 31. §. seruum, ff. si certum petatur.*
- l. si seruus, 24. §. seruum, ff. de action. empti.*
- l. si ipsa, 18. ff. quod met. caus.*
- l. vxor. marito, 55. ff. de donatione inter.*
- 19. *Protestatio qua fieri potuit omissa metum excludit.*
- 20. *Metus reuerentialis consideratur in eis, qui aliis debent reuerentiam,*
- 21. *Metus reuerentialis probatio debet esse cum minis ut proficit.*
- 22. *c. ex literis de desponsatio. impuber. c. 2. de pactis lib. 6.*
c. fin. qui Clerici vel vouentes. c. puella, 20. quæst. 1.
l. si fideiusor. 26. §. Pater Scij. ff. de pignoribus. l. 10. tit. 1. p. 4.
- 23. *Metus reuerentialis quando sufficiat intercedere lesione, & aliis circumstantiis. l. penult. ff. de furtis.*
- 24. *Metus reuerentialis solus sufficit quando contractus fit cum ipso cui reuerentia debetur & in eius utilitatem cedit.*
- 25. *Indotatio mulieris quando rescindit eius obligationem.*
- 26. *Iuramento obligatio mulieris confirmata non rescinditur in donatione. c. cum contingat de iureiurando. c. licet mulieres eodem titulo.*
- 27. *Obligatio mulieris qua in eius utilitatem conuersa non potest rescindi in dotatione.*
- 28. *Indotationis ratio attendenda tempore obligationis. l. verum, §. sciendum, ff. de minoribus. l. si voluntate, Cod. de rescind. vendition.*
- 29. *Obligationes omnes mulieris ex indotatione non rescindenda sed illa solum ex quibus processit indotatio.*
- 30. *Parraphernalia bona non attenduntur ad indotationem. Dotalem rem esse debet probari, ut in-*
- dotatio procedat.*
- 31. *Indotatio non rescindit obligationem, quæ ex se mulier facere debebat. Honor mariti est vxoris, & è contrà. l. 3. ff. de libera causa. l. sed et si vnus, §. ait Prætor, ff. de iniuriis. Mulier debet dotem expendere pro excarcerando marito. l. quamuis 21. ff. solut. matrimor. l. mutus, §. manente, ff. de iure dot.*
- 32. *Potentia actui proxima habetur pro actu.*
- 33. *Vxor tenetur liberare maritum, etiam dotem expendendo, si absens fuerit pro debito.*
- 34. *Alienationis rerum dotalium vxoris causa sufficiens est pro liberando marito.*
- 35. *Alienatio rei dotalis pro liberando marito fieri potest, etiam contradicente vxore.*
- 36. *Vxoris status dependet à mariti statu. l. si mulier 21. ff. quod metus causa, & n. 40.*
- 37. *Vxor, quando obligatur pro liberando marito, non dicitur coacta.*
- 38. *Vxor est obligata cum dote pro eo quod in eius utilitatem conuersum.*
- 39. *Carceri inclusus, ut aliquid ab eo extorqueatur, metu coactus dicitur.*
- 40. *l. accusationes 10. Cod. de his, qua vi.*
- 41. *Metus à tertio illatus an noceat ei, qui ignorauit. l. non interest, Cod. de his, qua vi. Ablatiuus absolutus inducit necessitatem.*
- 42. *l. si cum exceptione, §. Pedius, ff. de eo quod metus causa, & num. 43. & 45.*
- 43. *Metus actio est in rem scripta, & sequitur quemcumque possessorem. l. metum autem, §. fin. ff. de eo quod met. causa.*
- 44. *l. Vitia possessionum, Cod. de acquir. possessione. l. si per imprudentiam, ff. de euictionibus. l. exceptione, ff. de fideiusoribus.*
- 45. *Causa lucrativa, vel onerosa differentia, ut metus noceat tertio, qui metum non intulit. l. Proculus, ff. de damno infecto. l. si is cui, §. fin. ff. de furtis. l. iuris ignorantia, ff. de iuris & facti ignorantia. l. regula in princip. ff. eodem. l. si ipsa res 18. ff. de eo quod met. causa.*
- 46. *Fisco in conductione vectigalium non debet nocere metus illatus à tertio.*
- 47. *Metus illatus à tertio ei, qui ex fisci contractu utilitatem percipit, non debet fisco nocere.*

48. Mulier

- 48. *Mulier, qua apud iudicem sponte contra- bere declarauit, non debet metum allegare.*
- 49. *l. cum te, Cod. pignoribus nouiter explicatur, & num. 50. & 51.*

De obligatione quam solent cum maritis publicanis uxores facere, vel cum administratoribus bonorum fisci, ut vectigalia prætectu conductionis, seu administrationis recipiant, & postea metus exceptionem, vel indotationem aduersus obligationem obiciunt, quomodo id procedat, & cautè admittendum.

- 1.  X nostri senatus Regij ordinationibus cautum est, vt quoties pro vectigalibus percipiendis aliquis obligatur ex conductione vel administratione siue Thesaurarius vel Publicanus, illorum vxores simul cum eis obligentur ne postea ab eis obligatio, & ius fiscale eludi valeat si illæ dotem intendant recuperare antequam debitum fiscale exigatur.
- 2. Sed tamen vt alias dixit Ioannes Mariana de rebus Hispania lib. 13. cap. 11. *Sic maiorem plerumque perniciem afferunt qua sapientissime in salutem ex cogitata fuisse videbantur.* Nam vxores illorum etiam si in magnam earum utilitatem cesserit conductio vel administratio vectigalium quia egentes, & necessitate rei familiaris, cum vrgerentur necessaria, non solum vitæ sed voluptati affluentia pecunia habuerunt postea quando à maritis quod reliquum debet exigere intenditur aduersus obligationem ab eis factam, metum reuerentialem vel realem opponunt & in donationem ex quibus, intendunt obligationem frustrari, quæ res semper falsis testibus, dolis & fallaciis comprobatur, & me anxium semper habuit dum fisci patroni munere functus, ideoque de hoc necessarium duxi aliqua notare.
- 3. Sciendum est contractus metu factos merito iure valere, quasi ille, qui metu inducitur ad contrahendum, & periculo vrgetur, eligat contractum facere, vt metum effugiat: nam, vt ait Seneca Tragicus de Hercule furente actu 2.

— *Cogi qui potest, nescit mori.*

Et hoc est, quod dicitur voluntatem coactam

voluntatem esse, l. si mulier 21. §. si metu coactus 2. ff. de eo quod metus causa, vbi qui metu adit hereditatem, hæres efficitur, l. si patre cogente 22. ff. de ritu nuptiarum, ibi: *maluisse hoc videtur*, Couarr. de sponsalibus, 1. part. cap. 4. §. a. num. 11. Nauarr. in manuali præluo 6. num. 4. & 6. Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 1. tit. 3. n. 11. Molina de ritu nuptiarum, lib. 3. quæst. 68. num. 6. Donellus lib. Comment. cap. 38. vbi ex Aristotele; Loriotho, Duareno, Sturachio, Iulio Pacio, Menochio, & Feliciano probauit Ofualdus in notatis lit. A, Thufcus practicar. lit. V, conclus. 280. cum sequent.

Sed tamen quia metus & vis videntur aduersari voluntati, l. 1. ff. de eo, quod metus causa, nec voluntas hæc consideratur absoluta, sed secundum quid ad euitandum periculum, proprie voluntas non dicitur, vt notauit Decius in l. *velle non creditur*, de regul. iuris, num. 3. & 6. Baldus in cap. *quisquis*, num. 1. & 11. de electione, Iason in l. *rem que nobis*, num. 2. ff. de acquir. possess. Butijela in l. sciendum, num. 48. de verbor. obligat. Menoch. de arbitrariis, lib. 2. casu 354. num. 8. Farinat. quæst. 97. criminal. num. 16. & vt inde excusetur à pœna ordinaria, qui coactus deliquit, cap. *facris*, & ibi Doctores, Decius in l. *ut vim*, notab. 2. ff. de iustitia, & iure, Iulius Clarus lib. 5. sentent. §. fin. q. 60. vers. quæro modo, pluribus. Tiraquel. de pœnis temperandis, causa 36. num. 1. ideo, quod metu gestum est, Prætor ratum non habet, sed rescindit, dicit, l. 1. vbi notant omnes ex Neuizano, Menochius lib. 2. de arbitrariis, casu 135. num. 8. Bursatus volum. 1. consil. 72. Farinac. in praxi criminali 1. part. tit. 1. quæst. 5. num. 15. Iason. §. pœnales, num. 10. instit. de actionibus, D. Couarruias de sponsalibus, 2. part. cap. 3. §. 4. num. 1. Calder. variar. lect. lib. 1. cap. 4. Donellus lib. 15. com. cap. 38. vbi pluribus Ofualdus, quamuis iustissimas esse, vtilissimasque, quæ admittunt valere contractus metu gestos, & æquitati congruere argument. l. 1. ff. de pactis, l. sicut ab initio, Cod. de action. obligat. notauit D. Angiano de legibus, lib. 1. controuers. 8. num. 23.

Ex quibus, vt fisco, qui tot fallaciis, periuriis, & falsis testibus in hac materia subiacet, cosulamus, aliqua notanda, iuxta quæ, provt rei conueniet, possit regale patrimonium defendi in occurrenti & frequentissima fraude, in omnibus obligationibus, quæ fisco fiunt, & primò de metus probatione, & quomodo fieri debeat, dicendum. Secundò, ex quibus metus excludatur, vt fisco hoc casu nocere non possit. Tertio, de metu reuerentiali

tiali. Quarto de indotatione. Quinto de metu carceris. Sexto, an metus tranſeat ad tertium, qui metum illatum ignorauit, & ita poſſit ſiſco nocere.

6. Et quoad primum notari oportet metum cenſeri difficilis probationis: nam cum ſit inſtantis periculi, & eius futuri cauſa, mentis trepidatio, & metus dicatur, quaſi mentem tenens; Maſcardus de probat. conſul. 1055 num. 4. Mogollon de metu, c. 3. §. 10. n. 10. & cum clam, & ſecreto inferri ſolet, ſufficiunt coniecturae, indicia, & praſumptiones ad eius probationem ex doctrina Bartoli in l. ſi ob turpem, num. 5. & 7. ff. de condit. ob turpem cauſam, Doctores communiter in l. metum, Cod. de his quaeruntur vi, Bald. in l. ſolam, Cod. de teſtibus, Purpuratus conſul. 282. num. 13. lib. 1. Alciatus regula 3. praſumptione 7. à numero 2. Alexander conſul. 156. Boherius deciſ. 101. Menoch. lib. 3. praſumptione 4. num. 5. & praſumptione 126. num. 9. Maſcard. conſul. 1055. num. 3. Flores Diaz de Mena ad Gammam deciſ. 250. Mogollon de his, quaeruntur vi metuſue cauſa fiunt, c. 10. §. 3. num. 5. Theſaur. quaeruntur forenſ. 51. num. 4. Pereira deciſ. 30. num. 8. Surduſ deciſ. 294. num. 23. Philippus Paſchalis de viribus patriae poteſtatis, 3. part. cap. 2. num. 38. Fontanella de pactis nuptialibus, tom. 2. clauſula 7. gloſſa 2. part. 5. num. 39. Thomas Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputatione 27. num. 1. Farinac. 2. part. fragm. crimin. verbo metus, num. 181.

7. Et non ſolum indicia, & coniecturis probatur, ſed etiam declaratione, & iuramento contrahentis, quando pars aduerſa potens eſt, & damnum inferre poteſt, vt probat Seraphinus de priuilegiis iuramenti, priuilegio 7. num. 28. ibi: *per iuramentum quis poterit probare ſuſpicionem ſui aduerſarij, aſſerendo ſe perhorreſcere eius potentiam, & fauorem*, iuxta textum in cap. conſtitutum, §. cum verò de reſcriptis, Antonius de Petra in repetit. legis primae, num. 363. ff. de iureiurando, & ſic timor, ſeu metus in tali caſu probatur per iuramentum, quod eſt notandum tanquam ſingulare, vt etiam obſeruauit Decius in l. in omnibus de regulis iuris poſt num. 9. ibi: *quia metus regulariter probari debet indicia & coniecturis*.

8. Sed tamen cum metus nunquam praſumatur, debet probari ab eo, qui allegat, *ſi cum exceptione, §. in hac, l. non eſt verofimile*, ff. de eo, quod metus cauſa, l. *interpoſitas*, Cod. de tranſactionibus, Rebuffus 2. tom. ad leges Regias, titulo de reſciſſione contractuum, gloſſa 12. n. 11. Menoch. lib. 3. praſumptione 126. num. 1. & 2. pluribus Gaſpar Antonius, Theſaurus quaeruntur forenſium 51. n. 2.

Et probatio debet eſſe actus, qui dirigitur ad inferendum metum in eo contractu de cuius reſciſſione tractatus, vt in l. *qui in carcerem*, ff. de eo, quod metus cauſa cap. *accedens* de conuerſione coniugatorum, vbi Innocentius verbo *verbera*, idem in cap. cum locum de ſponſalibus, num. 2. Baldus in diſt. l. *interpoſitas*, num. 4. vbi etiam Riminaldus num. 3. Parif. lib. 1. conſil. 20. num. 61. Afflictiſ deciſ. 246. num. ſin. Rebuffus vbi proxime, gloſſa 22. num. 4. Couarr. in 4. 2. part. cap. 3. §. 4. num. 15. Rolandus à Valle lib. 2. conſ. 33. num. 23. Farinac. in fragmentis, 2. part. verbo *metus*, num. 17. & qualis metus ſit ſufficiens probatio iudicis arbitrio committitur, vt in l. 3. ff. ex quibus cauſis maiores, ibi: *huius rei diſquiſitio iudicis eſt*, tradunt Suarez allegat. 24. num. 6. Menoch. lib. 2. arbitrariis, caſu 135. & lib. 3. praſumptione 127. num. 13. Rota deciſ. 341. num. 2. part. 2. diuerſ. arbitriumque ex circumſtantiis, & perſonarum qualitate debet procedere, vt tradit Baldus, quem reſert Suarez vbi ſupra.

Præſertim in hoc caſu quando vxores 10. metum à viris illatum allegant minis, aut aliis actibus, quia debent iſti actus clare, & manifeſte à teſtibus explicari, vt in diſt. cap. *accedens*, & in diſt. l. *interpoſitas*, vbi Baldus nu. 4. Ioannes Faber in §. quadrupli, num. 6. inſtit. de actionibus, Maſcardus conſul. 1054. num. 12. Farinac. diſt. verb. *metus*, num. 168. & arbitrium iudicis valde mouere poterit, ſi qui allegat metum ante obligationem proteſtatus fuiſſet: nã proteſtatione, & reclamatione rectè metus probatur, cap. 1. de eo quod metus cauſa, & ex pluribus iuribus, & Doctoribus probauit Mogollon dicto capite decimo, §. tertio, num. 16. diſtinguens inter proteſtationem, quaeruntur poſt factum fit, vel quaeruntur praecedat factum: nam hæc verè probat metum, & conſeruat ius proteſtantis, ac eius voluntatem declarat l. ſin. Cod. de uſuris pupillaribus, Villar. in ſylua, reſponſo 2. num. 10. & quando qui proteſtari potuit, non proteſtatur, praſumitur non fuiſſe metum, vt notauit Baldus in conſil. Chifmatis poſito poſt rubricam. Cod. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, col. 12. verſic. *ſed in contrarium*, Alex. vol. 5. conſ. 146. num. 3. cum Bartolo & aliis Crauera lib. 3. conſil. 114. n. 6. & conſ. 461. num. 4. Tiberius Decianus vol. 2. reſponſo 41. num. 122. Hondedeus lib. 1. conſil. 29. num. 12. Angel. Iaſon, Crotus, Albanus, & alij quos reſert Burſatus vol. 1. conſil. 72. num. 45. Pereira deciſ. 30. num. 15. Thuſcus lit. M, conſul. 223. num. 22. Thomas Sanchez de matrim. lib. 4. diſputatione 18. num. 8.

Secun

11. Secundum verò quoad illud, quod metus exceptio excludatur, dicendum eſt regulariter contractum ſponte factum praſumi, niſi manifeſte contrarium probetur, l. 2. Cod. de his, quaeruntur vi, metuſue cauſa fiunt, Alciat. in tractat. de praſumpt. reg. 3. praſumpt. 7. n. 1. Rebuffus in comment. 2. part. titulo de reſciſſione contractus, gloſſa 12. num. 11. ſcribentes in l. *interpoſitas* 13. Cod. de tranſact. Innocent. & Canonista in cap. cauſam Matrimonij de officio, & poteſtate iudicis delegati, Antonius Gomez 2. tom. variar. cap. 14. num. 24. ex verſic. *ſed his non obſtantibus*, Maſcardus de probation. conſul. 1055. & 1056. in principio in nouiſſimis, Cardinalis Mantica de coniecturis vlt. volunt. lib. 2. tit. 7. num. 2. Menochius lib. 3. praſumpt. 126. num. 33. & 34. cum ſequentibus, Burſat. conſul. 72. num. 12. vol. 1. Burgos de Paz conſil. 7. num. 10. Hippolyt. Riminald. Iunior conſul. 825. num. 43. vol. 7. Hondedeus conſil. 29. num. 9. lib. 1. D. Caſtillo lib. 3. quotidianarum controuerſ. cap. 1. n. 95. Cardinalis Thuſcus tom. 5. lit. M, conſul. 223. Seſſe deciſ. 60. num. 6. Theſaurus quaeruntur forenſ. quaeruntur 51. num. 2. & ideo potentia, vel dignitas aduerſarij non facit praſumi metum, vel impreſſionem, l. ad inuidiam, Cod. de his, quaeruntur vi, eis verbis: *quod ad metum arguendum, per quem dicitur inſtitutum eſſe contractum Senatoria dignitas aduerſarij tui ſola non eſt idonea*.

12. Excluditur enim praſumptio metus, quando interuenit auctoritas iudicis, vel Regia, vt ſolet intercedere in his obligationibus, quas mulieres vxoratae pro ſiſco faciunt: nam ex praxi coram iudice adducuntur, ibique interrogantur, an per metum, aut aliter compulſa mulier ad obligationem veniat, & ideo quaſi Rege fouente, & eius auctoritate obligatio fit, quo caſu omnis fraudis, vel metus ſuſpicio excluditur, l. 1. Cod. de his, qui per metum iudicis non appellarunt, ibi: *in ſacro enim comitatu noſtro nihil timere potuiſti*, l. *omnium*, Cod. de teſtamentis, l. *non eſt verofimile*, ff. de eo quod metus cauſa, Bart. in l. 1. Cod. de praediis decurion. lib. 10. Platea in l. *ſi qua hereditates*, Cod. de vendendis rebus ciuitatis, lib. 11. num. 2. & in l. *probatoriæ*, per illum textum, Cod. de diuerſis officiis, lib. 12. num. 2. Craueta lib. 1. conſ. 114. num. 2. & lib. 2. conſ. 253. num. 8. in fine, Socinus lib. 3. conſ. 59. in principio, conducunt plura, quaeruntur congerit Rolandus lib. 2. conſ. 83. num. 33. cum ſequent. & ex praſentia Superioris excludi omnem metum multis probauit Menoch. conſil. 508. num. 16.

13. Deinde etiam metus excluditur ſi poſtquam metus interuenit qui eum paſſus ac-

Ioan. Bapt. Larrea Allegat Fiſc. Pars 1.

tum ratum habuerit, l. 2. Cod. de his quaeruntur vi, l. 28. tit. 1. l. 49. tit. 4. partit. 5. Bart. l. 1. in principio, ff. de his quibus vt indignis, Maſcardus conſul. 1261. num. 36. & 37. Menochius conſul. 1003. num. 87. lib. 1. Trentacinq. lib. 1. Variar. titulo de his quaeruntur vi, reſolut. 1. num. 41. Menaffes in l. *interpoſitas*, n. 22. C. de tranſact. Ant. Faber, in ſuo Cod. lib. 2. tit. de his quaeruntur vi, definitione 3. pag. 93.

Et obſeruantia ſubſequuta purgari metum & probari conſenſum, & ratiſhabitionem, tenuerunt Socinus lib. 3. conſul. 4. n. 22. Pariſius lib. 1. conſul. 60. num. 10. Decianus lib. 2. reſponſul. 41. num. 123. cui traditur metum purgari ex actibus geminatis quoties ex contractu metu celebrato, pluries executio & ſolutio facta fuit arg. legis 1. §. *qua oneranda*, ff. quarum rerum actio non detur, Bart. & Doctores, in l. *paſſa*, nouiſſima, Cod. de pactis.

15. Et quamuis aliqui tenuerunt ratiſhabitionem vel receptionem pretij ex contractu metuloſo illum approbare quando id procedit mortuo vel ſublato de medio marito qui metum intulit, & ſic mulier videretur eſſe in libertate, Burſatus lib. 1. conſul. 72. & n. 27. Natta conſul. 350. num. 19. Hieronymus Gratus, conſil. 20. num. 8. & reſponſo 38. num. 5. lib. 2. Raudenſis 1. p. deciſ. 51. num. 21. Iosephus Ludouicus deciſ. 18. ſed tamen id rectè explicuit Panormitanus in c. 1. de his quaeruntur vi, eis verbis: *Hoc intelligo quando maritus erat ita potens quod verofimiliter timuit ſed ſi mulier potuiſſet fugere ad locum tutum, non eſſet excuſata toto tempore mariti vita*.

16. Et praecipue id locum non habebit in vxore diuite & nobili, & quaeruntur cum marito paupere vxorata, nam ea quaeruntur virum paſcit Domina eſſe putatur non Socia, iuxta Franciſcum Petrarch. de remedijs vtriuſque fortunae lib. 1. dialogo 68. & antea tradiderunt Plautus, in Aſinaria ibi: *Argentum accepi dote imperium vendidi*, plura Neuizanus in Sylua nuptiali lib. 2. num. 54. & 55. Aeneas Robertus lib. 2. rerum iudicarum, cap. 4. in 2. part. & ideo etiamſi vxorata cum milite quem metum incuſſiſſe dicebat, & cuius ſtatus ferox & terribilis exiſtimatur in iure iuxta Caſaneum, Cathal. gloriae mundi 9. part. conſideratione 29. D. Solorcanus vt ſolet doctiſſime in tractatu de Indiarum iure tom. 1. lib. 3. cap. 6. num. 43. tamen tradit Theſaur. quaeruntur forenſ. lib. 1. quaeruntur 51. num. 21. quia vxor ex contractu vtilitatem percepit, etſi minax, & verbera praecelliſſent mariti Capitanei, adhuc contractum cenſeri approbatum nec reſcindendum, & ex deciſionibus Monter. à Cueua, & Viuij probat.

K k Ex

17. Ex quibus non solum ex rati habitatione expressa vel geminatione actus, metus excludendus; sed etiam ex tacita quæ resultat ex utilitate quam ex contractu percepit, qui metum allegat quia potius volens quam coactus quis facere videtur quod ei utile, ut notatur communiter per textum ibi, in l. cum te, 2. Cod. de his quæ vi, Innocentius in cap. diversis, de Clericis coniugatis ex Bartolo & Nicolao de Neapolif. Bertachio verb. *presumitur factum*, num. 5. & licet in aliqua parte actus meritorius noceret, tamen si generaliter utilitatem ex eo percepit, sustinebitur propter eam ut ex l. 61. Tauri tenuerunt, Gutierrez practicarum lib. 2. quæst. 29. n. 4. Ceuallos, communium quæstionum, q. 277. n. 29. 41. & 42. Gamma decif. 250. n. 4. Stephanus Gratianus, l. tomo disceptationum, cap. 108. num. 13. Gaspar. Thesaurus decif. 223. ad num. 13. ad finem, & quæstione forensi, 51. num. 18. & ex pluribus Velasco de privilegiis pauper. p. 1. quæst. 48. num. 9.

18. Et fundamentum huius regulæ est ut qui locupletior factus remaneat obligatus, l. naturaliter, §. ultimo, ff. de condit. indebiti, l. 3. §. Pupillus, ff. de negotiis gestis, l. furiosus, ff. de obligat. & actio. l. 3. in principio, ff. commodat. l. 1. §. an in pupillum, ff. depositi, l. Pupilli, ff. de solut. l. quamuis, §. ult. ad Velleianum, l. vltima Cod. de vfu cap. pro emptore, quia nemo cum alterius iactura debet locupletari, l. nam hoc natura, ff. de condit. indebiti, l. bona fides, 50. ff. de actionibus empti, l. iure natura, 206. de regulis iuris, c. locupletari de regulis iuris lib. 6. l. 17. tit. 34. partit. 7. & tunc dicitur obligationem utilem esse & mulierem factam locupletem quando aliquid (illius obligationis causa) adquisierit quod bona eius augeat, l. cum fundo, 31. §. seruum, ff. si certum petatur, l. si seruus, 24. §. seruum, de actionibus empti siue apud se adquisitum habeat siue in corpus patrimonij illud conuersum sit, l. si ipsa, 18. ff. de eo quod metus causa, l. vxor marito, 55. de donat. inter. docent Pinellus in l. 2. 2. p. cap. 4. num. 64. Cod. de rescind. venditione, Donellus lib. 19. Comment. cap. 14. versic. *sanè si quomodo*, & ibi Osualdus, lit. Q, Antonius Faber lib. 8. coniecturarum, cap. 2. Schifordegerus, ad Fabrum lib. 2. tractat. 29. & 30.

19. Sed etiam metus excluditur quando ille qui facillè potuit protestari metum, quoad faciendum contractum inducebatur illum protestari omisit, quia tunc videtur approbare contractum cum metus expressionem facere potuit ut in terminis notauit Craueta conf. 120. num. 6. & conf. 253. num. 6. & non presumi metum passum illum qui amisit pro-

testationem ex Bartolo, Baldo, Alexandro, Tiberio Deciano, Hondedeo, Angelo, Croto, Iafone, Albano, Bufato, Pereira & Tusco notauimus supra num. 10. & ex Nauarro tradit Thomas Sanchez de matrim. lib. 4. disput. 18. num. 8.

20. Tertio principaliter quod attinet ad metum reuerentialem qui vltimissimus in hoc casu, notandum est, illum considerari in filiis respectu parentum in vxore circa maritum, in seruo respectu domini, & in vassallo, vel aliis quibuscunque qui debent reuerentiam ei pro quo obligantur, sed tamen id non sufficere probari videtur ex l. interpositas Cod. de transact. vbi agens de contractu inter dominum seruum celebratum, tradit hæc verba: *ad vim tamen & dolum arguendum qualitas causa principalis non sufficit unde si nihil tale probari potest consensu quæstiones terminatas minime insaurari oportet*

Et facit l. ad inuidiam, Cod. de his quæ vi, vbi dignitas aduersarij ad metum probandum non sufficit, nisi aliunde appareat, & ideo metum reuerentialem probandum esse, videlicet, ut præcedant verbera, vel minæ, quæ si non probentur, reuerentia sola non sufficere, ut ex l. 1. §. qua oneranda, ff. quarum rerum actio non detur, ita eam intelligendo notatur, Bart. & Bald. ibi, & idem Bald. in dict. l. ad inuidiam, Afflictis decif. 99. num. 4. ex Alex & Parisio Mascardus de probat. conclus. 1055. num. 16. cui adde, quæ notantur Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 123. num. 1. idem Mascardus conclus. 1003. n. 13. Thuscus practicarum conclus. in lit. M, conclus. 223. num. & 17. Farinac. fragment. crimin. verbo metus, num. 167. Fontanella, vbi supra num. 38. Surdus decif. 194. num. 22.

22. Et ex cap. ex literis de dispensatione impuberum, ibi: *minis parentum impulsæ*, cap. 2. de pactis, num. 6. cap. fin. qui Clerici, vel voentes, cap. puella, 20. quæst. 1. ibi: *coacta imperio parentum*, l. si Patre cogente 22. ff. de ritu nuptiarum, l. fideiusor 26. §. Pater Sej, ff. de pignoribus, l. 10. tit. 1. partit. 4. in quibus omnibus videtur insinuari manifestè non sufficere, patris reuerentiam, ut contractus rescindatur, sed præcedere oportere minas, vel alia, quæ iustum metum inducerent, ex quibus Abbate, Ancharano Cardinali, Alex. de Neuo, Ioanne Andrea, Felino, Decio, Baldo, Fulgoso, Curtio, Romano, Molina, Matienzo, & plus quàm centum Doctoribus relatis ex Theologis Canonistis, & iuris Casarei professoribus latissimè probauit Thomas Sanchez, qui pro omnibus videndus, qui hæc sententiam multò veriore credit lib. 4. de matrimonio, disputatione 6. num. 7. qui videndus

dendus etiam num. 18. & præter ab eo adductos probarunt Farinac. in fragmentis, 2. part. verbo metus, num. 125. Fontanel. de pactis nuptialibus, clausula 7. glossa 2. part. 5. n. 34. D. Castillo lib. 3. controuers. cap. 1. num. 158. Burgos de Paz conf. 15. num. 30. & 32. Carolus de Grassis de exceptionibus, exceptione 11. n. 11. Fachineus lib. 2. controuers. cap. 96. ex Felino, Ajmone, Craueta, & aliis Gratianus tom. 1. disceptat. cap. 108. num. 51. Mogollon de metu, cap. 4. num. 29. & 34. & etiam si læsio interueniat cum metu reuerentialem, si minæ non probentur adhuc contractum non esse rescindendum ex Ceuallos & aliis probauit Iosephus Ramonius confil. 93. per totum.

23. Sed etiam opinio contraria eorum, qui tenuerunt sufficere metum reuerentialem ex dict. l. 1. §. qua oneranda, l. penul. ff. de furtis, maximè si instantes preces Superioris interueniant, aut læsio ex contractu resultet probata ex eis, quæ notantur Gutierrez de matrimonio, cap. 77. num. 5. Paschal. de viribus Patriæ potestatis, 3. part. cap. 2. num. 37. Basilius Poncius de matrimonio, lib. 4. cap. 5. num. 2. Dominus Castillo vbi supra, dict. cap. 1. n. 151. & lib. 4. cap. 22. num. 29. & 30. ex Molina, Padilla, Gamma, Borellus confil. 4. Ioannes Garcia de nobilitate, glossa 17. num. 9. Thesaurus decif. Pedemontana 223. num. 9. vel quoties maritus nimis rigidus, & qui solet vxorem cogere, vel in eam minas exequi, fuerit præsens contractui, iuxta quod notatur Vincentius de Franchis decif. 15. num. 21. & 23. Caldas Pereira in l. si curatorem habens, verbo læsis, num. 40. Cod. de in integrum restitutione, Olfacus decif. Pedemontana num. 4.

24. Sed in hac opinionum controuersia, vltra quam veriorem eam, quæ minas requirit, aut verbera probari cum metu reuerentialem tenuit Sanches, eius etiam distinctio dict. lib. 4. de matrimonio, disputatione 6. num. 6. circa id poterit admitti, dum distinguit, quando contractus celebratur cum ipso, cui debetur reuerentia, vel ad eius utilitatem, tunc enim poterit contractus rescindi ob solum metum reuerentialem: nam cum is cui reuerentia debetur, fuit causa metus, & ideo particeps doli in eius utilitatem, gestum rescindi oportet; at verò quoties contractus non geritur cum eo, cui reuerentia debetur, id est, cum patre, domino, vel Superiore, cui reuerentia, vel obsequium debetur, nec solum in eius utilitatem cedit contractus, sed correspondens est ad vtriusque commodum, ut quando quis vectigalia fisci conducit, vel eius bonorum administratio-

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisco. Tom. 1.

nem suscipit, tunc cum metum non inferat secus dicendum, ut sola reuerentia non sufficiat, sed minæ, verbera, & vera metus illatio probanda, ut post Baldum, Ancharanum, Romanum, Barbatium, Sarmientum, & Suarez refert Sanchez dict. num. 6.

25. Quarto, huic affine est, quando agitur, ut indotatio mulieris rescindat contractum, maximè si concurrat cum metu reuerentialem: nam quoties ex obligatione, quam mulier facit pro marito, in qua semper pro eo fideiubere præsumitur, Thesaurus decif. 223. n. 2. Mastrillus decif. 41. num. 33. & decif. 140. num. 3. Anton. de Amatis decif. 27. num. 11. & 12. Manentos confil. 96. num. 7. & Molfesius ad constitutiones Neapolitanas tom. 2. part. 8. titulo de consensu mulieris, quæst. 6. num. 13. & 14. si ergo ex hac obligatione cum debitum exigatur, vxor manet sine dote, tunc debet rescindi obligatio, Thesaurus lib. 1. quæstionum forensium, quæst. 51. num. 29. Amatis decif. 62. num. 14. Farinac. decif. 247. num. 7. & 851. in impressis anno 1612. Marefcotus lib. 2. variarum, cap. 5. num. 15. & sequent. Antonius Faber in titulo Cod. ad Velleianum, definitione 10. Mancinus de effectibus iuramenti, effectu 28. part. 4. Gratianus disceptat. cap. 108. num. 8. & sequent. lib. 1. & tom. 4. cap. 723. num. 11. & decif. 165. num. 7. Farinacius lib. 2. consiliorum, decif. 74. num. 1. Seraphinus 2. part. decif. 1187. num. 2. Trentacinius lib. 3. num. 11. & de iure dotium, resolutione 5. num. 10. Costa de ratione rata, quæst. 42. num. 8. Molfesius vbi supra, num. 10. & 16. Auendaño de censibus, cap. 94. num. 12. & 13. Ceuallos communium, quæst. 727. num. 3. & quæst. 900. num. 4. Casar Manent. conf. 94. num. 11. Fabius Turretus lib. 1. conf. 78. num. 23. Cancerius lib. 3. variarum, cap. 1. num. 105. & cap. 15. num. 106. D. Castillo lib. 3. controuers. cap. 2. num. 27. qui ita iudicandum esse testatur, quibus addendus Fontanella de pactis nuptialibus, clausula 7. glossa 2. num. 27. part. 6. qui hanc sententiam semper admissam in Senatu Cathalonæ testatur.

26. Verumtamen, quoties iuramento obligatio mulieris confirmatur, est communis opinio, ut licet mulier maneat indotata, adhuc contractus firmitatem debet obrinere, ut probarunt Ancharanus in cap. quamuis pactum, de pactis, lib. 6. Imola in cap. cum contingat, num. 12. de iure iurando, Alex lib. 1. conf. 123. incipit: *visis & consideratis*, & lib. 2. conf. 221. incipit: *visa facti narratione*, Palacios Rubios in repet. rubricæ de donat. inter. §. 17. n. fin. verba: *tanta quippe est iuramenti vis*, Afflictis qui sic fuisse indicatum refert decif. 311.

num. 4. & tradit communiter teneri per Canistas, & etiam communem tradit Alciatus in dict. cap. cum contingat, num. 64. Rolandus à Valle vol. 2. conf. 70. num. 20. & magis communem tradit Burfatus lib. 1. conf. 56. num. 5. & veriore opinionem Thesaurus decif. 223. num. 12. & cap. 13. & pluribus relatis Barbosa in l. 1. 5. part. num. 51. ff. solut. matrimonio, & facit textus in dict. cap. cum contingat, vbi sine distinctione, an vxor maneat indotata, vel non, iubentur obseruari contractus, qui iuramento firmati, ex quibus mulieres vxorata bona dotalia alienarunt, quem ad hoc expendunt Palacios Rubios, & alij in dict. §. 17. num. fin. & probatur etiam cap. licet mulieres, de iureiurando, vbi nulla ratio habetur indotationis, nisi vi, aut dolo fuerit facta alienatio.

27. Rursus, nam si in vtilitatem vxoris conuersa fuerit obligatio, si forte maritus egenus erat, & pauper, eique necessaria subministrare non poterat, & ex conductione, vel administratione vectigalium statum suum, & vxoris sustinuit, tunc cum pro fisco obligatur mulier, tenet obligatio, & fideiussio, ex textu expresso in l. 61. Tauri, ibi: Saluo si se probare que se conuertio latal denda en prouecho de ella, & iterum ibi: Si no fuere la dicha fiança o obligacion a man comun per mar auedis de nuestras rentas o pechos o derechos de ellas, in qua lege Tauristæ tenent in fisci fauorem corrigi ius commune, vt expressè notauit Antonius Gomez in ea, num. 6. quia nec pro debito fiscali mulier poterat pro marito fideiubere, auth. si qua mulier, Cod. ad Velleianum,

28. Præterea circa id qui contrariam sententiam, quæ indotationi suffragatur, sequi velit læsionem & dānum indotationis attendere oportet tempore, quo obligatio contracta, nam illud quod postea euēnit, non est in consideratione, l. verum, §. sciendum, ff. de minoribus, eis verbis: non enim euentus damni restitutionem indulget, sed inconsulta facultas, & in omnibus contractibus ad læsionem illorum tempus consideratur, cap. cum dilecti de emptione, & venditione, l. si voluntate, Cod. de rescind. venditione, cum ibi communiter Doctores notatis iunctis, quæ ex Alexandro, Alberico, Boherio, & Couarruua, Signorolo, Nouello, & Ripa refert in terminis Barbosa in l. 1. 5. part. num. 50. ff. soluto matrimonio, & in terminis, quādo vxor intendit rescindere obligationem eo prætenu, quia manet indotata attendi oportere tempus contractus, tenuit Barbosa vbi proximè, num. 52.

29. Sed & quoties admitteretur rescinden-

dam esse obligationem ex indotatione, & si plures obligationes fecerit vxor, non omnes rescindi oportere, sed eas solum ex quibus processit indotatio, tenuerunt Bart. in l. 1. C. de inofficiosis donationibus, num. 5. vbi Bald. num. 8. Salicetus num. 4. Castrensis num. 6. qui hoc probant in remedio inofficiosa donationis, & in terminis nostris in obligatione facta à muliere vxorata sic fuisse in Senatu Pedemontano iudicatum refert Gaspar Antonius Thesaurus in addit. ad dictam decif. Antonij Thesauri 223. num. 13. & quæst. forensi 65. num. 4. lib. 2. sequitur Fontanella de pactis nuptialibus. clausula 4. glossa 23. n. 21. qui in eadem sententia persistit 2. tom. clausula 7. gloss. 2. 6. part. num. 19. cum sequent. & num. 36.

Sed & probari oportet rem, quæ obligatur, esse dotali; nam de iure non præsumitur dos, nisi probetur, vt tenet Bart. in disputatione, quæ incipit, mulier habens, versic. secundo casu, & communem opinionem contra glossam in l. mulier bona, ff. de iure dot. tenuerunt Decius in authent. præterea, num. 6. & ibi Curtius Iunior num. 12. Cod. vnde vir & vxor. Purpuratus in l. ex conuentione, num. 78. Cod. de pactis, Couarr. in 4. 1. part. cap. 5. n. 5. Barbosa in l. 1. 3. part. in fine, ff. soluto matrimonio, & ad hoc, vt indotatio consideretur, non debent attendi bona Parafernalia vxoris, sed solum ea, quæ in dotem constituntur, vt probauit Fontanella de pact. nuptialibus, 2. tom. claus. 7. gloss. 2. part. 6. n. 42.

Animaduertendum etiam est, quod nobis maximè congruet, vt indotatio non possit opponi à muliere ei obligationi, quam ipsa ex decore sui status facere tenebatur, videlicet in nostro casu, si maritus fisco deberet, & in carcere esset, quando vxor pro eo redimendo se fisco obligaret, quia tunc cum vxor vna caro cum viro, vitæ morisque sociata sit, & quod contra vnus honorem, cedit in iniuriam alterius, l. 3. ff. de liber. causa, l. & si vnus, §. præter, ff. de iniuriis, tenetur præcisè excarcerari, & maritum liberum reddere ab omni periculo, quo vita, fama, & opinio mariti possit in discrimen adduci, vt probatur textu expresso in l. quamuis, 21. ff. soluto matrimonio, iuncta l. sed & ideo sequentis, ibi: Sed si maritus ex dote expendit, vt à latronibus redimeret necessarias mulieri personas, vel vt mulier vinculis vindicet de necessariis suis aliquem, reputetur ei id, quod expensum est, siue pars dotis sit pro ea parte, siue tota dos sit, actio dotis euanescit, l. mutus, §. manente, ff. de iure dotium, & ex ordinariis in dict. l. quamuis, docent Bart. per totam legem, Alex

Bart

Bartholum sequutus in principio, & in num. 11. versic. teneo, Bald. in dict. l. sed & si ideo, in principio, & Cumanus omnino videndus in dict. l. quamuis, & ex consulentibus Ioann. Cephalus lib. 1. consiliorum, consil. 51. num. 21. eleganter Crotus conf. 74. à num. 11. lib. 1. Natta conf. 547. num. 19. Petrus Surdus conf. 367. num. 14. Beroius conf. 48. num. 13. Bald. in specie loquens, conf. 5. vol. 5. Riminaldus Senior consil. 37. num. 16. & pluribus relatis Rota Romana diuerforum, 2. part. decif. 63. num. 5. in nouissimis, Gamma, qui refert ita decisum fuisse decif. 318. per totam, & eius additionator plures allegans in additione ad decisionem 21. & multos referens Stephanus Gratianus disceptationum forentium, tom. 1. cap. 108. num. 4. per totum, Vincent. de Franchis omnino videndus decif. 227. per totam, & præcipuè num. 4. Petrus Surdus decif. 86. num. 4. post medium, Statilius Pacificus in tractatu de Saluiano interdicto, decif. 171. per totam omnino videndus, & ex nostris Gregorius Lopez in l. 3. titulo 12. part. 5. verbo, por rason de libertad, Barbosa in l. 2. soluto matrimonio, 2. part. num. 11. Aluarado de coniectura. mente defuncti, lib. 3. cap. 1. num. 23. per totum, & præcipuè versic. ex his, Baëza de inope debitore, cap. 3. n. 18.

32. Quorum omnium resolutio procedit, non solum quando actualiter in carcere est maritus, sed etiam quando speratur, vel timetur in carcerem duci, vt tradunt ferè omnes Doctores supra relati, & præcipuè hoc in terminis defendunt Riminald. Senior conf. 37. num. 26. quem sequitur similibus comprobans Surdus consil. 367. num. 18. vsque ad n. 26. Stephanus Gratianus dict. cap. 108. num. 16 & 17. cum par officium necessarium pietatis pro impediendo, ne quis carceretur, quam pro excarcerando, & regulare sit, quod pro actu habeatur potentia, quæ actui est proxima, l. penult. vbi Bald. ff. de testament. militis, glossa, & Bartholus in l. diuortio, §. interdum, ff. soluto matrimonio.

33. Quod etiam procedit licet maritus non esset in carcere, sed absens sit pro aliquo delicto, vt posset eius timeri carceratio, tenetur vxor bonis suis efficere ne maritus in carcerem recludatur & ipsum liberare, vt ex communi & magis recepta opinione tenet Campegius de dote, 3. p. q. 12. per totam, ex Iafone, Cepola, Imola, Rota Romana, Petro Surdo, & aliis, Gratianus vbi proximè, num. 34. & cum Riminaldo seniori & Baldo num. 16. 17. & 18. debet enim vxor honorem mariti præponere commodo dotis, Gamma dicta decif. 318. num. 2. ibi: Idem dicendum est quando ageretur de liberando marito ab infamia, vxor

enim commodo dotis præponere debet honorem mariti.

Ex quo in iure hæc causa vt sufficiens probatur ad alienanda bona dotalia, quæ aliàs per legem Iuliam de fundo dotali alienari prohibentur, vt præter Doctores in dicta l. quamuis, tradit Baldus, Nouellus in tractatu de dote, 7. p. priuil. num. 8. Franchis decif. 237. num. 4. idem Nouellus 6. p. priuil. 63. & 7. part. priuil. 34. num. 3. Campegius vbi supra, Gamma vbi proximè, & eius additionator ad decisionem 321. Gratianus dict. cap. 108. num. 1. 2. & 3.

Idque procedit etiam si vxor non consenserit simili alienationi, sed illam contradicat, Campegius vbi proximè, quæst. 11. num. 1. Gamma dicta decif. 318. eis verbis: Quod non solum procedit quando mulier voluntate sua dotis partem alienasset ad liberandum maritum à carceribus, sed etiam quando illa contradiceret alienationem. Gratianus dict. cap. 108. num. 25. vers. amplius etiam.

Quod inde prouenit, quia id facere vxor debet pro liberando marito, & quoties eius status periclitatur, cum etiam tunc in discrimen veniat status vxoris, tunc omnino metus exceptio causare oportet. l. si mulier, 21. ff. de eo quod metus causa, ibi: Si mulier contra patronum suum ingrata facta, sciens se ingrata cum de suo statu periclitabatur, aliquid patrono dederit vel promiserit, ne in seruitutē redigatur, cessat edictum. Et ideo non præsumi metu coactam mulierem, quæ pro excarcerando & liberando marito contraxit, vt ex Couarr. & Palat. Rubios, tenuit Aluarado dict. c. 1. num. 23. vers. qua concordia.

Et ex eo quando vxor obligatur pro minoranda pœna mariti, vel cum liberando à carcere, non dicitur vxor fideiubere, nec donare, sed debitum proprium soluere, Cumanus in d. l. quamuis, ff. soluto matrim. vbi Alex. num. 15. Petrus Surdus conf. 367. num. 14. 37. & 38. ex quo facillè contra fiscum hæc fraus quæ frequens est in his obligationibus, quæ pro maritis vxores faciunt, in causis fiscalibus excludi poterit, & in dotationem quam opponunt, quippe cum debitor est maritus fisco, & potest carcerari vxor etiam nolens, & in vita debeat pro eo liberando dotem expendere.

Rursus quamuis hæc ratio non procedat cum à principio maritus vel conduxerit vectigalia, aut Regalis Patrimonij administrationem susceperint, & tunc cum eo vxor ad reddendam rationem & reliquum soluendum, obingeretur, tamen etiam metus exceptio & indotatio excludenda, si constaret maritum non posse necessaria vxori subministra-

Kk 3 re

Barbosa
num. 25
quæst. 2. num. 9

franchis
de dote
21. ff. de eo
quod metus
causa
21. ff. de eo
quod metus
causa
21. ff. de eo
quod metus
causa

re ex paupertate & ex bonis Regiis quæ administravit, vel conduxit alimenta, vel necessaria vxorem habuisse, quæ aliàs non haberet: nam ad hæc debita quæ in eius vtilitatem conuersa, vxor cum sua dote est obligata, Bart. in l. his solis, ff. de condit. indebiti, & hanc sententiam ibi sequuti sunt Angelus num. 1. & Iason num. 2. idem Iason in l. si cum seruum, in princip. ff. si certum petatur, & in l. si me & Titium, num. 3. ff. eodem, Platea in l. vxorem, C. de Decurionibus, lib. 10. Ludouicus Romanus singulari 213. Zepola cautela 246. Palacios Rubios in rubrica, de donat. inter vir. & vxor. §. 66. num. 6. & in l. 61. Tauri, num. 12. & ibidem Castillo num. 24. Marienzo in l. 3. tit. 9. glossa 7. num. 5. & in l. 9. titulo 3. glossa 4. num. 2. lib. 5. Recopilat. & ibi etiam Azebed. num. 31. 2. & 33. Lara in l. si quis à liberis, §. ex his, à num. 83. cum aliis sequentibus, ff. de liberis agnoscendis, vbi contrariis argumentis satisfacit, latè Baëga de inope debitore, cap. 1. num. 53. & 54. Ceuallos in communibus, tom. 2. quæst. 723. à num. 41. & tom. 4. quæst. 900. num. 41. & aliis sequentibus, Parlador in scilicet centuria differentia 2. §. 2. num. 2. & 3. Petrus Barbosa in l. si constante in principio, n. 52. ff. solut. matrim. Petrus Surdus de aliment. tit. 8. priuileg. 48. n. 5. & 6. & conf. 367. n. 28. & conf. 420. Stephanus Gratian. disceptationum forensium, tom. 2. cap. 107. à num. 2. Vincent. Carrot. decis. 128.

39. Quintò, quod attinet ad metum carceris breuiter expediendum est: nam quod traditur in l. qui in carcerem, ff. de eo quod metus causa, nullius momenti esse, quod in carcere fit, ita accipiendum est, quoties aliquis alium in carcerem detruisit, vt facere cogeret, quo casu meritò non valet, quod agitur, quia licet quis iuste aliquem in carcerem detruadat, tamen quia abutitur iustitia, meritò nullius momenti est, vt notarunt Bart. & Baldus in dict. l. qui in carcerem, vbi scribentes cõmuniter, Covarr. in Epitome de sponsalibus, 2. part. cap. 3. num. 15. ibi: *Est enim intelligendum; quando detrusio in carcerem fuit iniusta, vel si iusta, ad illum tamen actum contrahendi illata, & reddit rationem, quia etsi iuste poterat aliquis ad Iudicem deferri, tamen quia metus ille iustæ dilationis illatus est ad illum contractum agendum nullum timorem habenti, ideo contractus est nullus, cum contrahens nullum metum sibi intulerit, sed ab alio metus illatus fuit, probantur Menoch. de arbitrariis, lib. 2. centuria 2. casu. 136. num. 3. Mascardus de probat. lib. 1. cap. 105. num. 30. Farinac. in practica criminali, l. 1. part. titulo de carceribus, quæst. 35. num. 26. Sanchez de matrimonio, lib. 4. disputatione*

5. num. 9. Gutierrez de iuramento confirmatorio, l. part. cap. 57.

40. Et denotat expressè textus in dict. l. qui in carcerem, ibi: *in carcerem quem detruisit, vt aliquid ab eo extorqueret*, quasi non vt vteretur iure suo, carceratio consideretur, sed ad extorsionem faciendam, ideo nullum redditur, quod gestum est, at verò quoties, vt non extorqueret aliquid à debitore, sed vt suo iure vteretur, cum creditor in carcerem detruisit, nullus non debet contractus censerì, quia nulla culpa est ex parte incarcerantis, sed debitor sibi metum intulit, argumento legis, si mulier 21. ff. de eo, quod metus causa, & facit l. accusacionis 10. Cod. de his, quæ vi, ibi: *accusacionis instituta, vel future metu alienationem, seu promissionem factam rescindi postulantis improbum est desiderium*, tenuerunt Bart. in dict. l. qui in carcerem, & communiter esse receptum refert Mascardus vbi proximè, num. 31. Farinacius dict. q. 35. num. 28. & Gutierrez dict. capite 57. & cum in fisco non possit considerari, vt contra debitorem suum eo prætextu in carcerem mittat, vt ab eo iniuste aliquid extorqueat, ideo dicendum est sine dubio valere, quod in carcere cum fisco gestum fuerit.

41. Sextò denique quod attinet, an fisco noceat metus illatus à marito vxori, quando bona fide fisco contraxit, & metum ignorauit, & de eo particeps non fuit, est notanda l. non interest, Cod. de his, quæ vi, ibi: *non interest à quouis adhibita sit patri & patruo tuo: vtrum ab emptore, an vero sciente emptore ab alio, vt vi metus sue possessionem vendere cogeretur*, quia cum illud verbum, *scientie emptore sit ablatius absolutus* inducit necessitatem præcisam ex eius significatione ad tradita per Doctores in rubrica, ff. de lib. & posthumis, facit textus in l. à testatore, ff. de condition. & demonstrationibus, vbi communiter notatur.

42. Et hanc sententiam probauit glossa celebris in l. qui in carcerem, verbo *quidquid*, ff. de eo quod metus causa, ibi: *Verum est à detrudente, vel eius particeps, & non ab alio*, glossa in l. 2. verbo *remoueri*, Cod. si quis aliquem testari prohibuerit, ibi: *Sed quid si quis compulerit, vt me instituas, an hereditatem habeo, quæstio Sabatina esse potest, nam in alienum lucrum coqueri alienum metum non oportet, ff. quod metus causa, l. si cum exceptione, §. Pedius, puto tamen non nocere heredi instituto secundum Hugonem, & Iasonem l. 1. Cod. eodem titulo, si quis aliquem, num. 3. Bart. in dict. l. qui in carcerem, num. 1. & ibi Bald. prima lextura, versic. *secus si cum tertio*, & cum Alberico, Paulo Castrensi, Vrsillo,*

Natta

Natta, Guido Papa, & aliis tradit Farinac. in praxi, 1. part. de carceribus, & carceratis, quæst. 35. num. 31. & 32. Aimon Craueta omnino videndus consil. 120. per totum, & consil. 378. num. 7. cum sequent. vbi de prædictis disputans num. 6. tradit hæc verba: *Hic tamen aduertit, quia Alexand. consil. 16. lib. 3. voluit quod etiam dato metu in protestante, non tamen releuat protestatio clandestina contra tertium, puto dicendum, quod aut queritur, an competat actio, quod metus causa contra tertium, qui habuit causam in re, super qua metus commissus est post ipsum metum illatum, & tunc dicere, quod sic in subsidium: aut queritur, an obstat metus alterius tertio contrahenti cum metum passo, & ignorante de metu, dicendum, quod non: ratio diuersitatis, quia habens causam à metu inferente, habet rem vitiosam, secus in contrahente cum metum passo ab alio, &c.* Curt. Iunior consil. 126. num. 6. in fine, tom. 1.

43. Sed nihilominus plures sunt, qui contrariam sententiam tenuerunt, videlicet metum cuiuscumque tertio nocere, l. metum autem, §. fin. l. si cum exceptione, §. in hac & §. Pedius quoque, ff. quod metus causa, & ratio est quia quamuis hæc est personalis actio tamen censetur in rem scripta, & sequitur quemcumque possidentem ex gloss. in l. 3. verbo *quoque*, Cod. eodem titulo vbi Cynus, & Bartolus, optime Baldus, ibidem, num. 3. & 2. tradit actionem hanc in rem scriptam esse & ideo ad singularem successorem extendi quia metus rem afficit Ruinus consil. 113. n. 4. & 6. vol. 5. Parisius consil. 139. num. 21. & 22. vol. 4. Gregorius Lopez in l. 28. gloss. 4. tit. 1. p. 6. Molina lib. 2. de primogeniis, cap. 3. n. 12. Mogollon inter præambula tractatus de his quæ vi, num. 24. & cap. 4. §. 1. num. 10. ante finem, & cap. 5. num. 9. Ofsacus decis. Pedemont. 179. num. 12. Thomas Sanchez lib. 4. de matrimonio, disput. 8. num. 7. & disp. 12. num. 19. Prosp. Farinac. in praxi, quæst. 35. à num. 31. optimè Ludouicus Morosius respons. 75. num. 3. Petrus Surdus consil. 513. num. 46. vol. 4. & horum vltimi reprobant in terminis doctrinam Crauetae, quia contra communem opinionem est, & etiam eam impugnat & reprobat Casar Ursill. in addit. ad Afflicis decis. 263. num. 6.

44. Sed in hoc opinionum conflictu vltima quàm æquitas pro fisco vrget, ne decipiatur in suis contractibus & forte simulato, metu inter maritum & vxorem obligationem, ex qua vtilitatem perceperunt, rescindere curent, notari oportet textus in l. metum autem, §. fin. l. si cum exceptione, §. fin. & §. Pedius quoque, ff. quod metus causa, ex quibus opinio

contraria desumitur, vt quia metus actio est in rem scripta, transeat ad tertium, qui metum non intulit distinctione adhibita, debet hæc iura interpretari si quis contrahit cum metum passo ab alio illatum, cum ignorantia & bona fide, vt præsumi debet, donec contrarium probetur, vel quoties tertius non contraxit cum metum passo, nec ab eo rem aut commodum accepit, sed ab eo qui metum intulit postquam iam metus illatus est, & à metum inferente rem acceperit, in quo casu procedit dicta l. si cum exceptione, §. in hac, cum similibus, & actionem in rem scriptam considerari vt tertio noceat: & ratio est, nam post metum illatum ab inferente metum, res transit affecta metus vitio in quemcumque possessorem, argumento l. vitia possessionum, Cod. de acquir. possess. at verò in primo casu quoties tertius ignorans & bona fide contraxit cum eo qui ab alio coactus, rei vitio metus non afficitur, nec delictum metum inferentis aut iniuriam metum passi alij nocere debet, l. si per imprudentiam, ff. de euictionibus, l. exceptione, ff. de fideiussoribus, & ita prædicta iura interpretantur Curtius iunior consil. 126. num. 6. in fine, Alexandrinus, quem refert & sequitur Craueta consil. 253. num. 6. eam distinctionem statuens.

45. Aliter enim prædicta iura intelligi possunt differentiam constituendo inter tertium, qui habet rem vel commodum ex actu metuculoso, qui prouenit ex causa lucratiua, aut ex causa onerosa, vt primo casu metus, cuiuscumque tertio etiam ignoranti & non participi noceat ne ex delicto alterius commodum reportet, & cum tertius iactura locupletetur. In secundo casu, in contractu ex causa onerosa, quæquam metus tertio ignoranti noceat cum agat de damno vitando, & facilius subueniatur agenti de damno quàm de lucro, l. Proculus, ff. de damno infecto, l. si is cui, §. fin. ff. de furtis, l. iuris ignorantia, & l. Regula, in princip. ff. de iuris & facti ignorantia, quæ distinctio fuit glossæ in d. l. si cum exceptione, §. in hac actione, verbo, *Lucrum tamen*, ibi: *sed in hoc potest esse differentia, quia quando ex causa lucratiua, etiam si ab inferente metum possim consequi, agam contra eum, aliàs non, item si ponas rem alienatam & ex ea pretium, vel aliud quid habitum non est idem quod esset, si lucratiuam causam haberet, quàm nihil videtur habere, &c.* Antonius Faber in rationalibus, ad dictum §. in hac, in prima ratione dubitandi & adaptatur lectioni harum legum, vt patet in dict. §. in hac, ibi: *Ex hac re eum qui conuenitur etsi crimine careat, lucrum tamen sensisse*; & ex textu in §. Pedius, seq. ibi

ibi: *Ex hac re eum qui conuenitur et si crimine careat, lucrum tamen senfisse.* & ex textu in §. Pedius, sequenti, ibi: *Nam in alterius premium uerbi alienum metum non oportet*, l. si ipsa res 18. ff. quod metus causa, ibi: *Si ipsa res qua ad alium peruenit interijt, non esse locupletiore dicens, si uero in pecuniam aliam uerem conuersa sit, nihil amplius querendum est.* Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 2. cap. 3. num. 12. ibi: *Est enim actio quod metus causa in rem scripta, ideoque aduersus quemcumque possessorem qui metum non incussit, exerceri poterit quatenus ex ipso metu locupletior effectus fuit, l. metum autem presentem, §. fin. cum duabus legibus sequentibus.*

46. Quæ omnia procedunt in hoc casu quando cum fisco contrahit Publicanus, Thesaurarius, vel alius qui vectigalia Regis administrat, & illius vxor cum eo obligatur; nam iuxta primam distinctionem bonæ fide & ignotans fisco contraxit, cum metum passio, nec delictum mariti metum inferentis aut iniuria mulieris quæ metum passa, fisco nocere oportet, & etiam ex secunda distinctione hic contractus fisci non prouenit ex causa lucratiua sed ex causa onerosa ex fisci latere, uidelicet ex locatione vectigalium, vel eorum administratione, in quibus semper pro lucro suo conductor vel Thesaurarius administrat, ac per consequens iniquum est; metum fortè fraudulenter illatum fisco nocere, iuxta quæ notarunt metum tertio, nec protestationem non nocere, ex Bartolo, Decio, Curtio iuniori, Flaminio, Parisio, & aliis, Thomas Sanchez de matrim. lib. 2. disput. 45. q. 2. num. 2. 2. pluribus Craueta conf. 120.

47. Deinde cum administrationi, vel conductioni vxor acquieuerit, & utilitatem perceperit, & rerum suarum necessitatem vitabit, multò minus nocebit fisco bona fide contrahenti metus illatus, iuxta quod notauit Craueta confil. 120. num. 6. ibi: *Illud igitur, quod dicitur, tertium ignorantem non teneri ex metu alterius, uidetur procedere, quando metum patienti, & cum tertio contrahenti, aut actum gerenti, imputari potest, quia poterat de metu protestari, & non fecit, quod ferè eisdem uerbis repetit idem Craueta dict. confil. 253. num. 6.*

48. Cum igitur vxor à viro abstrahatur in libertate posita, & coram Iudice de metu interrogetur, illumque negauerit, cum facillè posset protestari, nihil amplius est, quod fisco possit cauere, ne metus à marito vxori illatus ipsi noceat, imò illa uidetur approbare obligationem cum tanto tempore, quandiu durauit conductione, non poterat compelli in obligatione manere, si reclamaret, & tamen

nunquam fecit, vsquequo ab ea exigitur, quod reliquum fisco debetur, & ex obligatione præcedenti recuperatur.

Ex quo videtur non rectè intèdere actionem, quod metus causa, quemadmodum supra diximus de eo, qui recepit pretium obligationis, ad quam se metu coactum intendit, argumento l. 2. Cod. de his, quæ vi, & ultra iura supra adducta pondero textum à nemine ad hoc expensum in l. cum te 7. Cod. de pignoribus, ubi traditur eis uerbis: *Cum te pecuniam accepisse, & agros tuos obligasse fatearis, non habes rationem, quod quereris uide te coactum pignori dare, si igitur recipere vis rem tuam, solve creditori tuo pecuniam debitam*, qui textus difficilis est, cum in prædicta pignoris constitutione nihil obtare metus coactionem tradit contra titulum, ff. quod metus causa, & post Accursium Donellus in dicta l. 4. sequitur secundam glossæ lectionem, ut mentio, quæ ibi de vi fieret, non sit referenda ad veram vim coactiuam, vel metum illatum, sed quia coactus fuit necessitate rei familiaris, qui recepit pecuniam, cum illa egeret, quod quidem tradit etiam Accursius in l. lectura, uerbo vi, eam considerari, quia aliter, quam pignori dato nolebat creditor pecuniam mutuare, nec eius rationi congruit, nec textus literæ, quia quoties in iure vis mentio fit, non potest referri ad necessitatem rei familiaris, vel ad voluntatem creditoris nolentis rem mutuare sine pignore, hoc enim ualde dissonum est à iuris sensu.

Vnde cum apud Salmanticenses iuris ciuilibus essem professor, & cum Doctoribus Iurisprudentiæ eius Academiæ de istius textus interpretatione dubirarem, plures & docti uiri censuerunt dictam legem 4. posse accipi, quoties aliquis mihi debitor, & non uult soluere, sed longius migrare, egoque per vim & coactionem ipsum ad cautionem, vel pignus compello, tunc si coram iudice querelam intendat, quasi abstulerim pignus pro debito, tunc rectè ex eius textus sententia iudex iubere debet debitum soluere, ut pignus recipiat: sed hæc interpretatio, quæ sapientissimis uiris placuit penitus à Iurisprudencia aliena est, quia nunquam quis sibi ius dicere potest, & propria auctoritate recuperare, quod à Iudice exposcere debet, & incidit in edictum eius quod vi fit, l. sed si partus 12. §. Iulianus, l. extrat 13. ff. quod metus causa, in quibus expressè in eodem casu traditur, ut si creditor à debitore rem ullam, vel pecuniam debitam, non ab ipso sponte datam sine iudice accipiat, sibi que ius dicat, in l. Iuliam de vi incidisse, & creditum amittere, sed & quoties ipse debitor cum credito-

tore expressè couenit, ut propria auctoritate pignoris possessionem ingredi posset, quamuis non videatur vim facere, quia ex voluntate domini rei fiat, tamen traditur in l. 3. C. de pignoribus id fieri non debere propria auctoritate, sed à Iudice petendum, & ideo prædicta interpretatio quasi à iuris regulis dissona sustineri non potest.

51. Vnde ego in Academia Salmanticensi posse dictam legem 4. nouiter interpretari existimaui, quasi procedat, quia debitor uerè non fuit coactus pignori dare, sed hoc ab eo allegari, ut pignoris obligatio rescinderetur, quod indicant uerba illa: *Non habes rationem, quod quereris uide te coactum pignori dare, & ideo rectè subiungit, & respondit Imperator: nam cum debitor fateatur se pecuniam mutuo accepisse, & bona sua obligasse, non rectè de uolentia queritur, quod ita interpretandum, & accipiendum est, ut nulla possit in hoc casu vis interuenire, quia & si ad extorquendum pignus creditor metu mortis vel alterius periculi inferat, nulla tamen potuit imponi necessitas ad extorquendum contrariam voluntatem, quia illud malum potuit repellere creditor pecuniam non accipiendo, quam cum uolens receperit, uidetur à metu desistere receptione, & ideo non rectè queritur coactum pignori dare, quia potius cum uoluit mutuum accipere, etiam uidetur uelle pignus dare, quod non antea liberandum, quam pecunia soluatur, l. si rem, §. omnis, ff. de pignorat. actione cum uulgatis.*



ALLEGATIO XXXVI.

Solutio in administratione Regalis Patrimonij ad relationem cum iuramento debet esse realiter facta.

1. *Nouatio fit interuentu noua persona.*
2. *Delegatio inducit nouationem.*
l. si delegatio, 3. Cod. de nouationibus.
3. *Thesaurarius non satisfacit solutione facta.*
4. *Nouatio ut fiat debet tractari de nouatione faciendâ.*
l. 2. ff. de nouatione.
l. fin. Cod. eodem, & n. 7.
l. 2. & l. 15. tit. 14. p. 5.
5. *l. si Stichum, 8. §. si quis ita, ff. de nouationibus.*

Ioann. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. Pars I.

l. si pupillum, 9. §. qui actum, ff. eodem.
l. aliam, 29. ff. eodem.
l. si rem, §. si duo, ff. eod. & n. 12.
l. ult. §. si rem, ff. eodem.
l. eum qui, 56. §. si à re, ff. de uerborum obligat.

6. *l. qui usufructum, 58. ff. eodem.*
Tribonianus defenditur à calumnia.
7. *Nouatio qua inducitur interuentu noua persona, non inducitur ipso iure, sed ope exceptionis.*
l. apud Celsum, §. Labeo, ff. de doli exceptione.
l. Valerianus 10. ff. de prætor. stipul.
8. *Persona noua non dicitur interuenire quãdo aliter tenebatur qui interuenit.*
9. *Nouatio solum censetur facta quando obligatio transfunditur in aliam ueriorerem.*

Plus cautionis in rem est quàm in personam.

10. *Fiscus semper censetur esse soluendo, & eius uerior obligatio.*
11. *Publicè interest uitari fraudes in solutione Regalis Patrimonij.*
Malitias & fraudibus non indulgendum.
l. in fundo, ff. de rei uindicat.
12. *Promissio habetur pro solutione.*
l. inter causas, §. 1. ff. ad Macedonianum.
l. eum qui, §. pen. de uerb. oblig.
Cessio & delegatio habetur pro solutione.
l. si pupilli, §. uideamus, ff. de solut.
l. quamuis, §. interdum, ff. ad Velleianum.

l. inter causas, §. abesse, ff. mandati.

Acceptilatio & nouatio habetur pro solutione.

13. *l. 18. tit. 5. lib. 9. Recopil. procedit in uera solutione.*
14. *Verba potius naturaliter quàm ciuilitè interpretanda.*
l. fin. Cod. de his qui ueniam à tatis impetrare.
l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iure fisci.

15. *Sententiæ uerba potius ex naturali sensu quàm ciuili accipiendâ.*
l. Diui, ff. de liber. causa.
l. si à te, de except. rei iudic.
l. 1. C. si plures, una sententia.
16. *Verba in propria significatione accipiendâ.*
l. 3. §. hæc uerba, ff. de negot. gestis, & num. 18.
l. non aliter, ff. de legatis 3.

L1

Verba

- Verba in specie, non in genere, interpretanda.*
1. §. qui in perpetuum, ff. si ager ve-
dignalis.
- Verba in potentiori significato acci-
pienda.*
- Verba immediatè, non mediatè, vel secun-
dum quid interpretanda.*
- l. qui liberis, §. hæc verba de vulgari.*
17. *Fraudes plures existerent si Theſaurario
admitterentur ſolutiones fictæ, & non re-
quirerentur veræ.*
- Verba ſemper accipienda iuxta naturam
actus.*
- l. si uno, ff. locati.*
- l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regulis
iuris.*
18. *Verba legis cum effectu interpretanda.*
- Realiter verbum denotat naturalem ſolu-
tionem.*
19. *Conſcientiæ verbum refertur ad rationem
naturalem.*
20. *Clausula qua continet inſtitiam fieri, con-
tinet quod magis utile petenti.*
21. *Dare ſignificat dominium transferre.*
- §. ſic itaque discretis, inſtitut. de actio-
nibus.*
- l. ubi autem non apparet, §. fin. ff. de verb.
oblig.*
22. *Verbum debet denotare præſam neceſſi-
tatem.*
- l. ſapè, ff. de officio Præſid.*
23. *Verba diſpoſitionis interpretanda ne con-
tineant repugnantiam & contrarietatem.*
- l. ſcire oportet, §. aliud, ff. de excuſation.
tutor.*
- l. non omnis, ff. si cert. pet.*
24. *Augmentum quæ reſpiciunt non debent ope-
rari diminutionem.*
- l. fin. §. cui dulcia, ff. de tritico, vino &
oleo legato.*
- l. legata inutiliter, ff. de adimend. legatis.*
25. *Absurdum vitandum.*
- l. nam absurdum, ff. de bonis libertor-
um.*
- Interpretatio ſumenda ex ratione diſpoſi-
tionis.*
- l. cohæredi, §. qui discretos, ff. de vul-
gari.*
26. *Reſiduum & reliquum denotat aliud ſo-
lutum.*
- l. si ex pluribus, ff. de ſolutionibus.*

*Si Theſaurarius Regius in relatio-
ne iurata, qua cum pœna tripli
dari ſolet in Senatu Regia-
rum calculationum declarave-
rit aliquam quantitatem ſolu-
tam, quam verè non ſoluerat,
etſi creditor eam recepiffe enun-
ciauit, & illi chirographum de
ſoluenda ſuo nomine fecit The-
ſaurarius, utrum pœna tripli
poſſit condemnari pro explica-
tione l. 18. tit. 5. lib. 9. Recopil.*

THESAURARIUS pro se alle-
gabat nullam fraudem factam
fuisse Regali Patrimonio, eo
quod in relatione diceret solu-
uisse eam quantitatem, quia quoad Regem
verè soluta est, cum in chirographo rece-
pisse debitor est confessus: unde apparet li-
berationem dari à Regali debito, ac proin-
de nulla fraus, vel damnum ex prædicta de-
claratione contingere potest, quia novatio
interuentu nouæ personæ contingit, glossa
in l. penult. & ibi Barr. & Angelus, ff. de præ-
toris stipulat. Alex. in l. 3. §. si ex conuentio-
ne, num. 9. ff. de re iudicata, Decius, Ludouic.
Bolognetus, & Barbatia, quos refert Me-
noch. consil. 710. num. 2.

Et ideo obligatio Regalis debiti omnino
transfusa censetur in obligationem priuatâ
Theſaurarij, cuius fidem creditor sequutus,
qui ex se ad debitum soluendum obligatus
fuit creditori, qui accepisse debitum confes-
sus, & cum fieret quodammodo delegatio de-
biti, cum creditor, qui aduersus Regem po-
terat actionem intendere, admisit obligatio-
nem ipsius Theſaurarij, videtur inde noua-
tionem fieri, quia eam præſupponit delega-
tio, glossa 1. in l. 3. Cod. de nouat. plures re-
fert Surdus decisione 23. numero 5. maximè
quando Caponarius litem contestatus, Barr.
Baldus, & Salicetus, ibi Socinus Regul. 79.
& 80. Gabriel conf. 155. Franchis decis. 75. n.
10. Cacher. decis. 72. num. 2.

Sed tamen contra Theſaurarium in visio-
nis instantia, quæ à me defenſa obtinui pœ-
na triplici condemnandum; & eam ſenten-
tiam confirmari oportere, ſequentia ſuadere
videntur, quibus noſtra opinio confirma-
tur.

Primò, quia nullo modo potest in præ-
fenti

fenti considerari nouatio, quia ex iure com-
muni iuxta l. 2. ff. de nouat. debet tractari
de nouatione, vt facta censetur; nec id ſuf-
ficiet iure nouiori ex l. fin. Cod. eodem, qua
aperè deciditur non ſufficere ad nouatio-
nem quamlibet conuentione fieri, quæ poſ-
ſit eam inducere, niſi expreſſè de nouatioue
ageretur, idque nouiter in eo. textu Iuſtinia-
nus decreuit, & probatur l. 2. & l. 15. tit. 14.
partit. 5. notarunt Menoch. poſt Barr. Bald. &
reliquos in dict. l. fin. consil. 1052. num. 1. An-
tonius Gabriel lib. communium, tit. de no-
uat. in principio, Mascardus de probat. con-
cluſ. 9. Gutierrez, Parladorus, Barboſa, Petrus
Greg. Cuiacius, Brifomius, & alij, quos refert
D. Richardus in §. præterea, num. 3. inſtit.
quibus modis tollitur obligatio.

5. Et ſiue ad ius antiquum Pandectarum,
ſiue ad nouiora Codicis referas hunc caſum,
nunquam nouationem fieri omittes, quia
etiã tempore Iuriſconſultorum nullo mo-
do poterat nouatio procedere, niſi de ea in-
ter contrahentes ageretur dict. l. 2. si Sti-
chum 8. §. si ita quis, l. si pupillus 9. §. qui
actum, l. aliam 29. l. vlt. §. fin. l. si rem, §. si duo,
ff. de nouat. l. cum, qui vſum fructum, §. ff. de
verborum obligat. in quibus omnibus, niſi
inter contrahentes de nouatione couenia-
tur, nec factam cenſeri, nec interpretandam
Iuriſconſulti admiſerunt.

6. Et quamuis aliqui corrupta crediderunt
à Triboniano iura, in quibus Pandectarum
tempore excluditur nouatio, niſi ſpecialiter
de ea ageretur, quia cum id nouiter Iuſtinia-
nus induxerit in dict. l. fin. exiſtimant ab illa
mutuaſſe Tribonianum, & reſponſis Iuriſ-
conſultorum inferuiſſe, ſed rectè improbat
Antonius Faber lib. 3. coniecturarum, cap. 3.
vt iure Digefſtorum accipiendum ſit, non
fieri nouationem, niſi de ea inter contrahen-
tes ageretur, vt dictis iuribus; at vero Iuſti-
nianus addit in dict. l. vltima, Cod. de nouat.
vt nunquam de nouatione agi videretur, niſi
expreſſè dictum ſit, vt quamuis videatur vnâ
obligationem in aliam transfundî, & inde
nouatio inducenda iuxta exēpla, quæ oſten-
dunt iura prædicta, tamen niſi apertè de diſ-
ſoluenda prima obligatione in alium tranſla-
ta nouatione facta ageretur, nouatio nun-
quam inducenda, & tenuerunt Barr. Bald. &
Salicetus in dict. l. fin. Iafon consil. 30. & 45.
Afflictis decis. 44. Borellus conf. 11. num. 13.
Mandellus conf. 20. num. 10. Gail. in præct.
Camer. Imper. lib. 2. cap. 30. Rota Genuenſis
de mercatura, decis. 197. num. 4. Quapropter
cum in noſtro caſu nulla fieret mentio noua-
tionis, dici non potest omnino Regium
Patrimonium fuiſſe liberatum, vt eius non

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiſc. Tom. 1.

interfit creditori ſolui.

7. Secundò, quia interuentu nouæ personæ
non potest considerari nouatio, & quando
conſtaret voluiſſe contrahentes obligatio-
nem nouare, non ſiebat ipſo iure nouatio, ſed
ſolum poterat competere exceptio, l. apud
Celfum 4. §. Labeo, ff. de doli mali & mer.
except. l. Valerianus 10. ff. de Prætor. ſtipulat.
& probatur apertè dict. l. vlt. vbi interuentu
nouæ personæ non admitti nouationem
traditur, & probauit Menoch. consil. 710. n.
10. vbi reprobat illorum opinionem glossæ
Bartoli, & aliorum, qui tenuerunt ope ex-
ceptionis nouationem fieri, quia cōtra com-
munis ſententia eſt, vt ex Socino, Fulgoſio,
Saliceto, Caſtrenſi, Iafone, Alexandro, Ro-
mano, Fulgoſio, & innumeris aliis probauit
Menoch. lib. 3. præſumptione 134. n. 48.

8. Unde quamuis in hoc caſu conſideretur,
vt nouam personam Theſaurarium inter-
uenire, non poterit locum habere nouatio vl-
tra quem dici non potest verè nouam inter-
eſſe personam, quia Theſaurarius ſimiliter
ex vno officio tenebatur ad debitum Regiũ
ſoluendum ratione officij, etiam ſi hodie in-
tendat ſuo proprio nomine eſſe obligatum,
& eius fidem ſequutum creditorem.

9. Tertio ſuadet vterius: nam iure Digefſto-
rum, vt videretur, facta nouatio procedit,
quando ſecunda ſtipulatio erat conuentio-
nalis, & pluſquam prima continebat, vt no-
tarunt Barr. in l. penult. de Prætor. ſtipulat.
num. 3. verſic. ſecundo caſu, vbi Angel. & Imo-
la, Alex. lib. 6. consil. 193. num. 3. ex Bologne-
to, Craueta, Rotæ deciſionibus, & aliis Me-
noch. lib. 3. de præſumptione 134. num. 5. qua-
ſi inde quod ad vberiore obligationem
tranſierint contrahentes, videntur à prima
recedere, & cum in noſtro caſu ſecunda
Theſaurarij obligatio minus videatur con-
tinere, quàm prima, quæ ille tenebatur, vt
Regius Officialis, quia ſecunda dirigitur ad
bona & personam Theſaurarij, prima ad ve-
dignalia Regis ſuper quibus reditus conſti-
tuti fuerunt, & in eis habebat Hypothecam,
& pluſ cautionis in rem ſit, quàm in perſo-
nâ, l. pluſ cautionis, ff. de regul. iuris, Alexan-
der in l. 1. ff. qui ſatiſd. cog. Guillelmus de
Cagnol. Angel. & Caſtrenſ. in rubric. ff. si
certum petatur, & Fiſcus Regius, qui debi-
tor eſt in origine obligationis, magis idoneus
ſemper exiſtimatur, quàm quilibet priuatus,
quia fiſcus ſemper ſoluendo creditur, l. 2. ff.
de fundo dotali, glossa & Bartol. in rubrica,
Cod. de iure fiſci, Bald. in l. 1. num. 7. Cod. de
hæred. vel act. vendit. & lib. 1. conf. 363. Pere-
grin. de iure fiſci, lib. 1. tit. 1. num. 34. & ſe-
quent.

l. 1. 2

Et

10. Et si fortè vectigalia super quibus debitum consignatum ad solutionem non sufficiant, potest peti, vt in aliis vectigalibus soluat, & consignetur, vt ex clausula generali & vsitata omnium priuilegiorum apparet, videtur non posse induci nouationem ex voluntate creditoris, vt omitat obligationem fisci pinguiorem, & transfundat in creditum priuatum Theaurarij.
11. Maximè cum publici interfit, ne ista simulata solutiones admittantur in damnum debiti fscalis, quod inde verè non soluitur, & occasio datur pluribus fraudibus, videlicet Theaurarios fingere non habere pecunias ex vectigalibus vnde soluat debitum consignatum, vt creditores suam fidem sequi dolosè cogantur, & debitum recepisse fateantur, vt Officiales Regij Patrimonij desipi possint, & appareat solum, quod verè non fuit, & hinc fraudi nunquam iura optulatur, nec malitiis indulgent, l. in fundo, ff. de rei vindicatione, Innocentius in cap. post electionem, num. 7. de concess. præbend. Felinus in cap. veniens 2. num. 10. de testibus, Gail. lib. 1. obseruat. 70. num. 20. Menoch. conf. 9. num. 38. & consil. 136. num. 8. & conf. 231. num. 19.
12. Praterea, quia licet in iure pro solutione habeatur promissio, vt hoc casu fecit Theaurarius soluendi debitum Regalis Patrimonij, l. inter causas, §. 1. ff. ad Macedonianum, l. eum, qui ita, §. penult. ff. de verbor. obligat. Pirrus de solutionibus, cap. 2. §. 1. Rota Genuensis decif. 4. num. 3. & delegatio & læsio pro solutione habetur, l. si pupilli, §. videamus, ff. de solutionibus, l. quamuis, §. interdum, ff. ad S. C. Velleianum, l. inter causas, §. abesse, ff. mandati. item nouatio & acceptilatio, l. si rem, §. si duo, ff. de nouat. & cancellare scripturam, & satisfacere dicitur creditori solui, l. emptor, §. huius, ff. de pactis, Pirrus pluribus probat vbi proximè §. 2. 3. 6. & 7. ex aliis Velasco axiomatum iuris, lit. S., num. 40. vsque num. 48 & in hoc casu creditor, qui consignationem sui crediti habebat in vectigalibus, cedit, & delegat Theaurario, vt suo nomine ei obligetur, & acceptam facit obligationem Regalis Patrimonij, ex quo cum satisfieri creditor censetur, & Regalis obligatio cancellata, dicendum est illi solum fuisse.
13. Sed adhuc non admittendum in hoc casu iuxta mentem l. 18. tit. 5. lib. 9. Recopil. quoad rationes reddendas administrationis vectigalium, vt euitetur pœna tripli, solum excuset quod verè & realiter solum, non quod solutionis loco in iure admittitur ex supra notatis,

Quod ultra prædicta quibus comprobatum nouationem hoc casu non inducendam suadet, vt licet in iure pro solutione accipiantur cessio, delegatio, acceptilatio, & similia, quæ expressimus, tamen cum in d. l. 18. ageretur, vt fraudes vitentur Regalis Patrimonij, & illius creditorum, & ad veritatem respiciat solutiones, de quibus in ea agitur, de veris & naturalibus solutionibus, solum accipiendæ, non verò de illis quæ in iure pro solutione habentur, quamuis realis numeratio non intercedat, quia verba potius naturaliter quàm ciuilitè interpretanda, l. fin. C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt, vbi docent Bald. & reliqui Doctores communiter, idem Bald. in l. quoties, num. 6. C. de rei vindicat. Simon de Pretis de interpretat. vlt. volunt. lib. 2. interpret. 3. dubit. 2. solut. 1. n. 154. Raudensis de analogis, 1. p. in appendice, numero 12. & sequent. facit D. Molina de primogen. in proœmio, num. 5. ex l. Staius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iurè fisci ex Romano, Imola, Ancharrano, Curtio, & Ioanne Andrea probauit Menochius conf. 97. n. 86. cum sequent. Alexander lib. 1. conf. 2. num. 1. ex Decio, & aliis idem Menochius conf. 870. num. 3.

Et hoc procedit in sententiis, l. Diui, ff. de liberal. causa, l. si à te, ff. de except. rei iudic. l. 1. C. si plures vna sententia, Bart. in l. si expressum, col. 2. ff. de appellat. Alexand. lib. 1. conf. 123. num. 8. Natta conf. 474. num. 5. Menochius conf. 110. num. 13. & in statutis verba intelligenda ad litteram reiecta omni interpretatione notarunt Alciatus responso 96. num. 8. verfic. *Ostendit est aduertendum*, Socinus iunior lib. 1. conf. 98. num. 42. & in verbis Principis, vt sunt verba d. l. 18. non ex iuris interpretatione, sed ex vera & propria esse accipienda tenuerunt omnes communiter per textum ibi, & maximè Castrensis in l. vlt. C. de his qui veniam ætatis, Zephalus lib. 1. consil. 82. num. 12. Decius conf. 276. num. 9. Menochius conf. 16. num. 7.

Sed generaliter verba accipienda in propria significatione l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. vbi Doctores communiter post Bartolum l. 1. §. is qui nauem, ff. de exercitor. action. l. non aliter, ff. de leg. 3. & quamuis actus nullus redderetur nisi verba impropriaretur, non recedendum ab eorum proprietate, ex Socino, Craueta & Ruino probauit Menochius consil. 870. num. 1. & 2. & quando verba possunt intelligi in genere vel in specie (vt in hoc casu quod in rationibus reddendis Gallarius declarauerit soluisse, accipiatur de qualibet satisfactione quæ in iure generaliter pro solutione habetur vel in specifica, vera & reali

reali solutione, quæ ex numeratione procedit) verba in specie, non in genere accipienda tradiderunt Bartol. in l. hoc legatum, ff. de legat. 3. Mathesilus notab. 89. Curtius iunior conf. 5. num. 5. Gozadinus conf. 6. num. 16. & conf. 60. num. 10. Tiraquellus in l. habes, §. hoc sermone, 1. p. n. 85. ff. de verbor. signif. & cum magis propria, verior & potentior est solutio quæ fit reali numeratione succedit doctrina, l. 1. §. qui in perpetuum, ff. si agr. vectigalis, vbi notant Doctores, & Menochius consil. 611. num. 2. vt verba semper in potentiori significato accipienda, & cum secundum doctrinam Bartoli, in l. hoc legatum, ff. de leg. 3. verba debeant intelligi simpliciter, non secundum quid, & accipienda immediatè, non verò mediatè, l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulgari, Menochius conf. 1120. num. 5. meritò solutio accipienda de immediata, quæ ex vera numeratione resultat, non verò quæ mediante acceptilatione, cessione vel delegatione, vt de vera & simplici solutione accipiamus, d. l. 18. non de ea quæ secundum quid ex prædictis causis in iure admittitur.

17. Maximè si notauerimus quod de tripli pœna statuitur in d. l. 18. id respicere vt omni fraudi occurratur in vectigalium & Regalis Patrimonij administratione, nota verba ibi: *No aya fraude ni engaño en las cuentas que tomanen, ni en los finiquitos que dieren, y por quanto algunos de los que tienen a cargo nuestra hacienda al tiempo que han de dar sus cuentas, facen algunas fraudes, &c.* Et paulò inferius eis verbis: *Que el cargo y data de su cuenta es cierta y verdadera, y que en ella, ni en parte della no ay fraude ny engaño.* Vnde cum grauiores fraudes exurgerent, vt animaduertimus num. 10. quia si admitteretur ex obligatione quam creditori fecit Theaurarius, illam quantitatem videri solutam, non constaret Principi an eius consignationes solueretur, & vtrum in suam vtilitatem conuerteret vectigalia Theaurarius, qui facilè posset simulare pecunias vectigalium non habere, vt cogeret creditores Regalis Patrimonij acceptam ferre quantitatem, quasi ille nisi exactum non debeat & contenti sint creditores suâ obligatione propriâ Theaurarij, cuius rationes nõ rectè percipi possent nisi verè soluisset, aut quid reliquũ sit, & ex pecunia Regis detinuerit, & si fortè Theaurarius suam & propriam non impleuerit obligationem, & si ad Regale Patrimonium non possint, vt ab eo debita exigant, redire creditores, quia Theaurarij fidem sequuti, tamen iustè querelam pluries intenderunt, quasi de illo cõfiderent, quia Rex sui Patrimonij & vectigalium administrationem confidit, & semper Regis in-

terfit quod suis creditoribus in vectigalibus consignauit verè solum: quæ omnia procedent, & fraudes existant, nisi quod de solutione traditur in d. l. 18. de numerata & vera accipiatur; ideo de illa solutio interpretanda, quia verba semper iuxta naturam actus accipienda, l. si vno, ff. locati, cum similibus, l. semper in stipulationibus, ff. de regul. iuris, vbi Decius num. 6. & in l. qui accusare, Cod. de edendo, Craueta conf. 245. num. 6. Tiraquellus de retract. lignag. §. 32. gloss. 1. num. 34. & 35. Brunus conf. 35. num. 10. Menoch. lib. 3. præsumpt. 38. per totam, & lib. 6. præsumpt. 10. ex num. 9.

Quod ultra suaderetur ex ipsa l. 18. in verbis supra expensis, quia tradit iurare debere rationes soluti esse veras, nec fraudem & dolum in eis esse, & quoties verè solum non fuit, numeratione dici non potest ex cessione, vel delegatione creditoris, qui Theaurarij fidem sequutus, nunc rationem, & veram solutionem interuenisse, & relationem partitarum veram esse, & fraude vacare, quia verba legis & solutio, quam requirit, cum effectu debent interpretari, l. 3. §. hæc verba, & ibi Decius num. 1. ff. de negotiis gestis, Bartol. in l. quibus diebus, §. Termilius, num. 5. ff. de condition. & demonstr. Iason in l. debitori, Cod. de pactis, Alexander lib. 1. consil. 105. num. 2. Ruinus lib. 2. consil. 60. n. 5. Craueta consil. 59. num. 1. ad fin. & ideo omnes Theaurarij, & administratores Regij Patrimonij in relationibus iuratis (& in hac de qua nostra controuersia) adducere solent omnes prædictas summas ab eis, *realiter & verè fuisse solutas*, ex quo verbo in instrumentis denotatur veram numerationem interuenisse, vt ex Socino & Bertazola notauit Doctor Augustinus Barbosa de dictionibus vsu frequentibus, dictione 342. vbi tradit dictionem *realiter* ad naturalem numerationem referendam.

Confirmatur, quia ex dispositione dict. l. 18. relinquitur conscientie Administratoris vectigalium, quod solum fuit, eis verbis: *y por que la mas cierta comprobacion desto es el anima y conciencia del que teme à Dios pues sabe la verdad de su cuenta*, ex quibus non ad fictam solutionem, quæ pro tali in iure habetur, sed ad realem, & in conscientia, quam numeratione scierit factam, referendum, quippe verbum *conscientia* refertur ad ius naturale, & eius rationem, & censetur conscientia aliena à rigore, & subtilitatibus iuris, & respicit, quod intrinsecus latet, vt ex Ioanne Anania, & Thufco probauit Augustinus Barbosa axiomaticè 52. vnde dict. l. 18. cauetur, vt sine tegmine aliquo iuxta con-

scientiam & veritatem sit iurandum, ibi: *pues sabe la verdad*, quia veritas est basis, fundamentum & mater iustitiæ, Bald. lib. 1. consil. 343. Rolandus vol. 3. consil. 47. num. 11. Riccius decis. 234. num. 6. & in veritate certum est hanc summam pro quâ se obligavit Thefaurarius, nec in conscientia, nec in veritate fuisse solutam.

20. Vterius facit dict. l. 18. eis verbis: *facen algunos fraudes asi en los cargos dejandose de cargar algunas partidas como en la data poniendo mas de aquello que pagaron, y gastaron, y que justamente deben poner en data*, ex quibus verbis tripliciter comprobatur nostra sententia. Primò, nam quod refertur, vt solum Thefaurario acceptum feratur, quod iustè solum denotat illud tantum, quod verè numeratum: nam verbum & clausula, quæ refertur ad iustitiam, respicit, vt illud fiat, quod magis vrile petenti, Rolandus vol. 1. consil. 79. num. 38. Craueta consil. 201. n. 45. Gramma decis. 300. num. 3. Surdus consil. 273. num. 5. Menoch. consil. 314. num. 5. Valasco de iure emphyteutico, quæst. 6. num. 15. Pinellus in l. 2. Cod. de rescindend. 3. part. cap. 3. num. 29. & quantum Regis interfit solutionem verè & realiter fieri, non fictè nullus dubitauit, & ipse Rex in dict. l. 18. exigit ad relationem iurata illud solum adiici, quod iustè solum.

21. Secundò idem inducitur ex illo verbo *data*, quasi quod in relatione exprimitur solum datum esse debeat, vnde origo huius verbi *data*, at verò datum in hoc casu dici non potest, quod fictè solum ex obligatione, quam fecit Thefaurarius, & creditor ex eo acceptum tulit, quia cum dare sit dominium transferre, §. sic itaque discretis, instit. de action. l. vbi autem non apparet, §. fin. ff. de verb. obligation. Menochius consil. 372. num. 8. Decius consil. 164. Curtius Iunior consil. 4. & consil. 109. Craueta consil. 84. num. 10. non potest datum censei, vt ponatur in data illud cuius rei dominium ad creditorem non peruenerit, sed iste fortassis coactus dilatione, & collusionibus Thefaurarij eius fidem sequutus.

22. Tertio in id consentit verbum, *deben poner* dict. l. 18. nam omne, quod ad *debet*, refertur, denotat præcisam necessitatem, l. sæpe, ff. de officio Præsidis, ex Tiraquello tradit Menochius consil. 224. num. 27. & consil. 523. num. 1. & cum solum permittatur in relatione apponi, vt pœna tripli euitetur, quod apponi deberet ad quod verè solum referendum, quia iuxta veritatem potest, & debet inferi in relatione iurata, non verò ad similes solutiones, de quibus agimus: nam

illas referre non est necessitatis præcisæ exprimere, quia id potius respicit vtilitatem Thefaurarij, & dispendium Regij Patrimonij, quod vt vitaretur, edita fuit dict. l. 18. & inducta tripli pœna.

Denique, quia cum omnis cautio dict. l. 23. 18. procedat, vt fraudes excludantur, & Regale Patrimonium Rectoris administraretur, & prædictis solutionibus fictis, vel ex fide Thefaurarij admissis maximæ fraudes exorirentur, & graue detrimentum Regali Patrimonio, vt notauimus, & palam est, quia eius bona posset occultare, & detinere Thefaurarius, non oportet admitti in dict. l. 18. quod de solutione traditur, nisi ad veram, quæ ex numeratione procedit, referendum, quia verba, & dispositio legis ita interpretanda, ne contineant contradictionem, & repugnantiam, ne maioribus fraudibus causam præberent, l. scire oportet, §. aliud, ff. de excusat. tutor. l. non omnis, ff. si cert. petat. Bartol. in l. 1. §. parui, num. 3. ff. quod vi, aut clam, Alexander lib. 1. consil. 30. num. 22. quia nunquam admittendum, vt effectus contrarij dispositioni resultet, Menoch. consil. 111. n. 7. & consil. 244. num. 8.

Et cum cautio dict. l. 18. respiceret augmentum Regalis patrimonij, vt securius administraretur, & sine vlla fraude non deber admitti prædicta interpretatio, vt possit declarari solum, quod non fuit realiter, & numeratione, etsi creditor Thefaurarij fidem sequutus, quia ex eo maior fraudibus occasio præberetur, vt animaduertimus num. 10. & 16. cum inducta ad augmentum non possint, nec debeant operari diminutionem, l. fin. §. cui dulcia, ff. de tritico, vino, & oleo legato, ex Decio, Bruno, Socino Seniori, Becio, Surdo, Cæsare Barcio, Zephalo, Alciato, Viuijo, & aliis pluribus notauit D. Castillo tom. 4. controuerf. cap. 40. num. 12. & 13. ex l. legata inutiliter, ff. de adimen. legat. Alexander, & aliis Menochius consil. 1210. num. 23.

Aliàs absurdum sequi posset, vt ex dispositione ad euitandas fraudes maiores exurgerent contra regulam l. nam absurdum, ff. de bonis libertor. ex Bartolo, & Euerardo Menochius consil. 339. num. 24. & quodcumque dubium, quod posset occurrere circa solutiones, de quibus in dict. l. 18. an admittendæ, non factæ reali numeratione, sed fictæ, ex eo, quia creditor acceptum tulit, Thefaurarij fidem sequutus, ex ratione legis, & dispositionis interpretandum, l. cohæredi, §. qui discretas, ff. de vulgari, vbi Baldus tradit verbû generale declarationem, & restrictionem recipere ab speciali, & eo, de quo in dispositione agitur, idem Baldus in l. legatorum repeti

repetitio, §. vlt. ad finem, ff. de legat. 2. ex Bartolo, Alexandro, Corneo, Afflicto, & aliis Menoch. consil. 191. num. 36.

26. Vnde cum multoties in Regalis Patrimonij Senatu istæ fraudes mihi occurrerent, quia cum ad finem cuiusque anni ad Administratores vectigalium Publicani & Thefaurarij relationem soluti, & exacti exhibebant, vt in anno sequenti obtinerent à Senatu facultatem exigendi vectigalia, quam dicimus *recudimiento*, inducebant creditores vectigalium, quos Iuristas appellamus, vt receptas quantitates faterentur illis extrinsecus obligationibus factis ad solutionem ad quod creditores inducti concussione, quia aliter soluere non posse dicebant Thefaurarij, & Gabellarij, & in posterum promptius soluere possent, si obtinerent à Senatu *recudimiento*, quod longè alienum est à mente legis, & Regis, cum potius intendant sine cautela & fraude consignatam pecuniam solui, nec apud Thefaurarios, & Publicanos retineri, ideo his simulationibus probatis ipsis instrumentis, quo se creditoribus Publicani, & Thefaurarij obligarunt cum in relationibus iuratis nihil residui debere ex illis quantitatibus iurarent, petij in triplum eos condemnari, & ita obtinui, quia quod assererent de illis summis, aut eis creditoribus Regis nihil debere residui, vel *de resto*, quod dicimus falsum esse, manifestè apparuit, cum verbum *reliquum*, vel *residuum*, cætera verè soluta esse, nec ex eis aliquid deberi probent, l. si ex pluribus, iuncta glossa, verbo *reliquum*, ff. de solutionibus, vbi Castrensis num. 2. & in l. 2. num. 3. versic. *sed quero*, Cod. de hæredibus instit. & ibi Alexander, num. 4. alios referunt Burfatus vol. 1. consil. 104. n. 15. Pacianus de probation. lib. 1. cap. 26. num. 23. Gutierrez de iurament. confirm. 2. part. cap. 6. num. 3. Rota Genuensis decis. 60. numero 6. Giurba 1. part. lucubration. Mefanens. cap. 2. glossa 3. per totam, Thufcus lit. R. conclusionem 255. ex Seraphino Farinacio, & aliis Augustinus Barbosa in dictionario, verbo *residuum*, dictione 299.



ALLEGATIO XXXVII.

Tripli pœna cui ex duobus fiscalibus competat.

1. Tripli pœna punitur qui dolosè in rationibus reddendis versatur.
2. l. 18. tit. 5. lib. 9. Recopilat. expenditur.

3. Locatori cuius tempore causa contestata est, & si finita postquam transfuerit locatio commodum cause debet pertinere.
4. l. quacumque actiones, ff. de obligat. & action. l. is qui pureum, §. si postea, ff. quod vi, aut clam.
5. Maioratus primo possessori competit pœna sententiæ, qua eius tempore lata, licet confirmaretur tempore successoris.
6. Pœna que ipso iure communiter acquiritur ei cuius tempore causata licet in alio tempore sententiæ lata.
7. Pœna que applicanda Domino Iurisdictionis, an primo cuius tempore delictum factum, vel secundo, cuius tempore condemnatio sequuta applicari debeat.
8. Pœna non debetur nisi à tempore condemnationis. l. si qua pœna, de verb. signific. l. ex iudiciorum, ff. de accusat.
9. Fiscus ex condemnatione ius acquirit ad pœnam.
10. l. 3. §. 1. de minoribus. l. quod ait, 23. §. 1. ff. ad l. Iul. de adulter.
11. Pœna considerantur vt fructus iurisdictionis. l. defuncta, ff. de usufructu.
12. Fructus non percepti non pertinent ad fructuarium. l. fructus pendentes, ff. de rei vindicat. l. si fructuaris, 13. ff. quib. mod. usufr. amit. l. qui scit, 25. §. 1. versic. Præterea, ff. de usuris. l. nepoti, 6. ff. de fundo instructo.
13. Pœna nondum exacta pendere dicuntur.
14. Delator partem ei assignatam petere non potest antequam bursa fiscali pœna inferatur. l. eius qui delatorem, ff. de iure fisci. c. cum secundum de Hæreticis, lib. 6. l. ab accusatione, §. nunciatores, ff. ad Turpilian. l. in Senatus Consultum, ff. ad Turpilian. l. res qua, §. si fin. ff. de iure fisci.
15. Indicatio referenda ad effectum. l. indicasse, 198. de verb. signific. l. 46. tit. 5. p. 5. l. 4. tit. 18. lib. 6. Recopil.
16. Condemnatio regulatur ex tempore quo fit.
17. l. furti in principio, ff. de his qui not. infamia.

18. Actio iudicati an ex sententia confirmante
vel ex confirmata nascatur.
l. eos, C. de appellat.
l. 1. §. fin. ad Turpillianum.
19. Index qui sententiam confirmavit debet
ad eius executionem procedere.
l. precipimus, §. in his autem, Cod. de
appellat.
Auth. si quis litigantium, Cod. de Epis-
cop. audien.
20. Qualitas adiecta verbo debet intelligi
secundum tempus verbi.
21. Pœna applicatio respicit executionem.
22. Pœna debet solui ei qui fuit officialis tem-
pore solutionis.
l. susceptores, Cod. de susceptor. lib. 10.
23. Denunciator non potest petere partem pœ-
nae qua si applicaretur nec de illa pac-
tum facere antequam fiscus suam par-
tem exigat.
l. 13. §. 16. tit. 14. lib. 2. Recopil.
l. vnica, §. 10. tit. 10. lib. 3. Recopi-
lat.
24. Pœna fiscalis pars quando Ministris datur
competit illis qui munere funguntur cum
exigitur.
25. Pœna competit primo iudici quando eius
tempore vltima sententia lata fuit.
l. si possessor, 23. aliis Papinianus, ff. de
pet. heredit.
l. item veniunt, §. redacta, ff. eodem.
26. Pœna qua potuit incamerari habetur
pro incamerata vt officiali pars compe-
tat.
27. Pœna competit primo iudici quando contra
contumacem sententiam tulit, & quia
reus non se presentauit transit in rem iu-
dicatam.
28. Actio iudicati nascitur ex condemnatione,
l. in fraudem de iure fisci.
l. Imperatore, ff. de iure fisci.
29. Pœna debetur ei qui illam obtinuit.
30. Pœna non diuidenda inter duos fiscales sed
posteriori applicanda.
31. Delatio cum effectu accipienda.
32. Delicti tempus vel condemnationis quod
debeat attendi circa pœnas.
33. l. is qui in puteum, §. si postea cum, §. er-
go si post vi, aut clam exercetur.
34. Leges Regni qua in noua collectione non
inueniuntur vt iniustata censenda.
35. Tripli pœna an incurritur ipso iure.

*De condemnatione tripli, vt fieri
solet in consilio Regalis Patri-
monij iuxta dispositionem legis
18. tit. 5. lib. 9. Recopilat. an eius
lucrum competat ei, qui primus
causam proposuit, vel qui postea
eam finiuit.*



Æc quæstio discussa fuit inter
duos Regis fisci Aduocatos Se-
natus Regalis Patrimonij: nã al-
ter litem intendit, accusationem
proponens vt in triplo condemnaretur, qui
dolosè in rationibus reddendis versatus fuit,
& postquam in prima instantia in fauorem
fisci iudicaretur facta tripli condemnatione,
& parte, quæ fisci Patrono competit, appli-
cata ad reuisionis instantiam, causa deducta,
supplicatione interposita fiscalis, qui accusa-
tionem intendit ad supremum consilium
Iustitiæ assumptus fuit, & alius, qui in eius
officio successit, causam defendere, & pro-
sequi curauit, & sententiam dari, quia con-
firmata fuit prima sententia, indeque ex
parte fiscali applicanda quæstio, an pri-
mo competat, vel secundo, qui curauit ad ef-
fectum sententiam peruenire, & primam
confirmari.

Pro primo facere videntur verba dictæ
legis Regiæ 18. ibi: *y la otra tercia parte para
la persona que lo denunciar*, quod expressè
videtur initium litis, & accusationis propo-
sitionem, non exitum & finem.

Et iuuat, quod tradit Nicolaus Boërius
decif. 5. num. 20. vbi quoties alicui castrum
cum iurisdictione, & pœnis pertinentibus
locatum fuit, & tempore eius locationis de-
lictum commissum ex quo debebat reus pu-
niri in centum libris lite contestata, & pro-
cessu pendente finitum fuit tempus primæ
locationis, & iterum castrum alteri locatum,
in cuius tempore sententia lata fuit, & con-
demnatio criminis sequuta, quo casu ex sen-
tentia Baldi, Imolæ, Alexandri, & Tasonis in
l. fin. ff. de iurisdictione omnium Iudicum, vt
primo, cuius tempore accusatio instituta con-
demnationis summa debeat pertinere.

Quod idem Boherius probat argumento
l. quæcunque actiones, ff. de obligat. & act.
l. is, qui puteum, §. si postea, ff. quod vi, aut
clam, & ex Baldo, Alexandro, Martino, Lau-
denfi, Nicolao de Milis, & aliis confirmat.

Et quoties sententia condemnatoria da-
ta fuit in vno anno, & in alio anno sententia
confirma

confirmata, tunc pœna fiscalis ad eum de-
beat pertinere, cuius tempore facta fuit pri-
ma condemnatio, sequuntur D. Molina de
primog. lib. 1. cap. 11. num. 19. qui vbi delictum
fuit commissum tempore vltimi possessoris,
& sententia lata tempore successoris, & tra-
dit pœnas fiscales præstandas primo maio-
ratus possessori, non secundo, vt ex Anchar-
rano, Anania, Baldo, Romano, Alex. Iafone,
Tiraquello, & aliis probauit, adde quæ
ex Barbosa, Mieres, Gutierrez, & Velazquez
de Auendaño notauit additio ad Molinam d.
num. 19.

6. Et maximè admittendum censet, vbi pœ-
na ipso iure commissæ (vt hæc tripli nostis le-
gibus) tunc pœnæ condemnatio non necessa-
ria ad acquisitionem ex Ancharano, Bertrã-
do & Tiraquello probat Molina ibi, num.
21. & num. 24. id procedere, quando condē-
natio tempore primi facta fuisset, & causa in
gradu appellationis pen deret: nam quamuis
postea sententia confirmetur, pœna tamen
primo cuius tempore condemnatio facta
fuit, non verò secundo cuius tempore fuit
confirmata, applicanda, qui casus noster est,
quia causa in reuisionis instantia iudicata
erat, & pendebat in gradu supplicationis ad
reuisionis iudicium.

7. Quod valde confirmant, quæ in difficilio-
ri casu notarunt Alex. Auend. Auiles. Socin.
Decius, Cassan. Roland. Ferrer. & alij plu-
res, quos refert, & sequitur Mieres de maio-
rat. 4. part. quæst. 24. num. 10. in quæstione si
quis commiserit delictum ex quo Domino
iurisdictionis esset condemnatio applicanda,
& delictum factum fuit tempore vnius do-
minij, qui defunctus fuit antequam senten-
tia lata, & postea defuncto eo facta condem-
natio, tradit pertinere ad hæredes primi do-
mini, & non ad secundum successorem in
maioratu, qui casus difficilior est, cum in eo
nondum esset sententia lata, in nostro verò
iam prima condemnatio facta erat, quibus
adde Petrum Caualum resolutione 267. n.
20. Gutierrez de turelis 3. part. cap. 24. num.
25. Barbosa in dict. §. si vir, num. 50. Griuelo
decif. Dolana 140.

8. Sed contraria sententia, vt competat pœ-
na illi cuius tempore exactio pœnæ facta fuit,
pluribus iuribus, & auctoritatibus compro-
batur. Primò, quia numquam cesetur debita
pœna, nisi à die condemnationis, l. si qua pœ-
na 244. ff. de verb. signific. & ideo non transit
ad hæredes delinquentis, si ipse moriatur an-
te condemnationem, l. ex iudiciorum, ff. de
accusat. cum vulgatis.

9. Nec ante vltimam condemnationem bo-
na delinquentis censentur fisco obligata, nec
Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Pars I.

in eo aliquod ius considerabile videtur habe-
re, Bart. in l. post contractum, num. 16. ff. de do-
nat. iunctis verbis eius textus, ibi: *nisi condem-
natio sequuta sit*, & quod de eius triplici le-
ctione, & emendatione notauit in decif. Gra-
natenfisibus, 2. part. decif. 55. num. 7. quasi ex
quacunque lectione eius textus, cum mul-
tiplicem habeat dict. l. post contractum, ap-
pareat, nisi condemnatione sequuta, nullum
ius fiscum habere, ac perinde eius pœna non
applicanda, nisi cui competit ex condem-
natione.

Secundò facit l. 3. §. 1. ff. de minoribus, &
in l. quod ait 23. §. 1. ff. ad legem Iuliam de
adulteris, ibi: *Sufficit patri, si eo tempore in po-
testate habeat quo occidit*, Quorum iurium
argumento constat non attendi nec expectari
initium quando finis non habet necessariam
consequentiam ad illud, vt contingit in con-
trouersis, quæ ex arbitrio iudicantium de-
cidendæ, l. qui explicandi, Cod. de accusat.
ibi: *Cuius finis in iudiciis potestate, & motu situs
est*, vt notarunt relati à Petro Barbosa in l.
diuortio, d. §. si vir, num. 46. ff. soluto matri-
monio.

Tertio quia istæ pœnæ considerantur ve-
lut fructus iurisdictionis, vt voluit Bart. in l.
fin. Cod. de fructibus, & litium expensis, &
plures quos refert Capiti decif. 27. num. 15.
ex Thesauro, Ofasco, Auileffio, Auendaño,
Antonio, Peregrino, & aliis notauit Mieres,
dict. quæst. 74. num. 10. ita fructus feminati
non debent pertinere nisi ad fiscum cuius
tempore percipiuntur (id est) quando vlti-
ma sententia præfertur, argumento textus in
l. defuncta, 65. ff. de usufructu, iunctis quæ
pro eius explicatione notarunt Franchis de-
cif. 168. num. 12. Costa de ratione quotæ, q.
155. num. 12. & 13. Tiraquell. de retractu con-
ventionali, §. 5. gloss. 4. num. 12. & quod ex
Conano notauit, D. Castillo de usufruct. cap.
29. num. 6. & 14.

Quarto pœnarum condemnatio, & exa-
ctio vt fructus iurisdictionis sunt illi etiam
pendentes, nec censetur antequam separen-
tur, habere ius ad illos fructuarius quia pars
rei censetur, l. fructus pendentes, ff. de rei
vindicat. & ideo eius anni quo fructuarius
vita decessit fructus qui nondum percepti
etiãsi maturi ad eius hæredes non perti-
nent, l. si fructuarius, 13. ff. quibus mod. usufruct.
amitt. l. qui scit, 25. §. 1. verific. præ-
terea, ff. de vfuris, & ex Conano lib. 4. com-
ment. iuris civil. cap. 3. notauit D. Castillo,
de usufructu, cap. 29. num. 14. notauit idem
in terminis ex Imola Francisco de Aretino,
Bertrando, Tiraquello, Guidone Papæ, & ad-
ditione ad Alex. Molina lib. 3. de primog. c. 11.

num. 10. & eodem simili vsus notauit Baldus lib. 4. conf. 307. adducens l. nepoti, 6. ff. de fundo instructo vbi cum legatario relictum quod esset in regione, & quis condemnatus viua testatrice & in eius vita satis non fecit debetur legatario quod ex sententia iudicis testatricis deberetur, vt in ea regione ad qua legatum relatum fuit, illud esse censetur, quod non exactum expedit Thuscus pract. lit. I. concl. 431. n. 14. vbi in terminis loquitur ei deberi poenam, cuius tempore exigitur.

13. Quinto sed etiam ex eodem Baldo, in l. fin. num. 5. & sequentibus. Cod. de fructibus & litium expensis Imola, Alexand, Parisio, Socino, Ruino, & Beroio, idem notauit Surdus conf. 227. num. 21. poenas, & condemnationes donec exacta non sunt dicuntur pendere, & inter fructus pendentes commemorantur, quod etiam admittit, licet condemnatio facta sit, si tamen executio, & exactio non facta, quia eadem ratio procedit sicut in fructibus maturis nondum a solo separatis, vt pendere videantur.

14. Sexto facit etiam quod ego in eleganti quaestione notauit l. p. decif. Granat. 27. n. 10. antequam poena burfae fiscali inferatur, nullum ius delatoris considerari, ex l. eius qui delatorem, ibi Bartolus, ff. de iure fisci, cap. cum secundum de haereticis, in 6. ex Ioanne Andrea Archidiacono, Iafone, Mathefilano, Cartario, Guterrio, Mastrillo, Barbosa, Riccio, Giurba, Antonio Fabro, & aliis pluribus probauit, & antequam executio fiat non posse aliquatenus partem suam petere delator, Bartolus, Auilefius, Peregrinus, & Gratianus qui expresse tradit quos ego retuli, d. num. 10. ac perinde multo minus partem petere fiscalis qui ante condemnationem discessit, & postea causam non prosecutus, cum delatores cuius loco in hoc casu est vt praemium consequantur debeant ad finem iudicium perducere, l. ab accusatione, §. nuntiatores, l. in Senatus Consultum, ff. ad Turpil. l. res quae, §. fin. ff. de iure fisci, Tiberius, Decianus tract. crimin. lib. 3. cap. 35. n. 44. & lib. 5. cap. 5. num. 1.

15. Septimo praeterea quia semper legis dispositio cum effectu accipienda, l. 3. §. hac verba, ff. qui satisfidare cogantur, & quod pertinet ad delationem, & indicationem fraudis referendum ad eius effectum id est executionem & vt reus delatus conueniatur, vt expresse traditur, in l. indicasse, 198. ff. de verb. signific. ex aliis, & l. 46. tit. 5. p. 5. l. 4. tit. 18. lib. 6. Recopil. Alberico, Alex. Alciato, Iulio Claro, Rebuffo, Azeuedo, Bobadilla, Thusco, Cicerone, & Iusto Lipsio, erudite interminis notauit Cabreros, de triplis, cap. 24. num. 15.

Octauo condemnationem oportere regulari ex tempore quo condemnatio poenae, & exactio sequuta comprobatur doctrina Bartoli, Baldi, Ancharr. Dominici, & aliorum, quos refert Ioannes Crotius in repetit. l. Gallus §. & quid sit tantum, num. 119. ff. de lib. & posthumis in 3. tom. repet. ciuil vt ex compositione cum Domino iurisdictionis facta non possit condemnationi factae in fauorem partis prauiudicare, quia ius acquisitum, ex sententia quae condemnationem parit, quae cum vltima sit reuisionis merito ex illa applicatio poenae consideranda.

Nono conducunt verba textus, in l. furti in principio, ff. de his qui notantur infamia ibi: *Hodie notari puto non retro notatur.* Quibus verbis expresse induci videtur non attendi primam sententiam a qua fuit appellatum sed secundam non obstante appellatione eam confirmantem, Bartolus in l. a Diuo Pio, n. 15. ff. de re iudicata, Rebuffus tractatu de sententiar. executio. artic. 7. gloss. 9. num. 5. Misinger. centur. 5. obseruatio. 94. ex Papiensi Vestrio, Franco, & aliis Scaccia de appellat. q. 11. num. 162.

Et probatur nam secuta confirmatione sententiae prius latae non agitur ex prima sententia quae per appellationem fuit suspensa, sed ex secunda confirmante vt docet glossa verbo vel iniustam in fine, l. eos, Cod. de appellat. quam sequitur Alex. in l. 1. num. 5. & Iason, num. 11. ff. de re iudicata, facit l. 1. §. fin. ff. ad Tertullianum, vt ex Papiensi, Franco, Cassiodoro, & Vestrio, probauit Scaccia, in d. quaest. 11. de appellatio. num. 162.

Et ideo iudex qui confirmauit priorem sententiam debet ad illius executionem procedere iuxta textum, in l. precipimus, §. in his autem, C. de appellat. & in auth. si quis litigantium, C. de episcop. aud. Francus, in cap. Romana, §. fin. num. 3. de appellatio. in 6. & addendi Rebuffus & alij quos nuper retuli num. 17.

Decimo quia ex dict. l. 18. pars applicatur fisci Patrono consilij Regalis Patrimonij, & haec qualitas consideratur in eo qui tempore primae sententiae, hoc munere fungeretur. Et qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi, l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxalibus, l. 1. §. tutoris, ff. quod iussu, iunctis pluribus quae ego notauit 2. part. decif. Granat. 76. num. 4. ad fi. & decif. 78. num. 20.

Vndecimo quia nihil in praedicta l. 18. tit. 5. lib. 9. Recopil. agitur de applicatione huius poenae antequam praesupponat sententiam esse executioni traditam quasi id magis respiciat executionem finem, & consummationem instantiae

instantiae quam primam causam, & originem litis, vt constat ex verbis dictae legis ibi: *La qual dicha pena exeuten los dichos nuestros Contadores, y sus siruientes, y sea la dicha tercera parte, &c.*

22. Quo casu poena ad condemnatum & simul exequentem pertinere debet, vt ex Baldo resoluuit Auilef. in capp. Praetorum, cap. 15. num. 38. & probat textus in l. susceptores, 3. Cod. de susceptoribus, lib. 10. ex qua Bartolus collegit ei debere solui, qui est Officialis tempore solutionis, non ei qui fuit tempore quo fieri debuit solutio.

23. Duodecimo iuuat, nam quoties ex fisci condemnatione pars aliqua applicatur denunciatori antequam fiscus suam partem exigat, non potest aliquid consequi denunciator, l. 1. §. 16. tit. 14. lib. 2. l. vnic. §. 10. tit. 10. lib. 2. Recopil. ex Couarr. Matienço, Auilefio, Auendaño & Azeuedo, Bobadilla lib. 5. Politicæ, c. 6. num. 7. nec ante condemnationem vel exactationem fiscalem ius aliquod consideratur habere delatorem, nec partionem facere posse partis poenae, quae ipsi applicatur, vt tenuerunt Didacus Perez, Auilefius, Matienço & Azebedo contra Auendanum, quos refert Bobadilla 2. p. lib. 4. Polit. cap. 3. num. 99. & vide quae ex Gomezio, Iulio Claro, Farinacio, & aliis notauit p. decif. Granat. 27. num. 9. vnde antequam poena exigi possit, nullum ius consideratur delatoris, & merito fiscali, cuius tempore vltima sententia rescissionis lata fuerit, & executio facta pars poenae debet competere.

24. Et hanc sententiam vt pars poenarum quae fisco competunt quando conceduntur ministris, debeant concedi illis qui munere tunc cum exigitur, fungerentur, tenuerunt Bald. Imola, Franciscus de Aretio, Rebuffus, Tiracuellus, Bertrandus, & additio ad Alex. quos refert D. Molina lib. 3. de Hispan. primog. & in eisdem terminis nostri casus quoad triplorum condemnationem, vt debeat competere condemnatio secundo fiscali, qui causam perfecit, non vero primo, qui iudicium instituit, probauit Ant. Cabreros in tractatu de triplis, c. 24. num. 1. adducens Montalium, Baëzam, Auilefium, Molinam Iesuitam, Barbosa, Azebedum, Guidonem Papae, Arifminium, Teparum, Bertrandum, Afflictum, Paponium, Costam, Mastrillum, Surdum, Peregrinum, Guillelmum, Benedictum, Thuscum, Fuluium, Constantium, Campegium, qui loquitur in dotis restitutione, Guterrium in gabella & tutelis, & alios.

25. Nec aliquid contra suadet quod ex Angelo, Decio, Alciato, Bossio, Boerio, Rolando, Socino, Bertazola, Riminaldo, Peregrino, Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Tom. I.

Felicio, Ceuallo, Villalobo, & aliis, notauit Giurba conf. 75. num. 30. vbi tradit communem esse sententiam, poenas & confiscationes, licet non exactas, ad primum iudicem spectare, cuius tempore lata fuit sententia, non ad successorem, quia id procedit quoties iam vltima sententia condemnatoria lata fuit tempore primi iudicis, quo casu cum ex vltima sententia ius adquiratur, recte procedit, & ita accipiendum esse colligitur ex textu in l. si possessor, 23. aliis §. Papinianus; Item veniunt, §. redacta, ff. de peti. haered. ex quo mouentur Angelus, & reliqui adducti a Giurba, & in eo textu traditur redactam pecuniam sic accipiendam, non solum iam exactam, verum etiam exigi potuit quamuis exacta non fuisset; quod necessario intelligendum de vltima sententia quae facit rem iudicatam, & producit actionem iudicari.

26. Comprobat Farinacius tom. 2. consiliorum criminalium, conf. 107. num. 1. his verbis: *Vbi tamen reus fuit condemnatus, & poena potuit incamerari, quia illi fuerit facta dilatio, tunc habetur ac si esset incameratus ad effectum, vt officialis possit habere suam partem.*

Et in eundem sensum consentit Mastrillus decif. 12. vbi quamuis contrariam sententiam admittat, vt pars condemnationis vel publicationis bonorum non debeat ei qui fuit iudex tempore sententiae, sed ei qui iurisdictionem habebat tempore commissi delicti, tamen ideo admittit, quia tempore primi iudicis quando commissum delictum fuerat data sententia, & quatenus reus, non se praesentauit, ex tunc firma manet, nota verba ibi num. 12. *In casu de quo agebatur, quia non solum fuerat commissum delictum tempore primi, sed etiam emanata sententia banni, per quam ipso iure elapso quadrimestri facta fuerat condemnatio ad publicationem bonorum, vnde sententia ipsa banni, eueniente conditione, quia infra quadrimestre non se praesentauit, retrahitur, & perinde habetur ac si pure & simpliciter lata fuisset.*

Facit pro intellectu opinionis Giurbae & aliorum, quod idem tradit d. conf. 75. num. 14. & 15. nullam ante condemnationem ortam fuisse actionem nec obligationem ad poenam, & eam non esse debitam fisco a tempore commissi delicti, sed prius sequuta condemnatione, Bart. in l. in fraudem, ff. de iure fisci, vnde interpretatur l. quaecumque actiones, ff. de obligat. & act. & l. Imperatores, ff. de iure fisci, vbi quod traditur de reo, illum poenae se subdidisse accipiendum, cum ad illam fuerit condemnatus.

Vnde cum in hoc casu antequam vltima sententia lata esset, ex qua ius acquirendum

primus fiscalis causam desereret, & alius subrogatus, qui illam finivit, & obtinuit actionem iudicari, ei debet competere pars applicationis pœnæ fiscalis.

39. Et quamvis aliqui voluerunt inter primis & secundum officialem diuidi condemnationem, quæ ipsis applicatur, vt ex Paride de Puteo, Ripoli, Ceuallo, Auendaño, & Patladoro, qui id admittit, in decimis executorum refert Cabrerros dict. cap. 24. num. 17. & 18. tamen ex ipso Paride & Barbosa reprobat hanc pro rata diuisionem, num. 19. & ex prædictis fundamentis constat iure deberi illi, qui obtinuerit rem iudicatam.

31. Nec obstant quæ in contrarium obiecta, nam quoad primum d. l. 18. lib. 9. tit. 5. Recopil. eis verbis: *la persona que lo denunciar, satis supra responsum*; & cum notauerimus delationem accipiendam cum effectu, quæ condemnationem obtineat, ex qua iudicati actio nascatur.

32. Deinde, quod ex Boherio notauimus, nihil nocet, quia vltra quam in casu locatoris Castri, cui coherent, pœnæ est causa onerosa, cuius differentiam expendit Molina d. lib. 3. cap. 11. num. 22. tamen ex Barbosa, & aliis eam opinionem reprobat Cabrerros dict. cap. 24. num. 16. quasi in pœnis non debeat attendi tempus delicti, sed condemnationis.

33. Nec contra suadent .i. quæcunque actiones, ff. de obligat. & actionibus, nam procedit, quando verè actio iam acquisita fuit, quod longè diuersum est in pœna fiscali, quæ non acquiritur ante delicti condemnationem, vt probauimus, & interpretatur Masrill. dict. decis. 12. num. 5. & ita procedit dict. l. 18. qui in puteum 11. §. si postea, ff. quod vi, aut clam, de eius intellectu, & concordia cum §. ergo si post 12. dict. l. 18. qui, & eius explicatione vide Donell. lib. 15. comment. cap. 34. & Cuiacium lib. 2. obseruat. cap. 25. qui negationem addit, Robertum, qui refellit, quos refert Osualdus in notat. dict. cap. 34. lit. I, & K.

34. Præterea, quod pertinet, vt lata prima sententia, & ab ea appellatione interposita, pœna applicari debeat Officiali primæ sententiæ, non secundæ, vt in terminis notauit Molina dict. lib. 3. cap. 11. num. 24. & si traderit iure nostro id decretum in Curiis Pintianis anno 1548, tamen & ipse fatetur eam legem non inueniri in noua legum Regiarum collectione, vnde constat nullam eius fuisse obseruantiam, & de contraria apud nos restatur Paris de Puteo de Sindicatu, verbo *prouentus*, num. 4. ibi: *Tamen in Regno obseruatur, quod primus Officialis non potest petere prouentus delicti commissi suo tem-*

pore, nisi ipse condemnauerit delinquentem.

Denique parum nocebit opinio, quam ex Mieres & aliis retulimus num. 7. ex duobus Dominis maioratus, primo cuius tempore accusatio instituta competere pœnam, non secundo apud quem facta condemnata, quia hæc opinio reprobatur à Molina dicto l. 3. cap. 11. num. 20. & quamuis limitet num. 21. quoties pœna incurritur ipso iure, tamen hæc tripli non incurri ipso iure late in terminis probauit Cabrerros de tripli. cap. 3. à num. 14. cum sequentibus, vltra quam ille casus valde à nostro differt, in quo, vt excitetur fiscalis ad fisco pœnam applicandam, & fraudem detegere, hoc præmio donatur, quæ ratio maximè procedit in eo, qui obtinuit condemnationem.

ALLEGATIO XXXVIII.

De triplo an ad eius pœnam dolus requiratur.

1. *Fraus videtur requiri, l. 18. tit. 5. lib. 9. Recopil.*
2. *Negotiatores qui literis Cambij pecuniam Regis transportandam in aliis Prouinciis recipiunt, an dicantur administratores Regie pecunie.*
3. *Rationem reddere est de iure diuino. cap. qualiter, & quando, el. 2. de accusationibus. l. 12. 13. tit. 9. lib. 9. Recopil. l. 13. tit. 13. lib. 9. Recopil. l. 5. & 11. tit. 14. lib. 9. Recopil. & numero 13. Ratio & ratio de bonis Regis iurata esse debet cum pœna tripli, si non certa.*
4. *L. 36. §. 13. tit. 5. lib. 9. Recopil. & num. 15. Stylus Senatuum obseruandus. l. Prolatam, Cod. de sentent. & interloq.*
5. *Dolus presumitur, eo quod non exprimitur, quod exprimentum erat. l. tutor, qui repertorium, ff. de administrat. tutor. l. tutores, Cod. eodem. Tutor occultans aliquid ex bonis pupillaribus in duplum, & expensas condemnatur. Hæres non describens bona in inuentario pœna dupli punitur.*
6. *Pœna tripli mentio iure communi. l. excellentia, Cod. de erogat. militar. Falsi pœna puniuntur, qui in rationibus fraudem fecerint.*

l. 1.

7. *Ratio & ratio debet esse vera sine dubio, obscuritate, vel cautela. l. si cui libertas 41. ff. de condit. & demonstrat. l. cum seruus 81. ff. eodem. l. qua sub conditione 110. ff. eodem. l. si ita fuerit, §. quas verò, ff. de manum. testament. l. qui filius, §. item questum, ff. eodem. l. si statu libera pœna, §. fin. ff. de statu liber. l. Thais, §. Stichus, & Dama, ff. de fidei commissariis libertatibus. Rationem reddens debet discutere, vt certa sit, alias tenetur. l. 1. Cod. discussoribus, lib. 10.*
8. *Dolus magis quam error presumitur ex actu, quo quis lucrum capit.*
9. *Tripli pœna ex falsa ratione apponitur propter periurium. Iuramentum requirit veritatem certam non presumptam. c. et si Christus de iure iurando. l. 1. Cod. discussoribus, lib. 10.*
10. *l. iusiurandum ad pecunias 34. ff. de iure iurando. l. Marcellus, §. qui rerum, ff. ver. amotum.*
11. *Pœna plus petitionis procedit etiam si per ignorantiam plus petatur. §. tripli instit. de actionibus. l. 1. Cod. de plus petitionibus. c. 1. de plus petitionibus. l. 1. ff. de interrog. action.*
12. *Probationis difficilis sunt quæ consistunt in animo. Exteriora indicant interiora. Fraus est difficilis probationis.*
13. *Ignorantia non presumitur in facto proprio.*
14. *Pœna tripli est conuentionalis, quia ad eam obligatur, qui rationem reddere debet. l. Imperatores, ff. de iure fisci, Iuramentum prestat executionem pœna conuentionalis. l. qui solidum, §. etiam Respublica, ff. de legat. 2.*
15. *Pœna tripli committitur ipso iure.*
16. *Ignorantia non presumitur. Scientia presumitur facti Procuratoris quando est coniuncta persona, vel Dominus tenetur factum Procuratoris inuestigare. l. intestate, ff. pro emptore. l. prædica, Cod. de fideicommissis.*

Virum ad pœnam dupli, & tripli, de quo in lege 18. titulo 5. libro 9. Recopilat. requiratur constare de fraude, & dolo eius, qui Regij Patrimonij rationem reddit, & iurata relationem dare tenetur, vel sufficiat quantitatem in rationibus omissam.

DLVRES ex conductoribus id opponere solent, videlicet dict. l. 18. loqui in fraude vt possit occurrere ei, qua committi solet, ab eis, qui reddunt rationem redditum regalium, textus, ibi: *facen algunas fraudes*, vnde dicunt à fisco probandam esse fraudem, aliam non poterit pœna eius textus iniungi. Sed & plures ex negotiatoribus, qui conuentionem faciunt de aliqua pecunia, literis Cambij in aliis Regnis transportanda, & soluenda in Regis fauorem intendunt, etiam ad eos non pertinere, dict. l. 18. quasi procedat in administrationibus reddituum, & patrimonij Regij, quod negotiatores non administrant, sed delegandam pecuniam in aliis Prouinciis soluendam recipiunt.

Verumtamen his non obstantibus, dicendum est negotiatores teneri in rationibus reddendis suorum contractuum, obseruare dispositionem dictæ legis, 18. quia reddere rationem non solum est de iure positiuo, sed etiam de iure diuino, ex c. qualiter & quando, el. segundo, de accusat. iunctis traditis per Menochium, de arbitrariis, lib. 2. casu 209. maximè quando ratio est de pecunia Regia quæ omnino reddenda, l. 12. & 13. tit. 9. lib. 9. Recopil. iuncta l. 13. tit. 13. l. 5. & 11. tit. 14. eiusdem libri, & iurata ratio dari debet iurando certam esse relationem, & rationem, omnèque factum certum, & verum esse sine fraude, & dolo subiiciens se qui rationem dedit pœnæ tripli, ex dict. l. 18. ex qua negotiatores videntur comprehendi, quia rationem reddunt de pecuniis, quos à Rege acceperunt, vt aliis locis soluendas delegarent.

Sed & l. 36. §. 13. tit. 5. lib. 9. Recopilat. extensio, fit vt eodem modo rationes reddantur, in quibuscumque rationibus extraordinariis, quæ in tribunali calculationis Regiæ dari solent, ita vt nullum personarum genus excludatur, quo videtur negotiatores necessario comprehendi, nec rectè prouidetur, vt

M m 3 frau

- fraudibus, occurri posset si illi excluderentur, & ideo rectissime ex praxi, & stylo dicti tribunalis, omnes negotiatores rationem reddunt iuratam, & se subiiciunt pœnæ tripli, stylusque semper circa id obseruandus est, vt notarunt interpretes per textum ibi in l. prolatam, Cod. de sententiis, & interlocutionibus, Curtius Iunior consil. 65. num. 19. D. Valencuela conf. 94. num. 90. Viuius lib. 1. decif. 297. & lib. 2. decif. 401. num. 32. Gamma decif. 17. num. 7. Surdus decif. 135. num. 2. Guido Papæ decif. 198. Menochius lib. 2. præsumpt. 8. num. 14. cum sequentibus, & in terminis huius ex Abbate, Rebuffo, Cacherano, Guidone Papæ, Alexandro, Raudensio, Afflicto, Auendaño probauit D. Anton. Cabreros de Triplis præludio 4. num. 17. 18. & 21.
5. Deinde dict. l. 18. vt occurreret fraudibus, quæ in reddendis rationibus fieri solent, decreuit rationem reddendam cum iuramento, quod respicit, vt si aliquid deficiat, vel inueniretur fraus aut dolus, obscuritas, vel cautela, quæ aliquo tempore detegi posset, id cum iuramento, qui rationem reddit, obligatur postea soluere cum pœna tripli, & ita eo ipso, quod omittatur in ratione reddenda exprimi, quod exprimendum erat, videtur probatus dolus, & fraus, & pœna committitur, argumento textus in l. tutor, qui reperiuntur, ff. de administratione tutorum l. tutores, C. eadem quibus adde Greg. Lop. in l. 5. tit. 14. p. 7. gloss. 1. & 3. vbi loquens in tutore detinente, vel occultante aliquid in rationibus pupillaribus tradit ob dolum præsumptum posse istos tutores, vel curatores in duplum, & expensas condemnari & similiter punitur pœna dupli hæres non describens bona in ventario Hondedeus vol. 1. conf. 34. n. 37. & Portius, conf. 50. per totum.
6. Et pœna dupli quæ (adiuncto simpli) tripli dicitur, habetur, in l. excellentia, C. de erogatione militari lib. 12. vbi qui reddit rationem Regalis Patrimonij, & aliquid iniuste proponit, censetur esse in dolo, & subiaceret pœnæ dupli, & qui deceperit, in rationibus reddendis absque alia probatione fraudis puniuntur, vt Falsarij in l. 1. §. tutores, ff. de Falsis, ibi: *Perinde puniantur ac si falsum commisissent*, & facit quod tradit Bald. in l. exigitur, §. dolo, ff. de edendo, vbi inquit, quod omittendo committitur falsitas, sicut falsum exprimendo, quem sequitur Rolandus vol. 1. conf. 49. num. 29.
7. Præterea, nam cum relatio prædictæ rationis debeat esse vera, sine dubio, obscuritate, vel cautela dict. l. 18. dict. l. 36. §. 13. idque antea iure communi decretum erat, l. si cui

libertas 41. l. cum seruus 81. l. quæ sub conditione 110. ff. de condit. & demonstrat. l. si ita fuerit, §. quas personas verò, ff. de manum. testamento, l. qui filijs, §. item quæsum, ff. eodem titulo, l. si statu libera pœnæ, §. final. ff. de statu liber. & in l. Thais, §. Stichus, & Dama, ff. de fideicommiss. libert. cum alijs pluribus refert Baldus conf. 152. num. 1. vol. 3. ideo tenebatur, qui rationis relationem dederit, & iurauerit inquirere, circa veritatem iurandi, & omnem diligentiam adhibere vt quod certum esse possit, in dicta relatione cognosceret, alias tenebatur vt probatur in l. 1. Cod. de discussoribus lib. 10. vbi pœna iniungitur discussori qui in libro suo debitorem fecerit, eum qui nihil debet, textus ibi: *In quo alterum per pœnam fecerat debitorem*, Vbi Lucas de Penna interpretatur verbum perperam de omnibus modis in quibus potest esse excessus, & interpretatur, *præue, non iuste, peruerse, vel etiam qualitercumque indiscrete, vel improvide*, & Bart. in eo textus; argument. ex eis verbis, ibi: *Et fidem facti non poteris probare discussor*, admittit non esse necessarium probari fraudem, dum constat de defectu rationis, & qui in ea fecit teneri probare non fuisse ex dolo, & addendus eruditus meus D. Amaya qui recte explicat d. l. 1. Cod. de discussoribus in donat. ac libros voluminis ad eum textum.

Et ex actu quo quis lucrum consequitur 8. magis dolus quam error præsumitur, Natta lib. 2. consil. 314. num. 9. & in terminis, Farinacius lib. 1. conf. 18. num. 19. ibi: *Dubium enim in iure non est quod si mercator ad unquam, & de die in diem non describat in suis libris omnia recepta in quibus est debitor, sicut data in quibus est creditor, dolus est*. Et præcipue quando non veras, sed falsas summas descripserit, idem Farinacius vol. 2. conf. 114. num. 69. & quando constat de falsitate tunc illa non per errorem, sed dolose fabricata præsumitur, vt declarat Portius, Imolenis conf. 94. num. 3. & conf. 96. num. 12. & 30.

Vt etiam pœna tripli non solum imponitur propter fraudem, sed etiam propter periurium quod committitur siue scientia vel ignorantia, & in mendacio periurij dolus inesse videtur vt ex l. si quis affirmauerit, ff. de dolo Romano, Aimon, Riminaldo Decio, Augustino Barbofa, & alijs probauit Cabreros de triplis, cap. 14. num. 11. & iuramentum debet esse super re certa cum ad essentiam eius requiratur veritas, cap. et si Christus de iureiurando, & quod iurans sit certus de veritate, & habeat veram scientiam, per sensum corporeum non autem per credulitatem præsumptam, vel firmam vt ex glossa

- glossa fin. ad medium in l. in bonæ fidei Cod. de rebus creditis, docet Paris. de Puteo in tractatu de reassumptione instrumentorum, rubrica 19. num. 50.
10. Et facit l. iusiurandum, & ad pecunias, 34. ff. de iureiurando ibi: *Non erit tutus per relationem iurans, & ideo ex hac causa putat Marcellus, & recte aut remittendum ei iusiurandum aut spatium dandum, vt certioreretur, & sic iuret*, facit l. Marcellus, §. qui rerum, ff. rerum amotarum, ibi: *Pater amouentis iurare non cogitur cum iniquum sit de alieno facto alium iurare*, Vnde necessario qui iurauerit, relationem rationum reddendam, debet sedulo inquirere de veritate iuramenti nec excusari debebit, prætextu credulitatis vel ignorantie.
11. Maximè, quia pœna tripli, quæ imponitur iure ciuili alicui, eo quod plus petierit, quam quod deberet iuxta textum in §. tripli instit. de actionibus, l. 1. Cod. de plus petitionibus, cap. 1. iuncta glossa eodem titulo, locum habet etiam si per ignorantiam plus petendo aliquis actionem proposuerit, vt probatur textu expresso, in l. ff. de interrogatorijs actionibus, eis verbis: *Est autem interrogatio tunc necessaria, cum in personam est actio, & ita si certum petatur, nedum ignoret actor, quæ ex parte aduersarij defuncto hæres extiterit, interdum plus petendo aliquid damni sentiat*.
12. Tum etiam, quia si ad dict. legem 18. vt locum haberet ex parte fisci, fraus esset probanda, nunquam eius pœna exequi posset, quia difficillimè probantur, quæ consistunt in animo, qui nunquam magis probatus censerit potest, quam ex actu exteriori: nam ille declarat actum exteriorem, vt tradit D. Thomas 1.2. quæst. 18. art. 6. quem refert Couar. in Clementina si furiosus, 2. part. in initio, num. 3. ex quo glossa in §. Pauonũ, verbo, desiderit, instit. de rerum diuisione tradit exteriora iudicare animi secreta interiora, & in brutis quoque animalibus intrinseca intelligimus per extrinseca, vt inquit glossa, verbo in uxorem, in l. fin. ff. de diuortijs, & in l. is qui, verbo ex sermonibus, ff. de tutoribus, & curatoribus datis ab his, de quo multa notauit Iason in l. apud Iulianum, §. constat de legatis 1. & in l. furiosum, num. 4. Cod. qui testamenta facere possunt, & cum valde difficile sit animi interiora cognoscere, ideo quia fraus in animo consistit, difficillimæ probationis existimatur, cap. 2. de renunciatione, lib. 6. Alexander. lib. 7. consil. 69. Ancharr. consil. 251. num. 4. Aimon consil. 100. num. 3 & consil. 143. num. 12. Paris. conf. 92. num. 17. Mascard. de probat. conclus. 815. n.

1. Menoch. lib. 5. præsumpt. 3. num. 43. ex quo nisi per actum exteriorem de fraude iudicare non possumus, & satis probatus censetur eo ipso, quod apparet in relatione omnifsum, quod declarari oportet.

Rursus, quia si dicta lex 18. quoad pœnam tripli non procederet, quando adesset ignorantia, ex diametro pugnaret illa lex cum l. 5. tit. 14. lib. 9. Recop. vbi imponitur pœna septupli ei, qui aliquid defecerit in relatione Regiæ pecuniæ, quia dict. l. 5. procedit in eis, quæ apud se habent Regiam pecuniam, & quibus committitur custodia redditu Regalium: nam hi ex præsumpra malitia, & improbitate tenentur in septuplum, quia non præsumitur ignorantia in facto proprio, vt docet Iason in l. si res obligata, num. 35. ff. de legatis 1. l. quanquam, ff. ad S. C. Velleianum, l. plurimum, ff. de iuris & facti ignorantia, Maranta in l. is potest, num. 227. ff. de acquire hæred. Menochius lib. 6. præsumpt. 23. num. 32. at verò in reliquis, qui rationem reddere debent, quia possent esse non bene instructi, decipi, aut habere iustam causam ignorantie, quia multoties rem tractauerint per institutorum manus, quamuis id non sufficeret, vt omnino à pœna eximerentur ex damno Regalis patrimonij, & periurio, tamen dict. l. 18. contenta fuit cum pœna dupli, adiuncto simpli iuxta eius dispositionem.

Maximè, quia hæc pœna est conuentionalis, ad quam se obligauit ex natura rei, qui rationem reddere debet, argumento l. Imperatores, ff. de iure fisci, ibi: *ipse te hinc pœna subdidisti*, l. si duo, vbi glossa, & Bald. ff. de acquire hæredit. & ex iuramento potest exequi pœna conuentionalis, Ancharranus consil. 146. Gutierrez de iuramento confirmatorio, 1. part. cap. 36. num. 11. & committitur ipso iure, vt in terminis tradit Cabreros de triplis, cap. 3. num. 8. & 9. nec ab ea quis liber existimandus, quando pœnam promissit, & si causam excusationis alleget: nam licet alia iusta causa excuset, vt in condemnatione expensarum litis, quando quis iustè iudicium institueret, argumento textus in l. qui solidum 8. etiam Respublica, ff. de legat. 2. at verò ab eis non excusatur ex quacunque iusta causa, qui expensas promissit per contractum, glossa verbo *fortassis*, in l. 3. §. si rem, ff. de legat. 3. Alex. lib. 2. consil. 119. num. 12.

Et facit textus in l. 86. §. 13. tit. 5. lib. 9. expenso verbo *Precisamente*, quo omnino hæc pœna iubetur exequi, ex quo & ipso iure committenda, & condemnationem inducit, vt ex Tiraquello, Rebuffo, Iafone, & Thufco

16. Denique, quia ignorantia, quæ regulari ter allegari solet ab eis, qui in rationibus reddēdis, & in relationibus iuratis fraudem committunt, præsumi non oportet, quia semper Procuratores, institutores, negotiorum gestores dominos, quorum negotia gerunt, admonere solent de instrumentis solutionum, quas fecerint, & de omnibus, quæ in rerum suarum administratione egerint, ita ut licet per institutores res ageretur, notitia & eius scientia præsumatur, ut docet Panormitanus lib. 2. conf. 19. num. 4. cuius doctrinam sequitur, & notabilem tradit Aimon, Craucta lib. 1. conf. 40. & Thufcus pract. lit. S. conclus. 64. num. 53. & quamuis glossa verbo, si nesciat, in l. si res obligata, ff. de leg. 3. tradiderit præsumi ignorantiam facti Procuratoris, limitatur, quando Dominus tenetur factum Procuratoris inuestigare, ut argumento textus in cap. innotuit de elect. & Clementina vnica in fine de concef. Præbend. tradit lafon in dict. l. si res obligata, num. 41. Alex. lib. 2. conf. 103. num. 15. Thufcus practica- rum, verbo ignorantia, conclus. 18. num. 15. & 18. præsertim in causa ardua, & notarunt plures, quos refert Menoch lib. 1. præsump. 73. num. 43. & quando tempus aliquod præterit, in quo potuit Dominus certior fieri, ut notauit Romanus conf. 481. num. 2. vel quando Procurator esset coniuncta persona, ut probatur in l. intestatæ fin. ff. pro emptore, l. prædia, Cod. de fideicommissis, glossa communiter recepta in dict. l. si res obligata, verbo scisset, & alibi ego notauit.
17. Ex quo concludendum est nec ignorantiam præsumi in hoc casu, nec ut exequatur pœna tripli ex parte fisci esse probandam fraudem, ut in terminis, et si ferè omnia ex prædictis non attulerit, tenuit D. Ant. Cabrera de Triplis, cap. 14. num. 7.

ALLEGATIO XXXIX.

Nominator an teneatur ad pœnam dupli, & in triplo pro nominato & substituto.

1. Nominator tenetur pro nominato ad interesse.
- l. hi qui, Cod. de periculo nominat. lib. 11. l. ad similitudinem, Cod. de Episcop. & cler. l. nullus 60. Cod. de Decurio, lib. 1. l. neminem 64. Cod. eodem.*

1. *l. Cod. de prapositionis agentibus in rebus, lib. 12.*
2. Fideiussoris obligationem augere non potest delictum debitoris.
- l. 2. Cod. ad S. C. Turpilianum. Fraus unius alteri nocere non debet. l. de pupillo, §. si plurimum, ff. de noui operis nunciacion. l. apud eum 7. Cod. de censibus, & censitor. lib. 11. l. vnica, Cod. de periculo eorum, qui pro Magistratu interuenerunt, lib. 11. Nominator velut fideiussor nominati habetur. l. Imperator 11. §. 1. ff. ad Municipial. l. 1. ff. de Magistrat. conuenien.*
3. Pœnam tripli commissam à substituto in officio eius bonis deficientibus ex valore officij exigendam Senatus decreuit.
4. *l. 1. §. qui sint, ff. nautæ, Caupones. l. debet, §. hac actio, ff. eodem.*
5. *l. fin. ff. de Magistr. conueniendis.*
6. *l. 1. Cod. ad leg. Iuliam repetundarum.*
7. Dupli pœna cum interesse, quod est triplum, cohæret exercitio muneris Theaurarij si quid omissum in rationibus reddendis.
8. *cap. 1. ex capitulis Prætorum explicatur. Pœna septupli irrogat infamiam. l. 2. tit. 1. lib. 4. fori legum. Pœnam septupli debet soluere pro nominato, qui illum ad officium nominauit.*
9. *l. 20. tit. 11. lib. 9. Recopil. l. 15. & 19. tit. 16. lib. 9. Recopil. l. 132. quaderni gabellarum.*
10. Nominator, qui aliquem in officio nominauit, tenetur pro eo de culpis & delictis in officio commissis.
- Nominatoris culpa consideratur in eligendo non idoneo. l. nã & Seruius, §. fin. ff. de negotiis gestis. l. vel per literas 2. ff. si mensor falsum modum dixerit.*
11. Eligens malè substitutum in culpa est.
- l. videamus 11. in principio, ff. locati. l. si seruus 27. §. Proculus ad leg. Aquil. l. 5. tit. 18. part. 2. Episcopus Cauriensis multatus fuit in Cancellaria Pitiana pro vicario quem elegit. Dux Vexariensis condemnatus fuit, ut solueret multam, que irrogata Iudici Ecclesiastico, quem ex indultis Apostolicis nominauit.*
12. A fideiussoribus Theaurarij exigitur pœna pecuniaria, que irrogatur substituto in officio pro malè gestis in eo.
13. Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.

Theaurarius

Theaurarius qui aliquem nominauit ad officij exercitium si nominatus fraudem committat in rationibus reddendis ita ut ad triplum condemnatur, si nulla bona fuerint nominati, an possit pœna ex officij valore in cuius exercitio deliquit exigi.

1. **IN** quo casu prima fronte videbatur non posse ex ipso, officio pœnam exigi, quippe Theaurarius ex nominatione solum videbatur ad interesse ciuile esse obligatus non verò ad pœnam criminalem, l. hi qui, & titulus Cod. de periculo nominatorum, lib. 11. ad similitudinem, C. de Episcopis & Clericis vbi notauit Bald. facit l. nullus, 60. Cod. de decurio. lib. 10. ibi: *Per substitutos periculo suarum facultatum*, l. neminem 64. Cod. eodem, l. 1. Cod. de prepositis agent. in rebus lib. 12. vbi Lucas de Penna, in vtraque lege notauit.

2. Et ideo fideiussores quantumuis in omnem causam intercedant, adhuc non teneri pœna tripli quia delictum debitoris obligationem fideiussoris augere non potest, l. 2. Cod. ad Senat. Consult. Turpilian. Heringius de fideiussoribus c. 24. n. 175. & iniquum esset fraudem, vnius nocere alteri quam ei qui fecit, l. de pupillo, §. si plurius, ff. de noui operis nunciacione, & alterius culpa alter non debet subiacere dispendio, l. apud eum, 7. C. de censibus & censitor. lib. 11. & ideo fideiussores Magistratu pro delictis, & pœnis eorum non tenentur, l. vnica, C. de periculo eorum qui pro Magistrat interuenerunt lib. 11. ex quo, & aliis pluribus hanc sententiam ut fideiussores in triplum condemnari non possint, probauit D. Antonius Cabreros de Triplis c. 17. per totum & cum nominator velut fideiussor censendus l. imperator 11. §. 1. ff. ad Municipial. ibi: *Sed placuit fideiussoris exemplo priorem conueniendum qui nominauit quia fidei ratione conuenitur*, l. 1. ff. de magistrat. conueniendis eis verbis: *Parui enim refert nominauerint, vel fideiusserunt an in se periculum receperunt*, & notauit Camillus, de Medicis conf. 31. num. 3.

3. Vnde similiter dicendum tripli pœnam nominatoris damno esse non debere ut ex pretio officij aliis bonis deficientibus consequi possit.

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisg. Tom. I.

Verumtamen contra obtinui ut cum facta fuisset excussio in bonis eius quiofficium administrauit, nec aliqua inuenirentur bona ex quibus pœna exigere possit in ipso officio in quo delictum commissum pœna exigere valeat, cuius rei fundamenta, non leuiora præstant.

Primò l. 1. §. qui sint iuncta, l. debet, §. hæc actio, ff. nautæ, caupones, & stabularij, vbi cum illi de quibus in eo titulo teneantur pro magistris nauium, vel aliis quos alicui exercitio præposuerunt, tunc quando ex nominatione cum prædicta actione conueniantur, in duplum pœnâ præstare tenentur, & cum ex maleficio hæc obligatio descendat, glossa verbo *Hæc actio*, dictæ legis debet nominator ad omne quod illa respicit, interesse scilicet, & pœnam tenetur, iunctis, quæ in eo textu notarunt Bartolus & Baldus, vbi etiam Albanus, Philippus, Francus in cap. exigat, n. 4. de censibus, Laudensis de officio dominor. quæst. 167. ex Ioanne Andrea, Imola, Auedaño, & aliis, Azeuedo l. 6. num. 19. tit. 11. lib. 7. Recopilationis; & cum nulla differentiaratio inter hanc pœnam dupli & aliam tripli possit considerari, quemadmodum qui aliquem præposuit exercitio, ad pœnam pro exercitio tenetur, similiter in hoc casu teneri debet pro triplo, quando substituti in officio Theaurarij nulla bona inueniuntur, quibus tripli pœna dependi possit.

Secundò facit l. fin. ff. de Magistratibus conueniendis, vbi si Magistratus tutores nominauerunt, non solum pro nominatione ad interesse tenentur, sed ad pœnam, videlicet ut in vsuras pupillares, in quibus tutores pro negligentia & culpa condemnantur, similiter Magistratus teneri debeant, nota verba ibi: *An verò vsuræ peti non possint, quoniam constitutum est pœnarum vsuras peti non posse, & rescriptum est à Diuis Senero & Antonino, vsuras peti posse, quoniam eadem in Magistratus actio datur quæ competit in tutores*; & pro huius rei explicatione adde que notauit Bartolus in l. 2. num. 1. C. de action. & oblig. Arretinus in l. vinum, ff. si certum peratur, vbi etiam Baldus, Montanus in tract. de tutelis, cap. 32. regul. 7. num. 47. 48. & 52. & ideo similiter in hoc casu nominator ad triplum tenebitur.

Tertiò apertè id firmare videtur l. 1. C. ad legem Iuliam repetundarum, vbi is qui nominauit aliquem officialem, pro eo tenetur si quid malè egerit, non solum ad interesse, sed ad pœnam quadrupli; nota verba: *Ut non solum quod eius, non dicam domesticus, sed manipularius & minister acceperit, verum etiam quod ipse à Provincialibus nostris rapuerit aut sustulerit, in quadruplum exsoluat inuitus*. & hanc sententiam explicat Baldus & Salicetus

N n in eo

in eo textu, Decius in l. hoc edicto, num. 15. ff. quod quisque iuris, adde quæ ex Cuiacio, Deciano, & Boherio notarunt Neuius & Delrio in d. l. i. Roman. consil. 11. num. 3. & 12. & conf. 338. num. 7. & conf. 434. Cephalus conf. 362. num. 27. Capella Tholosana decif. 196. num. 3.

7. Vnde si ad quadrupli pœnam tenetur qui nominauerit officialem, si quid nominatus sustulerit vel rapuerit, cum id ex accidenti eueniat, non velut connexum exercitio & ministerio, multo magis in hoc casu ad duplum tenebitur in eo quod Thefaurarius nominatus fraudem fecerit in rationibus vel relationibus iuratis Regali Patrimonij, cum ex natura & essentia ipsius officij Thefaurarij proueniat, & ad dupli pœnam vltra interesse, quod triplum dicitur, obligetur quando officij muneris exercitium iniungitur, quia expressè obligatio fit in consilio rationum Regiarum, de illis reddendis cum pœna tripli, si quid declarauerit solutum quod non fuerit, aut si aliquid omiserit exactum declarari, & inde cum instum sit, hoc onus muneris exercitio illud subire tenebitur qui aliquem ei muneris proposuerit, ex traditis à Iafone in l. age, C. de transact. num. 8. & 9. vbi Alciatus num. 24. Romanus conf. 15. Heringius de fideiuss. cap. 24. num. 189. Giurba conf. 36. num. 26.

8. Quartò in idem expendi potest cap. i. ex capitulis Prætorum, eis verbis: *Ni llebaran, ni consentiran lleba a sus oficiales, mas derechos de los que en el arancez de aquella ciudad, villa, o prouincia que es a su cargo fueren puestos so pena que los pague con los setenos aunque diga que no lo supieron.* vbi etiam si prædicta pœna quodammodo irrogat infamiam, quia furto æquiparatur qui in illa condemnatur, l. 2. tit. 1. lib. 4. For. legum, & tradit Auiles in dict. c. verbo *Setenas*, num. 1. Bobadilla rectè explicans, & ideò vitandam hanc pœnam statués lib. 5. Politicæ, c. 1. num. 233. vsque 236. tamen qui officialem præposuit exercitio alicuius muneris, in hac pœna septupli tenetur, & cum ad eò grauem pœnam subeat, nominator melius ad hanc dupli pœnam obligabitur, quæ ex natura & obligatione ipsius muneris reddendarum rationum, si in hoc deficiat, debetur.

9. Pro qua re noto duo iura in terminis Thefaurarij & officialium, quos ad muneris exercitium proposuerit, l. 20. tit. 11. lib. 9. Recopil. vbi loquens de conductoribus, quæstoribus & Thefaurariis honorum Regalium, tradit hæc verba: *Y que sean tenudos de poner en los dichos arrendamientos, y recaudamientos tales baxedores que guarden losusso dicho, y si lo con-*

trario fciaren los tales fazedores, que paguen los que assi los pusieren las dichas penas cada uno de su partido por si por sus bienes y fiadores que hubieren dado, vbi loquitur de pœna septupli, quæ irrogatur eis, quibus cura est soluere aliquid ex Regalibus redditibus. creditoribus consignatum, si quid minus soluerint, vel aliquid acceperint pro solutione faciendâ: & quod magis est, etiam si supra tradidimus fideiussores non teneri ad duplum in nostro casu, adhuc ex verbis supradictis tenentur ad septuplum in d. l. 20.

Et idem traditur l. 19. tit. 16. lib. 9. Recopil. 10. ibi: *Y si lo contrario hizieren los tales baxedores que la paguen los que assi los pusieren con las penas, cada uno en su partido por si por sus bienes, y por sus fiadores que hubieren dado: & notandum est l. 15. d. tit. 16. lib. 9. solum videri pœnam dupli apponi in hoc casu eis qui aliquid receperunt, pro soluendo eo quod à Rege creditoribus consignatur, sed iuxta Azeued. in d. l. 15. d. l. 19. & l. 20. prædictæ sunt nouiores, ac perinde obseruandæ, vt pœna quæ antea erat dupli, aueretur ad septupli, & est etiam l. 132. quaterni gabellarum, & id eò de pœna septupli non erit dubitandum, cui ego adiungo notandum in d. l. 15. postquam dupli pœna adiecta vltra traditur subiacere eum aliis pœnis, quas Rex arbitrabitur, & quod arbitrio & voluntate Principis antea relictum, postea declaratur, d. l. 19. & l. 20. vt pœna septuplum respiciat.*

Rursus quia omnium Doctorum communis sententia est, vt ille qui alterum in officio substituit, ex sua voluntate & electione teneatur pro illo de excessibus & delictis, vt notarunt Platea num. 3. Filiucius num. 57. Nouarius num. 2. in l. nullus, 60 C. de decurionibus, num. 10. Thefaurus lib. 1. forësum, quæ l. 83. Bofius in praxi, tit. de official. corrupt num. 31. Menoch de arbitrariis, casu 345. num. 1. & conf. 1159. num. 4. ex quibus Alciato, Farinacio, Guazino, Rolando, Thufco, Seraphino, Conrado, & aliis pluribus, tenuit Giurba conf. 36. num. 26. ex Cancerio, Roberto, Puteo, Auendaño, Auilefio, Bobadilla, Barbosa, & aliis pluribus, D. Amaya in commentariis, d. l. nullus, num. 43. & 44. præferim in hac pœna dupli, quæ non respicit corpus, sed interesse, quia ad pœnam corporalem non tenetur nominator, vt latissimè probauit Giurba consil. crim. 36. num. 85. aliàs enim omnis hæc Doctorum communis sententia irrita esset, solum ad interesse teneretur nominator, non pro pœnis pecuniariis, quia de interesse nullus dubitauit, & pro culpis non tenerentur nominatores nisi pœnas pecuniarias subirent, præsertim quando, vt in

in hoc casu non cogimus personam nominatoris, sed solum admittimus pro pœna dupli procedi vt exigatur ab officij valore, in cuius exercitio culpa fuit in rationibus reddendis, postquam constiterit ipsius substituti & nominati bona non extare, quia etiam nominatoris culpa potest considerari cum malè ageret substituendo non idoneum vel fidelem in officio Thefaurarij, quemadmodum delegans tenetur de imperitia pro delegato, & qui eligit ad aliquod negotium pro eligente, l. nam & Seruius, §. fin. ff. de negot. gest. ex Menochio conf. 1159. & aliis tradit Giurba dict. conf. 36. n. 4. & 29.

11. Et vltra eos ego expendo textum valde notandum in l. vel per literas, 2. ff. si mentor falsum modum dixerit, vbi traditur, si mentor (vt in præfenti Thefaurarius) Titio delegauerit, vt agri mensuram faceret, & ille dolo malo aliquid in ea fecerit, tenebitur qui delegauit, addita ratione nobis aptissima, quia *dolo malo versatus es qui tali homini credidisti.* adde Paris. vol. 1. conf. 104. num. 28. & volum. 4. num. 7. conf. 4. Hieronym. de Monte de finibus, c. 31. num. 4. Gregor. Lopez gloss. 2. in l. 8. tit. 7. p. 7.

12. In cuius rei confirmationem D. Amaya (cti non adduxerit d. l. 2. nec alij ex supra relatis) in d. l. nullus, C. de decurionibus, numero 44. tradit in culpa esse illum qui malè elegit, l. videamus, 11. in princ. ff. locati, l. si seruus, 27. §. Proculus, ff. ad l. Aquiliam, quia nominator debuit eligere illum de quo speraret omnia bene gerere, & probatur l. 5. tit. 18. p. 2. eis verbis: *Dene catar que embie tal hombre en su lugar que pueda e sepa facer todas aquellas cosas, que el era temido de facer,* & Dominus Amaya confirmat ex Gregorio Lopezio. Giurba, Fuluo, Constantio, Platea, Barbosa, Bobadilla, Azebedo, & aliis, & n. 45. adducit pro eadem re Farinacium, Perciram, & Sesse, & inde tradit in Senatu Pintiano, eo præfente, multatum fuisse Episcopum Cauriensem pœna quingentorum ducatorum de bonis temporalibus, eo quòd Vicarium quendam constituisset, qui in casu quo declaratum vim facere, Regiis iussionibus parere noluit, & cum se absentaret Vicarius, & à Regno extractus, nullis relictis bonis temporalibus, ideò multa fuit exacta à bonis temporalibus Episcopi, qui eum nominauit, & similiter tradit in Cancellaria Granatensi, cum Dux Vexariensis ex indultis Apostolicis Clericum vt iudicem eligeret, & excitaret nominando, & Clericum vim facere declaratum, & iudex ille monitus à Senatu, nollet vim reponere, multatus in temporalibus certæ summæ Dux ipse nominator Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. Paris 1.

ad solutionem fuit condemnatus, cum Clericus ille iudex soluendo non esset, aliter enim Regia decreta eluderentur, & cum ad eò publicè interfit, rationes Regalis Patrimonij iustè sine dolo & fraude expediri merito pœnâ dupli, quæ iniuncta fraudanti, si ille bona non habuerit, exigi debet ex valore officij in quo deliquit, & substitutus fuit à nominatore, vt in aliis casibus pœnæ quæ respiciunt pecuniariam exactionem, exiguntur à nominatore iuxta ea quæ notauimus.

Nec obstat quæ contra expensâ fuerunt, 13. quia respiciunt ne ad pœnam corporalem nominator teneatur, quod iam admittimus & probamus; secus verò ad pœnas pecuniarias, quia periculo suarum facultatum nominatio procedit, d. l. nullus, C. de decurionibus. lib. 10. quemadmodum in cap. 1. Prætorum, & in l. 20. tit. 11. l. 15. & 19. tit. 16. lib. 9. Recopil. qui alios substituunt, ad Thefaurarij Regis officium ipsi & illorum fideiussores teneantur pro pœna dupli & septupli, quæ substitutis malè officium gerentibus irrogatur.

Vnde constat in hoc casu non adeo verò opinionem Antonij Cabreris de triplis, cap. 27. fideiussores ad pœnam teneri, quia vltra quam expressè contra decisum d. l. 15. 19. & 20. quamuis in triplo aliter praxi Senatus Regalis Patrimonij contra admissum cum fideiussio sit stricti iuris, ne extendatur nisi ad illud quod expressum, non inde argumentum euincit, quòd nominatorem qui aliquem in officio substituit & præposuit, cum debeat teneri nominator pro omnibus quæ ex natura sunt illius ministerij, & quâuis pro fideiussore habeatur nominator, dict. l. Imperator, §. 1. ff. ad municipalem, l. 1. ff. de magistrat. conueniend. non inde restringendum quod ex nominationis natura & iure obligatus nominator, quia inducta ad augmentum (id est, vt pro fideiussore habeatur) non debent operari diminutionem, vt ex Ruino, Alciato, Barcio, Viuio, & aliis probauit D. Castillo tom. 4. controuerf. cap. 40. num. 13.

ALLEGATIO XL.

Solutio ex causa publica potest fieri alterius rei quàm promissæ.

1. Hispani Imperij magnitudo plura stipendia debet militibus soluere.

- Hispani Regis potentia in militibus ad bellum preparandis.*
Hispania diuitia.
2. Rex Hispania multis eget diuitiis ad tuendum magnum suum Imperium.
 3. Millionum tredecim aureorum quantitatatem anno 1637. extra Hispaniam soluendam Rex Hispania cum negotiatoribus conuenit.
 4. Donatium factum Regi Hispania anno 1637.
 5. Princeps ex suis contractibus obligatur.
 6. Princeps non potest derogare obligationi, cui se subiecit.
 7. Donandi obligatio non adstringit ultra quam quis facere potest.
l. maritus 55. vers. at is ff. solut. matr.
Solutio minuta summa habet plura incommoda.
l. tutor. S. Lucius. ff. de usuris.
l. planè 5. ff. familiae erciscunda.
 8. Hypothecaria obligatio plus cautionis habet & aestimationis, quam personalis.
l. plus cautionis de regul. iuris.
 9. Arbitrium absolutum respicit liberam voluntatem.
Interesse succedit loco rei in obligationibus facti.
l. stipulationes non diuiduntur ff. de verbor. obligat. & num. 24.
 10. Implere ex suo latere debet contractum, qui petit eius implementum.
l. Iulianus, S. offerri. ff. de action. empti.
l. si in emptione, S. item si emptor. ff. de contrahend. empt.
cap. frustra de regul. iuris, lib. 6.
l. quero, S. inter locatorem. ff. locati.
Exceptio defectus implementi potest opponi in via executiua.
 11. Conditio in forma specifica adimplenda.
l. qui heredi 44. de condit. & demonstr. & num. 26.
Forma substantialis implenda nec potest per equipollens.
 12. Alius dictio significat rem diuersam, non similem.
l. sub conditione 81. S. si libertus, ff. de leg. 1.
 13. Contractus impletur specificè, quando ex illius verbis sequitur implementum.
 14. lex quamuis 2. Cod. de pignoribus exornatur.
 15. Expressa potius demonstratiuè, quam limitatiuè accipiendum.
Demonstratio falsa non nocet.
l. quibus diebus, S. qui dotalem. ff. de condit. & demonstrat.
l. demonstratio 17. l. falsa 31. de condit. &

demonstrat.

l. si sic legatum 75. S. si mulier, de legat. 1.
l. legami 25. de liber. legat.

16. Demonstratio generaliter adiecta intelligenda non restringendi, sed designandi causa.

17. Demonstratio falsa tunc nocet, quando fit eius, quod in rerum natura non est.

l. si seruus 108. S. quicumque, ff. de legatis 1.

18. Restrictio non est in expressis, ubi de aliis rebus generaliter adicitur.

19. Dicitio qui, quando restringit, uel non.

*l. omnes populi, ff. de iustitia & iure.**l. à filio, S. testator de adm. legatis.**l. 1. S. sed cum plures, ff. si fam. surt. fecisse dicatur.*

20. Dicitio qui non restringit sed demonstrat, quando conuenit omni rei de qua agitur.

21. Solui aliud pro alio potest si nullum creditor damnum patiatur.

22. l. qui autem, 14. S. sed et si quis certum, ff. de constit. pecun.

Fideiussorem certum dare promittens liberatur dando alium aequi idoneum.

23. Solui posse aliud pro alio creditore inuito ex iusta causa uel in casu necessitatis.

l. si me, & Titium, ff. si certum petatur.

24. Interesse succedere in obligationibus facti procedit in contractibus innominatis.

*l. naturalis, S. 1. ff. de praescriptis verbis, & num. 25.**l. 1. ff. de rer. permutacione.*

Solui aliud pro alio inuito creditore potest in contractu innominato ex iusta causa.

25. Contractus innominati implementum requirunt, & implementum sequitur praestando interesse.

26. Conditio quando potest per equipollens adimpleri.

*l. quoties, S. si quis nomen, ff. de heredit. inst.**l. legatum, ff. de usufructu.**l. Iulianus, ff. de condit. & demonstrat.**S. est autem acceptilatio, instit. quibus modis tollitur obligatio.*

27. Qualitatem in contractu adiectam in dubio magis ut modum quam ut conditionem accipiendam.

l. cum seruus, ff. de verbor. obligat.

Effectus quando sequitur non curandum de modo.

28. Solutio ex iustis causis potest fieri per equipollens.

Solutio

- Solutio facta ut compensatio idem operatur quod uera.*
l. debitor ff. qui potiores.
l. rei iudicata, S. 1. ff. solut. matrimo.
l. si peculium, ff. de statu liber.
l. Solutionis, ff. de solutione.
29. Soluere uidetur qui delegauerit debitorem.
l. inter causas, S. abesse, ff. mandati.
l. quamuis, S. interdum, ff. ad S. C. Velleian.
Fideiussor qui delegauit potest statim agere mandati quamuis delegauerit eum qui soluendo non erat.
l. qui debitorem, ff. de fideiuss.
l. item liberatur, qui paratus, ff. quibus modis pignus uel hypotheca soluitur.
l. si rem, S. omnis ff. de pignorat. actione.
Solutio ad omnem satisfactionem referatur.
l. solutionis, ff. de solutione.
 30. Solutionis ubi mentio fit in dispositione impletur solutione facta.
l. in fideicommissum 3. S. si auro, uel argento, ff. de usuris.
Difficultas praestandi non excusat ab obligatione.
l. continuus 137. S. illud inspiciendum, ff. de verbor. obligat.
 31. Difficultas magna dandi, quod debetur, facit, ut possit aestimationem dando obligationi satis fieri.
l. si domus 71. S. qui consistetur, ff. de legat. 1.
 32. Difficultas magna dandi, uel soluendi in pecunia facit, ut possit debitor soluere in bonis, & qui ita obtulerit solutionem, uidebitur carcerem.
 33. Solutio contractu comprehensa ad uerosimilem referenda.
l. si ex pluribus la. 2. ff. de solutione.
 34. Princeps ex causa publica utilitatis potest contractus à se factos reuocare, & bona subditis adimere.
l. 2. tit. 1. part. 2.
l. 31. tit. 21. part. 3.
 35. Donatio, quae à principio ex liberalitate procedit, postquam facta promissio donandi habet iuris necessitatem.
Princip. instit. de obligat. & action.
l. fin. Cod. de dotis promissione.
l. cum post mortem, S. 1. vers. sed de his, ff. de admin. tutor.
 36. Donatiua, quae succedunt loco collectarum habent iuris necessitatem.
Tributa Principi debent.
cap. si tributum 11. quest. 1.

cap. tributum 13. quest. 8.

37. Donatiui apud nos exigendi modus.

38. Donatiuum Regi datum pro bello sustinendo.

l. dolus 44. ff. mandati.

39. Arbitrij mentio ad regulatum, & boni uiri referendum.

*l. fideicommissa 11. S. quamquam, ff. de legat. 3.**l. 1. ff. de usuris.*

40. Solutio ex qua sequitur idem effectus potest per equipollens adimpleri.

41. Interesse succedit in obligatione facti etiã si de non implemento apponatur per exceptionem

l. emptorem. Cod. locato.

42. Implementi defectus opponi non potest ab eo, qui nullum damnum sentit.

Quando aliud pro alio inuito creditore solui possit à Principe in consignationibus quae negotiatoribus delegata.



N hoc anno 1637. cum ferè totus Christianus orbis bellis tumultuaret, & haeretici Sueui, & Hollandi Bataui in Christianam Religionem insultarent, & in Principes suos quorum munus est illam defendere, Imperatorem scilicet Germanum, & Regem Catholicum Hispaniae, necessum fuit, ut ad sustinendos exercitus, quos Princeps noliter semper habet in Germania, Belgio, Italia, & ut posset repellere Gallorum inuasionem, & factiones, ut iam expedire ualere classes, quae exercitibus debent deferuire, & subministrare, & ad Indos Orientales & Occidentales quotannis ab Hispanicis littoribus proficiscuntur, longè pluris quam antea stipendiis militum maior summa pecuniarum destinaretur, in quo cum ferè totus Orbis pefsum ruat super humeros Regis nostri Catholici, illèque Ecclesiam Romanam, & fidem semper defendat, maximè eget stipendia soluere ex ingenti & admiranda potentia Imperij Hispani, cuius testimonium exterum subiungo à Carolo Scribanio in Politico Christiano lib. 1. cap. 42. pag. 290. ubi postquam sedulo retulit omnia, quae militum, & stipendiorum subministrare possunt Regna nostra, & Prouinciae, quae intra limites Hispaniae continentur, tradit Regem nostrum ex Hispania posse colligere militum

N n 3 peditum

peditorum ducenta & viginti millia, & equitatus nonaginta millia, & postea agit de reditibus, quos Prouincia Hispania inferunt, & dependunt Regio fisci arario, notanda verba tradit ibi: *Nam si Regias intuearis opes, ingentes omnino sunt, cum supra sex, & viginti auri milliones annua Regio inferantur arario, & possent plures, si res Augusti more ad certos calculos redigamus, nam si quis arbitretur tam sedulam seriam que exactionem, non cadere in Magnos Reges, errat, non penituit nec puduit Romanum Imperatorem, nec quidquam magnitudini illius ex accuratissima, & quasi privati hominis cura decebit, accessit plurimum.*

2. Omnes igitur ista diuitia, quae solum ex Hispania Regio arario inferuntur, & ingentes Thesauri quos subministrant & nostris littoribus inferunt, classes Orietales, & Occidentales Lusitaniae scilicet, & Castellae, & tot Regna quae in Italia, Germania, Belgio, & in aliis orbis Regionibus, subiacent imperio Hispano Rex noster expendit vt fere suum ararium exhaustum habeat pro defensione Religionis, & haereticorum de bellatione, vt recte egeant Hispani principes magna & ingenti potentia suorum Regnorum de qua Camillus Borrell. integrum librum edidit de praestantia Regis Catholici, & D. Valdes. etiam librum fecit de dignitate Regum Hispaniae, & huius Regni magnitudinis bellicae virtutis Hispanorum & fortitudinis, et si plurima possent cumulari, vnum pro cunctis sufficiat quod tradit, & probat Magister Fr. Ioannes de la Puente in conuenientia vtriusque Monarchiae, Ecclesiasticae, & Hispanae lib. 3. cap. 3. §. 3. solum tempore centum annorum ampliores prouincias, & Regna Hispaniam suo imperio subiugasse quam Romani in octocentis annis adquisierunt.

3. Igitur, vt exercitibus stipendia possit Rex noster subministrare, hoc anno contractus facti fuerunt cum negotiatoribus Genuensibus, & Lusitanis, vt terdecim millies aureorum, id est, milliones terdecim in Germania, Belgio, & Italia litteris Cambij consignarent militibus soluendos, & magna parte pecuniae negotiatoribus antea data cum grandi Cambio, quod respicit interesse pecuniarum, reditibus annuis, honoribus, & officiis eis concessis, non solum illis, sed eorum consanguineis pro summa sex centum millium aureorum, quae ipsis non tradita, sed postea ex aliquibus effectibus soluenda in scriptura negotiationis, quam dicimus *asientos*, conuentum fuit, vt haec summa illis solueretur ex diuersis rebus, quae vendebantur à Senatoribus consilij Castellae & Regalis Patrimonij ex venditionibus officiorum, & aliarum re-

rum: nota verba, quibus solutio promittebatur, ibi: *en lo que procediere de efectos que se benefician por los de mi consejo de ventas, de jurisdicciones, oficiales y otras cosas.*

4. Et cum semper Hispani Principibus suis alacriter omnia subministrant pro publica fidei & Regnorum defensione, donatiuum fieri ab omnibus subditis Castellae decretum fuit in comitiis generalibus, vt in Gallia ad haec subsidia congregari tradit Petrus Gregor. lib. 24. de Republica, cap. 5. num. 3. idem apud nos donatiuum decretum, vt ararium exhaustum posset tot militum stipendiis satisfacere, vt saepius in omnibus Regnis, & Republicis consuetum, & vltra illud donatiuum, quod factum Moysi, vel potius Deo ad Tabernaculum templi, de quo Exodus cap. 35. & videndi lib. 3. Regum cap. 10. Iosephi lib. 8. antiq. cap. 6. Sabellicus lib. 2. Aeneadis 3. & lib. 6. Aenead. 4. Caelius Rodiginus lib. 13. antiq. lection. cap. 16. & de iustitia donatiui, & modo Ponte i. p. decis. 3. Mastrill. de magistrat. lib. 5. cap. 15. num. 29. Camillus Borellus cent. 2. consil. 1. per totum, vbi latissime, & de praestantia Regis Cathol. cap. 20. num. 54. D. Valenzuela conf. 99. n. 61. ex innumeris Theologis, & aliis iuris Doctoribus, plura de donatiuis notauit Pater Diana 1. part. Moralium, tractatu 3. resolut. 1. 2. 3. 4. 5. 16. 17. 18. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 31. 32. & idem Diana 3. part. tract. 5. resolut. 78. idque donatiuum saepius subditi ex publicis necessitatibus Principi conferunt, & donatiuum factum Traiano tradit Plinius in eius Panegyrico, eoque vti oportere Reges Hispanos tradit Carolus Scribanus in Politico Christiano, dict. lib. 1. cap. 42. pag. 293. ibi: *Ex his opibus vltra nona voluntate Regi suo anni vnus prouentum offerant, quam nobili augmento Regium opulentabant ararium, & quis petenti Regi fidei, & Regni bono subsidiarium anni vnus prouentum negauit, maxime si aliquid honoris Regia munificentia singulis accedat, honor enim pro pecunia erit maxime apud Hispanos.*

5. Cum igitur ex venditionibus officiorum ea summa sex centum mille aureorum non redigeretur eius, cuius defecerat solutio in pecuniis donatiui negotiatoribus consignata fuit, illi vero admittere consignationem recusabant, quasi Princeps ad sui contractus obseruantiam adstringendus sit, cum in eo publicam exuat personam, & priuatam induat, vt notatur in cap. 1. de probat. vbi Beronius num. 28. Azor 1. part. instit. Moralium, lib. 5. cap. 11. Suarez de legibus lib. 3. cap. 35. num. 23. Menchaca controuerf. illustrium, lib. 1. cap. 3. Cauedo decis. 75. num. 1. 2. part. Matienzo in l. 3. glossa 11. num. 3. in fine, lib. 5.

Recopil

Recopilat. & glossa 2. num. 6. Surdus conf. 431. num. 58. Menoch. conf. 493. num. 6. & 7. D. Castillo tom. 5. controuerf. cap. 89. num. 111.

6. Adeo quidem, vt nec ex potestate absoluta possit prauidium facere obligationi, cui se subiecit, aut nec cum iusta causa ex aliquorum sententia illam valebit mutare, vt notarunt Menchaca, & Ceuedo vbi proxime, Ruinus lib. 1. conf. 90. num. 4. Menoch. conf. 27. num. 25. idque potius fauorem Principis respicit, quia alias non esset, qui cum eo contraheret, si obligationes inter eum, & subditos aequales & correspectiuas non censerentur, Baldus conf. 327. & post eum D. Castillo vbi proxime.

7. Tum & quia obligationes, quae ex donatione proueniunt, non videntur iuris necessitatem omnino habere, quia qui donat, non potest conueniri vltra quam facere potest, l. maritus 55. versic. ait. ff. soluto mat. imonio, vbi gloss. notauit, & communiter Doctores, & vltra ordinarios ibi videndus Amatis decis. Marchiae 16. & ista obligationes, quae ex donatiuo proueniunt, sunt minoris summae, quam illae, quae ex venditionibus iurisdictionum, & officiorum, & sufficit minuta solutio, vt deterior censeatur conditio obligationis, argum. l. tutor. §. Lucius, ff. de vsuris & facit textus, in l. Plane, §. ff. familiae erciscunda, ibi: *ex actio partium non minima incommoda adfert*, vide Bartolum Bald. Castalium, Carrocium, & Dumas, quos refert Neuius ad §. Lucius.

8. Tum etiam, quia obligationes, quae proueniunt ex venditionibus officiorum in eis ipsis vadimonium habent, quae vero ex donatiuo solum in personis, & iuris regula est, plus cautionis esse in re, quam in persona, l. plus cautionis de reg. iuris, semperque maiorem aestimationem habet obligatio cum hypotheca bonorum, vt ex pluribus notauit Giurba decis. 117. num. 3. Scaccia de commerciis, §. 1. quaest. 7. part. 2. ampliat. 10. numero 75.

9. Sed etiam adiectum fuisse in contractu (opponebant) iura, & obligationes in quibus solutio ipsis consignanda deberi, aestimari, & censeretur ex voluntate, & placito negotiatorum & expressum esse in contractu regulandum: *Ex suo arbitrio, & non ex alio*, & absolutum arbitrium respicere liberam voluntatem notauit Menoch. de arbitrariis, lib. 1. quaest. 8. num. 12. & consil. 87. num. 19. & quando electio pendet de libera voluntate illa sola sufficit absque eo quod debet referri ad arbitrium boni viri, Bart. in l. 1. ff. de legatis 2. Molina lib. 2. de primog. cap. 5. num. 1. & n.

14. Castillo tom. 5. controuerf. 1. p. cap. 67. n. 3. & tunc in obligatione facti succedit obligatio, & interesse iuxta l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verb. obligat. quando petitur iure actionis, non vero si defectus implementi obiciatur, per viam exceptionis quia tunc actor implere debet: alius Reus qui exceptionem opponit illa tutus erit, vt ex Baldo, Socino Seniori, & Rolando notauit Mantica de tacitis, & ambiguis conuent. lib. 14. tit. 32. num. 26.

10. Quasi Rex noster qui vult negotiatores compellere ad implementum contractus, specificè debeat implere, nec sufficiat praestare interesse arg. l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empti, vbi notauit, Bart. in l. cum proponas, la 2. C. de pactis ex Alex. Corneo, & Tiraquello qui plures refert, Surdus conf. 52. num. 32. ex Decio, Natta, Croto, Beronio, Cephalo, & Becio idem Surdus conf. 447. num. 9. ex Socino Iuniori, & Gozadino Menochius conf. 1. num. 364. & ratio est qui non facit quod debet, non recipit quod oportet gloss. 1. in l. si non fecerit, de iureiurando, l. si in emptione, §. item si emptor. ff. de contrah. empt. & frustra petit debitum qui non impendit quod debet, cap. frustra, 75. de reg. iuris in 6. & qui differt facere quod debet non potest petere quod sibi debetur, Bald. in auth. dos data, C. de donat. ante nuptias ex quibus ita arguit Surdus, d. num. 32. & argument. l. quareo, §. inter latorem, ff. locati ex Bart. Iafone, Alex. Decio, & Natta probauit Rolandus à Valle vol. 4. conf. 69. num. 1. & 2. cum sequent. & exceptionem non impleuisti ex parte tua adeo legitimam esse vt in executione opponi possit, ex Crauera, Menochio, Corneo, Galleffio, Thufco, Marefcoto, & aliis probauit, D. Salgado de reg. protecl. 4. part. cap. 7. num. 108.

11. Quod maxime procedere posset, si vt negotiatores dicebant, in vim conditionis adiectum fuisset quod de consignationibus, & solutione sexcentum millium aureorum conuentum fuit, & condiciones informae specifica adimplenda, l. qui haeredi, 44. ff. de condit. & demonstrat. idque quando in contractu reciproco adiecta fuit, & forma data ex voluntate contrahentium, quo casu dicitur voluntaria, iuxta Surdum conf. 112. num. 64. tunc enim specificè fieri debet implementum, nec sufficit per aequipollens, Bart. in l. Galus, §. & quid sit tantum, num. 27. ff. de lib. & posth. Menoch. conf. 243. num. 24. Hondeus lib. 1. conf. 60. num. 25. Pedroche consil. 40. num. 110. Ofascus conf. 74. num. 23. Fufar. de sublit. quaest. 454. num. 24. D. Castillo 5. tom. controuerf. 2. p. cap. 118.

Verum

12. Verum omnibus prædictis nonobstantibus, ex quibus negotiatores recufabant admittere consignationem, donatiuè ad quantitatem eis debitam exigendam, tamen ex parte Regis nostri rectè, & specificè contractum impleri dicendum est, quia vt ex supra relatis verbis contractus apparet, non solum in pecuniis, quæ redderentur ex venditionibus; officiorum, & iurisdictionum hæc summa consignata fuit, verum etiam expressum fuit in aliis rebus, & verbum, *alius* denotat rem diuersam & omnino dissimilem à prædictis venditionibus quæ fuerant expressæ, quod probatur argum. l. si fundum sub conditione, 81. §. si libertus, ff. de legatis 1. Decianus, lib. 1. conf. 24. n. 99. & lib. 3. conf. 55. n. 83. ex Siluano, Parisio, Socino, Surdo, Menochio, & pluribus aliis notauit Barbosa, de dictionibus vsufrequentibus Verbo *alius*, dictione, 26. nu. 5. & 17. & ponderent interpretes locum D. Lucæ, cap. 23. dum de passionem Christi Domini nostri cum ad Caluariam iret tradit eis verbis: *ducebantur cum eo alij duo nequam vt interficerentur*, vbi manifestè apparet longè diuersum, imò oppositū verbo, *alij*, significari, quanto à Christo Domino nostro dissimiles erant latrones, qui cum eo crucifixi, & dictionem, *alius*, significare diuersa ab expressis, vltra prædictos notarunt Decius in l. si fugisti in. num. 33. Cod. de feruis fugit, Calcaeros conf. 14. num. 2. Ruinus conf. 86. num. 18. lib. 3.

13. Vnde expressè videntur in hoc casu comprehendendi posse cessionem pecuniarum donatiui quia eis verbis: *& aliis rebus*, etiam diuersæ cessiones, quam ex venditionibus officiorum, & iurisdictionum continentur, ideo ex ipso contractu specificè videntur implementum dare conuentioni, argum. textus, in l. quoties, §. si quis nomen, ff. de hæred. instit. iunctis quæ ibi notantur quibus adde Viuium decis. 374. num. 12. 13. & 14. Alexand. Raudensem de Analogis, c. 38. num. 80. cum sequent.

14. Facit etiam argumentum à simili ex textu celebri in l. quamuis 2. Cod. de pignoribus eis verbis: *quamuis specialiter constet quadam, & vniuersa bona generaliter aduersarium tuum pignori accepisse, & æquale ius in omnibus habere, iurisdictione tamen temperanda est, ideoque si certum est posse eum ex his qua nominatim, ei pignori obligata sunt vniuersum redigere debitum ea que postea pignori accepisti interim sibi non auferri Præses prouincia providebit*. De cuius intellectu præter ordinarios ibi videntur Cuiac. lib. 11. obser. cap. 32. & lib. 3. responf. Papin. ad l. 2. ff. qui potiores, Ant. Faber. lib. 6. censetur cap. 13. Sarmiento lib. 7. select. cap. 5.

Couarr. lib. 3. var. cap. 18. & in simili, & nobis aptissimo casu adductis Negusantio, Ripa, & Parisio, expendit ad quæstionem maioratus Molina lib. 4. de Primogeniis, cap. 7. num. 2. 1. cum seqq. & eiusdem opinionis Molina Peregrium, Manentum, Sfortiam Guterrium, & Leonem refert eius additio d. c. 7. quamuis referat contrariam sententiam longe vteriore, & praxi probatam, & illam tenuisse Molinam Iesuitam, Sarmientum, Auendañum, Azeuedum, Franchis, D. Castellum, qui limitant sententiam d. l. 2. ex qua, & communi interpretum ad eam intellectu, quemadmodum, qui habet specialem hypothecam, & generalem prius debet bona specialiter obligata, & expressa excutere, sed tamen ius æquale videtur habere in generali obligatione, ita similiter etiam negotiatores, possent petere obligationes venditionum, iurisdictionum, & officiorum si extarent etiã contractus respexit alias obligationes donatiui quæ generali obligatione comprehensæ.

Deinde nam quod adiectum vt ea summa solueretur ex pecuniis, quæ redigerentur de venditionibus iurisdictionum & officiorum, non fuit appositū restrictiue limitandi causa, sed solum demonstrationis quod vltraquam denotant verba sequentia quæ expendimus, *& in aliis rebus*, si quod demonstratur non inuenitur non inde contractus, vel dispositio infirmatur sed aliunde debet effectum consequi, vt in iure traditur, in l. quibus diebus, 40. §. qui dotalem, ff. de condit. & demonstrat. vbi et si nomine dotalis fundus Cornelianus relinqueretur adhuc et si in dotem datus non esset dispositio sustinetur, facit l. demonstratio, 17. l. falsa, 31. ff. de condit. & demonstrat. l. si sic legatum, 75. §. si mihi, ff. de leg. 1. cum qua nihil pugnat. l. legavi, 25. ff. deliberatione legata, nam in eo textu etiã traditur falsam demonstrationem dispositionem non vitare, & pro conciliatione vide Cuiac. lib. 10. quæstionum Pauli ad dictam l. 25. Antonium Fabrum lib. 5. coniecturar. c. 2. Donnell. lib. 8. comment. cap. 14. vbi Osualdus in notatis lit. F. & plures quos refert Antonius Gomez 1. tom. var. cap. 12. num. 75.

16. Ex quibus omnibus constat demonstrationem generaliter non opponi restringendi causa, sed potius exempli aut designationis rei, quæ et si deficiat nihil obstat vt notarunt Bartolus, in l. centurio num. 31. ff. de vulgari, Castrensis lib. 1. conf. 417. vol. 2. vers. nec obstat, Decius conf. 323. col. 2. vers. 4. facit Berouius lib. 1. conf. 17. num. 16. quos adducit Gracianus in nostris terminis solutionis tom. 5. discept. cap. 967. num. 20. ibi: *Quia verius est vt talia verba non debeant taxare istam*

istam solutionem cum potius sint demonstratiuè prolata prout semper in dubio præsumendum est, non autem conditionaliter aut taxatiue.

17. Et tunc solum demonstratio falsa nocet, quando ex demonstratione colligitur re non esse in rerum natura vt in exemplo textus in l. si feruus 108. §. qui quinque, ff. de legat. 1. qui inde interpretandus, si qui in arca solū quinque habebat ita legauerit vel promiserit stipulanti decem quæ in arca habeo promitto, tunc solum promissio in quinque locum habere poterit quia nihil aliud videtur legatum quam quod in arca erat, & ita in quinque quæ excedunt promissionem videtur stipulatum, quod in rerum natura non est, & ex eo demonstratio restringendi contractus causa adiecta videtur pro cuius textus sensu videndi Connanus lib. 6. comment. cap. 4. Duarenus, & Donellus in l. si ita de verb. obligat. idem Donellus dist. lib. 8. comment. cap. 14. Costa lib. 1. selectarum, cap. 2. Dominus Pichardus, in §. præterea, num. 19. instit. de inutilibus.

18. Ex quo in præsentia dici non potest, quod de venditionibus officiorum, & iurisdictionum adiectum ad limitandum contractum, & restringendum expressum fuisse iuxta naturam demonstrationis, tum etiam quia apertè colligitur ex illis verbis, *& aliis rebus*, quæ toties expendimus, vbi non solum in pecuniis, quæ redigerentur ex venditionibus, sed etiam in aliis rebus prædictæ summæ delegatio, & solutio consignatur, idque tã apertum est, vt nullus cordatus possit inficiari.

19. Sed & quod etiam obici posset restrictionem induci ex verbis contractus, vt fieret solutio in rebus, *qua beneficiaren los de mi consejo*, & dictio *que* restrictionem inducere videtur ex eis, quæ notat Bartolus in l. omnes populi, ff. de iustitia & iure, & quod ex Iafone, Angelo, Decio, Menochio, Surdo, Morocio, Panormitano, Antonio, Monacho, Cenedo, & Pereira notauit Barbosa de dictionibus vsu frequentibus, dictione 322. n. 1. nam id facilem explicatum habebit, si consideres multoties dictionem *qui* significare demonstrationem, & relationem, vt ex Bart. Matienzo, Surdo, Azeuedo, & Thuscho probauit Augustinus Barbosa vbi proximè, n. 2. & notanda est celebris doctrina Bartoli communiter ab omnibus recepta in l. omnes populi, ff. de iustitia & iure, vbi distinguit, quando dictio *qui* in eis, quæ determinat, non conuenit toto de genere, vt sic loquamur iuxta verba Bartoli, tunc limitationem & restrictionem inducit, cum verò conuenit toto de genere, declaratio potius quàm limitatio inducenda exemplum apertius in dist. l. omnes

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Pars I.

populi, vbi quod traditur: *Omnnes populi, qui legibus & moribus reguntur*, posset illud *qui* restringere, quando essent aliqui populi, qui legibus, aut moribus non regerentur, cum verò nulli sint Populi, qui et si legibus non gubernentur, si adeo Barbari sunt, vt leges non nouerint, tamen aliquibus moribus, vel vsu non dirigantur, et si ruda barbarie obcæcati, ideo relatiuum *quod* conuenit toto de genere, quia omnes populi legibus & moribus reguntur, ideo non censetur relatio restringere, sed declarare, quasi illud *qui* non limitet, vt solum loquatur in populis, qui legibus & moribus reguntur, & alij excludantur, sed potius exprimat, & significet omnes populos, *qui*, id est, *los quales*, quasi denotet, vel aliquibus legibus, aut moribus omnes regi debere, & hanc doctrinam ex l. à filio, §. testator, ff. de aliment. legat. & l. 1. §. sed cum plures, ff. si famil. furt. fecer. ex eodè Bartolo, Surdo, Matienzo, & Thuscho probauit August. Barbosa dictione 322. num. 2.

20. Ex quo videtur in nostro casu illud, quod dicitur solutionem summæ debitæ fieri oportere in effectibus, qui ex venditionibus iurisdictionum, officiorum, & aliis rebus disponerentur à Senatoribus Consilij supremi intelligendum esse declaratiuè, quia vltra quã, vt diximus, restrictio non est, cum alia res exprimuntur, vt in hoc casu illud, *qui disponerentur à Senatoribus Consilij supremi*, conuenit toto de genere, quia similiter, vt venditiones officiorum, & iurisdictionum rerum, ita etiam donatiuum dispositum fuit per dictos Senatores: nam illorum curæ iniunctum donatiua peti & exigi.

21. Rurfus etiam si contractu non comprehenderentur prædictæ delegationes pecuniarum donatiui, sed essent omnino diuersæ & considerari posset ex dictione *alius* non semper induci diuersitatem, sed multoties similitudinem, argumento l. quidam relegatus, & ibi Bart. ff. de rebus dubiis, Oldraldus conf. 287. Tiraquellus, Calderinus, Ruinus, Alexander, Zephalus, Bertrandus, Afflictis, & alij innumeri, quos latè refert Augustinus Barbosa de dictionibus, dictione 26. num. 1. tamen ex iuris regulis aliud pro alio inuito creditore solui potest, quando ex eo nullum incommodum, vel damnum creditor haberet, ex l. Paulus aliàs creditorem 99. ff. de solutione. ibi: *si ex eo creditor damnum passurus non sit*, notarunt Doctores communiter in l. 2. §. mutui datio, ff. si certum peratur, iunctis, quæ ex Bartolo, Purpurato, & practico Papiensi tradit Menoch. conf. 361. num. 32.

22. Et in dubitabiliore casu est notabile responsum Vlpiani in l. qui autem 14. §. sed &

O o si quis

si quis certum, ff. de constit. pecunia, ubi si quis promitteret certam personam pro eo fideiussurū ponamus Titium, si iste fideiussor esse noluerit, promissor videtur obligationi satisfacere, si alium de quo nec expressum, nec conuentum fuit, dederit promissor, qui similiter possit satisfacere, notanda verba ibi: *teneatur ad interesse, vel ut aliam personam non minus idoneam fideiubentem praestet*, tenuerunt Bald. l. 2. conf. 435. Tuschus practicarum lit. §. conclus. 354. Hippolytus de Marfilis in l. 1. §. cum quidam, num. 17. ff. de quaestio. Verallus lib. 3. decis. 154. per totam, ex Iafone & Bertazola, Pirrus Maurus de fideiuss. 2. part. sect. 7. cap. 5. qui etiam cap. 6. ex Bart. Baldo, Romano, Castrensi, Marfilio, Decio, Albano, & Farinacio probat similiter, qui fideiussorem dare debet, pignora offerendo, vel æquipollentia liberari.

23. Et in casu necessitatis, vel aliis similibus, admittendum aliud pro alio inuito creditore solui posse probarunt Bart. in dict. l. 2. §. mutui datio, n. 21. ff. si certum petatur, ubi Iason n. 8. Ripa num. 29. Corneus vol. 1. conf. 233. n. 2. qui generaliter ex iusta causa aliud pro alio inuito creditore recte solui tenuit, quod refert & sequitur Pirrus Maurus de solut. cap. 7. num. 29. & 30. & ratio ipsa, & æquitas naturalis suadet: nam cum implementum eius, quod fuerit conuentum, respiciat utilitatem creditoris, æquum est, cum utilitas eadem sequitur ex illo, quod soluitur creditorem illud recipere iuxta l. si me & Titium, ff. si certum petatur.

24. Quod maxime locum habere potest, quando ad factum obligatio respicit, quia semper succedit obligatio ad interesse, l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verborum obligat. in versic. Celsus, ubi Bartol. Baldus & Alexand. l. si quis ab alio, §. fin. ff. de re iudicata, ex Castrensi, Dino, Rainerio, & aliis Anton. Gomez tom. 2. variat. cap. 10. numer. 23. Gratianus tom. 2. discept. cap. 3. 23. num. 2. & in contractibus innominatis etiam procedere notabiliter tradit Iason in l. 2. §. mutui datio, num. 8. ff. si certum petatur, eis verbis: *Adde, quod dicta regula quinto loco fallit, & limitatur, ut procedat, quando aliquid debetur ex contractu innominato: si autem debeatur ex contractu innominato, tunc semper potest inuito creditore solui aliud pro alio, & sic obligatus ex contractu innominato soluendo interesse liberatur, quia non tenetur precise ad dandum, textus est in l. naturalis, §. 1. de prescript. verbis, & in l. 1. de rev. permut. declarat. Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, num. 10. & 11. de verb. obligat. & pulchrum est videre rationem. Ratio est, quia innominati contractus, sicut sunt debiliores in*

contrahendo, ita etiam in exquendo, & hæc opinio quoad innominatos contractus fuit Bartoli, & Doctorum cōmuniter in dict. l. 2. §. mutui datio, ubi tenet Ripa n. 31. versic. tertio declaratur, & post illos admittit Pirrus Maurus de solut. cap. 7. num. 23.

Et ideo quamuis in hoc casu à negotiatoribus allegaretur eius obligatio non esse ex credito, sed potius ex contractu innominato, & ideo teneri Principem ex se implementum offerre: nam ultra quam specificè ex parte fisci impletur ex clausula contractus, *in aliis rebus*, etiam si res alia foret, in qua cessio & delegatio fieret negotiatoribus in contractibus innominatis ex prædicta doctrina locum habet, ut possit aliud pro alio solui: nam potest obligationi satisfieri interesse præstando, dict. l. naturalis, ibi: *nasci civilem obligationem, in qua actione id veniet, non ut reddas, quod acceperis, sed ut dammeris mihi quanti interest mea illud, de quo conuenit accipere.*

Præterea & si adiectio prædicta respiceret conditionem, quæ specificè adimplenda, ut opponebant negotiatores, l. qui hæredi 44. §. fin. l. Meuius, ff. de condit. & demonstrat. ex Alex. Ruino, Natta, Rolando probauit Surdus decis. 209. num. 3. idem Surdus conf. 186. num. 19. & ex Tiraquell. & aliis conf. 371. num. 71. ex Ripa & alio idem Surdus conf. 453. num. 21. Beroius conf. 41. num. 27. ex Anania, Menochio conf. 326. num. 10. & ego notauit in decis. Granatenf. quæst. 23. num. 11. tamen certissimè est posse per æquipollens adimpleri, argumento l. quorics, §. si quis nomen, ff. de hæred. instit. ubi notarunt Doctores communiter, quando forma respicit certum finem, in terminis Scaccia de commerciis, §. 2. gloss. 5. num. 22. §. 1. quæst. 1. num. 152. Paris. lib. 3. conf. 99. num. 16. & lib. 4. conf. 10. num. 14. Rota Genuenf. decis. 210. n. 2. & ut impleatur conditio per casum similem habentem eundem effectum per l. legatum de usufruct. leg. notarunt, Bart. in l. 1. col. vltima, ff. de condit. institutionum, Iason lib. 2. conf. 203. col. 3. versic. non obstat tertium, Angelus in l. Paterfamilias de hæred. instit. Socinus Iunior lib. 1. conf. 42. num. 35. & lib. 2. conf. 181. num. 30. & 50. & sufficere qui eundem effectum, quo casu necessarium non est, ut in specifica forma conditio adimpleatur, sed per æquipollens sufficere, ut ex Alex. lib. 4. conf. 100. notauit Menoch. conf. 243. num. 4. & 5. & argumento legis Iulianus, ff. de condit. & demonstrat. iuncto §. est autem acceptilatio, instit. quibus modis tollitur obligatio, ex Ripa, Ruino, & aliis tenet idem Menoch. conf. 227. num. 46. conditionem

nem posse impleri fide, quemadmodum verè impleri deberet, quando implementum fictum operaretur eundem effectum, quem operaretur verum, & comprobatur ex Alex. lib. 1. conf. 2. num. 19.

27. Et siue non consideres prædictam qualitatem solutionis summæ debitæ negotiatoribus, ut conditionem, sed ut modum, quod in dubio semper præsumendum est, Baldus in auct. fuit relictum, num. 22. Cod. de in dict. viduitate tollend. alios refert Hieronymus Gabriel conf. 5. num. 4. tamen similiter in modo de eo curandum non est, si idem sequeretur effectus, l. cum feruus de verb. obligat. ubi plura notauit Iason, quem & Marfillum conf. 8. num. 19. Socinum Seniore, Grammaticum, Crauetam, & alios refert Menochius confil. 35. num. 22. vnde cum in hoc casu idem sequatur effectus, imo & securior solutio sit ex delegatione eius, quod ex donatiuo deberetur, dicendum est etiam si non constaret aperte prædicto contractu posse comprehendi cessiones & delegationes donatiui in illis verbis: *& aliis verbis*, etiam si prædicta verba in contractu non essent, rectè potuisse prædictam fieri solutionem ex obligationibus & quantitativibus donatiui.

28. Vterius, quia in terminis solutionis ex iustis causis admittitur in iure eam posse fieri per æquipollens, ut cum dedisset Florenos auri vel scutos, possit soluere in libris, notauit Albertus Brunus de diminutione, & augmento monetarum præsumptione 2. num. 9. & 13. & generaliter quando damnum non sit creditoris, ex glossa, Bartolo, & DD. communiter tradit Albertus Brunus eodem tractatu, particula 18. limitat. 2. num. 4. Franciscus Curtius de monetis, num. 24. & ideo in iure solutio ficta idem operatur, quod vera, ut qui compensat, verè soluere videatur, l. debitor, ff. qui potiores in pignor. hab. & l. amplius non peti in fine, ff. rem ratam hab. & ita etiam in causa dotis compensatio admittitur, l. rei iudicata, §. 1. ubi Bart. & omnes, ff. solut. matrim. Ioannes Corras in repet. l. qui liberos, ff. de ritu nuptiarum, num. 256. vol. 2. repetitionum civilium, l. si peculium, ff. de statu lib. l. solutionis, ff. solut. Angel. conf. 209. Alex. Imola vol. 2. conf. 12. col. 5. ex Baldo, & aliis Ant. de Petruca in repetit. l. 1. ff. de iur. iurando, num. 252. eodem tomo repet. adde quæ ex Barbosa, Iafone, Castrensi, Natta, Surdo, Grato, Carolo de Grassis, Capella Tolosana, & aliis iuribus adductis probauit Pirrus Maurus de solut. cap. 3. §. 5.

29. Et ideo etiam soluere videtur, qui delegauerit debitorem, argumento l. inter causas, §. abesse, ff. mandati: nam soluit, qui reum de

legat, l. quamuis, §. interdum, ff. ad Velleianum, ex Decio, Corneo, Ruino, Pureo, Socino, Parisio & aliis probauit Maurus de solut. dict. cap. 2. §. 6. & fideiussor quamuis eum qui soluendo non erat, delegauerit, potest tamen confestim agere mandati, l. qui debitorem, ff. de fideiussor. tradit Ioannes Corras in repet. l. frater à fratre de condit. indebiti, num. 40. cui adde, quæ notauit Petrus Stella ad l. repetitio, ff. de conditione indebiti, num. 17. & ex Aretino tradit Hieronymus Buriguela in repetit. l. lect. ff. si certum petatur, num. 11. argumento legis item liberatur, qui paratus, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, & l. si rem, §. omnis de pignoratitia actione, ut qui soluere debet ab obligatione liberetur, etiam si specificè non soluiat, si quoquo modo satisfecerit, quia solutionis verbo largè omnis satisfactio continetur, l. solutionis, ff. de solut. ex Angelo, Iafone, Parisio, & Cumano Pyrrhus Maurus de solutione. cap. 2. §. 2.

Vnde, ubi dispositio mentionem facit de solutione, adimpletur ficta solutione, quia idem operatur, quod vera, ut ex Castrensi, Socino Iuniori tradit Gratianus 2. tom. disceptat. cap. 214. num. 28. & 79. & ex Bartolo, Baldo, Angelo, Fulgolio, Iafone & Castrensi Surdus confil. 162. num. 45. & 46. & ideo finem solutionis attendi oportere, & de effectu in ea curandum, non de modo, argumento l. in fideicommissum 3. §. si autem vel argento, ff. de vsuris ex Floriano probauit Gratianus tom. 5. disceptat. cap. 932. num. 29. & effectum attendendum in solutione, in pulchra specie notauit Surdus confil. 454. n. 3. & in terminis, ut aliud pro alio solui possit, ex Ripa & Iafone tradit idem Gratianus dict. tom. 2. disceptationum, cap. 219. num. 38. ubi ex eodem Iafone in l. si fideiussor, §. si necessaria, num. 8. ff. qui satisfacere cogantur, tradit, quando adesset magna difficultas, posse aliud pro alio subrogari, & quamuis difficultas non liberet ab obligatione, l. continuus 137. §. illud inspiciendum, ff. de verbor. obligat. & notauit Baldus ad hunc textum, Cuiacius lib. 5. obseruatio, cap. 34.

Tamen quando valde difficile est rem inuenire, aut non nisi in moderato pretio inueniretur, ut in eo, qui debet frumentum, & in anno sterili si facile non inuenitur, posse pretium soluere pro frumento, ex Purgato & Mexia notauit Cavallos tom. 4. communium, quæst. 899. cum sequentibus, & idem tenuit Paulus de Castro in l. 7. §. mutui datio, num. 6. & in l. vinum, ff. si certum petatur, adde Bobadillam lib. 3. Politicæ, cap. 1. num. 72. & 73. & facit elegans textus in l. si domus 71. §. qui

confiteretur, ff. delegat. 1. eis verbis: *negetque dominum eam vendere, vel immensum pretium eius rei petere affirmet, & iterum ibi: acquisitum est enim concedi ei ex causa estimatione officio iudicis prestare.*

32. Et à contrario etiam data difficultate, vel impossibilitate soluendi in pecunia, qui eam debet, potest soluere in specie & bonis, tennerunt Iason vol. 1. conf. 9. num. 22. Romanus caus. 163. num. 4. Burfatus vol. 1. conf. 9. num. 51. Natta vol. 2. conf. 344. num. 3. & 4. Iosephus Ludouicus decif. Perus. 64. num. 1. 2. part. Thefaurus decif. Pedemont. 153. per totum, & debitor ita offerens solutionem vitauit carcerem, ex Socino in l. 2. §. 1. num. 1. ff. si certum petatur, Capella Tholosana decif. 68.

33. Ideo cum in nostro casu non solum difficile sit, imò impossibile soluere in obligationibus venditionum officiorum, & iurisdictionum, quia cum pendeant ex voluntate ementium, si emptores non fuerint, Princeps prestare non potest, etiam si expressum non fuisset in contractu, in aliis rebus posse solutionem fieri, merito aliarum obligationes scilicet donatiui pro illis valebunt subrogari, cum eandem utilitatem afferant creditoribus ut statim probauimus, & ad id referendum contractum credi oportet, quia in materia solutionis semper attenditur quod est verisimile l. si expluribus, 2. ff. de solutionibus, Corneus lib. 3. conf. 295. num. 2. Gratianus tom. 2. disceptationum, cap. 224. num. 95. & in casu necessitatis vel impossibilitatis aliud pro alio inuito creditore solui posse ex Bartolo, Iasone, Ripa, & aliis probauit Pyrrhus Maurus de solut. cap. 7. num. 16. & 17.

34. Nec obstant quæ in contrarium obiecta fuerunt, nam quoad illud de quo supra, num. 5. & 6. Principem teneri contractum obseruare, non inficiamur, sed potius in hoc casu implere contractum probauimus, quemadmodum in quolibet priuato in iure admissum est ut possit implere contractum, & ex iustis causis aliud pro alio subrogando quod ultra quam in hoc casu necessarium non est, quia ut probauimus quod negotiatoribus offeratur in ipso contractu continetur quando solutio promissa fuit, de venditionibus & aliis rebus, & quando necessarium esset aliquod subrogari ad solutionem implendam, in nullo casu possent vrgēiores causæ considerari, cum ex publica utilitate hoc fiat quo casu quoties status publicus suadet ex aliquorum sententia potest Princeps, & contractus mutare & bona subditis adimere, ut tenuit Iason, in l. quominus num. 5. ff. de fluminibus, Orosius, in l. sed quod Principi num. 17. de

constit. Principum, D. Couar. lib. Variar. cap. 6. num. 6. Menoch. conf. 103. num. 26. & conf. 147. num. 26. & 156. num. 48. Menchaca lib. 1. controuerf. illustrium cap. 5. num. 1. Mieres de maioratibus, 4. p. q. 1. lit. 5. ex num. 6. cum seqq. Capitius decif. 166. num. 6. Gail. lib. 2. obseruat. 56. per totam, Tapia in rubrica de constit. Principum cap. 1. num. 59. l. 2. tit. 1. p. 2. l. 31. tit. 21. p. 3. quæ omnia licet Regi nostro suffragarentur in hoc casu, tamen suam potestatem, & ius deponit, & contractum cum negotiatoribus factum semper adimplet, & ultra plura beneficia redditus annuos & honores negotiatoribus concedit.

Nec etiam quod oppoſuerunt de differentia obligationum pecuniarum donatiui ab eis quæ ex venditionibus officiorum nihil obſtabit, quippe quod dicebant minutas esse summas, & incommoda habere earum exactionem, ex l. Plane, ff. famil. erciscundæ, & debitorem ex donatiuo non conueniendū ultra quam facere possit, nec videre eas obligationes habere iuris vinculum vel necessitatem ex donatiui nomine, hæc quidem omnia nullius momenti sunt, quippe quamuis in donatione liberum sit non donare, tamen postquam quis donare promisit ex obligatione voluntaria redditur postea necessaria, nec tam donatio quam contractus existimatur quasi postea habeat iuris vinculum quo quis necessitate adstringatur ad præstandum id quod donauerit, princip. instit. de obligat. & act. & promissio donandi ut donatio iam perfecta ius donatario acquirit, l. fin. Cod. de dotis promissione ibi: *dederit aut promiserit*, l. cum post mortem, §. 1. versic. sed his, ff. de administrat. tut. l. si quis stipulatus Stichum §. fin. ff. de verb. oblig. l. 2. tit. 16. lib. 5. nouæ Recopilat. vbi Regnicolæ, & Mariense gloss. 7. & in l. 6. tit. 6. d. lib. gloss. 7. vbi plures refert.

Sed & etiam notandum est hoc donatiuum de quo agitur nec origine nec effectu posse voluntarium considerari sed necessarium, nam cum Regna Castellæ, ut seruitium Regi exhiberent ad bella sustinenda in Comitibus generalibus decernerent aureorum nouem millones Regi soluendos ut euitarēt Capitationem, & censum pro cuiusque bonis ut mitius & benignius cum subditis Rex ageret, decretum fuit ut loco huius capitationis donatiuum exigeretur, & hoc casu loco collectarum donatiuum succedere certum est, ut aliàs de donatiuis agens expresse tradit Camillus Borrellus de præstant: Regis Catholici, cap. 20. num. 54. & cent. 2. conf. 1. per totum, & quemadmodum subditi ad collectas, & tributa tenentur, ita similiter in hoc casu,

casu. & sicut collecta, & tributa non impediuntur ex eo quod nullus conueniendus, vltraquam facere potest quia tributa debita Principi sunt ex Diuo Matthæo c. 22. Diuo Luca cap. 12. Diuo Marco cap. 11. cap. si tributum 11. q. 1. c. tributum 23. quæst. 8. ita etiam debitum donatiuum existimandum quod tributorum loco subrogatur, & multo minus in eo potest considerari ratio ne debitor conueniatur vltra quam facere potest quia ad inducendam quantitatem quamuis ex donatiuo soluere debet habita ratione eius facultatum nec centesima pars fisco promittitur.

37. Vnde multo minus obſtabit quod deminutis summis & particularibus exactionibus obiectum incommoda habere, & in venditionibus officiorum maiorem esse cautelam, & cautionem, quia extat pretium ipsius officij quod securior reddit solutionem, l. plus cautionis de reg. iuris quam in donatiuo ad quod sola persona donatis obligatur quia id omnino est prorsus essentiam negotij ignorare quippe vltra quam qui donatiuum offert, ex sua persona cum bonis ad eius solutionem obligatur in quocumque oppido omnis summa quæ continet donatiuum omnium ciuium matricula, & relatione data iniungitur exigenda Prætoribus, & decurionibus Populi, quia ad id faciendum ex personis, suis bonis, & officiis obligantur & ideo minuta summa non est existimanda sed magna illa quæ ab omnibus ciuibus cuiusque oppidi promitteretur, & securior solutio est eius cuius exactio iniuncta est magistratibus, & Decurionibus illius oppidi, & quæ securior reddita cum omnium, & eorum bonorum, & officiorum extet obligatio quam ea quæ ex vnus officij venditione deberetur.

38. Tum & à Rege simul oblatum fuit, ut si quid ex aliquo casu minus exigeretur à negotiatoribus illud refaciendum, & præterquam prædicto contractu obligati fuerunt ad recipiendas consignationes pecuniarum, quæ redigeretur ex venditione officiorum, & aliis rebus, ut sapius diximus, quo donatiuum videtur contineri, illud magis proprium, & peculiare est, ut consignetur negotiatoribus, qui Regi pecunias mutuarunt ad bellorum stipendia, cum eorum causa, & ut illis deferretur, donatiuum à Regnis Castellæ decretū fuerit, vnde propriè in eo consignatio facienda, nec ad aliud potuit deferuire, & cum eius solutio securior, & exactior, quam venditionis officiorum, meritò recusantibus negotiatoribus obici poterunt verba Iuriconsulti in l. dolus 44. ff. mandati, ibi: *dolus est, si quis velit persequi, quod persequi potest, aut si quis*

non exegerit, quod exigere solet.

Denique, quod etiam negotiatores obiciebant, omnia prædicta, quæ pro Rege nostro expendimus, cessare, quia suo arbitrio consignationes accipiendas esse sibi cauerunt, minus obſtabit, quia vbiicumque in iure de arbitrio mentio fit, de regulato ad iuris rationem, & boni viri arbitrio accipiendum, argumento l. fideicommissa 11. §. quamquam, de legat. 3. ibi: *non enim plenum arbitrium dedit heredi, sed quasi bono viro commissum relictum*, l. 1. ff. de vsuris, ibi: *Arbitrio iudicis usurarum modus constituitur, ita tamen, ut legem non offendant*, quibus adde Alexand. lib. 1. consil. 33. num. 3. Socinus Iunior lib. 2. consil. 49. num. 16. Craueta conf. 612. num. 11. & conf. 657. n. 56. Menoch. consil. 69. num. 4. & 5. idem pluribus lib. 1. de arbitr. quæst. 8. Tuschus practice lit. A. conclus. 470. num. 2.

40. Quod etiam traditur per modum conditionis adiectum, quod de prædictis consignationibus, & solutione pecuniarum in contractu expressum satis supra explicatum est, dum tradidimus posse conditionem per æquipollens adimpleri, maximè si in solutione ex qua sequitur idem effectus, ut supra notauimus.

41. Quod verò magis posset obſtare, videlicet, succurrere obligationem ad interesse in obligationibus facti, ut sufficeret Princeps illud negotiatoribus sarcire, tunc procedere, quando iure actionis petitur factum, non verò cum exceptione vitur conuentus, ut in hoc casu negotiatores aduersus Regem nostrum, qui eos vrgebat ad implementum contractus, opposuerunt debere ante ex sua parte in totum implere, ut notauimus supra, num. 9. nihil enim prædictum obſtabit, quippe vltra quam non sumus in obligatione facti, sed solutionis, quantitatis & mutui, quod Regi nostro fecerunt negotiatores pro stipendiis militum, & comæatu exercituum, & in mutuo sapius probauimus sufficere interesse solui, ut notatur communiter in l. 2. §. mutui datio, ff. de rebus credit. Mantice opinio ut quoties excipitur de non impleto facto, non succedat obligatio ad interesse longè dissimiliter procedit, ut videre est per Baldum, Socinum, & Rolandum, quos refert, & limitat eam opinionem, ut qui aliàs iure actionis non possit compelli præcisè ad agendum, rectè possit iure exceptionis, tunc tradit procedere, quando qui excepit, est in possessione rei obligatæ, & ponit exemplum, quando venditur res locata: nam quamuis emptor non teneatur stare colono, tamen si colonus habet bona locatoris obligata pro locatione, & domum possideat, poterit excipiendo fa-

cere, vt impleatur factū locationis, ita Mantica de contractibus lib. 14. tit. 32. num. 26. & in ea specie loquitur Rolandus vol. 1. conf. 6. num. 6. & adhuc postea num. 13. comprobatur sententiam Baldi statuens contrarium verius esse, nec excipiendo possit, qui rem detinet, ad factum compellere locatorem, & tradit idem tenuisse eundem Baldum in l. emptorem, Cod. de locato, & contrariam sententiā communem, & longè veriorē esse, ita vt in iudicando ab ea recedi non oporteat, quod valde diuersum est, vt ex eo argumentum contrarium colligi possit.

4.2. Sed & quod in contrarium obiicitur Regem nostrum, qui agit contra negotiatores antea, ex sua parte implere teneri in forma specifica non semper per æquipollens facilem expeditionem habebit, si consideres, vt iam probauimus in præfenti ex verbis contractus, idem quod conuentum ex venditionibus & aliis rebus pecuniā negotiatoribus soluendam specificè implementum sequi, quia donatiuum ad id potest solum deferri, ad quod institutum, vt militibus stipendia soluantur, & quando posset aliquo modo quid diuersum considerari (quod non est) si vt opponerent ipsi negotiatores, iste contractus innominatus diceretur, ex lasone & aliis animaduertimus num. 24. in eis pro facto, & datione rei succedere obligationem ad interesse, & cum donatiui obligationes sint eiusdem qualitatis, & securiores, si in aliquo ex eis deficeret, implementum (quod alienū est ab hoc casu) eius defectus opponi non debet, nec potest ab eo, qui nullum sentit damnum, vt ex Baldo, Craueta, & Afflicto probauit Surdus conf. 101. num. 24.

ALLEGATIO XLI.

Usuras, & interesse ab eis excludendus creditor, qui pignore vsus, vel illud vendit.

1. *Vadimonium, quod dicitur resguardo solet Rex negotiatoribus dare.*
2. *Depositi usura non debentur, nisi ex mora. l. lecta. ff. de rebus creditis, & num. 14.*
3. *Persona duplex quando in eodem consideratur. l. tutorem. ff. de his, quibus vt indignis. l. item eorum, ff. quod cuiusque vniuersi nomine. l. 1. ff. quod in iussu.*
4. *Mora ante liquidationem considerari non*

- potest.*
5. *Partis solutionem, & minutam quis respicere non cogendus. l. tutor, §. Lucius. ff. de vsuris, & numero 47.*
 6. *Depositum vt tantundem reddatur, ita vt depositarius utatur, egreditur terminos depositi. l. Lucius 14. ff. depositi.*
 7. *Depositum vt tantundem reddatur transfert dominium ad depositarium. l. in nauem Sauphetij 31. ff. locati.*
 8. *l. 2. tit. 3. part. 5.*
 9. *l. 9. tit. 3. part. 5. l. si venter, §. in bonis. ff. de privileg. creditorum.*
 10. *Æquitas semper in pecunia reddenda seruanda. l. si me & Titium. ff. de rebus creditorum.*
 11. *Depositum irregulare quod dicatur.*
 12. *Depositi irregularis usura debentur, quando depositarius utitur pecunia. l. die spofaliorum 25. §. 1. ff. depositi, & n. 14. l. Quintus Cecilius 28. ff. eodem, & numero 20. l. deposita 4. Cod. eodem. l. si sacculum 29. §. si ex permissu. ff. eod. & num. 17.*
 13. *l. si depositi 3. Cod.*
 14. *Usura in bona fidei iudiciis solum debentur ex mora, vel ex conuentione. cum quidam, §. si pupillo. ff. de vsuris. l. Iulianus, §. ex vendito. ff. de act. empti.*
 15. *Depositum est contractus bona fidei. Usura debentur ex deposita pecunia, si ea vsus depositarius. l. si possessor 23. alias item veniunt, §. Paupianus. ff. de petit. hered. Negotiorum gestor debet vsuras ex pecunia qua vsus. l. qui sine 40. in principio. ff. de neg. gestis, & num. 34. Procurator debet vsuras pecunia domini, qua vsus. l. idemque 10. §. si Procurator. ff. mandati, & num. 20. Creditor debet vsuras, si quod superfuit ex pignoris venditione non restituit. l. quamuis, fin. ff. de pignor. action. & num. 39. Tutor debet vsuras pecunia pupillaris, quo vsus. l. tutor 7. §. pecunia, ff. de admin. tutor.*
 16. *l. 1. §. socius. ff. de vsuris.*
 17. *Bona fidei contractus etiam sine mora, vel conuentione recipiunt, quod alteri præstari æquum est.*

Mora

- Mora facta contrahitur ex iniusta detentione aliena pecunia. l. fin. ff. de condit. furtiuo.*
18. *Superfluum vitandum.*
 19. *Negotiatores præsumitur non habere pecuniam otiosam. l. fin. Cod. ad S. C. Macedonianum. l. cum quid 13. ff. de reb. credit.*
 20. *l. quamuis, §. 1. ff. de pignorat. action.*
 21. *Depositi qui utitur pecuniis debet vsuras.*
 22. *Depositi vsus expresse concedi, vel tacite colligi nihil refert. l. qui non facit. ff. de reg. iuris.*
 23. *Depositi ad numerum videtur vsus concedi depositario.*
 24. *Deposita pecunia vt posset vti depositarius, eo ipso quo utitur, transit in mutuum. l. certi conditio. §. fin. ff. de reb. creditis. l. quod si ab initio. ff. eodem.*
 25. *l. 1. §. eleganter, versic. si pecunia. ff. depositi.*
 26. *Deposito in mutuum translato ex vsu pecunia, depositum non manet.*
 27. *Depositi vt tantundem reddatur, vel quando in mutuum transit differentia.*
 28. *Depositum ad numerum esse mixtum Doctores tenent.*
 29. *Usura debentur etiam in contractibus stricti iuris citra stipulatorem, quando æquitas suadet. l. quamuis 3. Cod. de vsuris.*
 30. *l. cum aliter 11. cum l. sequent. ff. de compensationibus.*
 31. *l. si constit. Cod. de compensat. l. etiam 5. Cod. eodem. l. idem iuris est 12. ff. de compensationibus.*
 32. *Compensatio fit ipso iure ad impediendum cursum vsurarum. Liquidationis ratio non habetur, vbi compensatio à lege fit. lex semper est certa de veritate, nec requirit scientiam hominis. l. Iulius Paulus, §. 1. ff. de condit. & demonstrat. l. qui libertatis, §. seruus. ff. de cuius iuribus. l. in testamento, Cod. de manumissis testamenti. l. apud hostes, Cod. de suis & legit. heredibus. l. liber homo, §. fin. ff. de stipulation. seruatorum.*
 33. *Compensatio fit ipso iure, etsi non opposita ad euitandam pœnam.*
 34. *Usura vt euitentur debet quis sibi soluere.*
 35. *l. si pupilli. §. videmus. ff. de neg. gestis. l. si stulas 78. §. fundum. ff. de contrahend. emptione. l. quoties 9. §. scientia. ff. de admin. tutor.*

36. *Fiscus utitur iure pupilli, & habet privilegia Ecclesie, & dotis. l. 1. Cod. de sentent. aduersus fscum laici. l. 1. Cod. de vendition. rei fiscal. lib. 10. l. sed si damnum, §. peculium. ff. de peculio.*
37. *Creditor, qui ex pignore, vel deposito conuenit sibi soluere, facere debet.*
38. *Compensatio admittitur, quando ex pignore pecunia redigitur. l. si conuenit 18. ff. de pignorat. action.*
39. *Depositarius, qui non utitur pecunia depositi, vsuras non debet.*
40. *Compensatio pecunie admittenda, quando eius dominium transit ad depositarium.*
41. *Theaurarius licet possit lucrari ex pecunia Principis, non tamen in damnum ipsius Principis.*
42. *l. curauit. Cod. de action. empti.*
43. *Interesse recompensatum ex lucro cessante & damno emergenti, quando procedat.*
44. *Usura etiam extra moram ex æquitate debentur.*
45. *Soluere quando quis sibi debeat.*
46. *Computatio summarie faciendā ad illam, quam dicimus, transit.*
47. *Solutionem minutam & partis debiti admittitur ex creditoris consensu.*

Negotiator cui pro pignore, vadimonio vel deposito quod dicimus, resguardo, pecunia data, si ea vteretur, an debeat vsuras vel saltem pro ea quantitate illas non percipere à Regali patrimonio.



Æc controuersia in senatu Regalis Patrimonij exorta fuit quia cum negotiator cum Rege conueniret in Germania, & Belgio, magnam pecunie quantitatem soluendam, ille que esset Theaurarius dimidiæ Annatæ quæ Regi ex omnibus officiis soluuntur, & veller suspendere solutionem delegatæ pecunie eo prætextu quia non exegerat conuentiones ei datas, conuentum est inter Regem, & illum, vt cum esset Theaurarius pecuniarum dimidiæ Annatæ eas apud se retineret, pro vadimonio, & deposito, ita vt Rex non possit eis pecuniis vti, vsquequo negotiatori, solutum fuerit quidquid deberetur ipse

- ipseque obligatus, vt postquam sibi solueret debitum quod reliquum esset computatione facta restitueret, cui à Rege soluendum delegaretur.
2. Negoriator pecuniarum quas in Germania, & Belgio soluit vfuras conuenas exigere in totum volebat nec aliquantulum esse diminuendas, ex pecuniis dimidiæ Annatæ, quas à Rege apud se habuit, & quibus vere vfus vel abvfus fuit illorum dominium absumendo, & in suas negotiationes conuertens vt manifestè apparuit quia iussum fuit vt exhiberet pecuniam dimidiæ Annatæ, quam receperat, & illius summa quatuorcenta millium aureorum excedebat nec exhibuit quia consumptam habebat, & tamen non debere vfuras dicebat quasi pecunia depositi nomine maneret pro pignore apud negotiatorem cuius vfuræ non debentur nisi ratione moræ, argument. l. lecta, versic. *Nec autem sortem non soluta vfura*, ff. de rebus creditis Decius in l. certi conditio, §. fin. num. 4. ff. eodem, Hieronymus Gabriel lib. 1. consil. 78. incipit, *in vfus est*, num. 4. Scaccia de commercio, §. 1. quæst. 7. part. 1. ampliatione 8. titulo de mora debitoris, num. 100.
3. Tum quia in negotiatore duplex persona consideratur, alia Thefaurarij pecuniarum dimidiæ Annatæ, alia negotiatoris quæ diuersam qualitatem in eodem constituunt, argument. l. tutorem ff. de his quibus vt indignis, l. item eorum, ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, l. 1. ff. quod iussu Bart. in l. si mihi & tibi ff. de leg. 2. idem Bart. in cap. 1. de alodijs num. 14. Rota Genuens. decis. 2. num. 36. & quemadmodum Thefaurarius non poterat negotiatori soluere nisi à Rege decerneretur ita etiam nec ipse sibi soluisse credendum est vt euitentur vfuræ.
4. Deinde quippe non est obligatus, eam pecuniam reddere Thefaurarius, nisi computatione facta, & ratione reddita qua non præcedente de ea pecunia ratio haberi non potest, vt ipsi impntetur vt post Bart. & Angelum, & Crauetam tradit Hippolytus, Riminald. vol. 1. consil. 52. num. 21. quasi antea debitum liquidum non sit vel ante liquidationem mora non possit considerari vt in terminis liquidationis tradit Natta consil. 557. num. 8. & 63. quibus adde Bal. in l. acceptam quæst. 6. Cod. de vfur. Alex. consil. 48. col. 1. in fine vol. 1. Afflictis decis. Neapolit. 205. num. 1. Craueta consil. 89. num. 5. Ruinus consil. 64. num. 15. vol. 1.
5. Vterius etiam obiciebat negotiator cum pecuniæ dimidiæ Annatæ, minutis summis deponantur pro cuiusque officij ex quo soluantur qualitate, non esse compellendum
- in satisfactionem magnæ summæ quam in Germania, & Belgio soluendam delegauit particularem, & minutam solutionem recipere contra l. tutor. §. Lucius ff. de vfuris, & particularem solutionem non esse quem compellendum vt admittat, probatur Bartolus, Bald. & Castel. ibi Imola in l. 1. versiculo, & quod dixi, ff. de solutio. Carocius tract. obligationum, l. p. q. 6. & declarant Surdus, & Gabriel quos refert Gratianus tom. 2. discept. c. 224. num. 23. & 24.
6. His tamen non obstantibus iustitia Regis nostri sequentibus aperte suadetur. Primo quia vt ex tota actorum contextura manifestè apparuit, depositum hoc ex quo negotiator intendit debere pecunias dimidiæ annatæ, ad numerum factum fuit non vt eadem corpora, sed tantumdem reddatur, & hoc ipse negotiator in suis allegationibus confessus quo casu hic contractus egreditur notissimos depositi terminos, l. Lucius 24. ff. depositi quæ loquitur in eisdem terminis quando tantumdem reddi conuentum fuit, & regulariter in hoc casu vfuras non debere tradit Iureconsultus, ibi: *qui beneficium in suscipienda pecunia dedit*.
7. Sed quod certum, & sine dubio est dominium ad depositarium transire, quia licet de hoc dubitauerit attento iure communi plures quos refert Surdus consil. 395. num. 19. Mantica de contractibus lib. 10. tit. 7. nu. 25. & 26. Oliuerius, Beltramin. in addit ad D. Ludouicum decis. 149. num. 25. quasi numeratio in eo casu solū interueniat, vt quantum depositum fuerit cognosci possit, & ideo non abdicari à verò deposito cum tamen vt traditur in d. l. Lucius, *notissimos depositi terminos res excedat*. ideo Iurisconsultus in l. nauem Saupheij 31. ff. locati tradit eis verbis: *nihil aliud debere apud quem deposita esset, nisi vt tantumdem pecunie solueret*.
8. Ideo in hoc casu ex numeratione dominium transferri tenuerunt Romanus consil. 500 num. 7. Hondedeus vol. 2. consil. 43. Mandellus Albenf. consil. 3. num. 3. Trentacinq. lib. 3. variarum resolut. titulo de deposito, resolut. 2. n. 7. Fontanella de pactis nuptialibus, 2. tomo, clausula 5. glossa 8. part. 7. num. 8. ex Baldo, Decio, Antonio, Gabriele, Stracca, & aliis Gratianus disceptationum, tom. 5. cap. 943. num. 4. Molina de iustitia & iure, tractatu 2. disputatione 523. num. 2. ex Gomezio, & pluribus, quos refert, & sequitur D. Castillo tomo 3. controuersiar. cap. 16. num. 34. ex Azore, Reginaldo, Soto, Nauarro, Emanuele Rodriguez, Rebello, & Pyrro ego latè probaui decis. 14. Granatenf. l. p. n. 23. & 24. cum sequent. & de iure nostro id probatur, l. 2. tit.

3. part. 5. eis verbis, *que à esonce pasaria el dominio à el*.
9. Et inde influit decisio textus in l. 9. eodem titulo & Partita, vt etsi veteri iure decisum, vt in numis ad numerum, depositis deponens debeat præferri aliis anterioribus creditoribus, l. si ventri, §. in bonis, ff. de priuileg. creditorum, tamen ex dicta l. 9. deposito ad numerum factò, deponens non præferretur anteriori creditori, & ego latè probaui vbi proximè, num. 24. ex plurium sententia, inde procedere, quia dominio translato in depositarium, non manent nummi depositi ad numerum affecti vt possint vindicari, ac perinde ad depositarium pecuniæ deperditæ vel minutæ vt ad Dominium pertinere periculum per totam eam decisionem probaui, & ita in Granatenf. Cancellaria decisum.
10. Si igitur earum pecuniarum dominium negotiator consequutus est, quomodo ferri potest vt dominium sibi adquirat, & ulterius ipsius pecuniæ, quam à Rege habuit, vt solutiones ei iniunctas in Belgio & Germania, faceret percipiat ulterius vfuras, & interesse in damnum Regalis Patrimonij quod cõtra naturalem æquitatem est quam semper in reddenda pecunia seruari congruit, l. si inter me, & Titium, ff. de rebus creditis.
11. Secundo quia in hoc casu nullus dubitauit depositum irregulare censeri, ex d. l. Lucius, Bart. in l. quod Nerua num. 30. ff. depositi, Bald. & Iason. in l. certi conditio, ff. de rebus creditis, & in l. 1. ff. depositi, Ioannes Andreas in cap. bona fides de deposito, versic. in gloss. 2. Hondedeus consil. 43. Trentacinq. lib. 2. variarum, titulo de deposito, resolut. 2. n. 7. Mantica de contractibus lib. 10. tit. 2. per totum, & tit. 3. num. 13. Rodriguez de annuis redditibus lib. 3. quæst. 11. num. 26. Scaccia de commercio, §. 1. quæst. 7. part. 2. ampliat. 3. num. 10. Cancer. lib. 3. variat. cap. 8. num. 83. pluribus in terminis D. Castillo dict. cap. 16. num. 37. ex Antonio Gomezio, Corraffio, Montealegre Nauarro, Molina, Bonacina Siluestro, Reginaldo, Azore, & aliis ego probaui dict. decis. 14. num. 36.
12. In quo casu eo ipso quo pecunia vfus est depositarius potest in vfuris condemnari ex textu in l. die sponsaliorum, 25. §. 1. ff. depositi, l. Quintus Cecilius, 28. ad finem, ff. eodem ibi: *Quæsitum est an ex ea Epistola, vfura etiam peti possunt. Respondi debere ex bonæ fidei iudicio vfuras siue percepti siue pecunia in re sua vfus est*, l. si deposita, 4. Cod. depositi ibi: *Si deposita pecunia is qui eam suscepit, vfus est non dubium est etiam vfuras debere præstare*, facit l. si Sacculum, 29. §. si ex permisso, ff. depositi, eis verbis: *si ex permisso meo deposita pecunia is penes quem deposita est vtatur, vt in ceteris bonæ fidei iudicijs vfuras eius nomine præstare mihi cogitur*.
- Quibus addenda est l. si depositi, 3. C. de 13. depositi vt si contra domini voluntatem depositarius pecunia vteretur, quia furri aduersus eum deponens agere potest si petierit vfuras, debet gratulari ne depositarium furti actione faciat obnoxium, siue ex voluntate & permisso deponentis vtatur tunc ex dict. §. si ex permisso vfuras debet præstare.
- Nec difficultatem effugiet qui tentauerit 14. prædicta iura, quæ expresse in deposito loquuntur, & vfuras esse præstandas, vt inde bonæ fidei iudicijs tradunt ita interpretanda vt post moram vfuras debeat nam ab eo tempore in bonæ fidei iudicijs præstatur vt in nostris terminis aperte traditur, in l. die sponsaliorum, §. 1. ff. depositi, & regulariter vel ex mora vel conuentione solum vfuras deberi in iudicijs bonæ fidei ex l. cum quidam §. si pupillo, ff. de vfuris, l. lecta, ff. de reb. credit. l. Iulianus, §. ex vendito de act. empt. notarunt Doctores communiter eis iuribus, & D. Pichar. in §. actionū in principio de actionibus, quæst. 8. num. 7. ex Zoaneto Menchaca, Couarr. Osuald. ad Donellum lib. 13. comment. cap. 5. lit. E, & ita interpretari videtur d. §. si ex permisso, glossa ibi, verbo, *vt in ceteris*, eis verbis: *scilicet ratione moræ, vel pacti appo- siti incontinenti*.
- Nam hæc solutio non congruit iuris regu- 15. lis, quippe in iudicijs bonæ fidei, cuius naturæ est depositum, §. actionum instit. de actionibus, etiam sine mora, vel conuentione vfuræ debentur, si pecunias in vfus suos debitor conuerterit, vt in l. si possessor 23. ff. de petit. hæredit. alias litem veniunt, §. Papinianus, & in negotiorum gestore expresse probatur, l. qui sine, 40. in principio, ff. de negot. gestis, & in Procuratore, l. idem 10. §. si Procurator, ff. mandati, & in creditore, si quod ex pignoris venditione non restituit, l. quamuis 6. §. fin. ff. de pignorat. actione, & in tutore qui pecunia pupillari vfus est, l. tutor 7. §. pecuniæ, ff. de administratione tutorum.
- Et ulterius probari aperte videtur expref- 16. sè in l. 1. §. socius, ff. de vfuris, ibi: *sine mora, nec conuentione in iudicio bona fidei vfura debentur*. Nota verba Iurisconsulti nobis aptissima, ibi: *Socius si ideo condemmandus erit, quod pecuniam communem inuaserit, vel in suos vfus conuerterit, omnino etiam mora non interueniente præstabitur vfura*, & regulariter in iudicio bonæ fidei, arbitrio iudicis vfuræ modus ex more regionis, vbi contractum est, constituitur dict. l. 1. de vfuris, in principio.

17. Nam cum cōtractus bonæ fidei recipiant omne quod alterum alteri, ex bono & æquo præstare oportet, ideo in eis nulla præcedente conuentione, nec mora subsequita vfuræ debentur, si quis alterius pecuniam in suos vfus conuertat maximè ex illorum sententia, qui ex detentatione pecuniæ alienæ eo quod quis in proprios vfus conuertit, moram fictam contrahi tenuerunt interpretes, in dict. l. si Sacculum, §. 1. ff. depositi & refert. D. Pichardus, in dict. §. actionum, q. 8. num. 31. & videtur et si textum non adducat probari, l. fin. ff. de condictione furtiua eis verbis: *Quia videtur qui primo inuito domino rem contractasset semper in restituenda eam quem non debuit auferre moram facere.*
18. Ex quo apparet, non recte Accursiū percepisse, d. l. si Sacculum, 29. §. si ex permisso, ff. depositi dum vfurarum præstationem ex deposito refert ad moram, vel conuentionem quia cum etiam si non permittatur, vti deposito post moram ex eo vfuræ debentur, dict. l. die sponsaliorum, §. 1. ff. depositi dict. l. 4. C. eodem nam vt aliquid operaretur in specie textus, in d. l. si Sacculum, ex permisso vfum fuisse depositariū, inde vfuræ debentur, alias enim etiam si deposito non vteretur ex mora deberet præstare, & superfluum esset exprimere de permissione Iurifconsultum, in d. l. si Sacculum, §. 1. quia nihil disponeret, & superfluum omne vitandum.
19. Vnde cum duo certissima sint, Primum negotiatores numquam habere pecuniam ociosam, sed in suos vfus & negociationes conuertere vt, ex l. vlt. Cod. ad Macedonianum, Romano, Alex. & aliis probauit Matica de contractibus lib. 3. tit. 10. num. 21. Scaccia de commertis, §. 1. quæst. 7. 2. p. ampliatione, 8. num. 225. & esse probabile, & præsumi negotiatores non habere pecunias sine vfui sed eas dare ad Cambium tenuerunt P. Salas, tractat. de cambiis, dub. 22. n. 4. ex quo & Villagura, & aliis sequitur Diana tom. 1. resolut. moralium tractatu, 8. resolut. 11. & 19. Rota Genuensis decis. 134. in fine Berreta conf. 25. num. 5. Bursatus lib. 1. conf. 68. nu. 42. Polydoro Ripa obseruatione 324. nu. 8. Mastrillo qui ita in Senatu Neapolitano, & Mediolanensi tradit. decisum decis. 245. num. 21. & 22. & in hoc casu manifestè aparuit negotiatorem pecunia quam ex deposito in vadium suum crediti habere dicebat vfum fuisse quia officialis Regius designatus vt coram eo pecunia exhiberetur, & nulla inuenta, & in contractibus bonæ fidei id quod æquum est, & bonum præstari oportet arg. l. eum quid 13. ff. de rebus creditis tenuerunt

Ioannes Faber. in §. actionum de actionibus quod sequitur Curtius, in l. tale pactum. §. Pater in fine, ff. de pactis.

Nihil magis iuri consonum & æquitati 20. quam vt vtilitatem, quam ex pecunia Regis percepit scenerator cum interesse, & cambiam cōsecutus saltem si in totum Regi vltro non reddat tamen vitari vfuras, vt dependat regale Patrimonium iuxta textum, in l. Quintus, 28. ff. depositi ibi: *sue percepit.* quasi qui deposita pecunia vfus, si eius vfuras percipiat debeat deponenti dependere quod etiam probat textus, in d. l. idemque, 10. §. si Procurator, ff. mandati ibi: *Sed si pecuniā meam fanori dederit, vfurasque consecutus est consequenter dicemus debere eum præstare quantumcumque emolumentum sensit siue ei mandauit siue non, quod si non exercuit pecuniam sed ad suos vfus conuertit, in vfuras conueniuntur, qua legitimo modo in regionibus frequentantur;* & in pignore quoties ex eo rededit pecuniam creditor pignoratitius, probatur ex d. l. quamuis, 6. §. 1. ff. de pignorat. actione, eis verbis: *Si id fanoret vfuram eius pecunia, præstare debet ei qui dederit pignus.*

Igitur si eo solum quod depositarius contra 21. domini voluntatem, vel ex ea pecunia vtatur, vfuras debet præstare, quia non admittendum cum alterius damno lucrum cōsequi, & bonæ fidei congruit alteri præstare quod æquum est, vel quia mora contrahitur ex vfui pecuniæ alterius, & sine dubio quando scenerator, lucrum quod ex meā pecunia consequitur, restituere tenetur ex prædictis iuribus, quanto magis negotiator in hoc casu quem certum est, nec ipse negauit pecuniam non fuisse apud illum integram vt recepit, sed in suas negociationes expendisse, cum verè debeat vfuras, vt ab eo exigi possint, saltem non percipiunt, quas intendit exigere à Regali Patrimonio pro quantitate pecuniæ Regis, quā vfus cum nihil magis à iure alienum sit, & æquitati dissonum quā vfuras percipere à Rege solutionum, quas in Germania, vel in Belgio fecit ipsius Regis pecunia, quam vt non cessaret in solutione; nam cum cessare vellet, conuenit negotiator vt apud eum deponerentur, aut pro pignore pecunia esse, quia vt in principio notauimus, voluit suspendere solutionem negotiator, quasi consignationes ad solutionem faciendam dubiæ & incertæ existerent, & ex consignationibus non posset redigere pecunias ad solutiones faciendas, conuenit prompte solutionem facturum si pecunia cautionis loco apud eum maneret, quo apertè testatur, pecuniā vtendum esse.

Ex quibus siue hæc pecunia pignoris loco

eo sit, siue deposita, vfuræ debentur, & multò magis vitandæ in hoc casu, quia in deposito ad numerum in rebus, quæ in suo genere functionem recipiunt, vt pecunia cum non eadem corpora nummorum, sed tantundem reddi sufficiat, nihil refert an expresse permillum sit pecunia vti, vel tacitè deprehendatur id concedi: nam vt tradit Hieronymus Laurentius decis. 211. num. 11. ad hoc, vt depositarius non possit vti pecunia deposita necessarium est dari subscritam, & clausam, aliàs tacitè actum videri, vt vteretur, & quādo non est prohibitum vti, vel non deponatur pecunia obligata, quod fieri debet, vt depositario eius abusus adimatur, & deponens, qui id non fecit, tacitè contra facere videtur, & permittere vfum, argumento l. qui non facit de regul. iuris.

23. Et in hoc casu et si non exprimat tunc videri concessum depositario vfum nummorum, qui depositi, probauit Rodrig. dict. cap. 11. & ex Hondedeo, D. Castillo dict. cap. 16. n. 34. quos refert, & sequitur adducens Pegueram, Statilium, Pacificum, decisionem Rotæ, & alios Fontanella de pactis nuptialibus, 2. tom. clausul. §. gloss. 8. part. 7. num. 9.

24. Tertio, nam in præsentem, vt apertè ex contractu cum negotiatore facto apparet, cum ille vellet suspendere solutiones faciendas, nisi pecuniæ dimidiæ Annatæ in cautionem darentur, vt solutiones facere posset, & ille pecuniæ darentur eo pacto, vt sibi solueret, & quod reliquum computatione facta Regi restitueret, etiam si verum depositum non ad numerum & irregulare, sed proprium esset eo ipso, quo pecunia vteretur, in mutuum transit ex quo vfuras esse præstandas dubium non est, l. certi condit. §. fin. ff. de rebus creditis, ibi: *deposui apud te decem, postea permissi tibi vti, Nerua & Proculus, etiam antequam moueatur, condicere, quasi mutua tibi hæc possiderant, & est verum,* & facit textus in l. quod si ab initio sequenti, vbi quando ab initio cum deponerem pecuniam vti, tibi si voles, promisero, credita non esse antequam mota sit, quoniam debitum iri non est certum, & ideo rationem adiecit Iurifconsultus, vt moueatur pecunia, quia tunc ea velle vti depositarium certum est.

25. Idque manifestè exprimit l. 1. §. eleganter, versic. si pecunia, ff. depositi, dum tradit eis verbis: *si pecunia apud te ab initio hac lege deposita sit, vt si voluisses, vtereris, priusquam vtaris depositi teneberis,* vbi aperte insinuat eo ipso quo pecunia vteretur depositarius, in creditum transferri & inter varias interpretationes, quas referunt antiqui & nouiores in cisiuribus Alex. Fulgosius, & Alciat. in d. l.

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisic. Tom. I.

certi conditio, §. fin. Costa in l. si ex cautione fallentia 2. num. 4. C. de non numerata pecunia, Connanus lib. 7. comment. cap. 4. n. 3. Cuiacius lib. 9. quæstionum Papinianiani, in d. l. Lucius, 24. ff. depositi, Ant. Faber in rationali horum iurium, Merla in emporio, titulo de rebus creditis in præmissis, num. 25. cum sequent. Dom. Richard. in princip. institut. quibus modis re contrahitur obligatio num. 60. vsque ad 80.

In eo omnium differentia est, an desinat 26. esse depositum ab initio, vel postquam vti cœperit depositarius, & quando simpliciter depositum sit, vt tantundem reddatur, nullus dubitabit quoties depositum fieret ab initio eā qualitate, vt possit depositarius pecuniā vti, imò potius expresse negotiator in præsentem eo prætextu petiit depositum pecuniarū dimidiæ Annatæ, vt solutiones quas in Germania & in Belgio conuenerat faciendas satisfaceret, & sibi solueret, (ita expresse in contractu continetur) tunc in mutuum transit depositum, quasi post vfum pecuniæ à deponente expresse permillum, nulla remaneant vestigia depositi, & in mutuum transeat.

Cuius rei differentiam & depositi, vt tantundem reddatur vbi et si tacitè vfus permittatur, non tamen in mutuum transeat, rectè notauit Camillus de Medicis conf. 26. num. 24. eis verbis: *Finalis & principalis intentio Domini fuit deponendi, vt reddatur tantundem in genere à principio, non verò transferendi verè & intentionaliter dominium in depositarium, & ita vt dixi, procedat, l. de sponsaliorum, §. fin. argumento textus in l. si quis nec causam, ff. si certum petatur, sed vbi depositarius vtitur pecuniā non nudā voluntate suā simpliciter, sed ex permissione deponentis, tunc ex ista permissione intentionaliter ac verè transfertur dominium in depositarium, & hic est casus noster, hoc depositum isto casu ex dominij translatione facta, quæ est contranaturam depositi, vt fundauimus, conuertitur in mutuum, vt probat textus in d. l. certi conditio, §. fin. & ideo dixi quod necesse est vt textus in d. l. die sponsaliorum, §. fin. procedat in vfui ex simplici & nudā voluntate depositarij; nam si intelligeremus quod ibi concurrat voluntas deponentis, esset contra textum in d. l. certi conditio, §. fin. qui voluit illud conuerti in mutuum, & ita liceat iura & iuribus concordare. Hæc ille.*

Cui adde Antonium Fabrum de nummariis solut. c. 20. vbi quando depositum transit in mutuum, tradit nulla contractus depositi vestigia remanere, sed etiam cum solum depositum ad numerum sit, tradit Molina 2. tomo de iustitia & iure, quæst. 523. contractum esse

esse mixtum, qui nec totum à natura depositi recedat, nec omnino transeat in mutuum, sed vtriusque iura retineat prout magis vtile sit deponenti quoad præstationes, & periculum, idem tenuit Rodericus lib. 3. de annuis redditibus, quæst. 11. num. 34. & notandum quod de mutuo mero & non mero tradit n. 53. cum sequentibus.

29. Nec difficultatem mouebit etiam si in mutuum hoc depositum transferatur, non posse ex eo citra stipulationem vfuras præstari, l. quamuis 3. C. de vfuris, & in præsentem vfuras à Rege pecuniarum dimidiæ annatæ conuentas non fuisse, vt præstaret negotiator, quia vltraquam etiam in contractibus stricti iuris citra stipulationem quando æquitas suadet vfuræ debentur, vt probauit l. tom. decif. 14. Granatensi, num. 64. in hoc casu non agemus vt formaliter vfuras præstet negotiator pecuniarum dimidiæ annatæ, sed vt Rex euitet vfuras solutionis, quas fecit negotiator, & à Rege non percipiat pro quantitate pecuniæ quæ apud eum fuit, & quæ vfus, ad quod nulla est necessaria stipulatio, nec aliqua prohibitio ex iure Canonico, cui consonum nullas vfuras deberi etsi pecuniis depositis depositarius vteretur, ex Diuo Thoma, Couarr. Turcrem. tenuit Farinac. 2. p. nouissimarum, decif. 622. num. 6. quia Rex nõ agit de lucro captando, videlicet de vfuris, & interesse percipiendo, sed de damno vitando, ne immoderatæ vfuræ & interesse immentum eius grauent patrimonium quo nihil magis consonum iuri Canonico & æquitati.

30. Quarto, in terminis sunt iura expressa in l. cum alter, II. iuncta l. sequenti, ff. de compensationis, vbi nobis aptissime tradit Iuriscultus: *Cum alter alteri pecuniam sine vfuris, alter vfurariam debet, constitutum est à Diuo Seuero concurrentis apud vtrumque quantitatis vfuras non esse præstandas*; quod maxime congruit nostræ disceptationi, nam Rex debet negotiatori cum vfuris & interesse pecuniam quam soluendam delegauit in Germania & Belgio, è contra verò negotiator intendit, sine vfuris depositas pecunias dimidiæ annatæ Regi debere, ex quo iuxta eius textus sententiam, concurrentis apud eum quantitatis, vfuræ debent vitari.

31. Et idem probat textus in l. si constat 4. C. de compensat. l. etiam 5. Cod. eodem, ibi: *æquitas compensationis, vfurarum excludit computationem, & vt optimè nobis conueniat hoc fundamentum, facit textus in l. idem iuris est 12. ff. de compensat. vbi etiam in fisco, cuius patrimonium defendimus, idem procedere constitutum est, itaque vt si fisco è*

conuerso deberetur à negotiatore pecunia cum vfuris, & fisco sine vfuris negotiatori deberet pecuniam, quæ illius ad fiscum perueniret pro concurrenti quantitate vfuras extingueret: nam ipso iure ad impediendum cursum vfurarum compensatio fit, vt communiter Interpretes notarunt in eis iuribus, Bart. & Baldus in l. si constat, Castrenf. in d. l. cum aliter idque etiam si ab homine non opponatur, Iason in §. bonæ fidei, n. 82. inst. de act. Alex. lib. 5. consil. 74. num. 4. & lib. 7. consil. 196. num. 5. Bald. in l. i. Cod. de distractione pignorum, & de hoc nullum posse dubitare, aut contrarium tenere tradit Socinus lib. 4. consil. 130. num. 20.

Et notauit Baldus in dict. l. si constat, n. 4. 32. eam sententiam liquidi ad non liquidum non procedere in compensatione legali, quia lex semper est certa de veritate, & facit l. Iulius Paulus 81. ff. de condit. & demonstrat. vbi libertas data sub conditione reddendarum rationum cui inest, reliqua reddere censetur à principio pura, si ex postfacto quandoque appareat nulla reliqua fuisse, l. qui libertatis, §. seruus, ff. de euiction. l. in testamento, & ibi notata per Baldum, & Salicetum, Cod. de manumif. testament. vnde quia quod à lege fit, non desiderat scientiam hominis, l. apud hostes, Cod. de suis, & legit. hæred. l. liber homo, §. fin. ff. de stipul. seruor. Baldus lib. 3. consil. 404. num. 1. Caldus de potest. eligendi, cap. 6. num. 19. Ideo rectè eius quod apud negotiatorem extat, poterit fieri compensatio vt vitentur vfuræ, etsi computatio & liquidatio non facta, vt opponebat negotiator.

Et ad euitandam pœnam similiter compensationem ipso iure fieri etsi non oppositam, ex Bartolo, Baldo, Castrensi, Alexand. Alciato, Guidone Papæ, & Socino probauit Tuschus practicarum, lit. C. conclus. 493. numero 8. cum sequentibus; igitur si etiam non opponatur ipso iure, fit compensatio, quanto magis in nostro casu fieri oportet, quando à me fisci Patrono in fauorem Regalis Patrimonij opposita, vt euitentur vfuræ.

Denique quinto, quia etsi omnia prædicta non procederent, cum negotiator sibi soluendi in hoc casu pactionem faceret ex pecuniis, quas depositas retinebat dimidiæ Annatæ, etiam si ex iuris præsumptione non probaretur, vt diximus, pecunias in suos vfus conuertisse, & verè apparuit, vt animaduertimus, quia iussus à Senatu negotiator, vt pecuniam dimidiæ Annatæ exhiberet, nullam exhibuit, debebat omnino sibi soluere, nec tam graui interesse, & vfuris Regale Patrimonium pergrauare iuxta textum, qui

qui tradit, non solum ad euitandas vfuras, sed etiam vt debeantur sibi ipsi soluere aliquem teneri in l. qui sine 40. alias 38. ff. de negot. gestis, ibi: *Qui sine vfuris pecuniam debebat creditoris sui gessit negotia, quæ situm est an negotiorum gestorum actione summa illius vfuras præstare debeat, dixi si à semetipso exigere eam potuit debiturum vfuras.*

35. Et in difficiliore casu vt non solum sibi soluat, sed à se quis exigere debeat si non fecerit præter vfuras, est textus in l. si pupilli, 6. §. videamus, ff. de negot. gestis ibi: *Certe si quid à se exigere debet proculdubio hoc ei imputabitur, & iterum in versic. quamquam, ibi: tamen à semetipso cur non exegerit, ei imputabitur, etsi forte non fuerat vfurarium debitum incipiet esse vfurarium, & iuuat l. fistulas, 78. §. fundum, ff. de contrahend. empt. facit glossa, in l. si debitor, verbo, mibi, ff. de negot. gestis, l. quoties, 9. §. sicut, ff. de administratione tutorum, ibi: *nam & sibi soluere potest si modo fuerit pecunia, vnde soluat, & si vfura fuerunt grauiores qua ei debebantur relectur eis Pupillus.**

36. Qui textus rectè conducit ad nostrum casum cum semper fisco iure Pupilli vtatur, & habet priuilegia Ecclesiæ, & dotis, vt ex Tiraquello, Afflictis, Peregrino Cafaneo, & aliis, D. D. Fraciscus de Alfaro de officio fiscalis glossa 9. num. 10. ex Panormitano, Euerardo, & aliis, idem glossa 20. §. 3. num. 31. & ex l. i. Cod. de sententiis, ad vers. fisco. Lat. l. i. C. de venditione rei fiscalis lib. 10. cum Duareno, Mauritio, Sforzia, Caldas, Pereira, Fachineo, & aliis Ofuald. ad Donnellum lib. 21. comment. cap. 7. in nota lit. H. & vt teneatur sibi soluere qui alterius bona vel pecuniam detinet, probauit Bald. lib. 2. consil. 190. & ex l. sed si damnum, §. peculium, ff. de peculio, & Angelo ibi Afflicto, Canalcano, Craueta, Castrensi, Socino, Ploto, Alexandro Neuizan. & aliis pluribus probauit Surdus consil. 290. num. 33. sequitur Thufcus dict. conclus. 493. num. 6.

37. Nec in hoc casu compensationem vel solutionem sibi faciendam poterit retardare quasi dicat tunc id procedere quando solutio fieri potest, in hoc vero casu solutionem fieri non posse ex materia pignoris vel depositi, ac perinde nihil est quod imputetur negotiatori cur non compensauerit vel sibi soluerit, quia id nullo modo potest mouere cum potius certum sit, & ex ipso contractu appareat negotiatori datam fuisse facultatem, vt sibi solueret ita vt reliquum quod velut Thefaurarius pecuniarum dimidiæ Annatæ Regi deberet non restitueret antea quam sibi solueret, & satisfaceret, (hæc sunt verba contra-

ctus, & rescripti Regis.) Vnde sine dubio potuit & debuit ad euitandas vfuras compensare, & sibi soluere.

Nec ex vadimonio id est, *resguardo*, pro quo pecuniæ dimidiæ Annatæ relicta fuerit negotiatori impediatur quasi pignoris compensatio quia expresse admittitur quando ex pignore pecunia redigitur, l. si conuenerit, 18. ff. de pignor. actione vbi omnis pecunia, quæ ex pignore prouenit, si nomen debitoris in pignus daretur debet creditor compensare cum credito suo vt post antiquiores ita illum textum contra Duarenum, & alios interpretatur Schifordegerus, lib. 1. tractatu 2. q. 4. & faciunt expressa verba eius textus, ibi: *Si id nomen pecuniarum fuerit exactum pecuniam compensabis*, Quo nihil aptius nostro casu ex cogitari potest quia licet pignoris loco essent nomina debitorum pecuniæ dimidiæ Annatæ, & quæ ex illa redigi possent, tamen exactæ à negotiatore debent cum credito compensari maxime ad impediendum cursum vfurarum cum negotiator vfus fuerit pecunia.

Vnde excludi poterunt verba textus in l. 39. quamuis 6. §. fin. ff. de pignor. action. quæ in contrarium expendebantur, ibi: *quod si eam depositam habuerit, vfuras non debebit*, quasi solum creditor, qui ex pignore redegit pecuniam, præter vfuras, quando scenori dedit, sin vero depositam retineat pecuniam, vfuras non debeat, quippe vt aperte constat, loquitur ille textus, cum verè vt deposita retenta pecunia, & illa depositarius vfus non fit, secus verò, vt prædiximus, quando vfus pecunia, & ex illa vtilitatem consecutus tum etiam, quia si cum dedit pecuniam scenori, creditor ex pignore debet vfuras eo ipso, quo in nostro casu negotiator vfus pecunia scenori dando, apparet ex illius vfus omnino debere in fauorem Regalis Patrimonij vfuras cessare.

Nec quod attinet ad nomen depositi, quo pecuniarum dimidiæ Annatæ negotiatori vadimonium datum aliquid resolutionem prædictam impedit, Decius consil. 6. Alciatus consil. 12. lib. 5. num. 21. Cumanus consil. 178. incipit. *Thefaurarius*, num. 2. quem sequitur Burfatus consil. 320. num. 17. qui omnes de Thefaurario Principis, in nostris terminis loquuntur, & quamuis vteretur pecunia, & lucrum ex illa consequeretur, illud sibi Thefaurarius acquireret, nec Principi restituendum tuerunt, quippe ea ratione prædicti Doctores illud, quia pecuniæ dominium ad Thefaurarium Principis translatum, & tunc non ex pecunia Principis, sed ex sua lucratur Thefaurarius, & qui admitte-

ret pecuniarum dimidiæ Annatæ, quæ pro pignore, vel deposito negotiatori consignatæ ad illum dominum transire, nullo modo poterit compensationem inficiari.

41. Tum etiam quia longè diuersa species est de qua in eis consiliis agitur, quando aliunde, & non ab ipso Principe lucratur Thefaurarius cum ipsius Principis pecunia, secus verò in nostra specie, quando solutionum, quas pro Principe fecit, ratione sui crediti vfuras percepit Thefaurarius, retinens & expendens pecuniam ipsius Principis, qui in hoc casu non agit de lucro pecuniarum captando, sed de damno vitando, id est, vfuris solutionum, quæ sua ipsa pecunia fieri potuerunt (& fortassis factæ) quod non admittere nihil magis absurdum ab æquitate, & naturali ratione distonum videtur.

42. Idq; maiori ratione procedet iuxta æquitatem l. curauit, Cod. de act. empti: nam si ei, qui damnum passus, quia alter sua pecunia vfus, recompenfatio fit, vt vfuras percipiat, damno emergenti, vel lucro cessante iuxta Baldum in 2. in principio, Cod. de vfuris, Cagnolus in l. curabit 7. Cod. de actionibus empti, Barbosa in l. 2. in principio à num. 44. ff. solut. matrimonio, Surdus de alimentis, tit. 1. quæst. 45. n. 33. Rodriguez de annuis redditibus, lib. 2. quæst. 5. à num. 21. Lupus in commentariis ad dictam legem curabit, §. 6. n. 101. & 116. Stephanus Gratianus tom. 1. cap. 67. num. 16. & tom. 3. cap. 588. num. 17. cum sequent. & tom. 5. cap. 911. num. 20. & cap. 987. num. 7. & dict. cap. 900. num. 15. & 16. Bonacin. de contract. disputatione 3. quæst. 3. punct. 3. num. 4. & num. 10. Salas in 2. 2. diui Thomæ tractat de vfuris, dubio 18. Sigismundus, Scaccia tractat. de commerciis, §. 1. quæst. 7. part. 1. ampliatione 8. à num. 221. & de requisitis ad consequendum hoc lucrum cessans, num. 244.

43. Quanto magis in nostra specie procedere videtur, vbi necessaria non est probatio eorum, quæ requiruntur iuxta nuper adductos, vt ex damno emergenti vfuræ percipiantur, cum ipse negotiator vfuras percipiat ex Regali Patrimonio per solutiones factas, & cum illa pecunia ipsius Regis vteretur, & posset ex ea solutiones facere, ex quibus vfuras percipit, nihil magis iuri congruit, quàm ex eadem pecunia Regalis Patrimonij saltem si vfuras non dependat, tamen ex quantitate, qua vfus est, non percipiat.

44. Nec quæ in contrarium expensa fuerunt supra num. 2. aliquid mouebunt: nam quod obiicitur, nisi à tempore moræ vfuras in deposito non deberi, iam supra latè explicatum est, & in nostro casu non procedere probauimus num. 24. cum sequentibus.

Secundum verò quod de duplici perso-

na Thefaurarij & negotiatoris adducitur, vt debeant inter se diuersæ personæ considerari ex l. tutorem, ff. de his quibus vt indignis, nihil ad rem facit, vt impediatur solutionem sibi fieri ex iuribus, quæ supra expendimus, in quibus negotiorum gestor, Procurator, & tutor, etsi in eis consideretur duplex persona, sibi tamen soluere debent, vide notata in 34. cum sequent.

Tertium verò quod refertur, vt deberet præcedere computatio, ad hoc vt sibi solueret negotiator, facilius expedietur, si consideres computationem expressam fuisse in contractu, vt quod reliquum, postquam sibi solueret negotiator, restitui tenetur, sed etiam notandum computationem faciendam summariè, quam in nostro Senatu diximus, *tan- teo*, & hanc ex ipsis libris negotiatoris apparuit multoties factam fuisse, & ingentem summam apud eum remanere vt sibi solueret.

Denique quartum obiectum ex l. tutor, §. Lucius, ff. de vfuris, vt partis & minutam solutionem negotiator non teneatur admittere, cum dimidia Annata ex paruis quantitatibus constet, nihil enim obstat, quia decisio eius textus aperte limitatur, quoties creditor consentiret, vel reciperet particularem solutionem, Baldus & Salicetus in l. si literas, Cod. mandati ex Barbatia, & Curtio Iuniori probauit Tufehus practicarum, lit. S, conclus. 344. num. 11. & cum in hoc casu negotiator esset Thefaurarius dimidiæ Annatæ & cognosceret paruis quantitatibus eas pecunias deponi, & simul conueniret sibi esse soluendum, consensisse videtur in particulari solutione recipienda.

Tum & in hoc casu de hac quæstione agi non potest quia eo tempore ex quo intendimus, Regali Patrimonio vfuras vitandas, à negotiatore ex eius libris apparuit, apud eum plusquam trecenta millia aureorum esse, & extare ex pecuniis dimidiæ annatæ, quas expresse in suis libris & calculationibus factis sibi referuare scripsit, vt solueretur, quod ex contractibus à Rege ei debebatur, vnde sine dubio Regalis Patrimonij iustitia manifestè ostenditur, & ita obrinui.

ALLEGA

ALLEGATIO XLII.

Sumptus appellatione quando Princeps factos pro eo satisfacit, veniant damna, vt non possint vltrà à Fisco recuperari.

1. *Hex Hispania Muleyo Mauritania Regi opem tulit.*
2. *Munera magna contulit Rex Hispania Legato suo, quem ad Mauritaniam misit.*
3. *Princeps tenetur vassallis seruitia rependere.*
cap. 1. de donationibus.
l. 1. ff. de iustitia & iure.
Seruitia iuxta meritum illorum rependenda.
cap. ceterum, de donationibus.
l. si sponsus, §. circa venditionem ff. de donat. inter.
l. sed si vir, §. si duo, ff. de donationibus inter.
4. *Seruitiorum merita, donationes qua excedunt non remuneratorie, sed immense indicanda, & à Principe facta non valerent.*
cap. intellectu, de iureiurando.
5. *Donatio qua fit propter damnum bonorum omne periculum respicit.*
6. *Sumptus appellatione veniunt qua fortuito amissa.*
l. inter causas, 26. §. non omnia, ff. mandati, & num. 11.
l. socium, 61. §. 1. cum lege seq. ff. pro socio.
7. *Verba generalia explicanda ex eo de quo agitur.*
l. licet, C. de iudiciis.
l. si de certa, C. de transactionibus.
8. *Liberalis nullus existit in necessitatibus.*
l. rem legatam, ff. de adimendis legatis.
Donatio excluditur qualibet coniectura.
l. cum de indebito, Codice de probationibus.
9. *Determinatio vna respiciens plura determinabilia, pariformiter debet determinare.*
l. iam hoc iure, ff. de vulgari.
l. Lucius, ff. eodem.
Mandati finis excedens nihil petere potest.

l. diligenter, ff. mandati.

Mandato solum continetur quod ad illud expediendum necessarium.

l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudicium.

10. *Mandati defectus irritat actum.*

Mandatum generale non sufficit vbi requiritur speciale.

c. generali, de reg. iuris, lib. 6.

11. *Mandatarius qui non gratuito, sed propter pecuniam recipit mandatum, in se debet suscipere casum fortuitum.*

12. *Mercatorum lucra incerta.*

13. *Executioni renuntiare videtur qui postquam eam intendit, proponit ordinariam actionem.*

14. *Rex pro bono publico potest priuatum suis bonis priuare.*

15. *Publica utilitas vbi principaliter interuenit plura permittit.*

16. *Reges in alium Regem non subditum iurisdictionem non habent.*

l. ille à quo, §. tempestinum, ff. ad S. C. Trebellian.

17. *l. Labeo, 3. §. tractemus, ff. de recept. arbitris.*

Consularis persona dicitur, qua licet Consul non sit, gaudet Consulis priuilegio.

l. 1. in principio, & §. 1. ff. de Senatoribus.

18. *Iurisdictionem habet par in parem si alter se summiserit pari.*

Rex etiam de plenitudine potestatis non potest exercere iurisdictionem in non subditum.

19. *Fœdera antiqua inter Reges Castella & Mauros.*

Reges Mauri fœderibus se subiiciebant Vassalli Regum Castella.

20. *Reges tenentur ex suis contractibus vt directiuam, non coactiuam.*

21. *Regem censetur facere non posse qua contra bonos mores sunt.*

lege filius, 15. ff. de condition. institution.

22. *Testis domesticus, vel qui agit de se exonerando, non est idoneus.*

l. nullus, ff. de testibus.

l. omnibus, C. eodem.

l. Contractus, ff. de reg. iur.

23. *Testi deponenti quod ipsi videtur, fides non adhibenda.*

24. *Verba magnifica & congratulatia non obligant.*

Donatio

*Donatio à Principe facta ob bene-
merita, & seruitia, & sumptus,
quos fecit aliquis in Principis
mandato, an excludat vel in-
cludat damna quæ in suis bonis
pro mandato exequendo, man-
datarius allegauerit habuisse.*

1. **R**EX noster cum Mauritanie Princeps Muleyus Xequæ à suis subditis rebellibus, Duce eius fratre, Regno expelleretur, ut moris est apud Hispanie Reges afflictis opè ferre, misit ei Legatum sub nomine, quem dicimus *Agente*, ut auxilium offerret ad Regni recuperationem, & interim dum classis & exercitus parabatur, ne eius vitæ insidiæ fierent, ad Hispaniam duceretur à Legato, cui promisit Rex noster operis & seruitij remunerationem, sumptus & damna bonorum suorum.

2. Is verò qui Agentis nomine missus fuit, commercia habebat in Mauritania, ceræ & in coriis boariis, quæ omnia, ut ille assererat, quadraginta millia aureorum quantitatem valebant; & cum iussu Regis nostri Principem Mauritanie in Hispaniam adduceret; Frater rebellis, qui Regnum usurpare intendebat, omnia bona istius Agentis occupauit illa sibi, iure vel iniuriâ belli; & quamuis postea Rex Hispanie ingentes contulit donationes, mandatario videlicet duo millium aureorum in redditibus annuis perpetuo solvendis, & ultra mille aureorum in quolibet anno pro vita dedit titulum eius Agentis, cum stipendio centum aureorum pro mense & honorauit ut posset obtinere Equestrem Ordinem Diui Iacobi, eius insignia concessa; & prædium donauit Arcis de Alarache, ut pro sua vita obtineret; adhuc tamen postquam viginti annis prædictis Regis nostri gratis, beneficiis & donationibus Mandatarius frueretur, petit damna resarcienda ex Regio Patrimonio, quæ habuit in amissione bonorum commercij; quod ego negaui, & satis operam & damna prædictis rependi prædictis donationibus asserui, ut nihil amplius petere valeret.

3. Pro Regali Patrimonio, & ut absolui debeat facit, nam quamuis Princeps teneatur suis subditis, aut eis qui aliqua seruitia exhibuerint, illa rependere maximè cum facere promisit, cap. 1. de donationibus, Tiraquellus de nobilit. cap. 37. à num. 40. D. Molina de

Primogen. lib. 1. cap. 3. num. 20. & ibi eius additio, Beroius conf. 65. num. 11. volum. 1. Craueta conf. 884. num. 6. Becio volum. 2. conf. 129. num. 108. Burg. de Paz consil. 25. num. 9. Menoch. consil. 307. num. 11. Carol. Bordell. conf. 22. num. 35. August. Barbosa in collect. dist. cap. 1. de donationibus, quia ut metu pœnarum, etiam exhortatione præmiorum boni efficiuntur, l. 1. ff. de iustitia & iure, tamen id quod respicit Reges, facere beneficia, debet accipi iuxta seruitij meritum, aliàs enim non censetur donatio remuneratoria, cap. ceterum, versic. *data rei quantitas*, de donat. l. si sponfus, §. circa venditionem, & l. sed si vir, §. si duo, ff. de donat. inter. notant communiter Doctores in l. si donatione, C. de collat. Bartolus, alij & scribentes in l. frater à fratre, ff. de cond. indeb. & in l. Attilius Regulus, vbi latè Ioannes de Imola, ff. de donation. Hieronymus Gratus conf. 147. num. 23. Romanus conf. 26. num. 3. Tiraquellus in l. si vnquam, verbo *susciperit liberos*, num. 47. C. de reuocandis donat. Surdus de alimentis, priuilegio 72. num. 5. & 6. cum Ruino, Socino, Mantica, & aliis & otæ decisionibus, Gratianus tom. 2. disceptationum, cap. 383. num. 6.

4. Aliàs enim, si excedit merita, & seruitium donatio, ut immensa non valeret, iuxta quod notatur etiam principi non licere magnas donationes facere, cap. intellectu de iureiurando, vbi communiter Doctores, Albericus in proemio, §. discipuli num. 17. Barr. in l. 3. §. plane, ff. quod vi, aut clam, l. ason lib. 1. consil. 36. num. 1. Alex. lib. 5. conf. 1. num. 28. Carfetus de potestate Regia, quæst. 4. Couarr. in cap. quamuis pactum, §. 2. num. 4. versic. *quod autem Rex*, Palacios Rubios in cap. per vestras de donat. infer. §. *sed est pulchra dubitatio*, num. 41. pluribus Mieres de maiorat. 4. p. q. 1. limitat. 6. n. 28. nec solum ut ibi tradit in vna donatione simul eidem personæ facta ut in hoc casu quæ immensam, & magnam donationem facit, sed etiam diuersis personis fieri non posse ex Luca de Penna, Imola, Alexandro, Matthæo de Afflictis, Rolando à Valle, Matienço, & aliis probauit Mieres ibi.

5. Et quamuis deceat Regem seruitia mandatarij istius liberaliter satisfacere, tamè hæc donatio quæ respexit honorè, & maximum commodum pecuniarium nimis excederet seruitium nisi etiam facta censeretur in compensationem damni quod mandatarius in bonis suis passum fuisse dicebat, idque manifeste constat, nam ipse mandatarius, ad petitionem fiscalis declarauit donationes quas à Rege obtinuit factas fuisse pretextu periculi

culi quod subiit, propter executionem mandati, & sumptuum facultatum suarum quod videtur ipsum confessum fuisse in compensationem damni bonorum suorum donationes recepisse, idque euidentius constat ex pluribus decretis quæ Præsidi Regalis consilij Patrimonij expedita fuerunt ut redditus trium millium aureorum constituerentur ut eis mandatarius frueretur, & in aliis Epistolis, quæ in actis exhibitæ fuerunt, vbi aperte dicitur à Rege nostro, satisfieri mandatario seruitium, quod Regi fecit cum periculo vitæ, & nota verba Hispano sermone, *Y con grande costa y gasto de su hacienda, y riesgo de su persona*, quæ verba manifeste notant donationem comprehendere omne damnum, quod hodie intendit mandatarius ei oportere rependi.

6. Et quamuis adiceretur solum verbum: *gasto de hacienda*, hic casus quando bonis suis spoliatus fuit, debet comprehendi, quia appellatione sumptus veniunt ea quæ casu euenerunt, vel fuerunt amissa, ut in mandato probat textus expressus, inter causas 26. §. non omnia, ff. mandati eis verbis: *Non omnia quæ impensurus non fuit creditur mandatario, imputabit veluti quod spoliatus sit à latronibus aut naufragio res amiserit*, vbi nomine impensa & sumptus comprehendit illud quo quis spoliatus est ut in nostro casu, aut quod in mari perierit, & faciunt verba textus in l. Socium 61. §. 1. cum l. sequenti, ff. pro socio, ibi: *quia licet non impensum in societate tamen fuit propter societatem*, quod vtrique ex eo procedit quia ipse mandatarius allegauit, ea bona quæ commercij causa habebat in Mauritania necessarium fuisse habere, in ea ut commercij ratione se introduceret, ad negotij expeditionem, ac perinde quasi impensa ad factum debet expresse comprehendi supra dictis verbis.

7. Præsertim quia iste mandatarius antequam donationes à Rege fierent, expresse hæc damna petiit resarciri, ut quidquid amiserat in consideratione esset ne in damno moraretur, & cum postea tam magnæ ei fierent donationes, non possunt ad aliud referri, nisi ut omnino sarciretur quod mandatarius petebat, quia verba generalia explicanda, ex eo de quo agitur argum. l. licet, C. de iudiciis l. si decerta cum aliis, C. detransact. l. ason lib. 2. conf. 171. n. 11. Hondedeus lib. 1. conf. 49. n. 1. ex Mandello, Beroio, Bellono, Craueta, & Casaneo Surdus, conf. 150. num. 6. ex aliis pluribus, D. Castillo tom. 4. controu. c. 42. num. 45.

8. Et valde dissonum esset Regem nostrum tam magnas donationes fecisse pecunia-

rum, & munera honorifica contulisse mandatario, nec censeri satisfieri, id quod ex damno amissionis bonorum suorum ei debitum esse petebat, quia nemo in necessitatibus liberalis existit, l. rem legatâ, ff. de adm. legat. gloss. 2. in l. vfusfructus, ff. de iure dotium, potius enim creditur solutio debiti quam donatio, ut notatur communiter in d. l. rem legatam, & in l. cum de indebito, ff. de probatio. & ex qualibet probabili coniectura cessat donationis præsumptio, ut ex Baldo Craueta, Decio, & pluribus, Menoch. lib. 2. de arbitrariis casu 88. per totum ex Aimone, Hondedeo, & Marsilio Gratianus tom. 2. disceptationum, cap. 231. num. 1. nec enim potest considerari separatim remuneratio seruitij, & compensatio damni bonorum, mandatarij cum vtrumque ille repræsenteret Principi ut ab eo beneficia obtineret; cum determinatio quæ respicit plura determinabilia debet pariformiter determinare, l. iam hoc iure, l. Lucius, ff. de vulgari ex Nara, Menochio, Binnio, Gratiano, D. Castillo, & pluribus Velasco Axiomatum, lit. D; num. 82.

Rufus non habuit à Principe mandatum 9. ut tam magnam quantitatem pecuniarum, in cera, & coriis boariis, commercij causa in Mauritaniâ inferret, ad negotium expediendum, & quia excedit fines mandati nihil petere potest, l. diligenter, ff. mandati, cap. cum dilecta, post mediū de rescript. Surdus, decis. 209. n. 6. Hieronymus, Gabriel. conf. 155. n. 30. cum sequentibus & solum, ea concessa videntur sine quibus mandatum exerceri non potest, argum. leg. 2. de iurisdictione omnium iudicum, & quæ notantur in l. ad legatum, ff. de procuratoribus, Surdus decis. 70. num. 5. Mantica decis. 57. num. 4. & decis. 67. num. 8.

10. Et defectus mandati irritat actum, ut ex facto nihil iuris adquiratur ex Felino, Alex. Couarr. & aliis Gratianus tom. 2. disceptationum, cap. 342. num. 9. & cap. 341. num. 38. & multo magis constat non habuisse mandatum, ut Regi Mauritanie is, qui negotium agebat mutuo daret decem millia aureorum, quæ à Rege Hispanie petebat, & non sufficit generale mandatum, vbi requiritur speciale, cap. generali de reg. iuris in 6. Castrensis lib. 1. consil. 335. num. 2. Paris. vol. 1. consil. 45. num. 3. Paponius lib. 6. titulo 4. Arresto 18. & inter casus, qui requirunt speciale mandatum, ille præcipuus ad donationem, vel mutuuum faciendum, glossa penult. in cap. qui ad agendum de procurat. §. 1. vers. *item oppono*, Rebuffus in concordantia de electione, verbo speciale, Iosephus Ludouic-

cus inter communes opiniones, tomo 3. titulo de mandato, conclusi. per totam.

11. Deinde, quia mādātarius, qui non gratuito, sed propter magna beneficia, quæ à Rege sperabat, ut ipsi collata fuerunt, mandatum acceptavit, in se suscepit casum fortuitum, ut constat dict. l. inter causas, §. non omnia, ff. mandati, ubi qui mandatum dedit, non obligatur sarcire damnum, quod habuit mādātarius qui bona amisit naufragio, vel eis spoliatus fuit, ut in hoc casu dicebat Mādātarius, rebelles inimicos Regis Mauritanix, quem ad Hispaniam ducebat expilasse omnia bona, quæ commercij causa habebat, & ad id mandantem non teneri, & ex eo textu colligunt Bartolus, Baldus, & reliqui ordinarij ibi, Mozius tract. de contractibus, tit. de mandato, versic. *qua actio*, num. 56. Sebastianus Medicis tract. de casibus fortuitis, 2. part. quæst. 12. num. 12. & quamvis Accursius in glossa dict. §. non omnia, tradiderit eius dispositione de curialitate non debere seruari.

12. Tamen id iuxta ipsius sententiam procedit, quia videtur æquitati consonum, ne qui mandatum dedit, patiatur mandatarium esse in damno, quod utique quantum in hoc casu non procedit, animaduertimus. Ex magnis donationibus, quas in mandatarium Rex contulit, ex quibus solum in redditibus fere centum millia aureorum vsque in hunc diem mandatarius percepit, ultra officia, honores, & duo millia aureorum, quæ in annuis redditibus perpetua obtinet, & mille aurei quotannis ad vitam & legatus ex mercatore, quorum lucra incerta, & bonis, quæ fortunæ subiacent, mandatarius ad certas diuitias, quas possidet, & honores euectus.

13. Nec quod ex parte mandatarij obicebatur à Rege nostro petiisse, ut bona, quæ ad Hispaniam adduxit Rex Mauritanix detineret, ut mutuas pecunias reciperet mandatarius, & damna ei refarcirentur, nec à Rege nostro decretum, & ita ei imputandum nihil mouebit, quia ultra quam mandatarius ex eo confessus, nullum ius habere contra Regem Hispanix, cum intenderet à Mauritania hæc, quæ petit, recuperare, & renunciare videtur cuiusque iuri, quod habere posset ex traditis per Castrensem in l. 1. num. 9. & 20. Cod. de pactis inter emptorem, & vendit. Alexand. lib. 7. consil. 206. col. 2. Belamer. conf. 9. num. 6. Gratianus tom. 2. discept. cap. 302. num. 2. quemadmodum, qui executionem intenderat, ab ea videtur recedere, si postea actionem proponeret ordinariam iuxta quod post Speculatorem Romanum, Imolam, Marantam, Lancellotum, Rodericum, Suarez, Morret à Cucua, & alios

plures notauit Mastrillus 2. part. decis. 157. per totam.

Deinde animaduertendum est cum ad publicum statum, & Hispanix auctoritatem spectet, ut Rex Mauritanix, qui hospes & profugus à Regno suo in protectionem Hispani se recepit debito modo tractari potius, quam interesse priuatum mandatarij attendi oportet, quod ad publicam vtilitatem pertinet, ex qua non solum Rex noster debebat, & potuit permittere, ut Rex Mauritanix suis bonis liberè fruere, sed etiam pro bono publico poterat mandatarium suis bonis priuare, Bart. in l. si ita, §. si dominus, ff. de vsu, & habitatione, Iacobinus de sancto Gregorio, Aluericus, Cremenensis, & Afflictis, quos refert Menoch. conf. 721. num. 22.

15. Maxime iuxta quod tradit Craueta de antiq. temporis, 1. part. num. 17. causam publicam interuenire principaliter, non secundario, quod etiam sequitur Menoch. conf. 156. num. 48. nam causa publica semper in hoc casu viget principaliter ad illud enim decus Hispanix auctoritatem spectat hospiti Regi Mauritanix sua bona libera relinquere, nec in aliquo cogere: nam id esse indecens Regiæ dignitati duorum Regum, Hispanix, & Mauritanix.

16. Deinde Hispanix Rex nullam habeat iurisdictionem in Regem Mauritaniam ex reg. par in parem non habet imperium, l. ille à quo, §. tempestiuum, ff. ad §. C. Trebell. l. Labeo 3. §. tractemus ff. de recep. arbitrij.

17. In cuius litera (ut aliquid ex Scholasticis disputationibus dulce vtilibus practicoꝝ placitis misceamus) notandum est maxime sibi inuicem l. C. aduersari, deprehendi: nam primo traditur arbitrium cuiuscunque dignitatis, etiam si sit Consularis, cogendum à Iudice arbitrio, quod suseperit, perfungi, & postea subdit sibi oppugnans hæc verba: *nisi forte sit in aliquo Magistratu positus, vel potestate Consul forte, vel Prator, quoniam in hoc imperium non habet*, quod cum Accursio in eo textu, verbo *Consul*, ita accipiendum, quod traditur, cogendum arbitrium cuiuscunque dignitatis, etiam si sit Consularis, accipiendum de illo, qui Consulis dignitatis gaudet priuilegiis, ut filius Consulis, vel nepos, qui Consulares dicuntur, ut Consularis fœmina, Consularis vxor, l. 1. in principio, §. 1. ff. de Senatoribus, & facit l. 18. tit. 14. lib. 6. Recop. & quod cum Oralora, Bernardo Diaz, Salzedo Auileño, Gratiano, Mieres, Azeuedo, Barbosa, & Plaza probauit Richardus ad l. 3. Cod. de murilegulis, lib. 11. num. 43. non vero qui Consulis administrationem habet, quia eum non compellit, quia par in parem non

non habet imperium, sic nec Rex Hispanix iurisdictionem exercebit in Regem Mauritanix, qui ex eo non subiacet iurisdictioni Hispani.

18. Nec admittenda limitatio, quam ex dict. §. tempestiuum, colligit glossa, verbo *subiaciant*, in l. est receptum, verbo *maior*, ff. de iurisdic. omn. iudic. ut si qui par est iurisdictione se summiserit iurisdictioni æqualis, vel inferioris, possit in eum iurisdictione exerceri, & procedere in imperatore notauit glossa d. verbo *maior*, & in Regibus Bart. & Alex. quos refert Bertachinus, verbo *Rex*, num. 30. quia in hoc casu nulla summissio facta fuit à Rege Mauritanix Regis nostri iurisdictioni, sed solum ad eius auxilium, & tutelam confugit, & Rex etiam de plenitudine potestatis non debet exercere iurisdictionem contra non subditum, Innocent. in cap. inquisitioni de sent. excommunicat. Curtius Senior conf. 10. versic. *tertio respondeo*, Natta conf. 47. num. 6. Alciat. Angel. & Castrenf. quos refert, & sequitur Petrus Surdus conf. 47. num. 15. qui etiam intelligit, & extendit num. 16. ibi: *etiam si esset quis subditus quoad aliqua, ut puta Vasallus, qui se summisit mediantes federe.*

19. Et quamuis factò federe inter Regem Mauritanix & Hispanix, se Mauritanus Hispano subiecerit, ut in fœderibus quæ antiquitus facta inter Reges Mauros & Castellæ Reges, solebant subici Regibus Castellæ, ut tributum præstarent, & ad comitia generalia venirent, & in bello auxilium & operam præberent, ut de fœderibus Regis Granatenfis cum Ferdinando Sancti nomine, Rege Castellæ & Legionis, ubi Granatenfis fecit se tributarium Castellani Principis, & quintantis Equitibus operam dedit, ut Ferdinandus Hispaniam expugnaret; & ut post antiquam Chronicam Regis Ferdinandi tradit Mariana lib. 13. de rebus Hispanix, in Historia Latina, cap. 3. ubi valde notandum, & ferè non auditum animaduerto, in eis fœderibus quæ inter Ayfemelium Granatæ Regem, & Ferdinandum nomine Sanctum, Castellæ & Legionis Regem, ultra plura quæ in subiectionis indicio fecit, Gienium urbem, quæ à Ferdinando obsessa, tradendam conuentum, & Regni Granatæ vectigalia inter vtrumque Regem Maurum & Catholicum diuiderentur, quæ valebant aureos centum & septuaginta millia, expendo ut singulare notanda Mariana verba loquitur de Rege Granatæ, qui venit ad Regem Ferdinandum, qui exercitu suo habebat obsessam urbem Gienium, ibi: *Ergo fide accepta, ad Regem venit in Castra, fortemque & fidelem operam, si in f. Ioann. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. Pars I.*

dem reciperetur, & amicitiam pollicetur, subiectionis indicio Ferdinandi manum, facta conueniendi potestate deosculatur fœdus his legibus, sanctum Gienium continuo deditur, Granata vectigalia aquis partibus inter vtrumque Regem diuidantur, ea ad septem aureorum miriades exerceuerant sexagies octies, sextertium, hoc est aureos centum septuaginta millia, Rex Maurus ad Regni comitia tanquam beneficiarius venit euocatus, communes vtrisque hostes sunt amici, non alij, gloriosum Ferdinando fuit diuersa Religione homines illi se credere, eiusque societatem & fidem cupidissime petere, itaque federe sancto, vrbis dedita est. Hæc Ioannes Mariana, de quo, & aliis pluribus fœderibus agendum est ad finem allegationum, ubi de fœderibus quæ Regi Catholico permiffa latè discutitur in peculiari fœderum tractatu.

20. Hæc autem nullo modo in hoc casu facta fuerunt, nec simile fœdus inter Regem Mauritanix & Hispanix, & quamuis fieret; non ideo in omnibus Mauritanum subici Hispano admittendum est iuxta quod ex Surdo & aliis nuper tradidimus, quia licet Mauritanius ut Rex, ad contractum, obseruantiam & solutionem mutui quod dedit Hispani Regis mandatarius, ei teneretur, id tamen respicit quoad vim directiuam obligationis, non coactiuam, Petrus Gregor. lib. 8. de Republica, cap. 8. Zasius ad l. 2. §. eodem tempore de orig. iuris, Costal. ad l. 1. ff. de pactis, Morla in emporio, ad eum tit. quæst. 1. communiter Doctores ad l. Princeps legibus, ff. de legibus, Menchaca controuerf. illustrium, lib. 1. cap. 3. Vincentius Carrotius lib. 2. disputat. cap. 10. Cenedo ad Decretales, collectanea 167. D. Gregorius Lopez, Madera animaduert. iuris, cap. 8.

21. Nec decens aut honestum erat Mauritanii hospitis nostri Regis bona detineri, ut petebat Mandatarius, quia id Rex noster facere non poterat l. filius, 15. ff. de condit. instit. eis verbis: *Nam quæ facta ledunt pietatem, estimationem, & verecundiam nostram, & ut generaliter dixerim, quæ contra bonos mores sunt, nec nos facere posse credendum est*; videndus Menchaca de succession. progressu, §. 3. num. 46. Rebuffus ad l. nepos Procuro, per textum ibi, ff. de verbor. signific.

22. Denique quia damna quæ sarciri petebat non rectè probauit Mandatarius, quia testes erant eius domestici, & quorum cura fuit negotiatio eorum quæ amissa dicebantur, & ideo nulla fides adhibenda testi, qui velle familia partis, aut si potest in causa interesse consequi, l. nullus, ff. de testibus, l. omnibus, ubi communiter Doctores, C. eodem, Ma-

1. fcardus conclud. 1557. num. 1. & 2. Farinac. de restibus, quæst. 60. num. 29. & cum testis vt Mandatarius in negotiatione non solum tenetur de dolo, sed etiam de culpa, l. contractus, vbi communiter omnes, ff. de reg. iuris, ita quia agit de se exonerando, non est fides ei adhibenda, Bertozola lib. 1. conf. 9. & confil. 225. num. 11. Hippolyt. Riminaldus lib. 2. confil. 82. num. 23. Brunonus à Sole confil. 98. ad finem, Farinac. vbi proximè, n. 19.
23. Ultra quam plures testes deponunt, quasi eis videbatur eam summam valere quod in Coriis boariis & cera haberet Mandatarius in Mauritania, & similibus testium depositionibus fides non adhibenda, per verbum videtur, Bald. in l. de quibus, num. 35. de legibus, & in l. 2. §. observari, 6. de iuramento calumniæ, Alex. lib. 2. conf. 86. num. 11. Speculator tit. de testibus, vers. & qui deponit, Felinus in cap. quoties, num. 7. de testibus, ex Angelo & aliis Mascardus conclud. 1369. num. 5. & 6. cum testis debeat certam rationem sui dicti reddere non dubiam, cum Bartolo, Ioanne Andrea, Rocho de Curte, & Bertrando, Mascardus conclud. 424. num. 62. quia testis deponens sine ratione, dicitur deponere vt pecus, ex lafone, Specul. Castrensi, Lancellor. & aliis, idem Mascardus conclud. 1315. n. 50.
24. Sed etiam Rex Mauritanix nihil Mandatario ex bonis quæ amisit, satisfacere debebat, iuxta quod notauimus casum fortuitum pertinere ad damnum Mandatarij; & quamvis cum instaret Mandatarius Regem Mauritanix, dicens eius causâ damnum passum fuisse, Mauritanus iuberet ex bonis suis solui, id magis liberalitati & Regiæ munificentia quam debito tribuendum, & verba munificæ & congratulatoria non obligare probant Innocentius in cap. cum venissent, de institutionibus, & ex communi Doctorum sententia Mascardus conclud. 1176. num. 59. ex quo multo minus à Rege Hispaniæ Mandatarius petiit damna farciri ex prædictis rationibus; quæ omnia suadent Regale Patrimonium esse absoluendum; & ita obtentum fuit in visionis prima instantia.



ALLEGATIO XLIII.

De indulto quando non comprehendat bonorum restitutionem.

1. Maurorum descendentes ab Hispania expulsi sunt anno 1610.

2. Beneficium Principis latissimè interpretandum, etiam contra ipsum concedentem.
l. beneficium, ff. de constit. Princip.
Bona sunt accessoria persona, & pretiosior persona.
l. in pecudum, ff. de rer. diuis.
3. Venditione facta ex causa quæ nulla apparet poterit res vindicari.
l. etiam si alius nec ullam, 13. §. item si quis à fisco, ff. de petitione heredit. & n. 15. & 25.
4. Demonstratio non restringit, sed demonstrat.
l. fin. §. Titia, ff. de liber. obligatione legata.
l. Paulo Callimacho, §. vlt. ff. de leg. 3.
l. nulla, in principio, ff. de alimentis legatis.
5. Restitutio ex gratia conceditur debitoribus vt oblato pretio, quo bona vendita cum redditibus, bona cum fructibus reddantur.
l. in causa, l. 2. §. Pomponius, ff. de minoribus.
l. planè, ff. de minoribus.
l. si me & Titium, ff. si cert. pet.
6. Banni restitutio à Principe facta an extendatur ad bonorum restitutionem.
7. Maiestatis crimen non admittit bonorum restitutionem, licet bannum reponatur.
8. Principis gratia concessa ad petitionem partis, stricte interpretanda.
9. Restitutio bonorum à Principe indulto concessa non procedit in bonis quæ à fisco in tertium alienata.
10. Restitutionem non extendi ad bona in tertium translata, accipiendum etiam si bona alienentur ex titulo lucratiuo.
Principem præsumitur nolle fisco præiudicare.
l. ne damosa, Cod. de precib. Imp. offendentis.
11. l. bene à Zenone, C. de quadrienn. prescriptione explicatur & num. sequentibus.
12. Bona quæ à fisco venduntur, si Dominus illorum sciens, non contradicit, amittit ius.
l. si hypothecas, C. de remiss. pignorum.
13. Scire aliquid idem est quod scire debere.
l. si Titius, 48. ff. de fideiussor.
14. Titulum adiicere in venditione vt causam vendendi, nullam reddit venditionem titulo deficiente.
15. Titulum adiici demonstrationis vel restitutionis causa differentia.
l. si per errorem, ff. de iurisdict. omnium l. demon.

- l. demonstratio falsa, 17. ff. de condit. & demonstr.
16. Lege talis scriptura, in fine, ff. de legat. 3.
l. Quintus, 27. §. 2. ff. de auro & argento legato.
l. falsa, 33. in principio, de condit. & demonstrat.
l. i. §. si quis, ff. de dote prælegat.
l. quibus, 40. §. penult. ff. de condit. & demonstrat.
l. si sic, 75. §. 1. ff. de leg. 1.
l. si seruus, 108. §. qui quinque, de legatis 1.
l. i. §. sed et si, ff. de dote prælegata.
l. legauit, 25. ff. de liber. legat.
17. Restitutione bonorum à Principe concessa, ius prescriptionis non excluditur.
18. Prescriptionem inhihet vitium reale, si res furtiua vel vi possessa.
l. sequitur, §. quod autem, ff. de vsucapionibus.
l. vbi lex, ff. de vsucap.
Vis expulsua impedit rei vsucapionem, non compulsua.
l. ambitio in principio iuncta, §. si quis autem, ff. de diuers. & temporalib. præscript.
19. Error falsa causa non parit vsucapionem quando ipse possidens errauit, non si possidentis author.
l. Celsus, 27. de vsucapionib.
l. si existimans, 3. ff. pro soluto.
l. qui vulgo, 11. ff. pro emptore.
l. pignoris, 13. §. 1. ff. de vsucap.
20. Æquitas nisi scripta non admittitur contra scriptum.
21. Retractus qui datur debitori ad recuperanda bona vendita, est intra nouem dies,
l. à Diuo Pio, §. si pignora, ff. de re iudicata.
22. Bona debitoris vendita ad petitionem creditoris, alicui tertio, an ex restitutione gratiosa debitor petere possit oblato pretio.
23. Giurba deciso explicatur.
24. Indulto delicti non comprehenditur restitutio bonorum quando expresse à Principe non conceditur.

Utrum rescriptum gratia, quo delictum indultatur ad pœnam, sit referendum ad bonorum restitutionem, quæ à fisco in aliquem fuerint alienata.



CONTROVERSIA exorta fuit 1. quando anno 1610. Edicta Regia publicata, quibus vniuersi Mauri Sarraceni ab Hispania expulsi, de quibus & eorum ratione vide Paschalius de viribus Patriæ testatis, 1. part. cap. 7. ex num. 23. Historia Pontificum à Fratrem Marco de Guadalaxara, lib. 5. cap. 1. & 2. Sanchez in Anacephaleosi, de rebus Hispaniæ, lib. 7. cap. 11. anno 1610. addendi Magister Marquez, Salazar de Mendoza, Petrus Aznar, & Iacobus Bleda quos refert D. Amaya, ad libros voluminis, in l. 4. Cod. de iure fisci num. 18. vendita domo quasi confiscata cuiusdam qui obtinuit gratiam à Principe qua pœnam remisit vt prædicta edicta illum non comprehenderent, nec ipse ab Hispania exularet, & eo præfente vendita domo anno 1612. post quindecim annos in 1627. petiit domum restitui & offerebat pretium cum redditibus, vt domus cum pensionibus restitueretur: contra fiscus qui emptori, ad euictionem obligatus erat non posse admitti dicebat, quasi iuste venditio facta, & vtriusque fundamenta percipe.

Pro vindicante adducebatur rescriptum, 2. quo exemptus fuit ab expulsiōe, & beneficium Principis latissimè interpretandum etiam in ipsius concedentis præiudicium, Bald. in l. beneficium 2. lectura de constit. Princip. Decius conf. 32. incipit pro tenui, n. 2. Angelus confil. 17. n. 2. & 3. Tiberius Decianus confil. 25. n. 96. Sesse decif. 160. n. 267. 2. part. Giurba decif. 23. num. 10. Bobadilla lib. 2. Politicæ, cap. 16. num. 52. lit. G, & cum prædicto rescripto negari non possit personam eximi, quæ magis pretiosior est, quam bona, in consequentiam debent illa venire, argumentò textus in l. in pecudum, ff. de rerum diuisione, & resoluit Peregrinus de iure fisci, lib. 5. titulo 2. num. 76. vbi tenet damnatum in persona, & in bonis, si obtinuerit remissionem delicti, non amittere bona, quia conferuant vitam naturalem.

Deinde quia etiam si in rescripto edicta 3. Regia expulsiōis exprimerentur, tamè cum ille, qui bona vindicari, ab edictis eximeretur, videtur

videtur rem non fuisse venditam, quasi absolute fisco competeret, sed ut ei confiscata, ac perinde poterit hoc deficiente res ab emptore vindicari, argumento textus in terminis in l. etiam si alius, nec vllam 13. §. item si quis à fisco, ff. de petitione hereditatis, ibi: *item si quis à fisco hereditatem quasi vacantem emerit, acquisitum erit vtilem actionem aduersus eum dari*: nam deficiente causa emptor remanet obnoxius, quibuslibet controuersis, ita ac si hereditas ex illo capite vacantis ad fiscum non pertinuerit, quod periculum emptor euaderet si genericè, ut suam, fiscus rem distraxisset, Baldus & Salicetus in l. 2. Cod. de heredit. vel actione vendita, Socinus, Alex. Decius, Bertrandus, & Grammaticus relati & amplexi ab Antonio Gabriele lib. 5. communium titulo de acquir. possess. clausul. 2. num. 26. Rodericus, Suarez allegat. 11. Barbosa in l. solut. matrimonio, 1. part. num. 13. post medium, Caldas, Pereira de emptione, & venditione, cap. 12. num. 37. versic. idemque est, Balbus de prescript. 2. part. 5. partis principalis, quaest. 8. per totam, Gregor. Lopez in l. 5. gloss. 4. titulo 5. partit. 5. dominus Castillo tom. 2. controuers. cap. 5. num. fin.

4. Et quod de edictis expulsionis adiectum fuit in rescripto, non est taxatiuè interpretandum, ut solum indulgentia procedat, ut exiatur ille ab expulsionem, sed demonstratiuè, argumento l. fin. §. Titia de liberatione legata l. Paulo Callimacho ultimo delegatis 3. l. Mela in principio de alimentis legatis, Ioannes Garcia de expensis, cap. 4. num. 34. Menochius lib. 4. praesumptione 51. num. 11. & conf. 215. num. 56. & conf. 303. num. 27. Monteracueua decif. 33. n. 58. D. Castillo, qui plusquam triginta Doctores huius opinionis refert tom. 4. controuers. cap. 54. numero 6. & 7.

5. Tertio quia ille qui vindicat bona offert reddere pretium illi qui à fisco emit, & iuxta aequitatem, quam iuri scripto praefendam tradit textus in l. placuit, C. de iudiciis, ex ea veteres, Domini huius oblationis auxilio, seu retractus beneficio iuari idque obtinuisse in fortioribus terminis debitoris cuius bona rite restitueque, ut debita creditoribus suis soluerentur quibus debitor fuerat obligatus, eius voluntate sub hasta posita fuere ut notauit Scoabar de ratiociniis, 2. p. computatione 14. Ceuallos communium, q. 633. num. 6. vbi tradit iudices supremos in quocumque tempore audire debitores, & soluendo debito creditori simul cum interesse ad rationem vnus pro quatuordecim hodie iam vnus pro viginti, ex nostris legibus quae re-

ditus limitarunt, anno 1608. & 1621. possunt iuuere creditoribus bona debitoribus restituere cum fructibus perceptis, & quod magis est id decernunt etiam si bona possideantur à tertio possessore quod licet videatur offendere iuris Regulas ex traditis per Suarez allegatio. 21. n. 7. in fin. l. in causa, la segunda, §. Pomponius, cum l. planè, ff. de minoribus tamen fundatur in quadam aequitate, cum in eo creditor nec tertius possessor nullum damnum sentiant pretio cum interesse restituto, & sic admittitur quod equum videtur argum. l. si me & Titio, ff. si certum petatur, quod etiam tradit Parlador lib. 2. rerum quotidianarum, c. fin. 5. p. §. 16. n. 8. & notauit Paz in sua praxi, 1. tomo, 4. part. cap. 3. nu. 48. Gutierrez lib. 2. practicarum, quaest. 161. quos refert Giurba, eam praxim recensens decif. 105. num. 14. adde quod de hac restitutione tradit D. Amaya, in l. 4. C. fidei hastae fiscal. num. 49.

Verumtamen in hoc casu rescriptum, ad bonorum restitutionem non debere extendi, nec vindicationem eorum procedere posse suadet, ex sequentibus nam rescriptum gratiae, quo edicta cancellata, ut iste ab illis eximeretur non inducit plenam restitutionem quoad bona, sed tantum quo ad poenam, & quamuis Princeps in rescripto usus sit eis verbis: *bannum cancellamus sine rebannimus*, non videtur restituere bona, sed tantum poenam remittere, ita Bald. in l. si ademptis, C. de sent. pass. qui loquitur, in terminis strictioribus nempe gratiae remuneratoriae, idem Baldus in l. quid ergo, §. Pena grauior in repetit. n. 14. ff. de his qui notantur infamia Salicet. & alij plures quos refert Sfortia Odd. de restitut. in integrum, 2. part. quaest. 93. art. 3. tradit hanc opinionem communem esse, & quamuis referat contrariam sententiam aliquorum Doctorum, tamen limitationes, quae ab ipsis contrarium opinantibus admittuntur in hoc casu procedunt, videlicet quando rescriptum esset gratiae, & non necessarium iustitiae, quo casu etiam retenta opinione contraria rebannitio non induceret restitutionem quoad bona, ut ex Baldo, Cardinali, Alex. & alij pluribus notauit Sfortia, vbi proximè num. 2.

Vel quoties similes gratiae ex vsu Principis cas concedentis non extenderentur ad bona: nam ut ait Boëtius in praxi, titulo de remediis ex sola clementia Principis, num. 7. id sine dubio procedit, quando solet Princeps per verbum *Cancellationis banni* intelligere de simplici indulgentia, non autem de plenaria restitutione, ut probauit Sfortia n. 21. qui eam tradit praedictam opinionem limitat

mitandam in crimine laesae maiestatis, & in aliis, quae omnia in hoc casu aequè procedunt.

8. Maximè quia verba rescripti solum respiciunt, ne expelleretur Maurus ab Hispania, & cum in hoc casu loquantur, non possunt procedere in restitutione bonorum, & gratia Principis, praesertim ad petitionem alicuius concessa, in dubio debet strictè interpretari, & non extendi ad alium casum non expressum, ut in terminis Baldus in l. si ademptis, Cod. de sententiam passis, vbi tradit diuersa esse capita exilij & amissionis, & confiscationis bonorum.

9. Deinde etiam si restitutio in hoc casu expressè ad bona extenderetur, adhuc restitutio nec posset, nec deberet extendi ad bona iam à fisco in tertium alienata, l. 1. Cod. sententiam passis, vbi Bartolus & alij in l. fin. C. eodem, vbi Angelus num. 5. Fulgofius num. 12. Imola in l. si marito, ff. soluto matrimonio, Parisius vol. 3. consil. 69. num. 196. & vol. 4. conf. 1. num. 21. Menoch. de recuperand. rem. 10. num. 10. idem conf. 103. num. 25. Afflictis in constit. Regni in praedictio, quaest. 25. num. 4. Sfortia de restitutione 2. part. q. 99. num. 41. versic. *Que conclusio*, Antonius Gomez lib. 3. variat. titulo de tortura, num. 39. Julius Clarus & alij innumeri, quos refert, & sequitur Farinac. in praxi criminali, 1. part. quaest. 6. num. 33. & est communis doctrina, & ab omnibus admittitur absque controuersia.

10. Et procedit etiam si bona confiscata peruenissent in manus tertij, etiam ex titulo lucratio donationis, Menoch. de praesumpt. lib. 5. praesumpt. 46. num. 6. Peregrinus de iure fisci, lib. 5. titulo 2. num. 39. & 43. qui ampliat praedictam sententiam etiam si restitutus peteret, expressè restitui aduersus bona alienata, & rationem Doctores reddunt, quia numquam praesumitur Principem velle praedictum inferre tertio, & ideo multo magis credendum est, nisi expresserit velle fisco praedictum: nam omnis gratia, & restitutio interpretari oportet, ut minus quam possibile sit fisco damnosa reddatur l. ne damnosa, Cod. de precib. Imperat. offerend. latè Farin. vbi proximè.

11. Rursus ex l. Bene à Zenone, C. de quadrienni rescriptio plena securitas, conceditur eis qui à fisco emerint, vel ab eo rem habuerint ex titulo oneroso vel lucratio, ita ut amplius non possit super illa inquietari actione reali, vel personali aut alia quacumque, & consonat l. 53. tit. 5. p. 5. & notarunt Romanus, Rodericus Suarez, Grammaticus Craueta, Balbus Antonius, Gabriel. Duerias,

Gratianus, Guillelmus, Benedictus, Zephalus, Bellonus, & alij plures quos refert D. Castillo, 2. tom. controuers. cap. 5. per totum, & licet aliquis voluerit dictae legis decisionem, non procedere quado fiscus vendit rem velut suam, ex aliqua peculiari causa, nam in hoc casu, quando causa non verificatur, non esse emptorem securum tenuerunt, ex Doctrina Cynni, in l. 1. C. de heredit. vel act. vendita, vbi etiam Baldus, & Salicetus, Alex. vol. 7. conf. 52. n. 7. Socinus Senior, conf. 46. n. 24. & conf. 121. n. 25.

Nam licet id verum esset, parum obstat in hoc casu, quia in eo non fuit facta restitutio bonorum, tamè etiam si procedere posset & fiscus venderet adiecta speciali causa, scilicet confiscationis vel alia, & haec non verificarentur, tamen quia ut apparuit, ex actis bona vendita fuerunt in publica subhastatione & Dominus cuius ut confiscata vendebantur non contradixit, & plusquam quatuordecim annis tacuit eo casu censetur amittere ius si aliquid ad illa bona possit habere ex singulari doctrina Baldi, in l. si Hypothecas, C. de remissionem pignoris vbi per illum textum tradit quando fiscus vendit rem simpliciter ut suam tunc emptor securus, est siue scierit vel ignorauerit aliter venditionem, ex d. l. Bene à Zenone, at vero quando fiscus vendit rem ex aliquo speciali, titulo qui ius ad illam habet, potest petere Dominus rei rescissionem. venditionem si non fuit, negligens in contradicendo eam sed si fuit negligens, & non contredixit eam si fiscus vendit adiecta speciali causa, seu titulo dominij statim emptor securus est, & nota singularia verba Baldi, vbi proxime: *Fisco distrabente si sciunt creditores ius suum, & negligunt ipsum perdunt, praesupponit, quod si nesciunt non perdunt quia qui negligit perdit, sed qui nescit non negligit, quod est verum quando fiscus vendit iure creditoris, vel ex alio speciali titulo ex iure invalido secus, si vendit simpliciter.*

Quod iure speciali procedit ut tuta sit hasta fiscalis, dicit l. Hypothecas, & ideo in venditionibus quae à fisco fiunt est necessaria contradicatio, & reclamatio magis quam in aliis, nam eo ipso, quod non contradixit qui ius habet nullum recursum ad rem, potest habere & singulariter notauit Castrèsis, in l. fin. C. si aduersus fiscum eis verbis: *Debit hoc dicere tempore quo subhastatur, si hoc non dixit non debet audiri si subhastationes sciuit, vel scire potuit, quia censetur ius suum remississe & est speciale in venditione quae fit per fiscum, & vltra quam aperte apparuit scientiam, habuisse dominum bonorum venditionis*

nis à fisco factæ, & cum peteret implementū rescipiti indulgentiæ ne in exilium mitteretur nihil de bonis petiit, sed tacuit, per plures annos quando venditio fit in publica subhastatione sufficit scire potuisse eum ad quē posset interesse cōtingere, l. si Titius, 48. ff. de fideiussor. ibi: *cum scire potueras vel ignorare non debueras*, & in terminis tradit Castrensis vbi proximè sufficere vt nullus apparuerit ad contra dicendum quando fieret venditio, nota verba, Castrensis in d. l. fin. ad finem num. 4. ibi: *quia illud habet locum quando fieret venditio pro alio debito quam fiscali vel quando ipse dominus venderet, sed sufficit tibi ad excludendos omnes quod nullus tempora subhastationis comparauerit ad contradicendum.*

14. Vterius nam opinio eorum qui crediderunt, d. l. Bene à Zenone locum non habere quando ex aliquo titulo fiscus rem venderet procedit, quoties exprimit, titulum vt causa ex qua venditio fit, nam tunc si causa & titulus non verificatur, sed falsus reperitur potest verus Dominus rei illam euincere, at verò quoties non exprimitur causa, & titulus eo modo sed per modum demonstrationis vel simplicis enuntiationis tunc etiam si titulus non verificetur non manet venditio restricta, & limitata ad titulum, & emptor non adstringitur ad tituli probationem quia sufficit, Principem vendere rem vt suam vt ex Menochio, Portio, Hondedeo, D. Castillo, d. cap. 5. num. 61.

15. Et hanc limitationem, vel distinctionem quoties titulus adiicitur, demonstrationis causa, vel restrictionis, seu limitationis, admittunt Doctores qui contra tenuerunt, & fundatur in l. nec vllam, §. item si quis à fisco, ff. de petitione hæreditatis, ibi: *Item si quis à fisco hereditatem tanquam vacantem emerit æquissimum erit utilem aduersus eum dari*: Vbi apperte constat, venditionem factam fuisse limitatam ad titulum, ac perinde aduersus emptorem actionem dari, & differentia ratio ex iuris principiis in eo consistit nam quando fiscus vendit rem aliquam tanquam talem, & ex aliqua causa sibi pertinentem errat in ea qualitate quam voluit, verificari in re vendita, & consequenter deficiente ea qualitate, deficit consensus venditionis vt sustineri valeat arg. l. si per errorem, cum vulgatis, ff. de iurisd. omn. iudic. at vero quando fiscus adiicit, qualitatem solum demonstratiue vel ex narratione veluti si dixerit vendo talem rem confiscatam vel in qua successi non est credendum consensum venditionis, & eius valorem pendere ex probatione causæ, quasi ad eam solum restringeretur venditio arg. l. demonstratio falsa, 17.

ff. de condit. & demonstrat. eis verbis: *seruum Stichum quem de Titio, emi fundum Thufcularum qui mihi à Seio donatus est, nam si constet de quo homine, & de quo fundo senserit, restator ad rem non pertinet si is quem emisse significauerit donatus sit aut quem donatum sibi esse significauit, emerit.*

Et quæcunque iura quæ in contrarium 16. possent adduci, vt l. talis scriptura, in fine, de legatis, 3. l. Quintus, 27. §. 2. ff. de auro & argent. legato, vbi ex demonstratione adiecta ita legatum sustinetur si vera sit demonstratio debent hæc iura interpretari quando nō ponitur ad demonstrandum tantum, quia licet falsa demonstratio non vitiat dispositionem, si verò adiicitur ad limitandum & restringendum, tunc falsa inutilem reddit dispositionem, ita Bart. in l. demonstratio falsa, vbi Socinus num. 8. Ripol. ad eundem textum, ad titulum de condit. & demonstrat. num. 46. idem Bartol. in l. scire debemus, ff. de verb. signif. Cuiac. lib. 7. obseruat. cap. 19. Donellus lib. 8. comment. cap. 14. vbi interpretatur d. l. demonstratio, l. falsa, 33. in principio, de conditionibus & demonstrat. l. i. §. si quis, 8. ff. de dote prælegata, & conciliat cū l. quibus, 40. §. penultimo, ff. de condit. & demonstrat. l. si sic, 75. §. 1. l. si seruus, 108. §. qui quinque, de legatis, 1. l. i. §. sed etsi, 7. de dote prælegata, l. legauit, 25. de liberat. legata, quibus adde quæ ex Cuiacio, Antonio Fabro, Petro Gregorio, Iulio Pace, Gedeone, & aliis notauit Osualdus in notatis dicti cap. 14. D. Richard. in §. huic proxima, 30. instit. de legatis, & in præsentem etiam si in venditione diceretur fiscus in bonis illis successisse, tamen id demonstratiue adiectum, non restrictiue, quia non dicitur vendi prædicta bona, quasi in eis fiscus successerit, sed simpliciter traditur successisse, & bona vt fisci vendi, & series venditionis aperte demonstrat, non restrictionis vel limitationis causa, sed solum demonstrationis, ex qua fiscus venderet, esse adiectum.

Deinde etiam si in hoc casu domino bonorum expressè eorum restitutio concessa fuisset à Principe, tamen non potest excludi ius præscriptionis, quod emptori competere potest ex eo quod possedit titulo & bona fide, & venditio facta fuit sub hasta fiscali, & habuit emptor cōtinuam possessionem temporis plusquam quatuordecim annorū cum scientia & patientia aduersarij, quod sufficit ad rerum immobilium præscriptionem inter presentes quam decem anni, complere possunt, l. 18. tit. 19. p. 3. vbi Gregorius Lopez, glossa. 4. & 5.

Maximè cum nullum vitium reale possit 18. præscri

præscriptionem impedire, quia illud solum impedit, si res furtiua, vel vi possessa, l. sequitur, §. quod autem cum sequentibus, l. vbi lex 29. l. non solum 33. de vsucap. & res furtiua esse non potest sine affectu furandi: nā sine illo furtum non committitur, et in tantum verum est non esse aliud vitium, quod præscriptionem impediatur: nam etsi fuerit dolus, vitium aliquod, aut scientia iniustæ possessionis, ex parte auctoris non afficit rem, ita vt successor particularis ex causa onerosa non possit præscribere, l. ambitio, iuncto §. si quis autem, ff. de diuers. & temporal. præscript. & quamuis auctor fecerit vim compulsiuam, nisi fuerit expulsua rei non inducit vitium reale, l. si vi, vel metu 3. Cod. de his quæ vi, metusve causa cum aliis quos refert D. Richard. in §. furtiua: instit. de vsucap. n. 9. Donellus lib. 5. comment. cap. 24. Cuiatius lib. 17. obseruat. cap. 10. Osuald. in notat. dict. cap. 24. lit. D.

19. Vnde quamuis bona, quæ concessa ex scripto, quod ea comprehenderet, fiscus venderet ex titulo particulari, restrictiue, & limitatiue adiecto, isque falsus, & erroneus appareret, adhuc non posset impedire bonorum præscriptionem: nam quamuis error falsæ causæ vsucapionem non parit, veluti si quis possideat rem existimans sibi esse donatam, cum donata non sit, l. Celsus 27. ff. de vsucap. l. si existimans 3. ff. pro soluto, aliàs l. fin. ff. de vsucap. cum aliis, qui tamen intelligitur, quando ipse possidens, qui rem accepit in factu proprio errauit veluti existimans se emisse rem, quam non emit, & adhuc si in hoc casu habet iustam causam erroris, non inde impedienda præscriptio, at verò quando error est ex parte dantis non impeditur vsucapio in eo, qui rem accepit, vt sunt iura expressa, & notissima in l. quod vulgo 11. ff. pro emptore, l. pignoris 13. §. 1. ff. de vsucap. iuncto Bart. & Castrenf. in l. 3. in fin. ff. de acquir. possession. Cuiatius tract. 7. ad African. in l. Celsus, ff. de vsucap. Gilquenas de præscript. 2. part. membr. 1. cap. 18. Menoch. lib. 5. præfump. 3. num. 32. & 35.

20. Præterea, quod traditur de æquitate, vt ex ea oblato pretio sint bona restituenda vindicanti nihil est absurdus: nam contra ius scriptum, nisi æquitas scripta non admittitur, l. placuit, Cod. de iudiciis, vt Bart. Castrenf. & alij ex glossa, Fulgoso, lafone; Decio, Cagnolo, & Mainerio refert Morla tit. de legibus, quæst. 11. num. 7. etsi ille non probat, sed licet non requiratur, vt æquitas sit scripta, debet esse à iure admissa, quod in hoc casu non procedit.

21. Tum non solum id respicit æquitatem, Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fisg. Pars I.

sed potius manifestam iniquitatem redoleret, quia aut emptor non adquisiuit dominium ex venditione, vel præscriptione, & eo casu vindicans bona sua, non habet necesse pretium offerre, vt ei restituantur, sed suo iure, & vindicatione vt, aut emptor ex venditione fiscali dominium adquisiuit, & sibi præscriptione confirmauit, quo casu oblatione pretij auferri non potest, nec quod praxi tribunaliū Hispaniæ adiectum est supra n. 5. potest in argumentum adduci, quia procedit, quando bona debitoris dantur in solutum eius creditori, vt illa possideat iure pignoris: nam tunc quamuis de rigore iuris dantur solum nouem dies ad terrahenda bona immobilia debitori, Couarr. lib. 2. variar. cap. 11. num. 1. Castillo in l. 70. Tauri, verbo *remate*: tamen ex æquitate conceditur illi, vt post hoc tempus ei permittatur bona retrahere soluto debito, & ratio huius æquitatis in eo consistit: nam quamuis bona debitoris addicantur creditori sub velamine, & forma emptionis & venditionis, tamen hæc non habetur pro vera venditione, & ideo creditor dominus bonorum non fit, sed tanquam ex pignore iudiciali illa retinet, & ideo merito debitor potest bona retrahere à creditore, qui dominus non est, & hoc pignus inducitur ex decif. textus in l. à Diuo Pio 15. §. si pignora, ff. de re iudicat. & fructus restituendi debitori cum re, si pretium obtulerit cum re ditibus legibus permissis.

At verò si alteri quam ipsi creditori, vel 22. creditori pluri licitanti supra aliorum pretium res vendatur, cessat prædicta æquitas: nam emptor fit Dominus rei, idque nisi ex causa læsionis intra quadriennium intendenda, rescindi non debet, & hæc æquitas obseruatur stylo & praxi Tribunalium Hispaniæ, vt notum est, & de illa testatur Couarr. lib. 2. variarum, resolut. cap. 11. Felicianus in appendice ad lib. 1. de censibus, cap. 3. qui prædicta confirmant, & omnes supra dicti n. 5. addēdi Azebed in l. vlt. tit. 12. l. 4. Recop. n. 127. Auend. lib. 2. de exeq. mandat. c. 12. n. 1.

Sed decisio Giurbæ 105. num. 14. de qua 23. obieciimus, num. 5. potius nostram sententiam confirmat, quia loquitur quando transfacti quatuor mentes, qui vt nouem dies apud nos conceduntur debitoribus ad redimenda bona, quæ propter debita illorum venduntur, & Princeps tempus transfactum reintegrait, vt pretio soluto possit debitor redimere bona, quæstio fuit an debitor teneatur stare colono, cui emptor rem locauit, & procedit in terminis læsionis, vt æquitas prædicta consideretur, quod longè differt à nostro casu.

24. Denique, quæ contra obiecta facillimè diluuntur: nam illud, persona exempta; quæ pretiosior in eius accessionem bona venire quasi necessaria ad vitam sustinendam, nihil ad rem facit, quia id locum habere non potest, quando Princeps noluit restitutionem concedere bonorum, sed potius post indulgentiam bona vendit, vt in nostro casu ex doctrina Peregrini dict. l. 5. de iure fisci, tit. 2. num. 76. limitatur à Matthæo de Afflictis, quem ipse refert, quando restitutio conceditur, quod longè diuersum est, & cum in hoc casu restitutio concessa non fuisset, videtur ex omnium, quos retulimus, sententia, prædictum non posse procedere, nec quod de beneficio Principis latissimè interpretandum animaduertimus, quia interpretatio referenda ad illud, quod rescriptum potest comprehendere, & cum non comprehendat bonorum restitutionem ad eam non extendendum.
25. Textus verò in l. etiam si aliàs nec vllam 13. §. item si quis, ff. de petir. heredit. de qua secundo loco obiectum fuit, iam supra cam latè fuimus interpretati num. 15. vt ideo aduersus emptorem vtilis detur actio, quia fiscus vendit hereditatem, quasi vacantem, ea adiecta demonstratione ad limitandum. & restringendum contractum, & ideo si causa vendendi falsa sit omnino, differt consensus venditionis, vt probauimus.
26. Quod verò obiectum fuit de iure bonâ retrahendi, quod competit debitori iam supra num. 21. animaduertimus, non posse in hoc casu locum habere, & longè dissimilem esse praxim, quæ in Senatibus Hispaniæ obseruatur.

ALLEGATIO XLIV.

Emptor quando teneatur stare colono in venditione rei fiscalis.

1. Emptor regulariter non debet stare colono.
l. emptorem, 9. Cod. locato, & n. 10.
l. si merces, 25. §. qui fundum, l. qui fundum 32. ff. locati,
l. 19. tit. 8. p. 5. & num. 10.
2. Emptor acquirit ius in re, & ideo præferendus colono qui solum habet ius ad rem.
Obligatio personalis non sequitur possessionem rei.

l. fin. de contrah. emptione.

Locator qui rem vendidit tenetur ad interesse.

l. si in lege, 24. §. fin. ff. locati.

3. Emptor rei fiscalis tenetur stare colono ne fiscus teneatur ad interesse interceptæ conductiois.

l. fin. in principio versic. Papinianus, ff. de iure fisci.

4. Fiscus si emptor sit quia cessat ratio, vt teneatur ad interesse non debet stare colono.

5. Colonus non tenetur stare emptori.

l. qui fundum, 35. ff. locati.

6. Colonus ad longum tempus non tenetur stare emptori, licet ex parte locatoris singularis successor debeat stare colono ad longum tempus.

7. Emptor rei fiscalis conductæ solum debet exigere pensionem non annullare conductioem.

8. Causa cognitionem qua requirunt sine ea decerni non possunt.

l. ne quidquam, §. ubi decretum, ff. de officio Proconsul.

9. Contractus fieri censetur iuxta consuetudinem, & stylum Senatus.

l. semper in stipulationibus, ff. de regulis iuris.

Clausula consuetæ in contractibus fisci pro apposis & expressis habenda.

10. Fisci obligatione ad interesse cessante emptor rei fiscalis debeat stare colono.

l. Paulus aliàs Sempronius, §. qui pignus, ff. quibus modis pignus vel hypotheca soluitur.

11. Ratio legis restringit eius dispositionem l. illud, ff. ad legem Aquiliam.

l. regula, §. fin. ff. de iuris, & facti ignorantia.

l. nomine debitoris, §. vlt. de legatis. 3.

l. 2. §. si mater versic. quod si curatores, & versic. quod si deceaserint, ff. ad S. C. Tertyll.

12. Interest valde sumptibus, & molestiis non vexari.

13. Interesse alicuius consideratur alterius voluntate non subici sed ex sua rem disponere.

l. vlt. ff. de vsu, & habitatione.

l. quamuis melius, ff. de usufructu.

14. Pignoris datione non soluitur locatio.

l. in venditione, §. si quis fructus, ff. de bon. auct. iudic. possiderendis.

15. l. si debito, 10. ff. de pignoriis.

16. Pignori res duobus data ille præferendus qui in possessione est.
l. cum Rempublicam, l. si fundum, Cod. qui

qui potiores.

l. si generaliter, 6. C. eodem.

17. Hypotheca supposita re locata non excluditur conductio venditione.

18. Fiscus habet privilegium hypotheca in omnibus contractibus quos gerit.

l. aufertur, §. fiscus, ff. de iure fisci.

l. 2. & 3. Cod. de privileg. fisci.

Hypotheca qua fisco conceditur licet non conueniat an contra illum contrahentibus concedatur.

Fisci re vendita an teneatur stare colono vel conductor, & quando emptor offert interesse, quod fisco ne conductor expelleretur, contingere posset, conductio resoluatur ex venditione.

N hac quaestione regulariter certum est emptorem non teneri stare colono, l. emptorem 9. C. locato, quod probarunt post glossam ibi communiter interpretes, Cynnus, Butricarius, Bart. Albericus, Baldus, Castren. & Salicetus, & facit l. qui fundum 32. l. si merces 25. §. qui fundum, ff. locati, l. 19. tit. 8. part. 5.

2. Et ratio est, quia emptor aut alius particularis successor ad quem res pertinet, inde videtur acquirere dominium, vel ius ad illud habet, & ideo præferendus colono, vel inquilino, qui nullum ius in re habet, sed tantum locatorem obligatum actione personali, quæ non sequitur fundi possessorem, vt omnes notant in l. fin. ff. de contrahend. emptione, ac perinde non tenebitur stare colono, quamuis colonus possit agere contra locatorem, qui rem vendidit pro interesse, & damno, quod sentiret, eo quod conductio resolveretur venditione rei locatæ, dict. l. si merces, §. qui fundum, l. si in lege 24. §. fin. dict. l. qui fundum 32. ff. locati, dict. l. 19. partitæ notarunt Gregorius Lopez in ea glossa 5. colum. 2. Antonius Gomez 2. tomo variarum, cap. 3. num. 9. & ex Castrensi, Imola, Baldo, Decio, Iafone, Gozadino, & aliis notauit Couarr. lib. 2. variar. cap. 15. num. 1. Surdus decif. 40. num. 4. Hieronymus Laurentius decif. 108. Gratus lib. 1. responso 95. Romanus consil. 309. Duenas regul. 240.

3. Ex quo in fisco ex eius privilegio, ne ad interesse vel de euictione teneatur conductor, vel colono in iure admissum est, vt emptor rei fiscalis teneatur stare colono, illo

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Tom. I.

lúmque non possit expellere, sed solum percipiat pensionem conductionis, l. fin. in principio, versic. Papinianus; ff. de iure fisci, ibi: emptorem verò pensionem eius anni accepturum, ne fiscus colono teneatur, quod et frui non licuisset. Et ita accipit glossa, & conclusioem desumunt ex eo textu Bart. & reliqui. Interpretes communiter, ibi idem Bart. Salicetus, & Castren. in dict. l. emptorem, & idem Bart. & Platea in l. cognouimus post principium, Cod. de mancipiis, & colonis, lib. 11. Greg. Lopez ex Ludouico Romano, & aliis in dict. glossa 5. Barbosa in l. si filiofam. 26. §. 8. ff. solut. matrimonio.

4. Et hæc est vera ratio huius privilegij fiscalis, vt exprimitur in dict. l. fin. non verò quæ traditur à Pinello in l. 1. Cod. de bonis maternis, 3. part. num. 68. dum credit inde procedere: nam qui à fisco conducit vtile dominium in re acquirit, quod rectè improbat Barbosa vbi proxime, num. 39. ex Bart. Alex. & Baldo Peregrinus de iure fisci, lib. 6. tit. 4. num. 33. ex Boherio, Guidone Papæ, & aliis pluribus D. Alfaro de officio fiscalis, glossa 34. §. 1. speciali 16. ex Zephalo, Curtio, Curtio, & aliis, idem Alfaro dict. gloss. 34. §. 2. de locatione, num. 94. & cum hæc ratio cessat, quando fiscus emptor est, cum non teneatur ad interesse colono, ideo illi stare non debet, vt ex Laudensi, & Lucano idem D. Alfaro gloss. 34. num. 66.

5. Nec aliquid infringet prædictum fiscale privilegium, vt emptor rei fiscalis teneatur stare colono, quod à contrario regulare est, vt colonus non teneatur stare emptori, qui non habuit cessionem à venditore, vt ex l. qui fundum 35. ff. locati, tenuerunt plures, quos refert Antonius Gomez tom. 2. variar. c. 3. n. 9. Barbosa in dict. §. fin. n. 20. Surdus decif. 52. num. 7.

6. Idque etiam si conductio fieret ad longum tempus: nam etiam si ex parte locatoris tenetur singularis successor stare locationi ad longum tempus ex traditis à Couarr. lib. 2. variar. cap. 15. num. 2. Gregorius Lopez in dict. l. 19. glossa 7. tamen ex latere conductoris non teneri re vendita stare emptori, nisi habeat cessionem à locatore, & venditore notarunt Bart. in dict. l. qui fundum, n. 2. vbi Bald. in principio, & Castren. num. 2. Gregor. Lopez in dict. l. 19. glossa 2. quia cum id privilegium fiscale ex dict. l. final. inde procedat, ne teneatur fiscus colono damnum sarcire, & nullum interesse fiscale consideretur, vt colonus teneatur emptori rei fiscalis, ideo ex iuris regulis hæc res procedit, nulla habita fisci consideratione.

Hæc autem quaestio in casu emergenti 7. cuenit

euēnit, cum gabellæ cuiusdam oppidi, qui in capitatione ad decem annos cum Rege conuenerat, mille pro suis vectigalibus soluere in quolibet anno, & tempore pendente gabellæ venditæ fuerunt alicui facta computatione ad venditionem pro pretio quo respiciebat populi incapitatio, emptor verò voluit postea vectigalia administrare, nec stare incapitationi, populus verò id non esse ferendum dicebat, quia emptor fisci tenebatur stare incapitationi, quæ consideratur, vel ut quædam conductio vectigalium pro eo tempore, quo incapitatio durat, & quemadmodum emptor tenetur stare fisci colono, nec illum potest expellere, ita similiter emptor Gabellarum non poterit eas administrare, donec incapitatio finiatur, & pro eius tempore contentus esse debet pretio capitationis, quod ei à populo offerebatur iuxta dict. l. fin. versic. Papinianus, ff. de iure fisci, & quod ex communi sententia Bartoli, & aliorum plurium notauimus num. 3.

8. Accedit etiam: nam etsi emptor pro se expendebat, ut & si aliàs in omnibus venditionibus vectigalium visitata esset conditio, ut emptor teneretur stare incapitationi, & in hac venditione ommissam fuisse prædictam conditionem, id tamen populus obiiciebat factum fuisse sine præuia causæ cognitione, ac perinde sine ea decerni non potuisse, l. ne quidquam, §. vbi decretum, ff. de officio Proconsulis, Ant. Faber in eius rationali, & de error. Pragmatic. decad. 10. errore. 6. Mendoza lib. 1. de pactis, cap. 5. num. 10. ex Fulgoso, Salomonio, & aliis Morla tit. de iurisdictione, quæst. 16. num. 9. Parlador lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. 5. part. §. 2. num. 2. ex Marantha, Scaccia, & pluribus Osualdus ad Donell. lib. 23. comment. cap. 8. in notatis, litt. B.

9. Tum etiam si ibi tradatur per libellum expediti non posse quæ causæ cognitionem considerant, etiam pro se Populus expendebat, nec in libello dato ab emptore fuisse positum prædictam conditionem consuetam non apponi sed postea à tabellione ommissam, & ideo ob stare non oportere quia semper contractus intelligitur iuxta consuetudinem, & stylum Senatus cum clausulis consuetis argum. l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iuris, Innocentius, in c. Rainaldus, super gloss. verbo, consuetudinem, de testamentis Menoch. de arbitrariis lib. 1. casu 83. num. 10. Magonius decif. Florentina 56. num. 3. & decif. Lucensis 7. num. 21. Surdus decif. 223. num. 11. & de aliment. tit. 1. quæst. 66. num. 4. Borello in summa decif. tit. 14. num. 93. & hæc conditio quæ maximè interest, in similibus con-

tractibus fisci apponi solet pro expressa accipienda ne fiscus pro interesse teneatur.

Quæstio vero inde excitata, nam emptor dicebat se nolle ex administratione vectigalium amplius percipere quam quod ex incapitatione pro eo tempore Populus fisco soluere tenebatur, & cessante fisci interesse ut stetur colono, & populi damno, quia Populus nihil aliud soluit quam id quod obligatus fuit, recte poterit administratio vectigalium emptori concedi, nam cum ea ratione à regula legis emptorem, C. locato, eximatur causa fisci ne pro interesse possit conueniri quoties illud oblatum ut in præsentem videtur, etiam si aliàs emptor tenetur stare colono, ut quoties iste sibi cauit hypotheca rei locatæ, ut in d. l. empt. & in d. l. 19. tit. 8. p. 5. ut cessante ratione in nostro casu possit expellere colonum, arg. l. Paulus aliàs Sépron. §. qui pign. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, ex Bart. Alex. Iaf. Imola, Castrensis, Romano, Saliceto, Anania, Fanensi, Loazes, & aliis probauit Couar. dict. c. 15. n. 3. versic. secundum quod rectè intelligit, Greg. Lopez d. gloss. 4. vers. & licet, ut debeat considerari verum interesse non vero captiosam voluntatem, quando nihil sibi aliud intersit quam pertinaciter in conductione velle manere, & in terminis quod si interesse sarcitur emptor stare colono non cogatur, post supradictos additis Barbatia Socino, Gozadino, Negufantio, Grato, Duen. & Rolando à Valle tenuit Caldas Pereira, de renouatione Emphyteutica, 1. part. quæst. 12. num. 23. vbi num. 24. respondet contrariæ sententiæ fundamentis & doctoribus.

Tum etiam facit quia deficiente ratione legis eius dispositio debet cessare, l. illud ad legem Aquiliam, nam ex ratione dispositio restringitur, l. regula, §. fin. ff. de iuris, & facti ignorantia, l. nomine debitoris, §. vltimo de legatis, 3. l. 2. §. si mater vers. Quod si curatores, & vers. Quid si decesserint, ff. ad Tertulianum, vbi Bart. Bald. Alber. Imola, & Castrensis, Tiraquellus late tractat cessante causa, 1. p. num. 203. Ofasc. decif. 49. n. 5. Surdus conf. 96. n. 20. Thesaurus lib. 3. quæstionum forensium, cap. 117. à n. u. Molina lib. 1. de primog. cap. 5. n. 38. & lib. 3. c. 5. num. 19. Barbosa in l. si constante, num. 103. ff. solut. Matrimonio, & pluribus D. Castillo lib. 2. controuerf. cap. 22. num. 77. & tom. 5. 2. part. cap. 169. an. 24. adde Barbosa axiomate 197. num. 11. & cum interesse fisci cessare certum sit, videtur dispositionem dictæ legis finalis quæ cogit, emptorem fisci stare colono fiscali, debere etiam non procedere.

Verum

12. Verumtamen adhuc difficile visum fuit concedere administrationem vectigalium emptori tum quia certe taxari non poterat, vectigalibus administratis ne excederet quantitatem incapitationis nam cum ex administratione vectigalia exigantur, ex quibuscūque contractibus necessum foret fieri, cum Populo calculationem eius quod exactum, quo nimis populus grauari videbatur, nam ad quantitatem, quam soluere debebat populus inter suos vicinos, iuxta negotiationes & bona cuiuscumque quantitatem quam soluere debebat destinabant, idque potius ex omnium vicinorum voluntate & consensu, & valde interest sumptibus, litibus, & molestiis non vexari, cap. finem litibus, vbi notatur de dolo & contumacia, & communiter Doctores in l. ad peremptorium, ff. de iudiciis, Tiraquellus de retract. Lignag. §. 8. glossa 7. à num. 20. Rebuffus in proemio concordatæ, verbo *sumptibus*, pag. 51. & in l. litis nomen, num. 36. ff. de verb. signif. Cota immemorialib. verbo *lites*, Gonzalez reg. 8. Cancellaria, §. 7. num. 12. Barbosa alios referens in collect. dict. cap. finem litibus.

13. Sed etiam interesse populi considerabatur: nam pro tempore incapitationis ille vectigalia sua administrabat, & alterius (id est) emptoris voluntati subiecti nimis graue, & ærumnosum existimatur, etiam si ex eo alicui utilitas proveniat, l. vlt. ff. de vsu & habit. l. quamuis melius, ff. de vsufruct. quia, ut inquit Cassiodorus lib. 1. epist. 38. non est beneficium, quod præstatur inuitis nec cuiquam videtur utile, quod aduersa voluntate conceditur, & pro arbitrio suo administrare velle, vel nolle interesse alicuius consideratur, gloss. in l. cum seruus, verbo furti, ff. de condict. caus. dat. Alex. in l. cum quid, num. 1. ff. si cert. pet. & vol. 2. conf. 55. in fin. Iason. in l. 2. num. 99. Cod. de iure emphyt. late Tiraquel lib. 1. de retract. in præfat. num. 25. Pinel in rub. C. de rescindend. 1. part. cap. 2. num. 24.

14. Denique illud etiam difficultatem mouet, ne potuisset administratio concedi, quia hæc venditio vectigalium non fuit perpetua, sed regularis in pignus, ita ut posset recuperare fiscus hæc vectigalia, quocumque pretium obtulisset, quod dicimus, *Alcaualas en empeño y alquitar*, & in hoc casu secluso fisci priuilegio, ut emptor teneatur stare colono, videbatur dicendum, quia quoties res locata in pignus datur, non ideo excluditur conductor: nam decisio dictæ legis emptorem non procedit in eo cui pignus datur, vel plenum dominium in re non acquirit, ut probatur in l. in venditione, §. si quis fructus, ff. de bonis auctoritate iudicis possid. ibi: *vel*

si iam à debitore vel locatus erat, vel venierat, seruabit Prætor venditionem, & locationem à debitore factam, etiam si minoris distrahatur est, vel locatum, & in eo qui missus est in possessionem, ex Saluiano interdicto iure pignoris, ut teneatur stare locationi, ex Bart. Saliceto, Iafone, Panormitano, & Guidone probauit D. Ludouif. decif. 68. num. 68. num. 6. & 7. adde quæ ex Saliceto, Baldo, Colero, & aliis notauit Neuius in dicto §. si quis fructus.

Facit l. si debitor 10. ff. de pignoribus, vbi 15. quando duobus pignori res datur, debet præferri alteri ille, qui in possessione est, eis verbis: *inter ipsos autem si questio moueatur, possidentis meliorem esse conditionem*, vbi Bart. Baldus, & Castalius, Negufantius de pignoribus, 2. membr. 5. partis, num. 51. Tiraquel. de primogen. quæst. 17. opin. 1.

Vnde cum ex incapitatione vectigalium Rex ad eius obseruantiam obligetur simul cum ipsis vectigalibus, quæ populo conducta, quamuis postea vendantur, *en empeño alquitar*, quod nihil aliud, quam pignus constitui, dicendum est populum, qui in possessione est, in administratione præferendum, & iuuat lex, cum Republicam 3. Cod. qui potiores, vbi Respublica missa in bonorum possessionem, ut præferatur creditori, cum quo antea dominus bonorum contraxit, necessarium est, ut primus creditor solum habeat obligatum debitorem actione personali, textus, ibi: *tamen si personali actione cum habuit obligatum*, & probatur in l. si fundum 4. statim seq. Cod. eodem, vbi res duobus pignori obligata ille præferendus, qui potior est tempore, idque etiam si in priore obligatione pignoris solum generaliter res comprehensa, in secunda verò specialiter res pignori datur, l. si generaliter 6. Cod. qui potiores.

Iuuat etiam ratio, quam supra in principio expendimus, ut ideo resoluatur conductio per venditionem rei alteri factam, quia debet ius reale emptoris præferri actioni personali, quam contra locatorem conductor habet, vnde quoties hypotheca intercessit in vectigalium incapitatione, ut in præsentem, quia conductor habet ius in re, tunc non poterit à conductione expelli per emptorem, ut notauit Greg. Lopez in l. 19. glossa 7. per textum, ibi tit. 18. part. 5. videlicet inde ibi tradidit decisionem dict. l. emptorem cessare, quando res ad longum tempus locata, quasi tunc conductor habeat ius in re, & non debeat cedere emptori, & procedit ex eo opinio, quam supra notauimus, quando rei locatæ hypotheca ad locationis firmitatem intercessit, non finiri conductionem ex venditione, &

R r 3 pro

probarunt Bartol. in l. emptorem, Cod. locato, vbi communiter Doctores, idem Bart. in l. qui fundum, ff. locati, Abbas in cap. fin. ne Prælati vices suas, Negufantius de pignor. r. membr. 2. part. princip. num. 6. latè pluribus Petrus Barbosa in l. si filiusfamilias 26. §. fin. ff. solut. matr. num. 31. cum sequent.

18 Rursus, quia licet non esset fisci priuilegium de quo supra, & vt animaduertimus, nec expressa adiecta hypotheca pro firmitate incapacitationis, tamen quemadmodum fiscus habet hypothecam in bonis sui debitoris, etiam si de illa conuentio non fiat, l. auferatur, §. fiscus, ff. de iure fisci, l. 2. & 3. Cod. de priuileg. fisci, Bart. in l. priusquam, num. 2. Cod. de iure fisci, lib. 10. Iason in §. item Seruiana, num. 34. instit. de actionibus, Negufantius de pignoribus 4. membr. 2. part. principali, num. 13. Peregrinus de iure fisci, lib. 6. tit. 6. per totum, D. Alfaro dict. glossa 34. n. 116 quæ hypotheca ex aliquorum sententia quemadmodum fisco conceditur contra debitorem, etiam contra illum ei, qui cum fisco contraxit, ex æquitate tituli, ff. quod quisque iuris in alium statuerit, ipse eodem iure vtatur, & quod notarunt Bartol. & reliqui communiter ibi. Et quamuis hæc opinio non satis tuta sit, tamen rectè ex prædictis rationibus administratio in hoc casu denegata, procedit praxis & stylus nostri Senatus Regalis Patrimonij, vt in omnibus similibus contractibus semper adiiciatur clausula, vt isti emptores gabellarum debeant stare incapacitationi, quod vltra quam vtilitati, & auctoritati fisci congruit, vt eius contractus sint stabiles, & firmi, expedit Reipublicæ, ne Vassalli, qui contraxerint cum fisco, auaritia ementium gabellas possint pro tempore incapacitationis inquietari.

ALLEGATIO XLV.

De retractu iurisdictionis.

1. Emptorem à venditione facta non licet repellere.
l. dudum in fine, l. inuitum, C. de contrah. emptione.
2. Retraetus terminus continuus est.
l. 8. tit. 11. lib. 5. Recopil.
Retraetus quæ damna considerant Doctores.
l. fin. C. de iure emphyteutico.
3. Fiscus non potest abdicare rem emptori eo inuito.

l. de contractu, l. fin. Cod. de quadriennij præscript.

l. 1. 2. Cod. ne fiscus rem quam vendidit eum.

l. Titius puerum, ff. de obsequiis à liberis præst. & num. 2. 2.

l. post legatum, §. si post, vers. si seruum ff. de his quibus vt indignis.

l. cum affirmas, Cod. de liber. caus. & num. 23.

l. is qui suis, §. si ab ignoto, de manumissio. & num. 2. 2.

l. si ex liberta, Cod. de liber. causa, & num. 2. 2.

4. Princeps potest per legem generalem tollere ius tertij.

l. fin. Cod. si contra ius vel util. publicam.

5. Retraetus consuetudine vniuersali Hispaniæ conceditur populis ad retrahendam iurisdictionem venditam à Principe.

l. 2. in fine, ff. si liber. ingen. esse dicatur.

l. si quis, §. fin. Cod. de patr. qui filios distrax.

6. Vassalli inuiti non debent à Dominio Regis alienari.

7. Vassalli dominorum quodam modo iugo seruitutis subiaccnt.

8. Regis dominium non mutari vassallorum maxime interest.

9. Fiscus debet requirere socium in venditione rei communis, vt si tantundem offerat præferatur.

l. necesse, ff. de in diem adiectio.

l. 1. ff. de priuileg. creditor.

l. 55. tit. 5. p. 5.

l. 7. 8. 9. & 10. cum sequent. tit. 11. lib. 5. Recopil. & n. 17.

l. 70. Tauri.

l. 2. Cod. de commun. rer. alienat.

l. 1. Cod. de vendit. rerum fiscalium, lib. 10.

10. Vectigalibus venditis cum iurisdictione competit populo ius retractus.

l. 11. tit. 9. lib. 3. Recopil.

l. 11. tit. 7. lib. 9. Recopil.

11. Retraetus ex consuetudine regulatur.

12. Castella vsu, & consuetudine receptum vt populis in venditione iurisdictionis competat retractus.

13. Retraetus concessus vassallis, quando indulto Gregorij XIII. Ecclesiarum vassalli à Philippo I. I. venditi.

14. Populus qui semel alienatus à Regali Patrimonio si ad illud redit pristinum statum recuperat.

l. filio quem Pater, ff. de liber. & posthumis. l. questum

l. questum, §. illud fortassis, de leg. 3.

15. Recursus ad primam naturam facilis.
c. ab exordio, 35. distinctione.

c. 2. de decimis lib. 6.

litem verba, §. quod adicitur, ff. de constit. pecun.

16. Contrahens debet esse certus de qualitate contractus, & conditione personarum cum quibus contrahit.

17. Retraetus iure sanguinis ad nouem dies nostris legibus limitatur.

Cassus omissus ex iuris dispositione regulandus.

Retraetus non præscribitur regulariter nisi triginta annis.

Tempus præscribere retractus ex arbitrio Iudicis pendet.

18. Restitutio in integrum competit vniuersitati si transierit tempus retractus.

19. Retraetus tempus non transit pendente nullitate venditionis.

l. cum quidam, ff. de honor. posses.

20. Retraetus concessus Populis ex conditionibus millionum non limitatur ad tempus.

21. Rationis identitas idem ius inducit.

Odiolum non censendum sed fauorabile quod respicit publicam vtilitatem.

22. Retraetus inest contractui.

23. Manumittere cogitur qui recipit vt manumitteret.

24. Clausula venditionum quæ excludunt retractum venditorem obligant, non vero tollunt ius retractus ei qui habet.

l. Scia, ff. de euiet.

25. Retraetus actio est personalis in rem scripta.

Retraetus competit, etiam inuito venditore.

l. si post mortem, §. fin. de bon. poss. contra tabul.

26. Clausula insolita videntur potius postea ex sollicitudine emptoris quam voluntate venditoris.

l. si quis fugitiuus, 4. §. apud Labeonem, ff. de adilit. adictio.

27. Simulationem, & fraudem arguere videntur clausule insolite.

28. Retraetus iuri non censetur velle Principem præiudicium inferre.

Videat ad hæc allegationem Blasius de Ter vix cap. 17 an. 21 vix, sane.

Utrum vendita iurisdictione concedatur populo petenti retractus oblato eodem pretio, quod dicimus Tanteo, vt aliis ementibus præferatur.



T hoc valde difficile esse inuenitur ex doctrina textus in l. dudum in fine, l. inuitum, Cod. de contrahend. emptione, vbi traditur nemini concessum esse emptorem à venditione facta repellere, & oblationem pretij nullius esse considerationis, aliàs enim contractus infirmarentur, quod nullo modo admittendum est, facit l. fin. §. sed nec, Cod. de iure deliberandi, vt notatur communiter, & videnda, quæ ex Saliceto, Socino, Ioanne Oroscio, Tiraquello, Couarr. Cancerio, & aliis notauit Morla in emp. tit. 9. quæst. 1. & 6.

Maximè si lapsus terminus retractus, de quo in l. 8. tit. 11. lib. 5. Recop. nam continuum esse traditur, & aduersus ignorantes, & minores concurrat, & contra lapsum restitutio in integrum denegatur, & ideo aliqui Doctores contra retractum non esse admittendum tenuerunt, & Martinus Freja de sub. feudis, lib. 2. auctoritate 2. num. 26. exclamat contra vassallos huiusmodi demaniam petentes: quia (vt inquit) ferè semper querunt pecunias cum vsuris, subducta tota vniuersitate ab aliquibus propter ius ciuibus, seu notariis proueniens, qui excoriant alios, & pauperes quotidie opprimuntur, & nullum admodum commodum sentiunt, & quod pluries contingit vniuersitates locupletes ex pondere oneris alieni pauperiores euasisse, & Camillus de Curte in diuerforio iuris feudalis, l. part. num. 39. affirmat ex his demaniis nullum seruitium Regis considerari, sed lucrum Gubernatoris, & cæterorum Officialium, & quod multæ ciuitates ad nihilum redactæ, & iterum coactæ sunt vendere iurisdictionem, atque incidere in possessionem Baronum, & Cameraarius in cap. 1. §. Imperialium, §. præterea ducatus ad finem de prohibita feudi alienatione per Federicum, expendit in hac quaestione non procedi per titulum de iustitia, & iure, sed per vim, & ex Vincentio de Franchis, quem pro sua opinione adducit Camillo, Salernitano, Gofredo, Camerario, Camillo de Curte, Andrea Georgio, Bambario, Fabio de Anna, & aliis pluribus, quos contra retractum adducit, & inducit, tenuit Mastrilus ia

lus in allegatione Blasii Iopuli post primam partem decisionum, num. 49 & 50. ubi defendit Marchionissam Tortoreti contra vassallos, qui in venditione praelationem intendunt, quia in iure non cauetur, vt alius, quam Dominus directus, admittatur ad ius praelationis, quando Dominus vtilis rem vendit, l. fin. Cod. de iure Emphyteut.

3 Et nec fisco competat ius abdicandi rem emptori, eo inuito, l. de contractu, l. fin. C. de quadriennij prescriptione, l. 1. 2. Cod. ne fiscus rem, quam vendidit, euincat, lib. 10. & faciunt l. Titius puerum, ff. de obseq. à liber. glossa in l. verbo retinet, Cod. de bonis libert. l. 2. ff. si ingen. esse dicitur, l. post legatum, §. si pater, versic. si seruum, ff. de his, quibus vt indig. vbi dominus non cogitur etiam oblato pretio, & licet fiscus petat seruum vendere, l. cum affirmes, Cod. de liberal. causa, vbi quamuis dominus paciscatur de manumittenda Verrina, & filia accepto nummo si postea Verrinam tantum manumittat, non potest cogi filiam liberare, & conducit l. is, qui suis, §. si ab ignoto in principio de manumiss. vbi si seruus venditur alteri, licet offerat pretium, non tamen ille cogitur manumittere, notat gloss. in l. i. versic. pro huiusmodi circa finem, Cod. si seruus extero, l. si ex libert. Cod. de liber. conf. vbi si naturalis Pater, idemque Dominus filiam distraxit, etiamsi illa postmodum pretium soluat, non consequitur libertatem, quæ iura expendit Mastrillus in conf. vnico, vbi proximè num. 43. & num. 45. & adducit Marinum Freciam, Lofredum, Camillum, Salernitanum, Lancelotum, Galiaulum, Bursatum, Franchis, Camillum de Curte, & inducit Gregor. Lopezium, & pluribus fundamentis per totum consilium, & postea per allegationem latè probauit.

4 Idque etiam confirmatur ex clausulis, quæ hodie ferè in omnibus venditionibus apponi solent, quia vt securæ reddantur, Princeps prohibet retractum, & praelationem populi, & Princeps suis iudicibus præcipere potest, vt in certis causis denegent audientiam, Cardinalis, & Imola in cap. quia circa finem de electione, Feliaus in cap. quæ in Ecclesiarum de constit. n. 68. maximè cum Principi permissum sit per viam legis ius tertij, in his, quæ à iure positio sunt constituta, auferre, ex glossa, verbo *generali iure*, l. fin. Cod. si contra ius, vel vtilitatem publicam, probant Bart. & Angelus communiter recepti in l. Antiochenum, ff. de priuilegiis creditorum, Iason in l. quo minus, num. 9. versic. *Tertio respondi*, ff. de fluminibus, Zephalus conf. 135. num. 30. & pluribus relatis

à Petra de potestate Principis, cap. 24. ex num. 114. versic. *verum est*.

Verumtamen pro contraria sententia longè verius est ex iure communi Regio consuetudine vniuersali Hispaniæ competere ius retractus, quoties iurisdictionis venditur vassalorum, qui sunt de demanio Regis, & alienantur in inferiorem, vt argument. legis 2. in fine, ff. si libertus ingenuus esse dicat. l. si quis, §. fin. Cod. de patribus, qui filios suos distraxerunt, glossa in l. i. versic. retinet, Cod. de bonis libertorum, glossa in §. dominus instit. de noxalibus, Salicetus in l. i. col. 2. ff. quibus ad libertatem proclamare non licet, Ioannes Faber in dict. §. dominus, quem sequuntur Montaluo in l. 2. tit. 24. part. 4. Couarr. in cap. quamuis pactum 2. part. §. 2. num. 4. Vincentius de Anna allegat. 27. num. 19. Franchis decis. 17. num. 2. Azebedo in l. 13. tit. 3. lib. 6. num. 6. & in l. 6. tit. 11. lib. 5. num. 2. Bobadilla lib. 2. cap. 16. num. 12. Rodericus Suarez allegat. 9. num. 6. & pluribus casibus retractum, & demanium vniuersitatibus concessum, idque Regios fisci Patronos defendere teneri probauit Aponte de potestate Proregis, tit. 10. de diuersis prouisionibus, §. demania terrarum num. 14.

Secundò: nam Vassalli Regis inuiti ab eius dominio, & iurisdictione alienari non possunt, & competit eis retractus, l. inuitus, vbi glossa, & DD. ff. de fideicommissariis libertatibus, egregiè Rodericus Suarez allegat. 9. vbi recenset ex doctrina Hostiensis, & aliorum in cap. dilecti de maiestate, & obedientia Principem non posse villam sibi subiectam alteri domino subicere inuitis Vassallis, cum sit maximum eorum interesse non alienari à dominio Regis, Vincent. de Franchis decis. 17. num. 6. Iosephus Sesse decis. 36. Regni Aragonum, Neuizanus conf. 12. n. 96. Brunus conf. 108. Craueta conf. 241. Gabriel de iure quæsito non tollendo, conclus. 8. num. 1. Duenas in regula 215. Menoch. conf. 32. num. 20. & conf. 264. num. 30. lib. 3. & in tractatu de recuperanda, remedio 10. num. 81. Alciatus conf. 7. lib. 3. Cephalus conf. 18. num. 23. Surdus conf. 208. num. 17. lib. 2. Iulius Clarus §. feudum, quæst. 28. Petrus Gregorius in tractatu de concessione feudali, part. 7. quæst. 4. num. 18. Hippolytus Riminaldus consil. 601. num. 33. ex Doctoribus in dict. cap. Imperialem, §. Præterea ducatus, Ioanne Fabro, Cacherano, Affliato, & aliis pluribus Mastrillus dict. conf. vnico, n. 4. ex Alberico, Rolando, Couarr. Didaco Perez, & Suarez, Azebedo, & aliis Bobadilla lib. 2. cap. 16. num. 12. lit. G.

Tertiò id ex eo procedit: nam Vassalli domi

dominorum quodammodo vocantur serui, iugo seruitutis additi, Baldus in cap. quæ in Ecclesia, num. 1. de constitutionibus, Craueta conf. 6. num. 110. & ideo debet competere retractus, argumento legis secundæ, ff. si liber se ingenuum esse dicatur, vbi etiam si quis vendi consentiat, non prohibetur de libertate contendere, si pretium refundat, l. si quis, §. final. Cod. de patribus, qui filios distraxerunt, glossa in l. i. versic. retinet de bonis libertorum, Salicetus in l. i. columna 2. ff. quibus ad libertatem proclamare non liceat, Ioannes Faber in §. dominus, instit. de noxalibus, vbi notat seruum per noxam datum oblato pretio manumitti debere, & ibi Ioan. Faber infert, quod si Vassalli velint redimere libertates suas, debeant audiri, quod tradit glossa ibi fauore libertatis admittendum, & Ioannem Fabrum sequuntur Montaluo, Didaco Perez, Couarr. Vincent. de Anna, & Franchis, quos refert Mastrillus dict. conf. vnico, num. 12.

8. Et Reipublicæ interest dominium Regium non mutari, Craueta conf. 314. columna 4. Rodericus Suarez allegat. 9. num. 6. pluribus Vincent. de Franchis dict. decis. 17. n. 2. Curtius Senior in l. debitori, Cod. de pactis, Tiraquellus de retract. Lignagier §. 26. gloss. 1. num. 78. Mastrillus vbi proximè, num. 49. & damna & iniurias, quas patiuntur domini Vassallorum, & causas earum recenset Bobadilla dict. cap. 16. num. 13.

9. Quartò, quia fiscus debet socium requirere, vt vendat rem in qua habet partem, vel interesse, vt si tantundè offerat, emptori præferatur, argumento legis necesse, ff. de in diem adiectione, l. i. ff. de priuilegiis creditorum, Gregor. Lopez in l. 33. glossa verbo vender. tit. 5. partita 5. Franciscus Marcus decis. 368. num. 5. Tiraquellus vbi proximè, §. 1. glossa 18. num. 7. & cum hoc remedium sine dubio competat Patronis, & coniunctis, l. 55. tit. 5. part. 1. 7. 8. 9. & 10. cum sequent. vsque ad decimam sextam, tit. 11. lib. 5. Recopilat. l. 70. Tauri cum 5. sequentibus, & nullus magis coniunctus, vt competat retractus, inueniri potest, quàm Vassallus ad redimendum seipsum, Didaco Perez in l. 14. tit. 11. lib. 4. ordinamenti, præsertim quando venderetur aliquod ius cum iurisdictione, quod longo vsu aduersum haberent Vassalli, quia tunc quasi aliquod ius, & communionem in re haberent, sine dubio competere retractus, vt Vassalli præferantur l. 2. Cod. de communium rerum alienatione, l. i. Cod. de venditione rerum fiscalium, lib. 10. & eis quæ supra notauimus, quibus adde Dominum Castillum tom. 3. controuerf. cap. 7. num. 16.

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fife. Pars 1.

Vnde ex hoc fundamento inducitur, vt si Princeps vectigalia venderet alicuius loci in quo aliquis iurisdictionem haberet, tunc ille posset pro vectigalibus intendere retractum, quasi vnitas sit, & communis iurisdictionis ordinaria cum iurisdictione vectigalium, l. 11. tit. 9. lib. 3. l. 1. tit. 7. lib. 9. Recop. Gironda de Gabellis 4. part. §. 2. num. 29. & ex hac communione debet retractus, & praelatio oblato eodem pretio competere.

Quintò, quia id quod pertinet ad retractum ex consuetudine regulari, & ex ea competere tenuerunt Gofredus in cap. Imperialem, §. præterea ducatus, versic. nec dominus (vbi larè) de prohibita feudi alienatione per Federicum, Camillus Salernitanus in addit. ad constitutiones Neapolit. fol. 32. Lancelotus Gallia conf. 46. num. 28. & per totum Camerarius in dict. cap. Imperialem, §. Præterea ducatus in fine, qui tradit hanc opinionem esse iuridicam, & ita fuisse iudicatum, Vincentius de Franchis decis. 17. per totam, Camillus de Curte 1. part. quæstionum feudaliū, §. licet autem verissimam, ex num. 39. 54. & 74. & licet contra tenuerit retractum esse denegandum, tamen illum admittit ex consuetudine Mastrillus dict. conf. vnico, num. 46.

In Castella verò esse communem, & vniuersalem consuetudinem in omnibus locis, vt admittatur iurisdictionis retractus, & de hoc vsu, & praxi omnium Senatuum constantur Rodericus Suarez dict. allegat. 9. n. 6. Didaco Perez in l. 14. tit. 11. lib. 4. ordinam. Bobadilla lib. 2. cap. 16. num. 12. 13. Azebedo in l. 13. tit. 3. num. 6. lib. 6. Recopilat. & in omnibus venditionibus Vassallorum, quæ factæ fuerunt, semper eis conceditur retractus, & praelatio pretio oblato, & conditionibus seruitij millionum apud nos aperte statuitur, vt constat ex curis anni 1617. & in conditionibus 23. & 24. quinti generis, & in venditione viginti mille Vassallorum, quos Regnum concessit aperte id exprimitur, & ad retractus effectum arbitria, ex quibus pecunias ad pretij solutionem colligere possint Vassallis conceduntur, & hoc tempore, quo ego fisci Patronus in venditione iurisdictionum, quas dicimus de tolerantia, de qua 2. part. alleg. 70. in decreto illud primo enunciatum, vt conciliis populorum requisitio fieret, an velent retractum iurisdictionis, & sibi retinere pretio oblato, & nisi quadraginta diebus elapsis à denunciatione populo facta, si ille non obtulerit retractum, aliter ad emptionem prædictæ iurisdictionis non admitteretur, & ex similibus Regum decretis admittendum retractum ex pragmatica Alfonsi Regis tradit

- tradit Mastrillus dicto consil. vnico, num. 11.
13. Sed & quod plus est quando summus Pontifex Gregorius XIII. indultum concessit, Regi nostro Philippo II. vt vassallos venderet Ecclesiarum ex belli necessitatibus, ad Religionis Catholicæ defensionem omnibus vassallis ius retractus concessum fuit quamuis ex plurium sententia quando vassalli subditi essent immediate alteri, quæ Regi, videlicet essent iurisdictionis cuiusque privati, nec alienarentur de Regali patrimonio tunc retractus non cõpetat, quippe cessant omnes rationes quæ suadent retractum admitti, nec deterioris conditionis, venditione sunt cum alienatio fit de vno Barone in alium, quia iam antea alienati erant à Patrimonio Regis, & ideo videbatur vassallos Ecclesiæ posse alienari absque eo quod haberent retractum, quia nulla fit iniuria in alienatione quia iam à Regia Corona antea alienati erant, quo casu retractum esse denegandum, ex Vincentio de Franchis, Camillo de Curte, Lancelloro, Galiaula probauit, Blascus Lupus, in allegatione post primam partem decisionum Mastrilli, n. 41. sed adhuc Regis decretis quæ ad venditionem vassalorum Ecclesiæ expedita fuerunt, retractus vassallis concessus fuit.
14. Septimò id confirmatur quia etiam si locus aliquis fuisset à Regio Patrimonio alienatus, si tamen postea ad Regiam Coronam rediret veluti per cõfiscationem, vel in prædicto casu ex concessione Pontificis, qui permisit vassallos Ecclesiæ ita ad Regem deuolui vt ab eo possent vendi, & alienari, quo casu Populi recuperant antiquum statum quasi iure postliminij, & impeditur facultas alienandi sine requisitione popullorum, l. fiscus de iure fisci Antonius Barbacia, immola & reliqui Doctores in cap. vt super, de rebus Ecclesiæ non alienandis Claperis, decif. 32. quæst. vnica, nu. 16. & 17. & cum Populus redit ad Regale Patrimonio recuperat pristinam qualitatem & priuilegium, ac si illud non amitteret argum. l. filio quem Pater ibi: *Quia non translatus sed redditus videretur*, ff. de liberis & posthum. l. quæstum, §. illud fortassis, ff. de legatis, 3. ibi: *nam quæ talis natura sunt, vt in sua redigi possint initia ea materia potentia videri nunquam vires eius effugiunt.*
15. Facilis est enim recursus & conuersio ad pristinam rei naturam, cap. ab exordio, 35. distinct. c. 2. de decimis lib. 6. l. item verba, §. quod adiicitur, ff. de constit. pecunia, Socinus Senior, consil. 35. num. 6. vol. 1. vbi adducit notabile dictum Boëtij, lib. 3. de consolatione. Reperunt proprios quæque recur-

sus Redditi quæque reditque suo Singula gaudent. Crauera, consil. 616. n. 5. vol. 4. Crocus in l. omnes Populi, n. 213. ff. de iustitia & iure, Tiberius, Decianus, consil. 90. num. 6. & 7. vol. 3. & consequenter cum bona redegerint ad Regium patrimonium, non poterunt ab eo libere alienari sed cum qualitate retractus, si illo vassalli vti vellent, Alex. vol. 3. consil. 9. n. 6. Reduanus de rebus Ecclesiæ non alienandis, quæst. 51. cap. 6. n. 20.

Nec obstant quæ in contrarium adduximus quippe ex iure, & consuetudine vniuersali & vtilitate publica istud procedit, & retractus admittitur, ac per consequens qui emit queri non potest si ab eo intuito res abdicetur oblato pretio, quippe ex natura contractus venditionis iurisdictionis venit, & qui contrahit debeat esse certus de conditione contractus, & personarum cum quibus contrahit, l. qui cum alio, ff. de regulis iuris l. si Titius 48. ff. de fideiussor, ibi: *cum scire potuerit aut ignorare non debuerit.*

Deinde quod obiectum, ex l. 7. & 8. tit. 11. lib. 5. Recopilat. & l. 70. & 71. cum sequentibus Tauri, vbi transacto termino nouem dierum non admittitur retractus facile explicabitur, & respondendū est leges nostras procedere solum in retractu iure sanguinis, & in aliis expressis, l. 75. Tauri, & cum ibi, non limitaretur aut exclusus sit retractus iurisdictionis qui comperit vassallis, oppidis, & similibus, & cum omissis esset ex nostris legibus ille casus à iure communi regulandus ex quo ius retractus non præscribitur nisi spatio triginta annorum, Paulus Castrensis lib. 2. consil. 430. quem refert, & sequitur Tiraquellus de retractu lignagier. §. 1. gloss. 10. num. 10. vsque ad 33. & §. 36. gloss. 2. num. 36. & quamuis iuxta aliquorum opinionem potest intendi, & limitari in termino anni textus in cap. 1. §. Titius, si de feudo defuncti contentio sit, Vincentius de Anna in constit. Diuæ Memoriarum num. 261. Franchis decif. 17. num. 15. & 17. Camillus de Curte cap. 3. num. 56. Mastrillus consil. vnico num. 32. tamen ex eorum sententia terminus retractus fere semper ex arbitrio iudicis regulatur, & quatuor mensium terminum ad retractum dari ex Ioanne Fabro, Montaluo, Gregorio Lopez, Couarr. Didaco, Perez, & communi praxi testatur Bobadilla dict. lib. 2. politicæ cap. 16. num. 13.

Sed & etiam si tempus transferit possunt populi, & vniuersitates intendere in integrum restitutionem, ex e. constitutus de integritate restitutione, Caldas Pereira in l. si curatorem habens, num. 82. versic. sed aduersarij dolo, Cod. eodem titulo, Vincentius de Franchis decif.

- decif. 17. num. 17. Tiraquellus de retractu lignagier §. 35. gloss. 2. num. 12. vers. *Minores*, atque ita fuisse iudicatum in supremo Neapolitano Consilio testatur Camillus de Curte in diuerserio iuris feudalis lib. 1. c. 3. n. 25. Mastrillus dict. consil. vnico num. 29. & quæcumque vniuersitates gaudent beneficio restitutionis instar minoris, l. 1. Cod. de iure Reipublicæ lib. 11.
19. Rursus in nostro casu non potuit terminus retractus transire vt populo noceret quia ille intenderat litem de nullitate venditionis iurisdictionis, & lite pendente super nullitate non currit terminus retractus vt cauetur in l. cum quidam, ff. de bonor. possess. cuius verba sunt: *Cum quidam propinquus falsum testamentum accusaret, ac post longum temporis spatium probasset, licet dies petende possessionis quam forte certus accusationis petere debuit cessasse videretur, attamen quia hoc proposito, accusationem proposuit vt ius suum sibi seruaret agnouisse successionem non immerito videretur*: Doctores, in l. contra maiores, Cod. de inofficioso testamento, Tiraquellus de retractu lignagier §. 1. gloss. 10. num. 36. Surdus decif. 203. num. 12. Mastrillus dict. consil. vnico num. 27.
20. Maximè quia ex conditionibus seruitij millionum conceditur populis qui venderentur retractus absque præfinitione temporis, & tunc poterit perpetuo durare, nec limitandus nisi ad decem vel viginti annos, ex gloss. in c. 1. §. Titius, si de feudo defuncti controuersia fiat, Decius consil. 395. num. 12. Paulus Castrensis consil. 70. num. 2. vol. 2. Borgnino, Caualcano decif. 19. num. 82. partit. 2. Giurba decif. 77. num. 8.
21. Nec quod obiectum est conditiones millionum non procedere, nec loqui in venditionibus iurisdictionum, sed in officiis executorum, Gabellarum, & exactorum vectigalium, & cum constitutio retractus sit odiosa, non extendenda, Tiraquellus de retractu in præfatione, num. 62. quippe hæc difficultas facillè excluditur: nam ratio quæ retractus in eis casibus admissus, ea fuit, quia ex venditionibus officiorum plura damna euenire possent, quia Gubernatoribus populorum iurisdictionis restringebatur, quæ damna cum æquè vigeant, & multo maiora in venditionibus iurisdictionum, idem dicendum est ex identitate rationis, l. si postulauerit, §. ratio, ff. ad legem Iuliam de adulteriis, l. illud, ff. ad legem Aquiliam, & fauore publicæ vtilitatis fit extensio, etiam si materia sit contraria iuri communi, Alex. lib. 2. consil. 216. num. 30. l. si quis in graui, §. vtrum, versic. *hi quoque*, ff. ad S. C. Sillanian. l. 1. §. Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. Pars I.

nuntiatio, ff. de noui oper. nuntiatio. vbi Iason pluribus, Marfilus in pract. criminali, §. aggredior, nu. 58. alij, quos refert Sarmiento lib. 1. Selectar. cap. 12. num. 1. & sequent. & omne, quod respicit publicam vtilitatē, non debet cenferi odiosum, sed fauorabile, & ideo extendendum, Hondedeus lib. 1. consil. 95. n. 19. cum Zephalo, Aimone, Euerardo, & Villaguta de extensione legum, Farinacius in fragm. verbo extensio 98.

Deinde non obstant iura, quæ in contrarium expensa: nam textus in l. Titius puer, ff. de obsequiis à liberis, nihil ad rem facit: nam etsi illum expendat Mastrillus dict. consil. vnico, num. 43. quippe quod ibi traditur, etsi nō gratuitum beneficium præstari, & eum qui in fidem accepit, vt manumitteret, habere ius patronatus cum manumisit, longè diuersum est ab eo, quod est ius retractus, de quo agimus concedi, & minus ad rem facit l. 2. §. si ingenuus esse dicatur, nec iura in l. post legatum, §. si pater, versic. si seruum, ff. de his, quibus vt indignis, l. is, qui suis, §. si ab ignoto, ff. de manumissionibus, l. si ex libere. Cod. de liberali causa: nam quod in eis traditur non cogi dominum oblato pretio seruum vendere, nihil enim contra mouere potest, vt debeat retractus denegari, quippe aliud est dominio suo dominum priuare, & cogere seruum manumittere, quod nisi in casibus à iure expressis non licet, §. sed & maior instit. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. l. 6. tit. 21. part. 4. l. 3. tit. 5. part. Corraf. lib. 1. Miscellan. cap. 23. ex aliis iuribus Pichardus d. §. sed & maior, vel ex lege venditionis, cui inest retractus illum admittere, tunc enim inesse videtur contractui, & quasi ex illius lege, & natura retractus procedat, aliàs enim nec admitti posset retractus iure sanguinis, si emptoris iniuria consideraretur, cui verè nulla videtur fieri, cum id à iure statuatur ex publica vtilitate, vt supra notauimus, & qui iure retractus sibi concessio vitur, nullam videtur facere iniuriam, l. si quis fumo, §. 1. ff. ad leg. Aquil. l. & in maioribus, Cod. de appellationibus.

Textus verò in l. cum affirmes 8. Cod. de liberali causa, qui contra à Mastrillo expenditur dict. num. 43. potius contrarium tradit, vt cogatur, qui recepit pecuniam pro manumittenda matre, & filia, placitis stare, & filiam manumittere, & ideo aperte contra illum retorquetur ille textus.

Denique non obstant clausulæ, quas notauimus hodie apponi solere in omnibus venditionibus, vt secura sit venditio, nullum audiendum ad retractum petendum, quippe hæc clausula respicit, vt Rex maneat obligatus

gatus, non verò vt possit populo ius retractus impediri, & iuri quæsito ex consuetudine Hispaniæ detrahatur, quemadmodum quoties venditor promittit emptori, vt ei res sit secuta aduersus retractum, etiam si tunc eius, qui vendidit hæredes, licet cõsanguinei sint, retractum petere non possint, tamen reliqui cõsanguinei recte petent, non obstant te promissione venditoris, l. Scia, ff. de euitctionibus, & pluribus relatis Tiraquellus de retractu Lignagier §. i. glossa 9. num. 53. & 55. Matienzo in l. 7. tit. 11. gloss. 1. num. 75. lib. 5. Recop. Gutierrez practicarum, lib. 1. quæst. 148. num. 3.

25. Præterea ius retractus, & actio pro eo competens licet sit personalis est in rem scripta, & competit contra emptorem non verò contra venditorem, Tiraquellus, de retractu lignagier §. 8. gloss. 5. n. 8. Antonius Gomez, in l. 7. Tauri, num. 36. Matienzo in l. 7. gloss. 8. num. 11. lib. 5. Maranta disput. 9. num. 2. & hoc iure vtitur vniuersitas etiam inuito, & contradicente venditore, l. si post mortem, §. fin. ff. de bon. poss. contra tabulas Maranta dict. disp. 9. n. 9.
26. Sed & ista clausulæ insolitæ sunt, & ideo præsumuntur positæ ex cura, & sollicitudine ementis potius quam ex voluntate venditoris, l. si quis fugitiuus, 4. §. apud Labeonem, ff. de ædilitio edicto, Bart. in l. 1. num. 10. in fine, ff. de iure Codicillorum, Baldus vol. 5. conf. 311. ad finem, Parisius conf. 54. num. 39. vol. 1. & similes clausulæ arguunt contractum esse simulatum Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. num. 67. alia de hoc congerit Tiraquellus de retractu cõventionali in præfatione, num. 17. Marta de clausulis clausula 18 part. 4. Berouius lib. 1. conf. 165. num. 12. Iosephus Ludouicus, de simulatione cõtractuum conclus. 51. in coniectura trigesima secunda ex aliis Menoch. conf. 1111. n. 35.
27. Et de prædictis clausulis idem ex Iafone, Socino Iuniori, & aliis notauit, Menoch. conf. 260. num. 40. & ex Alberico, Zepola, Decio, & aliis pluribus, post Baldum idem Menoch. dict. lib. 3. præsumpt. 122. num. 67. ad quod se refert conf. 576. num. 35. & idem tenuit Craueta conf. 862. num. 7. & alij plures quos refert idem Menoch. conf. 199. n. 12. & nimiam & insolitam cautelam fraudem arguere notarunt glossa, & Baldus, in l. si quis sub conditione, ff. de condit. instit. Decius conf. 448. n. 22.
28. Sed ista clausulæ, etsi non essent appositæ perfunctorie Princeps sine causa expressa, & iusta non notuit aut noluit directe nec indirecte præiudicium inferre iuri retractus, & actionem ad eum competentem adimere vt

post scribentes, in l. rescripta, Cod. de præcibus imperat. offerendis tenent Antonius de Butrio in cap. quæ in Ecclesiæ de constit. num. 13. Imola n. 21. Felinus in c. ad audiētiam el segundo, num. 4. vers. bene fateor de rescriptis, & in c. quæ in Ecclesiæ de constit. n. 55. Cassius conf. 10. num. 17. vol. 2. & pluribus relatis Petra de potestate Principis, cap. 25. num. 70.



ALLEGATIO XLVI.

Bona vt dicantur solarij quasrequirant qualitates.

1. *Mauri ab Hispania expulsi anno 1610.*
2. *Iudæi pluries ab Hispania expulsi, & antea etiam Imperatores Romani fecerunt.*
3. *Clemens IV. Pontifex exhortatur Iacobum expugnatorem Regem Aragonum, vt Mauros expellat à suis Regnis.*
4. *Vassalli, solarięui, dicuntur qui in domini solo domum fecerunt.*
l. 3. tit. 25. p. 5.
Vassalli solarij vel emphyteuticarij non possunt bona alienare.
l. 2. tit. 11. lib. 4. ordinamenti.
l. 2. tit. 3. lib. 6. Recopilat.
l. 1. §. si quis nemine prohibente, ff. de quid in loco publico, & n. 10.
Vassalli emphyteuticarij non amittunt ex delictis bona emphyteusis.
c. fin. tit. per quos fiat investitura in feudis.
5. *Rex in vassallis solarij vel emphyteusis nullum ius habet nisi moneta.*
l. 3. tit. 25. p. 4. & n. 22.
l. 10. tit. 18. p. 3.
6. *Solarij ius non recte probatur ex præscriptione.*
7. *Solarij ius non potest considerari in oppidis quæ multo antea erant incolata quam ad dominium peruenissent eius qui intendit solarium.*
8. *Terra præsumuntur oppidi in cuius territorio sunt.*
Homines de Mansata qui dicantur.
c. 1. de censibus.
9. *Vassalli solarięui, & hominum de Mansata differentia.*
Vsusufructuarius potest locare commoditatem vsusufructus.
Princip. instit. de vsu, & habitatione.
10. *Solarium tributum tempore iurisconsultorum quid esset.*

l. etiam

- l. etiam, 15. ff. qui potiores.
l. cum seruus, 39. alias apud Iulianum, §. hæres, ff. de legat. 1.
l. 1. ff. de superficiebus.
l. id est, 74. ff. de rei vindicatione.
11. *l. stipendium versic. solarium, ff. de verb. signific.*
Solarium est tributum quod pro solo præstatur.
 12. *Vassallus solarięus quis nostris legibus dicatur.*
l. 3. tit. 25. p. 4.
Forum diui Iacobi quod dicitur est eius templo soluere mensuram tritici pro quolibet ex Iugeribus terra.
c. ex parte de censibus.
 13. *Verbi, Solar, apud Hispanos significatio.*
l. 2. tit. 3. lib. 6. Recopil. & num. 22.
Vizcaya sunt plures domus de solar.
Verbum, Lugar, idem quod solar nostris legibus.
l. 8. tit. 7. p. 2.
l. 2. 19. & 23. tit. 9. p. 2.
l. 5. tit. 18. p. 2.
l. 6. tit. 27. p. 2.
l. 4. iuncta l. 6. tit. 27. p. 7.
l. 1. 14. & 27. tit. 3. lib. 6. Recopil. & num. 14.
 14. *Solarium dicitur locarium à loco soli.*
 15. *Solarięus vassallus dicitur quem dominus recipit ad incolatum, & assignat solarium.*
l. 3. tit. 25. p. 4.
l. 2. tit. 3. lib. 6. Recop.
Populus potest recipere incolam quem velit.
l. 1. ff. ad municipalem.
Dominus vassallorum non potest prohibere incolatum.
l. 1. tit. 9. lib. 7. Recop.
 16. *Solarij ius in territorio non potest considerari quando plures fundi sunt liberi nec constat à domino liberatos.*
Partis ad totum vel è contra argumentum valet.
l. quæ de tota, ff. de rei vindicatione.
l. si vnus, §. si cum tibi, ff. de partibus.
 17. *Tributum soli debet solui ab Ecclesia, quando ad eam prædium peruenit.*
l. qui in alia, §. fin. ff. de neg. gest.
c. si tributum. 11. q. 1.
l. de his, Cod. de Episcop. & Clericis.
l. 11. tit. 13. lib. 1. Recop.
l. is qui ducenda, §. vtrum, ff. de reb. dubiis.
 18. *Bona præsumuntur libera.*
c. 1. §. si verum feudum, tit. si de inuestit. feudis.
 19. *Bona præsumuntur potius esse vicinorum qui ea possident quam Domini populi.*
l. cum res, Cod. de probat.
l. ob meritorum, Cod. ne vxor pro marito.
 20. *Territorij maioris partis qualitas eandem facit præsumi in parte.*
c. 1. tit. de controuers. inter mascul. & femin. in feudis.
 21. *Maioratus esse præsumitur quod est intra limites maioratus.*
 22. *Vassalli solarij non possunt vendere prædium sine licentia Domini.*
 23. *Solarij iuris qualitatem aliquam tempore obsoletam non perimit in totum solarium.*
 24. *Consuetudinem, præscriptionem, vel pactum qui allegat, debet probare.*
Causa naturalis præualet accidentali.
§. sed & illud, instit. de adopt.
l. tutor, §. qua tutoribus, ff. de excusat. tutor.
 25. *Maioratus an fieri possit de bonis emphyteuticis sine consensu Domini directi domini.*
 26. *Maioratus fieri non potest de bonis feudilibus.*
 27. *Emphyteusis & solarij differentia ex Auedaño refellitur.*
 28. *Ratio eadem inducit idem ius.*
l. illud, ff. ad leg. Aquiliam.
l. eum qui, §. pro parte, ff. de his quibus ut indign.
 29. *Bona in quibus ius solarij non possunt transferri in Ecclesiam vel in capellaniam.*
c. vnico, versicul. si vero de allodiis in feud.
c. 1. vers. vel pro anima indicare, tit. de prohibet. feud. alien. per Federicum in feudis.
 30. *Census solarięus sine scriptura non probatur.*
Emphyteusis ad suam validitatem requirit scripturam fieri.
l. 1. C. de iure emphyteutic.
l. 28. tit. 8. p. 5.
l. 3. tit. 14. p. 1.
Emphyteusis habet qualitates quæ testibus non recte probantur.
Memoria hominum labilis.
l. 1. tit. 7. lib. 5. Recopil.

De bonis, qua dicimus Solariegos, quomodo probandum habere eam qualitatem, ut quoties bona delinquentium à Principe confiscantur, non pertineant ad Regale Patrimonium, sed ad Dominum iurisdictionis, cui subditi sunt Vassalli.

1. **H**æc quæstio in consilio Regalis Patrimonij maxime agitata fuit ab anno millesimo sexcentesimo decimo cum piissimus Rex Hispaniæ Philippus II. ob perfidiam Sarracenorum, qui à tempore, quo Hispania à Mauris vindicata apud nos erant, adhuc licet Catholicam fidem publicè amplexi in Mahometana secta ex corde remanserunt, salubri consilio publicis edictis à tota Hispania exules expulsi, bonis mobilibus eis relictis, immobilia verò Regio fisco applicata, ut constat ex rescriptis, quæ de hoc expedita fuerunt, refert Paschalius de viribus patriæ potestatis, 1. part. cap. 7. num. 23. frater Marcus de Guadalaxara, 5. part. Historiæ Pontificalis, lib. 5. cap. 1. & 2. & in tractatu expulsionis Sarracenorum, cap. 17. frater Ioannes de la Puente in conuenientia vtriusque Monarchiæ Ecclesiasticæ, & Hispanæ, lib. 3. cap. 3. §. 4. frater Iacobus de Bleda in Chronico Maurorum Hispaniæ, lib. 8. cap. 30. & 31. & Alfonso Sanchez in Acephalocosi de rebus Hispaniæ, lib. 7. cap. 11.

2. Vt pluries in Hispania antea factum fuit, & Iudæi etiam antea ab Hispania expulsi: nam anno 1492. centum & vigintiquatuor mille familias, vbi sex centum millia illorum ab Hispania exierunt edictis Regum Catholicorum, & persuasione insignis viri fratris Ioannis de Torquemada, ut tradunt Antonius de Senna in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Possuinus in apparatu, tom. 2. verbo *Thomas Frater*, Ferdinandus del Castillo in Chronica Ordinis Prædicatorum, lib. 3. cap. 41. & ab hinc postea decem annis eiusdem viri persuasionibus etiam Mauri expulsi, ut tradit Ioannes de la Puente vbi proximè, & antea tempore Romanorum Imperatorum multoties Iudæi à Roma eiectionam Claudius eos à Roma expulit, ut notarunt Orosius lib. 7. cap. 6. qui refert Iosephum, & Suetonium, & constat ex Actis Apostolorum, cap. 18. & ibi Interpretes notarunt, & ante triginta annos Tiberius ite-

rum eos expulerat anno vigesimo primo Christi, Cornelius Tacitus lib. 2. Annalium, Iosephus lib. 18. Antiquitatum, cap. 5. Filon de legatione ad Caium, Cæsar Baronius tom. 1. Annalium anno 211. Christi: & tria illorum exilia à nostra Hispania tempore Cæsaris Romæ refert Frater Ioannes de la Puente, vbi suprâ, lib. 2. cap. 24. §. 1. & decreto Senatus Romani ad insulam Sardiniam expulsi, & Tiberius ad insalubres Prouincias Imperij relegauit, ut tradit Suetonius in Tiberio, cap. 36. & tempore Regum Gothorum Hispaniæ, eorum perfidia à Regibus Sisenando, Sissebuto, & Recisuinto, profligata fuit, & qui noluerunt ad Catholicam fidem conuerteri, expulsi, ut ex Conciliis, & aliis probauit Ioannes de la Puente lib. 1. cap. 8. §. 2. Idque suasionem, & imitationem Imperatoris Heraclij, qui eos similiter expulit ab Imperio Græco, tradit Mariana lib. 6. de rebus Hispaniæ, cap. 3. & multoties à nostris Regibus factum referunt Archiepiscopus Toletanus in Historia Hispaniæ, lib. 2. cap. 17. noster Cantaber Garibacius Zamalloa in compendio Historiali Hispaniæ lib. 8. cap. 28. & lib. 15. cap. 27.

Et notanda notabilis exhortatio summi Pontificis Clementis IV. ad Iacobum expugnatorem Aragonum Regem, quam refert Zurita lib. 4. Annalium, cap. 1. adde Episcopum Miedem, qui expulsionem Maurorum refert anno 1265. lib. 15. de rebus gestis Iacobi, & notarunt alia referentes, Petrus Nauarrete in conseruatione Monarchiæ, discursu 7. Bobadilla lib. 2. Politicæ, cap. 18. n. 216 Illescas de vitis Pontificum, 2. part. lib. 6. cap. 20. §. 7. vbi refert dictum Baiazeti Turcarum Imperatoris, quando Reges Catholici Iudæos & Mauros ab his Regnis expulerunt, & addenda, quæ ex Oriolano Episcopo, D. Couarruua, Ioanne Azone, Dominico Bañez, & pluribus rescriptis Pontificum, & exemplis probauit Pater Iacobus Poleda in defensione fidei in causa Moriscorum, tractatu 2. cap. 1. & ad finem libri alia adducit, tractatu 3. §. 2. pag. 307. refert Cardinales Hosium, & Baronium inde felicissimam Hispaniam dicentes.

Ex quo aliqui Domini vassallorum qui 4. in sua iurisdictione plures istorum habebant cum vassalli quos dicimus, *solariegos*, censentur illi qui in dominorum solo, domum vel habitationem fecere ut constat, ex l. 3. tit. 25. p. 4. non possunt alienare bona soli ut probatur, l. 2. tit. 11. lib. 4. ordinamenti, & l. 2. tit. 3. lib. 6. Recopilat. quasi vassalli non sint sed Domini feudorum, cui pro illis vctigal & tributum dependant, l. 1. §. si quis nemine prohibente, ff. ne quid in loco publi-

co,

co, ideo quemadmodum isti vassalli non possunt fundos alienare ita similiter nec delictis ad fiscum transferre, sed redire debent ad dominum soli & directi dominij, ut notarunt Baldus in c. 1. §. si vero, num. 3. qualiter olim feudum poterat alienari, cap. fin. titulo per quos fiat inuestitura, & in l. 1. num. 32. ff. de rerum diuisione, & in l. 1. C. de bonis libertorum, Andreas de Seruia in cap. 1. §. denique quæ sit prima causa beneficium amittendi, Cassaneus de consuetudinibus Burgundiarum, rubrica 2. de confiscatione, num. 11. Gailius de pace publica, lib. 2. cap. 14. num. 1. Gigas de crimine læsæ Majestatis, lib. 2. rubrica 2. quæst. 15. & 16. Peregrin. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. num. 106. Rosental. de feudis, cap. 11. coneluf. 11. ex num. 1. cum sequentibus, vbi litera B, plurimos refert D. Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 4. cap. 11. ex numero 32.

5. Et Domini vassallorum iuuantur ex l. 3. tit. 25. part. 4. vbi traditur, nullum ius in eis vassallis Regem habere nisi monetæ tributum, ut constat eis verbis: *En tales solariegos como estos no a el Rey otro derecho ninguno, sino tan solamente moneda.* Quod monetæ tributum personale solum est, & in recognitione supremi dominij Regi soluitur, nec aliquo modo subditorum bona respicit vel afficit, l. 10. tit. 18. p. 3. in fine, vbi Gregorius Lopez gloss. 1. & in d. l. 3. gloss. 6. totus titulus 33. lib. 9. Recop. Ioannes Garcia de nobilitate, gloss. 3. §. 1. n. 29. & gloss. 7. num. 2.

6. Id tamen quando verum sit, quod vassalli dominorum eius qualitatis esse constarent, tamen ferè ab omnibus dominis in huius rei probatione peccatum est, quia nihil amplius in iudicio deduxerunt, quam præscriptione immemoriali probare ita vfos fuisse iurisdictione ut vassalli, velut emphyteuticarij ratione soli haberentur, quod nullo modo eis prodesse potuit, sed illorum probatio ex sequentibus destruebatur.

7. Primò quoties oppida in quibus Domini iurisdictionem habent, & vassallos illorum intendunt esse *solariegos*, constat ipsa oppida antiqua esse, & multo antè fundata quàm ad dominium & iurisdictionem eius Domini peruenissent, quia tunc non potest intendi terras esse eius qualitatis de *solariego*, nam cum id supponat dominium omnium terrarum in Domino qui iurisdictionem habet, nisi constet expresse datum ei fuisse dominium omnium immobilium territorij, dici non poterit, illud ad qualitatem solarij referendum ex eis quæ notarunt Auendaño de exequendis mandatis, l. p. cap. 4. num. 6. Couarr. practicarum, cap. 37. num. 1. & facit

quod ex Baldo, Socino, Alciato, & aliis tradit Cauedo 2. p. decis. 112. num. 2. omnes terras alicuius territorij cultas & incultas præsumi oppidi, in cuius territorio sunt, & non alterius, & in terminis ut populus fundet contra Dominum iurisdictionis in omnibus prædiis sui territorij, tenuerunt Auendaño & Couarr. vbi proximè Bertrandus lib. 1. consil. 37. num. 1. & consil. 49. num. 4. Cabedo vbi proximè num. 3. & ad id referendum est quod notauit Bobadilla lib. 2. Politicæ, cap. 16. num. 52. nam quatenus tradit, Dominos quibus concessa est iurisdictione fundare in omnibus terris iurisdictionis, quemadmodum fundat Rex in terminis sui Regni, accipiendum est, ut ille tradit expresse, quoties locus ut solariegos concessus fuit & aperte in donationis rescripto id comprehensum, alias enim rectè procedit quod notauimus.

8. Idque etiam suadere videtur ex definitione vassalli solariegi, nam omnia sententia eorum qui æquales fecerunt illos, quos in Italia vocant *homines de Mansata*, quorum naturam tradit Speculator, tit. de feudis, lib. 4. part. 3. §. quoniam, super num. 37. & 38. quod etiam sentire videtur Gregor. Lopez in l. 3. gloss. 2. tit. 25. part. 4. Didacus Perez in d. l. 2. glossa 1. tit. 11. lib. 4. ordinamenti, Auendaño de censibus, cap. 12. num. 1. Azebedo ad titulum 3. lib. 6. Recop. num. 6. Ioannes Garcia de expensis, cap. 9. num. 51. & 52. & denotare videtur textus in cap. 1. de censibus ibi: *Prus mansus integer, & quod tradit Cuiacius lib. 1. de feudis, tit. 1. quamuis idem Ioannes Garcia de nobilitate, glossa 18. num. 5. aperte tradiderit, nihil ad nos & naturam vassallorum, qui dicuntur solariegi, pertinere eos qui ita dicuntur homines de Mansata: & ut percipias differentiam, nota verba Speculatoris in loco proximè citato, ibi: *Mansata est quando dominus dat alicui mansum cum diuersis possessionibus, & propter hoc ille facit se hominem domini, & ad certum seruitium tenetur, & talis dicitur homo de Mansata qui est homo ratione possessionum, persona tamen eius libera erit, & est natura seu cōditio Mansata ut alienari non possit, & quod homo se transferens aliò Mansatam amittit, ipse tamen liberabitur, & quod Mansata redeat ad dominum homine suo sine liberis decedente, & multe aliæ sunt conditiones, secundum diuersas locorum consuetudines, & contrabentium pactiones, in pluribus autem locis homo de Mansata, quidquid acquirit post adquisitam Mansatam ipsi Mansate acquirit, & quod acquirit eiusdem nature est, cuius & ipsa Mansata & de ipsa Mansata efficitur.**

Itæ enim qualitates, non conueniunt nostro,

stro, vassallo *solariego*, nam iste potest mutare locum nec etiam si decedit sine filiis, ad dominum iurisdictionis prædia redeunt, sed hæredibus legitimis deferuntur cum onere soluendi pensionem aut tributum, nec quod postea acquirit vassallus *solariegos*, Domino acquirit nec licet ad alium transeat locum amittit prædia, sed potest etiam alteri locare cum onere tributi vel pensionis quemadmodum usufructuarius potest locare commoditatem, & fructus fundi princip. instit. de usu & habitatione, Pinellus in l. 1. Cod. de bonis maternis, 2. part. num. 57. ex pluribus D. Pichard. in §. finitur de usufructu, numer. 13. & 14.

10. Sed & non posse considerari vassallos esse eius qualitatis quoties oppida iam erant fundata, & incolebantur à vicinis denotavit aperte interpretatio verbi, *solariego*, quod originem habet à tempore iurisperitorum ut constat, ex l. 2. §. si quis nemine prohibente, ff. ne quid in loco publico, ibi: *Solarium ei imponere, vectigal enim hoc si appellatur solarium ex eo quod pro solo penditur, facit elegans textus, in l. etiam, 15. ff. qui potiores, ibi: ita tamen ut prior causa sit Domini soli si non soluitur ei solarium, l. cum servus, 39. alias apud Iulianum, §. hæres, ff. de legat. 1. ibi: hæres cogitur legati prædij soluere vectigal præteritum vel tributum, vel solarium vel cloacarium vel pro aqua forma, & explicat textus, in l. 1. ff. de superficiebus, l. id est, 74. de rei vindicatione Donellus, lib. 9. commentariorum, cap. 16.*

11. Et huius tributi solarij mentionem fecerunt Rebuffus, in l. bona Ciuitatis, col. penult. & in l. stipendium vers. *solarium*, ff. de verborum significat. Othomanus, de verbis iuris verbo, *solarium*, & ex Marco Varrone, lib. 4. de lingua Latina, in principio tradit Gotofredus in notis dictæ legis, etiam esse verbum Græcum, & appellari, *locarium*, ex loco aut locatione soli & comprobatur ex nouella Imperatoris Leonis, & Cuiatio, lib. 14. obseruat. cap. 1. & cum Hortensio solarium dici quasi pro solo præstetur notauit Osualdus, lib. 9. commentariorum Donelli, c. 16. in notatis lit. C, ex Balduino, & Placeto, Caluinus, verbo *solarium*.

12. Et expressè traditur nostris legibus, leg. 3. tit. 25. partit. 4. ibi: *Solariego tanto quere de eis como home que es poblado en suelo de otro, l. 2. tit. 11. lib. 4. ordinamenti, l. 2. & 3. tit. 3. lib. 6. Recopilat. & rationem quam respicit pensionis solutur denotauit, l. 9. tit. 7. lib. 7. Recop. ut ex solo pro qualibet mensura terræ, aliquid soluatur ratione culturae & fructuum, qui ex ea percipiuntur, & hoc tribu-*

tum esse notauit Platea in rubrica, Cod. de Annis & tributis, lib. 10. ad finem eis verbis: *Vnde si fieret statutum ut pro quolibet manso terra, soluantur decem in perpetuum quolibet anno hoc est tributum*, tradit etiam glossa ibi, & in l. 1. §. 1. verbo, *pendeant*, ff. de publicanis, & vectigalibus, & in l. rescripto, §. final. ff. de muneribus, & honoribus lafon in l. Placet. 2. lectura, Cod. de sacrosanct. Ecclesiis, num. 6. & 20. & Alciatus ibi, num. 13. Otalora, de nobilitate l. p. c. 2. num. 6. Belluga in speculo Principis, rubrica 46. n. 4. & 5. & in eo quod ex voto totius Hispaniæ soluitur templo diui Iacobi Ecclesiæ Compostellanæ de quo maxima extant testimonia in Chronicis Hispaniæ, ut constat ex Episcopo Palentino de rebus Hispaniæ lib. 4. cap. 13. & ex Episcopo Tudenfi cap. 49. Ioanne Basseo, in Chronica Hispaniæ anno 825. Ambrosio de Morales l. p. lib. 9. cap. 7. Mariana lib. 7. de rebus Hispaniæ, cap. 13. & quia ex qualibet mensura terræ pensio, & portio frugum Apostolo promissa censum, & tributum soli appellant omnes Bullæ Cælestini, Innocentij tertij, & Pascalis secundij, & textus in c. ex parte de censibus.

13. Quo fit verbum, *solariego*, habuisse originem à solo velut Hispani dicimus, *solar*. cum eius Dominus alicui dedit ut plantaret vel ædificaret, & fructum vel ædificij causa pensionem solueret vel tributum, ut colligitur leg. 2. tit. 3. lib. 6. Recopil. & cum hoc magis proueniat ex solo quam ex iurisdictione euidenter conuincitur opinio Ioannis Garciae de nobilitate gloss. 18. qui tentauit ad hoc ut Domus apud nos dicatur nobilis, *de solar*. debeat habere vassallos, *solariegos*, cum iurisdictione quod rectè improbarunt Otalora de nobilitate, 2. p. c. 4. num. 10. Ioannes Guierrez lib. 3. practic. c. 16. per totum, Azevedo in rubrica ad tit. 3. lib. 6. Recopil. num. 194. cum sequent. idque experientia suadetur nam in dominatu Bizcaix vbi sunt Domus, nobiles & illustres, quas diximus, *Insançones, y de pariente mayor*, etiam si iurisdictionem non exercent sufficit tamen habere territorium, & terminum proprium in quo dominium habeant Domini eius domus quæ ex eo dici potest, *de solar*. quæ appellatio etiã referri potest ut dicatur domus nobilis generis, & stemmatis ut etiam verbum, *Lugar*, ad idem refertur, ut homo boni loci nostris legibus censeatur qui à bono genere prouenit idque & verbum, *solar*, pro bono, & nobili genere accipiendum, ut constat l. 8. tit. 7. l. 2. 19. 23. tit. 9. partit. 2. l. 5. tit. 18. l. 6. tit. 27. eadem partit. 2. l. 4. iuncta, l. 6. tit. 27. partit. 7. l. 11. 14. 27. tit. 3. lib. 6. Recop. & constat ex Chronica Generali

Generali Hispaniæ Regis Ildephonfi sapientis, cap. 48. col. 3. & 3. p. cap. 19. & 4. p. cap. 3. & Chronica Regis Ferdinandi 4. cap. 18. 20. & 30. Chronica Regis Ildephonfi 11. cap. 54. 146. cap. 166. 182. & cap. 280. quibus omnibus aperte probatur apud nos antiquitus verbum *solar* accipi pro genere, & idem dici de verbo *lugar*, & ita dicebant, *homes y canallejos de solares y logares buenos*, pro nobilioribus.

14. Ut inde etiam notemus quod supra diximus ex Marco Varrone, sibi respondere, *solarium & locarium*, cum etiam apud nos similiter accipiantur; & cum vassallus solaris dicatur ille cui data est terra, ut ibi ædificaret vel plantaret, nullo modo oppida illa tentari poterit esse solaria quæ antequam ad dominium domini perueniret, iam fundata, & incolis plena erant, quia tunc solum ea prædicta, in quibus specialiter dominus dominium consequeretur, vel ei donatum esset, acquirere posset; reliqua verò territorij prædia vel fundari potius populi & publica censerentur quam ipsius domini.

15. Secundò tunc apparet non rectè procedere probationem eorum qui intendunt loca & vassallos esse solaria quoties apparet populi consilium admittere incolas populi suo iure; nam cum vassallus solariegos dicatur is cui dominus populi solum assignat, & eum recipit ad incolatum, l. 3. tit. 25. partit. 4. l. 2. 11. & 14. tit. 3. lib. 6. Recop. & ideo si non recipiatur à domino, sed ab ipso populo, vel quando non constat dominum id prohibere, tunc potest populus recipere quem voluerit, l. 1. ibi: *recepti in ciuitatem*, ff. ad municipalem, vbi Bart. num. 16. Burgos de Paz in l. 3. Tauri, l. p. num. 367. Barbosa in l. exigere dotem, 39. de iudiciis, Maceratis lib. 2. variar. resol. 42. & iuxta textum, in l. 1. tit. 9. lib. 7. Recop. nullus Dominus vassallorum prohibere potest, nec denegare incolatum nec prohibere incolas ut mutent domiciliū, Azevedo in d. l. 1. num. 2. Burgos de Paz, in d. l. 3. Tauri, num. 514. Oterus de iure pascendi, c. 5. per totum.

16. Tertio etiam probatur non posse locum habere ius solarij in populo, vbi multa prædia sunt quæ hoc tributum non dependunt, nec constat à Domino fuisse liberatos, tunc enim non posset considerari ratio differentie, in eo qui intendit in vniuerso territorio habere ius solarij & partem liberam existere arg. l. quæ de tota, & ibi glossa, & Bartolus ff. de rei vindicatione, l. si vnus, §. si cum tibi, ff. de pactis, & argumentum efficax esse de parte ad totum, & e conuerso ex Iafone, Baldo, Cardinali, Panormitano, Andrea Siculo, & Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Tom. 1.

Felino, notarunt Euerard. loco de toto ad partem, Surdus conf. 509. num. 16. Menoch. conf. 671.

17. Maxime cum nulla possit considerari differentie ratio nam quamuis prædia fuissent Ecclesiæ adhuc onus reale, & tributum ratione loci debet solui ab ipsa Ecclesiæ, quia tunc magis pensio soli est quam Ecclesiæ, arg. l. qui in alia, §. fin. ff. de negot. gestis, ibi: *Prædio datur*, gloss. in Clement. 1. de decimis verbo, *excolendas*, cap. si tributum, 11. quæst. 1. l. de his, vbi Cinnus, & Bald. Cod. de Episcopis, & Clericis, idem Baldus in l. placet. num. 4. Cod. de sacrosanct. Ecclesiæ, & est communis opinio Canonistarum, & legistarum teste Iafone, ibi num. 20. in lectura 2. vbi Alciatus num. 13. Tiraquellus, de iure primogenituræ, quæst. 43. num. 9. & probatur, l. 11. tit. 13. lib. 1. Recop. & ideo cum ex vniuerso territorio solarij ius intelligi oporteat, ut populus solariegos dicatur quoties inuenitur aliquorum vicinorum bona, & prædia non esse subiecta huic tributo, nec aliquando dependisse, non potest nec debet locus eius qualitatis censerentur, arg. is qui ducenta, 13. §. vtrum, ff. de rebus dubiis, eis verbis: *id accidit quia significatio sumitur ex vniuerso, in quo si aliquid falsum est totam orationem falsam efficit*, ut notauit Baldus ibi.

18. Præsertim ex ordinaria iuris præsumptione bona vbi que præsumi libera, nec subiecta tributo solarij, cap. 1. §. si verum feudum, tit. si de inuestitur. feud. fuerit cōtrouersia, Roland. vol. 3. conf. 2. n. 15. Surdus, conf. 135. n. 24. & conf. 384. n. 21. & conf. 410. n. 12. & conf. 525. n. 6. Menoch. lib. 3. præsumptione 91. Seraphinus decis. 894. n. 1. D. Casanate, confil. 39. n. 1. Cassaneo, in consuetudin. Burgundiæ, rubrica 3. §. 4. n. 16. Iulius Clarus, lib. 4. sententiarum, §. feudum, quæst. 18. Thesaur. 2. p. Forensium, quæst. 89. Riccius collectanea decis. 6 p. collectanea 2434.

19. Sed etiam præsumitur bona esse potius vicinorum qui possident, quam Domini loci argum. l. cum res, Cod. de probat. l. ob maritorum, Cod. ne vxor pro marito, Aretinus, in l. 1. in principio de acquir. possessione & confil. 15. Socinus Senior, lib. 1. conf. 127. n. 4. & 5. Henricus Buic. in cap. si diligenti. n. 3. de præscript. ex Ruino, Afflicto, Cephalo, Craueta, Rolando Puteo, & aliis Menoch. lib. 3. præsumpt. 100. num. 5. probat non præsumi feudo vel tributo subiecta prædia, quæ sunt intra territorium, nec alterius esse dominium directum quam eius qui possidet.

20. Nec obstat quod ex Casaneo vbi supra, 20. rubrica 9. §. 4. vers. aliquando, Antonio Gabriele,

brielle, titulo de præsumptionibus conclus. 9. n. 13. à quo mutuauit Menochius, lib. 3. præsumpt. 100. n. 18. Mieres, 4. p. de maioratibus, quæst. 20. n. 54. vt licet duo vel tres vicini non soluunt tributum solarij, vel census, adhuc non minus locus solariegus dicatur quia Dominus habet fundatam intentionem adiuncto eo quod notarunt, quoties maior pars territorij apparet feudalis præsumitur reliquam partem esse eiusdem qualitatis, cap. 1. de controuersia inter masculū & feminam, vbi Ifernina num. 6. Baldus 3. & Alborotus, n. 1. Surdus, conf. 135. n. 96. Menoch. lib. 3. de præsumptionibus præsumpt. 91. n. 52. Mascardus, conclus. 79. n. 17. & 24. Henric. Rosental. de feudis, cap. 12. concl. 15. ex nu. 1. vbi lit. A, & B, plurimos refert quippe hoc procedit, cum vltra liquido apparet loci concessionem ea qualitate factam, vt solarium in toto territorio concederetur, non vero quando nullo priuilegio aut titulo edocto solū ex probatione, & vsu velit Dominus probare ius solarij, quia tūc quidquid probatio suadere potest prædictæ præsumptiones validæ excludunt.

21. Præsertim vt inuenimus in plurimis locis intra bona propria maioratus, ipsius Domini loci esse plura prædia quæ tributū non pendebant, & cum in iure præsumatur omne quod est intra limites bonorum maioratus ipsius maioratus esse, Socinus, vol. 2. conf. 166. col. 2. vers. 3. conclusio, Curtius Iunior, conf. 140. n. 10. Brunus, conf. 127. n. 7. Surdus, conf. 135. n. 42. Vvesembachius, conf. 4. n. 70. & 71. Menoch. lib. 3. præsumpt. 91. n. 56. Mieres de maiorat. 4. p. q. 20. num. 1. & 2. & cum habens pro se præsumptionem Domini loci adhuc passus fuerit ea prædia quæ intra limites fuerint bonorum sui maioratus, nihil soluere tributū vel census aperte suadetur ea bona libera & numquam solario tributo subiecta fuisse.

22. Quarto excluditur ius solarij similiter quoties vt in pluribus, cōstitit vicini prædia sua libere vendere & permutare possent absque eo quod egerent Domini licentia, nec Dominus aliquando prohibuerit, quia de natura territorij solarij est, vt vassallus non possit vendere prædia sine licentia Domini dict. l. 3. tit. 25. partit. 4. ibi: *Mas no pueden enagenar auel solar*, & ibi Gregor. Lopez, gloss. 4. l. 2. tit. 3. lib. 6. Recop. vbi Acebedo tradit. *Vnde ex dictis ad probandum per Dominum vassallos suos, esse solariegos articulandum est & probandum, quod vassalli numquam aliquid vendiderunt sine Dominorum licentia*, idque multis cōfirmat Burgos de Paz conf. 16. n. 4. Ioannes Garcia, de expensis,

cap. 9. n. 60. Auendaño de censibus, c. 12. n. 10. vers. *sed hoc est intelligendum*, Cancerius, 3. p. variarum resolut. c. 40. n. 60. in fine vnde in eis locis in quibus Dominus id non probauit, verum etiam expresse fatetur vassallos suos facere posse venditiones, & permutationes bonorum sine licentia Domini aperte constat deficiente prædicta qualitate quæ adeo necessaria est, nullatenus dici posse vassallos esse solariegos, ex eis quæ notarunt Greg. Lopez, in dict. gloss. 4. Acebedo, in l. 2. num. 5. Didacus Perez, in l. 2. tit. 1. lib. 4. ordinamenti gloss. 1. Mieres, dict. 4. p. quæst. 20. num. 102.

Nec difficultatem elidere poterunt Domini vassallorū eo quod intēdant, vt quamuis in hoc quod pertinet ad venditionē bonorum deficiat ius solarij ex consuetudine vel præscriptione quam contra Dominum obtinuerūt vassalli, aut ex pacto cum eo quia licet specialiter in hoc casu deficiat ius solarij, adhuc tamen vniuersaliter in reliquis omnibus conseruatur argum. cap. vnici de feudo non habente propriam naturam feudi iuncta interpretatione Baldi, & Albaroti & ex dicta l. 2. tit. 11. lib. 4. ordinamenti dictæ leg. 2. tit. 3. lib. 6. Recopilat. iunctis quæ notarunt Acebedo, ibi, num. 4. Barbacia, lib. 4. conf. 54. col. 6. vers. *nec obstat cum opponitur*, Burgos de Paz Iunior in quæstionibus ciuilibus, quæst. 2. num. 126.

Nam hæc omnia non poterunt difficultatem excludere quippe hanc facultatem vassallorum, vendendi prædia sua numquam est allegatum à Dominis procedere ex consuetudine, præscriptione aut cōtractu cum ipsis facto, & Dominus ipse qui vult excludere prædiorum libertatem ex consuetudine, vel præscriptione, debet eam probare, vt ex Bartolo, Panormitano, Baldo, Bursato, Natta, Craueta, & aliis pluribus Mascardus de probat. conclus. 1218. n. 1. & 2. & conclus. 1220. & 1221. n. 22. & conclus. 1357. n. 13. & non probata consuetudine pacto vel præscriptione alienandi prædia sine licentia Domini, res non ex accidenti sed naturaliter censenda, nam vltra quod diximus supra bona præsumi libera semper naturalis causa accidentali præfertur, §. fed & illud instit. de adopt. l. tutor, §. quæ tutoribus, de excusat. tutor Bald. in auth. ex testamento, Cod. de collat. & in authent. similiter, Cod. ad legem Falcidiam. Decius, conf. 120. n. 4. Alciatus, lib. 9. Responso 213. n. 13. Cephalus, consil. 216. num. 6. Mantica de coniecturis vltimar. voluntat. lib. 6. c. 3. n. 18. ac perinde numquam credi oportet, non probata cōsuetudine, præscriptione vel pacto, ex his prædiorum Dominos

minos ea potuisse alienare, sed ex naturali facultate disponendi de rebus suis, ac perinde non posse considerari bona subiacere tributo solarij vbi deficit hæc qualitas, quæ maximè necessaria.

25. Quinto etiam excluditur nam cum tributum hoc solarij existimatur velut census perpetuus soli, & sapit naturam Emphyteusis, & ita communiter appellant Doctores qui hac de re gerunt, & notauit Aluarus Valascus, de iure Emphyteutico, quæst. 32. num. 11. & in terminis solarij antiqui apud iurifconsultos vt emphyteusim omnino saperet, ex Antonio Fabro, de erroribus pragmaticorum decade 63. errore 9. tenuit Osualdus, Illigerus ad Donellum lib. 9. comment. cap. 16. in notatis, lit. D, & quoties constat prædia alicuius loci vinculo, & fideicommissio perpetuo subici, idque passum fuisse dominum territorij argumentū validissimum est non posse prædia iudicari subiacere tributo solarij, nam iuxta opinionem veriorem Doctorum Emphyteusis non potest maioratui subici vt impediatur alienatio ex præiudicio Domini directi ex quo debetur decima quando venditur, & tunc Dominus habet retractum rei oblatum eodem pretio, ac perinde certum est rem Emphyteuticariam, non posse comprehendere fideicommissio perpetuo, quo alienatio prohibeatur in tam graue Domini directi præiudicium, Alciatus conf. 258. num. 16. cum Speculatore Baldo, Felino, Decio, & Aufserio probauit Gamma decif. 70. & ita testatur iudicatum fuisse in maioratu de Doliueira contra Alexium de Sousa, & in alio Sebastiani de Macedo, de eadem re, num. 2. refert Curtium Seniore, Guillelmum Benedictum, & alios tener etiam Alex. conf. 9. num. 3. Cauedo decif. 130. num. 3. vbi probat non esse maioratū Emphyteusis sine consensu Domini directi, & ita pro hac opinione iudicatum in pluribus iudiciis in congregationes Misericordiarum oppidi de Torres nouas, & in causa fiscali cū Roderico de Figueredo, & in lite confraternitatis Sanctæ Virginis de Valparaiso, & Monasterij Sanctæ Claræ Vlisiponenfis, refert Melchior Phæbo, r. p. decif. 5. per totam aliàs plures Doctores adducens eiusdem sententiæ quam num. 4. veriorem censet.

26. Et in bonis feudalibus, quorum imaginem habent bona solarij vt supra ex Speculatore, titulo de feudis, lib. 4. p. 3. §. *quoniam super homagis*, n. 37. & 38. & feudi non posse constitui maioratum tenuerunt Menoch. in tribus consiliis, Hippolytus Riminaldus, Mantica, Aluarus, Valascus, Turretus, Iulius Clarus, Bursatus, & alij quos refert Flores Diaz, de Mera, ad decif. 70. Antonij Gamæ, & Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fife. Tom. I.

non posse fieri maioratum rei Emphyteuticæ tenuerunt etiam Massarius, Pater Molina, Lara, Rodriguez, Thesaurus, Sanchez, & aliis quos nouiter refert additio ad Molinam lib. 2. de Hispanor. primogeniis, cap. 10. num. 71. & 72.

Nec id turbabit quod tradit Auendaño 27. de censibus, cap. 12. num. 4. constituens differentiam inter Emphyteusim, & solariegum nam quamuis regulariter Emphyteusis formetur ex terra inculta quæ dari solet ad culturam, plantationem, & meliorationem, potest tamen à principio creati ex aliis rebus immobilibus, vel solo coherētibus veluti domibus, molendinis, & aliis similibus absque eo quod præcisè sit danda terra vel locus eremus sine vlla obligatione poblacionis (vt sic loquamur) solariegus vero census, à principio, non constituitur nisi habita principali consideratione ad ædificium, vel poblacionem licet postea alius in eodem censu succedere possit cum ædificiis à principio factis.

Hæc enim traditio Auendañi aperte inutilis est, & apparet quippe quemadmodum ipse fatetur regulariter Emphyteusim respicere dationem terræ incultæ ad meliorationem etsi possit Emphyteusis fieri de terra cui ædificium iam impositum est, nec poterit ex eo negari Emphyteusim esse quando terra datur ad ædificandum quod sufficere vt Emphyteusis similem iudicemus censum solariegum quemadmodum etiam ex eiusdē Auendañi sententia etiam si ædificio imposito, vassallus reci peretur ad domum, census, & vassallus solariegus diceretur; & cum eadem ratio in hoc casu procedat quia æque militet dominium directum, & eius qualitatis, idem quod in Emphyteusi in censu solariego dicendum est arg. l. illud, ff. ad legem Aquiliam facit l. cum qui, §. pro parte, ff. de his quibus vt indignis, ibi: *Nec enim rationem iuris ac possessionis varietatem inducere diuisionem voluntatis*.

Et quemadmodum maioratus rei Emphyteuticæ, & quæ subiacet censui solariego fieri non potest, ita similiter sine consensu Domini non possunt bona solarij Ecclesiæ Capellæ vel alteri loco sacro applicari cum vt Ecclesiastica prædia illa non possint alienari, ita tenuit Gamma decif. 228. num. 3. eis verbis: *Vnde subintrat decisio singularis in iure quod Emphyteuta non potest constituere vinculum maioratus in re Emphyteuticaria, sine consensu directi domini maximo quando illud vinculum fit Capelle, vel Ecclesiæ vel alteri loco sacro*, ad hoc ponderabat textum, in cap. vnico vers. si vero in titulo de Alodiis in vssibus feudorum, & in c. 1. vers. vel pro anima

iudicare in tit. de prohibita feudi alienatione per Federicum quod tenet Baldus in c. vnico de allodiis, num. 16. ac perinde quando constat, plura prædia in aliquo loco esse assignata Ecclesie, Capellaniis vel Monasteriis si nõ apparet id factum voluntate domini denotat non esse in his prædiis ius solarij, nam quamuis illud tributum transeat ad Ecclesiam, ratione soli non potest tamen in eam transferri illud quia inalienabile redditur, cum ab Ecclesia possidetur, & tunc maximum sit præiudicium directo dominio vt supra annotauimus.

30. Sexto etiam excludit ius solarij quando tantummodo ex probatione voluerit Dominus in eo obtinere nam cum hic census solariegos speciem habeat Emphyteutici non aliter probabitur quam instrumento facto quia alio modo non valet, l. 1. Cod. de iure Emphyteutico, ibi: *scriptura interueniente*, glossa verbo, *alienationis*, & verbo, *scriptura*, & ibi communiter Bartolus, Baldus Alex. Iason. & omnes Afflicti decif. 72. num. 7. Salicetus, Campegius, Hippolytus de Marsiliis, & alij quos refert Mascardus de probat. conclus. 1324. num. 9. & in terminis quomodo prebandum ius solarij notauit Mieres, 4. p. de maiorat. quæst. 20. num. 8. ibi: *Quod ex fundationis scriptura constare debet aliquod locum solariegos esse*: Et de iure Regni, l. 28. tit. 8. partit. 5. vbi Greg. Lopez, gloss. 7. l. 3. tit. 14. partit. 1. Molina de Iustitia & Iure disp. 447. vbi alios refert, & Antonius Gomez tom. 1. variat. cap. 3. num. 16. nam cum hoc tributum Emphyteutis velut seruitus prædialis censetur, & habet qualitates ex quibus cognoscitur non potest rectè de his costare per testes, & ideo regulariter non probari nisi per scripturam tenuit Iulius Clarus, receptarum sententiarum, §. *Emphyteusis*, quæst. 4. pluribus Sturdus quæst. 84. nu. 1. & decif. 10. Guido Papæ decif. 24. Cacherano decif. 52. Viuio decif. 240. Milanensis decif. Siciliæ 1. lib. 1. Cæsar Barcio decif. 50. Alvaro Valasco, & alij quos refert Riccius 6. p. collectanea 2147. Ceuallos. practicarum, 1. p. quæst. 356. communiter Doctores, in cap. potuit de locato, & in l. 1. C. de iure Emphyteutico vbi Iason num. 16. tradit hoc ideo fieri quia contractus Emphyteuticus, habet certas formas & conditiones, videlicet referuatio directi Dominij, solutio certæ pensionis & laudemium, & inde cognoscitur vtrum sit contractus Emphyteuticus ideo necessaria scriptura, quod omne similiter procedit in censu solariego quia istæ omnes qualitates inueniuntur & etiam ne possit vendi vel maioratui subici, sine licentia Domini, & aliæ

circumstantiæ multoties concurrunt, de quibus nõ possunt rectè testes deponere absque instrumentis, vltraquam scriptura necessaria est propter calumnias, & memoriam hominum labilem, vt in l. 1. tit. 7. lib. 5. Recopilat. Matienço ibi gloss. 2. & 5. Antonius Gomez, in l. 41. tauri, num. 3.

Quo fit vt cum nullo modo appareat aliqua scriptura probari censum solariegos constitutum in prædiis alicuius loci, non debeat sufficere nuda probatio, quæ sæpe fallax esse potest, vel quoties quæ prædiximus interuenerint ius solarij non rectè potuisse probari.



ALLEGATIO XLVII.

Crimen repetundarum quando procedat in iudice, & officiali qui cum effectu non recepit.

1. *Anaritia iudicum magna Reipublice pestis.*
Crimen repetundarum apud omnes gentes variis pænis punitum.
2. *Repetundarum criminis pæna capitalis.*
l. lex Iulia, 7. §. fin. ff. ad legem Iul. repetund.
l. vltima, Cod. de pæna iudic. qui male iudic.
l. iudicis, Cod. de dignit. lib. 12.
Codicis Theodosiani, l. 1. c. de offic. Reçt. Prou.
3. *Delatores corruptela iudicium præmiis afficiebant Romani.*
4. *Iudices corrupti plus pecant quam latrones publici.*
5. *Pæna criminis repetundarum post mortem transit ad heredes.*
l. ex iudiciorum, 20. ff. de accusatoribus.
l. datur, ff. de lege Iulia repetund.
l. sciant iudices, Cod. ad l. Iul. repetund.
l. vlt. ff. ad Iul. pecul.
l. 8. tit. 1. p. 7.
Mortui solent puniri vt viui terreantur.
6. *Iudices munera accipere non posse pluribus probatur.*
7. *c. 16. Deuteronomij.*
8. *Oscas Propheta explicatur à Marliano.*
9. *Exempla Principum qui iudices corruptos punierunt.*

10. Le

10. *Lege duodecim tabularum pæna capitulis plecebatur Iudex pecunia corruptus.*
Hispano iure priuatur officio, & in duplum quadruplum vel septuplum condemnatur iudex vel officialis corruptus iuxta recepti qualitatem.
l. 1. tit. 6. l. 5. tit. 9. lib. 3. Recop.
11. *Repetundarum criminis, etymologia Cohecho, & Barateria etymologia.*
l. 6. tit. 9. lib. 6. Recopil.
12. *Pænam cogitationis nemo meretur.*
l. cogitationis, 18. ff. de pænis.
l. 1. §. 1. ff. de furtis.
l. si quid fur. ff. de furtis.
l. 1. in fine, ff. quod quisque iuris.
Affectus delicti puniendus cum procedit ad actum externum.
l. quisquis, Cod. ad legem Iul. Maiestiat.
l. si quis non dicam rapere, C. de Episcopis, & Clericis.
l. 1. §. Diuus, ff. ad legem Cornel. de sicariis.
l. is qui cum telo, C. eodem.
l. 1. tit. 21 lib. 8. Recopil.
l. 1. ff. ad leg. Pompeiam de Parricidiis.
l. 12. tit. 8. p. 7.
13. *l. si quis fin. ff. de rerum diuis.*
l. quod si ab initio, ff. si cert. petatur.
l. 1. ff. de leg. 2.
l. si conuenerit, Cod. finium regundorum.
14. *Affectus in delictis atrocioribus punitur quamuis non pæna ordinaria sed extraordinaria.*
15. *Magistratus de corruptela tenetur licet donum non acceperint sed solum promissionem.*
Authentico nouo iure, C. de pæna iudicis qui male iudicauit.
16. *Corruptus dicitur iudex cui solum aliquid promittitur.*
l. 6. tit. 4. p. 6.
17. *Promissum idem est, quod datum quia promissum est debitum.*
l. fin. Cod. ad leg. Falcidiam.
l. 1. tit. 6. lib. 3. Recopilat.
l. 6. tit. 9. lib. 3. Recopil.
l. imperatores, ff. de iure fisci.
18. *Corruptus iudex censetur etiam si recepit pro iudicando in bona causa.*
l. vt putat, 2. §. sed si dedi cum l. sequenti, ff. de condit. ob turp. causam.
19. *Datum iudici vt in causa iusta iudicet, condici non potest ab eo qui dedit.*
20. *Pæna eadem est corruptentis iudicem, & corrupti.*
l. 26. tit. 2. p. 3.
21. *Verbum, non potest, inducit incapacitatem.*
l. 56. tit. 5. lib. 2. Recopil. & num. 34.
22. *§. alteri institut. de inutilibus stipulatio.*
l. 1. tit. 21. lib. 9. Recopil.
l. 11. tit. 7. lib. 7. Recopilat.
l. non potest, ff. de furtis.
23. *Filij spurij qui contra legem succedunt in bonis Patris an teneantur ea restituere.*
l. 6. & 7. tit. 8. lib. 5. Recopil. & n. 37.
24. *Datum contra legem retinere non potest.*
l. non dubium, Cod. de legibus, & n. 38. & 39.
25. *Magistratus, & officiales in receptione, ad muneris exercitium iurant in Hispania legum obseruantiam.*
26. *Iudices, & officiales restituere in foro conscientie teneri quod contra leges receperint qui tenuerunt.*
27. *Nullus tenetur se ipsum prodere.*
c. quis aliquando de pænit. distinctione 1.
c. cum secundum leges de hereticis, lib. 6.
c. licet Episcopus, de prabendis, lib. 6.
c. perpetuo, cap. commissa, 35. de electione.
l. fin. §. fin. vero, Cod. de iure deliberandi.
l. eius qui delatorem, ff. de iure fisci.
28. *Facta plura sustinentur licet fieri prohibeantur.*
l. Patre furioso, ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.
29. *Dominij acquisitionis prohibitio nec restitutio non inducenda à lege vbi non exprimitur.*
c. statutum, 11. vers. si quid autem de rescript. lib. 6.
30. *Verba, non possit, non semper in legibus Hispanie annullant contractum vel impediunt Dominij translationem.*
l. 12. tit. 18. lib. 5. Recopil.
l. 5. & 15. tit. 18. lib. 6. Recopil.
31. *l. 18. ad finem tit. 2. lib. 3. Recopil.*
32. *l. 9. tit. 8. p. 1.*
33. *l. 8. tit. 7. lib. Recopil.*
34. *Verbum, præcipimus, in præceptis Ecclesiasticis inducit peccatum.*
Verbum, mandamus, in legibus non inducit peccatum.
Verba ex Regionis consuetudine interpretanda.
35. *Possidens melior conditio in pari turpitudine.*
l. Vbi, l. penult. ff. de condit. ob turp. causam.
l. iuris gentium, §. si ob maleficium, ff. de pactis.

T c 3

c. in

- c. in pari de reg. iuris lib. 6.*
36. *Iudices non teneri restituere in foro conscientia munera quæ receperunt ex pluribus probatur.*
37. *Filius spurius qui contra leges obtinet hereditatem paternam tenetur restituere venientibus ab intestato.*
38. *Lex quæ annullat actum an eo ipso obliget ad restitutionem in foro conscientia.*
39. *Lex quæ prohibet actum, & poenam adiungit non obligat ad restitutionem ante iudicis declarationem.*
40. *Retentio facilius admittitur quam adquisitio.*
l. per retentionem. C. de usuris.
l. pluribus de verb. obligatio.
l. 2. C. de fidei commissis.
41. *Iuramentum assumet naturam actus cui adheret.*
l. 3. tit. 3. lib. 3. Recopil.
l. fin. Cod. de non numerata pecunia.
l. sed et si possessori, §. item si iurauero ff. de petit. heredit.
42. *Pactum quod non expressum non presumendum.*
Lex poenalis non obligat in conscientia ante condemnationem.
Pœna conuentionalis non obligat in conscientia antequam coram iudice petatur & condemnetur.
Dominij incapacitas & eius translatio non inducenda ex legib. que non exprimunt.
l. unica, §. si autem ad deficientis, C. de caducis tollendis.
c. ad audientiam de decimis.

De crimine repetundarum, & an locum habeat quando conuenit Magistratus, aliquid ei dandis pro iustitia administratione, si cum effectu nõ recepisset, pro explicatione legis prima tit. 6. lib. 3. & l. 1. tit. 21. lib. 9. Recopilat. qua loquitur in calculatoribus, & aliis officialibus senatus Regalis Patrimonij.



CRIMEN repetundarum grauissimum semper visum est, nam iustitia quæ constans & perpetua esse debet, princip. instit. de iustitia & iure, in totum eueritur si iudices fordida auaritia inquinentur, & eius effectui turpiter cedat, quid enim tutum si muneribus via sternatur? quid pu-

rum si donis contaminetur? Vnde quia maximè Reipublicæ interest iudicum constantia, & integritas, ferè apud omnes gentes variis legum decretis huic morbo medela adiuncta & exitiali veneno iustitiæ, & diræ pesti Reipublicæ poenarum antidotum præparatum, vt variis exemplis probauit, Bobadilla lib. 2. Politicæ, c. 11. & 12. per totum ubi ferè omnia videtur cumulasse per 84. numeros, & lib. 5. c. 1. n. 232. & quamuis omnia præuideat, vt ferè nihil addendum relinquat, tamen vltra ex Euripide, Sophocle, Menandro, Siluestrio, Cornelio Tacito, Plutarcho, Clemente Alexandrino, Lactantio Firmino & aliis, Ioannes Coquier, lib. 3. aphorismorum Politicorum, cap. 19. ex variis sacre Scripturæ locis & Cicerone, Valerio Maximo, Eutropio, Læpidio, & Ælian Mattheus Tympus, in speculo boni Magistratus, signo 15. & cum Stobio, Cuspiano, Niceta, Cedreno, Zonara, Aulo Gellio, Sabellico, & aliis idem Tympus, 2. p. signo 28. ex Suetonio, Petro Ærodi, Niceo, Plinio Iuniori, Diodoro Siculo, Alexandro ab Alexandro, Bonfinio, & Gifelino, Theatrum vitæ humanæ vol. 18. lib. 5. pag. 349. Lambertus Darius in Thesuro Aphorismorum, & Platone aphorismo 10. ex Xenofonte, Tiro Liuiio, Paulo Iouio, Hermolao Barbaro, & aliis Nicolaus Bello, de statu Politico, lib. 3. discursu 31. lib. 5. discursu 11. vers. 6. Adamus Contzen, lib. 9. Politicorum, cap. 8. §. 3. eleganter pluribus locis sacre Paginæ, D. Isidori, Cypriani, Augustini, & Thomæ, Platonis, Tertulliani, & aliorum Magister Marquez, in Governatore Christiano, lib. 1. c. 20. ad finem, alia cumularunt Mastrillus de Magistratibus, lib. 6. c. 8. & nouiter Carleualtus, de iurisdictione, q. 1. num. 5. & addenda quæ nouissime ex Aristotele, Plinio, Seneca, Tertulliano, D. Thoma, Abulensi Lira, Caietano, & aliis pluribus notauit Pater Velasquez de optimo Principe, lib. 2. adnotatione 22.

Et valde notanda sunt verba Ciceronis, 2. lib. 4. in Verrem, ibi: *Non flagitiosum tantum sed omnium rerum turpissimum maximèque nefarium mihi videtur ob rem iudicandam pecuniam accipere, pretio habere addictam fidem & religionem, & idem Cicero, lib. 2. officior. turpissimum tradit crimen sceleratum, & nefarium eis verbis: habere enim quæstui Reipublicam non modo turpe est, sed sceleratum etiam & nefarium, & facit Ouid. lib. 1. Amor. elegia 10.*

Non bene conducti vendunt periuria testes.

Non bene selecti iudicis arca patet.

Turpe reos emptæ miseros defendere linguâ,

Quod faciat magnas turpe Tribunal opes.

Et aliquibus legibus poenis capitalibus hoc crimen

- crimen puniri iubetur, l. lex Iulia 7. §. si. ff. de lege Iul. repetund. l. vlt. C. de poena Iudicis, l. Iudices, C. de dignit. lib. 12. & in C. Theodosiano, l. 1. de officio Rectoris Prouinciæ, & poena etiam Capitulis iniungitur Prouinciariû Rectoribus, qui leuia munuscula & genia à Rusticanis extorserint vel acceperint vt exinde vltimo subiugentur exitio quæ sunt verba l. 1. C. de damnat. pronunt. infingend. Codicis Theodosiani, & ex lege decemviri de qua Gellius lib. 20. noctium Attic. c. 1. poena mortis plecebantur.
3. Quod adeo Romani curarunt, vt quamuis aliis delatores inuisos haberent, vt ex Martiali, Lipsio, Radero, & à nostro erudito D. Ramirez, Brodeo, Suetonio, Xiphilino, Brisonio, Menochio, & D. Amaya ego probaui 1. part. decif. Granat. 27. num. 18. tamen delatores corruptelæ Iudicum præmiis afficiebant, vt ex Dione Cassio tradit Langleus lib. 6. semestrium, cap. 1. ex Tiberio Deciano Farinacius 3. part. crimin. quæst. 111. num. 102.
4. Et iuste quidem, vt hæc Reipublicæ, & Iustitiæ pestis exterminetur: nam Diuus Hieronymus in Sophocle Lupos Vespertinos, qui noctibus comedunt, & in mane nihil relinquunt, hos Iudices corruptos appellat, & Lucas de Pena in l. Iudices, Cod. de dignitat. plus eos (inquit) delinquere, quam publicos latrones, cum hi suo periculo in campis rapiunt, illi autem, qui ex iuramento tenentur non furari, imo aliena furta punire calcatu iuramento subditos spoliant, quos vindicare tenentur, & legis autoritate, seu fauore grauantur, refert Mastrillus lib. 6. de Magistr. cap. 8. num. 44.
5. Vnde non solum in vita, sed etiam post mortem huius criminis repetundarum poenam, vt lætæ Maiestatis ad hæredes transire admiserunt Romani l. ex iudiciorum 20. ff. de accusat. l. datur 2. ff. de l. Iul. repetund. l. sciant Iudices, Cod. eodem, l. vit. ff. ad l. Iul. pecul. l. 8. tit. 1. part. 7. cuius ratio est, vt deterreantur à tali flagitio, qui timerent post mortem etiam improbitatis infamiam extare, vt ex Plauto obseruat Osualdus ad Donel. lib. 8. comment. cap. 8. in notat. lit. X X, eis verbis: *hominum immortalis est infamia, & etiam tuæ viuit, cum credas esse mortuam, & vt ex Quintiliano declamat 274. refert Æneas Robertus lib. 1. rerum Iudic. cap. 10. non satis putarunt maiores eas poenas constituere, quas possit aliquis excipere in vita, multos magis tangit sepultura ad cogitationem post se futurorum plerique grauius mouentur. Et ex Oprato Mileuitano refert idem, vt verreatis vinos male tractetis, & mortuos. Et vltra præ-*

dicta poenas pecuniarias huius criminis trāsire ad hæredes Doctores post glossam in iuribus suprâ relatis Baldus in l. 1. Cod. ad leg. Iul. repetun. & esse communem opinionem notarunt Rolandus à Valle de inuentariis, n. 1. Matienzo in dialogo relato, 3. part. cap. 25. num. 11. Decianus lib. 8. crimin. cap. 38. num. 37. Bobadilla dict. lib. 5. cap. 1. num. 38. Fachineus lib. 9. controuerf. cap. 5. Caldas in l. vnica, Cod. ex delict. defunct. 4. part. num. 32. & 5. part. num. 2. & 16. Peregrinus de iure fisci, tit. 5. num. 31. Farinacius 1. part. crimin. quæst. 10. num. 71. Gabriel Berarr. in speculo visitation. cap. 1. num. 2. l. Lidama lib. 3. benedictorum, cap. 1. Æneas Robertus ubi proximè, Ant. Fab. lib. 7. coniect. cap. 20. Herodius lib. 9. rer. iudic. tit. 3. c. 10. & 12. Rodolphus Fornerius lib. 3. rer. quotid. cap. 17. Langleus ubi suprâ dict. cap. 1.

Et præter supra adductos de sententiis largitione Iudicibus corruptis, & de muneribus ab eis non accipiendis videndi sunt Menchaca lib. 2. controuerf. vsu freq. cap. 37. plures, quos refert Farinacius dict. quæst. 111. num. 124. 197. & num. 251. Didacus Perez in l. 40. gloss. vnica, tit. 14. lib. 2. ordinam. Matuardus Fregerus lib. 2. de infamia, cap. 14. Gerardus Mainardus lib. 4. decif. 80. Narbona pluribus relatis in 3. part. Recopil. in l. 3. tit. 7. gloss. 3. & gloss. 6. per totam, Couar. in regul. peccatum 2. part. §. 2. per totum, Caltadinus de syndicato, quæst. 98. Philippus Testai allegat. 9. num. 111. Boherius decif. 253. num. 2. Capiblanco de Baronibus, pragmat. 4. num. 17. Sese decif. 214. num. 1. Horatius Carpanus ad statut. Mediolan. 2. part. c. 40. num. 48. & cap. 41. num. 2. ubi adducit Iulium Clarum, Capicium, Bonacosiam, Bossium, & alios Osualdus ad Donellum, lib. 14. cap. 25. Pater Molina tom. 1. de iustit. & iur. tract. 2. disput. 82. vsque 93. Gabriel Vazquius in opusculis tract. de restitut. cap. 7. dubio 9. Petr. Greg. lib. 2. de Repub. cap. 6. Simancas lib. 6. de Republic. per totum, Anron. de Gueuara in Horologio Principis, lib. 3. cap. 6. Liborius lib. 2. disquis. Politicæ, cap. 28. Langleus dict. lib. 6. cap. 1.

Sed ex sacra Scriptura lib. 1. Regum, cap. 7. 8. probauit Iosephus lib. 5. antiquit. cap. 3. & idem rectè comprobatur ex Samuele lib. 6. antiquit. cap. 5. & de exitiali damno corruptelæ Iudicum, & munerum receptione, qua sapientia, & iustitia omnino perit, & in totum ruit pro omnibus sufficiat locus Deuteronomij, cap. 16. ibi: *quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum.* quibus addendum est, quod notauit Carolus Scribanus in Politico Christiano, lib. 2. cap.

cap. 9. eis eruditissimis verbis: *Dei verba sunt, quid cecitate miserius? à numeribus cecitas mata, fuge munera, quisquis oculos amas, cecitatem aueraris, nec plebcios tantum oculos, sed sapientum excacant munera, quid facient in aliis, non exoculabunt tantum, sed periment: ea vis munerum, nihil inexpugnatum, nulla robora, nulla propugnacula, arma nulla inaccut- que horum dextera, quacumque prope omni sa- culo magna & valida integri exercitus re- gna tota, Orbisque quæ patet Magni Imperia. Babilonem cogita, & equatas nubibus arces, aut superstantes etiam, & superbo vertice quidquid infra calum est vincentes, aut è soli- darupe excisas, aut toto Oceano natantes, si qua via auro est, vicisti, tanta vis auri est, quid? quod nihil illi inaccessum, nihil ille sum.*

8. Nec omitti etiam potest locus Marliani, qui & Carolus Scribanus à nonnullis ex notatis adducitur, iste enim in theatro Poli- tico, cap. 9. pag. 103. vt interpretetur prophe- tam Oleeas, ita inquit: *Non est veritas, non est misericordia, non est scientia in terra, maledi- ctum, mendacium, homicidium, furtum, adulterium inuenerunt, sed quæso, unde tot mala? sanguis sanguinem tetigit, cur Regna euertuntur? Cur bona Reipublicæ dissipantur? Cur tot ciuitates exterminantur? Cur solo æquantur? Quia equi- tatis inuertitur ordo, siquidem iudices sanguini tantum, & auro inhiuientes, nõ quod ius exigit, hoc decernunt, sed quo cupiditas impellit, eo de- flectunt, sicut enim imposta humeris onera de- primunt, & ad terram flectunt etiam validis- simos, ita animi licet erecti munerum ponde- re incuruantur, mollescunt duri, liquefcunt soli- di, subidunt robore pleni, reliquisque inuicti vi- tiis, auro victi iacent.*

9. Addeque quæ pro execratione, punitio- ne, & probatione Iudicum corruptelæ ex Aristotele, Herodoto, Cicerone, Valerio Maximo, Diodoro Siculo, Celio Rodigi- nio, & aliis notauit Couarr. in reg. possessor, 2. part. §. 3. num. 1. ex Plinio, Aulo Gellio, Alexandro ab Alexandro, & pluribus Do- ctoribus cumulauit Menoch. lib. 2. de arbi- trariis, centuria 4. casu 342. per totum, vbi re- fert, quod à Cambyse, Dario, Iulio Cæsare, Alexandro Seuero, & aliis contra Iudicem corruptum factum fuit, & videndi Mascar- dus de probat. conclus. 164. cum duabus fe- quentibus, Tiber. Decianus lib. 8. crimina- lium, cap. 33. & sequent. Farinac. 3. part. prax. crimin. quæst. 111. per totam, Cauellus reso- lut. crimin. casu 195. Ofascus in proœmio, decis. num. 5. Mastrillus de Magistratibus, lib. 6. cap. 8. num. 11. & 35. Sesse post tractat. de inhibition. in responso Syndicatus, num. 7. 8. & 43. Auendaño 1. part. Prætor. cap. 2. nu-

mero 18. Giurba consil. 72. numero. 13.

Ex quibus colligitur iustissimè legibus 10. variis pœnis hoc crimen coerceri, vt constat ex titulis ad legem Iuliam repetundarum, & tit. Cod. de pœna Iudicis, qui malè iudicauit, & legibus 12. tabularum pœnam fuisse, vt ca- pite mulctaretur Iudex, vel Arbitrator pecu- nia corruptus ex aliis, relegationis, & exau- ctorationis suplicium irrogatur, aliqui arbi- trariam pœnam dicunt, vt eos referens Me- nochius dict. casu 342. per totum, & supra relati ex iure Regni est pœna priuationis officij, & cum duplo, vel septuplo acceptum restituunt, l. 1. tit. 6. l. 5. tit. 9. lib. 3. Recopil. & vltra arbitrio Principis puniuntur Iudices corrupti, & videnda, quæ ex Baldo, Alberico, Platea, Puteo, Auilefio, Auendaño, & aliis nouiter notauit Calderinus in epitome legum pœnialium, 2. part. cap. 32.

Et nominis Hispani *cocheo*, & *barateria*, 11. eruditè etymologiam desumit D. Franciscus de Amaya in l. fin. Cod. de iure fisci lib. 10. num. 21. & 22. & de verbo *cocheo* Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. §. 1. num. 16. Couar. in thesaur. linguæ Castellæ, & repetunda- rum iudicium dictum, quasi eo repererentur inique à Iudicibus accepta, Brisfonius Horom. Pratenis, & Kaliaris verbo *repetun- darum*, Herodius lib. 9. rerum iudicatarum, titulo 3. & vt probationes faciles redderentur, nouam formam adiecit probationum, l. 6. tit. 9. lib. 3. Recopil. de qua sequenti allega- tione agemus.

Quod adeo voluerunt leges prohibere vt 12. quamuis cum effectu pecuniam non rece- pissent Magistratus, nec crimè omnino per- ficerent, adhuc dicendum est eadem pœna esse plectendos eo solum quod promissionem admiserint, nam quamuis cogitationis ne- mo pœnam mereatur, l. cogitationis, 18. ff. de pœnis, & vbi iniuria nullum habuerit effectum non obicit conatus, nec affectus puniatur, l. 1. §. 1. ff. de furtis, l. si quid fur, ff. eodem, l. 1. in fine, ff. quod quisque iuris, quia eo solum delictum non perficitur; id tamen locum habet quando ad actum externum affectus non prodiret, quia cum producitur ad actum, tunc pœnâ puniendus, vt ex l. quif- quis, Cod. ad Iuliam Majestatis, l. si quis non dicam rapere, C. de Episcopis & Clericis, l. 1. §. Diuus, ff. ad legem Corneliam, de ficariis, l. is qui cum telo, Cod. eodem, l. 1. tit. 21. lib. 8. Recopilat. ex Cuiacio, Andrea Gail. Cauallino, Antonio Gomezio, Placa, Menochio & Vela eruditissimè, vt solet, ad- ductis Seneca, Luuenali, Alexandro ab Ale- xandro, Tertulliano, Quintiliano, & aliis pluribus, D. Ioannes de Solorzano in aureo tracta

tractatu de crimine Parricidij lib. 2. cap. 16. per totum ad interpretationem legis primæ ff. ad legem Pompeiam de parricidiis eis ver- bis: *qui emit venenum vt Patri daret licet non potuerit dare.* Et idem probatur, l. 12. tit. 8. partit. 7.

Et vltra plura (etsi fere omnia adducat) quæ notauit Dominus Solorcano, nota Se- necam lib. 5. de beneficiis, *Veneficus est qui saporem cum venenum crederet miscuit, sic latro est etiam antequam manus inquinet.* Et videndus Æneas Robertus lib. 1. rerum iudi- cat. cap. 6. à quo fere omnia mutuauit D. So- lorcano, & vt ex D. Augustino notauit Ma- gister Marquez, in principio Psalm. 1. confi- der. 3. Deus Chaldeos turrim Babilonis ædi- ficantes etsi impossibile appeteret, nec perfi- cere possent, adhuc acerbo suppletio affectit quia ausum inchoarunt, & ego expendo textum in l. si quis finali, ff. de rerum diui- sio. vbi Pomponius tradit, Romuli Fratrem Remum occisum, ob id quod murum tran- scendere voluerit vbi accipiendum vel ad ac- tum externum processisse vt notauit Ac- cursius ibi verbo, *voluerit*, vel vt post eundem Accursium, notat Gothofredus in d. l. fin. & Duarenus in l. 3. §. si rem, ff. de acquirenda possessione ibi: *transcendere voluerit*, inter- pretandum pro, *volens transcenderit*, argum. l. quod si ab initio, & l. fin. in principio, ff. si cert. petatur, l. 1. ff. de leg. 2. l. si conuenerit, Cod. finium regundorum, quomodo concia- liat Duaren. dict. §. si rem cum, l. si rem, 47. ff. eodem, & probauit Osualdus ad Don- nellum lib. 5. comment. in notatis lit. D.

14. Et in atrocioribus puniti affectu, licet non sequatur effectus ex Cynno, Francisco Decio, & aliis probauit Grammaticus voto 8. num. 11. & solum limitat id non obseruari ex consuetudine Italix, id vero vt non punia- tur, pœna ordinaria delicti sed extraordina- ria, sed puniendam esse criminis attentatio- nem, etsi non perfecerit reus, præsertim quã- do reducitur ad actum exteriorum vt in hoc casu ex l. quisquis, Cod. ad Iul. Maieft. l. si quis non dicam rapere, C. de Episc. & Cler. l. 1. §. Diuus, ff. ad l. Cornel. de ficar. cum An- drea Gailio, Tiberio Deciano, Ant. Gomez, & l. 12. tit. 8. p. 7. probauit D. Solorzano de crim. parricidij, cap. 16. & in casu perniciosi exempli, vt in præfenti probauit Farinacius in praxi crimin. 4. p. q. 124. num. 29. & pon- dero locum Apuleij lib. 4. Floridorum, vbi eleganter eis verbis: *Omnibus bonis in rebus conatus in laude, effectus in casu est, & sicut ad parum sufficit meditari puniendam, sic ad lau- dem satis est conari predicanda*, à quo mu- tuauit Eruditus noster Laurentius Ramirez

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Pars I.

de Prado in tractatu Consilij & Consiliarij in principio introductionis pag. 7. in hæc ver- ba: *Que emprender grandes cosas es digno de alabanza, conseguir las efecto de la suerte: y como para la pena, basta tracar el delito, para la alabanza intentar la loable & in notatis lit. C. adducit Puteum & alios.*

Sed in terminis etiam si in quocumque 15. delicto, prædicta non procederent, adhuc Magistratus, quia conuenit de pecunia recipienda, & si non receperit quia ad actum externum procederet cõuentione facta, pu- niri debeat pœna legis Iulix repetundarum tamen eius criminis reus existimandus, qui solum promissionem acceptauit & proba- tur auth. Nouo Iure. C. de pœna iudicis qui male iudicauit, ibi: *qui dicit se dedisse alicui vel promississe* & id admittit Mascardus de probationibus conclus. 164. n. 8. ibi: *secundo amplia, procedere conclusionem etsi Magistratus non perfecerit barateriam sed solum illam aggressus est.* Ex Auilefio, Matienzo, Liberio, Deciano, Petro Gregorio, Azeuedo & aliis, tenuit Bobadilla lib. 2. Politicæ. c. 11. num. 41.

Et vt sufficiat, promissioni Magistratum 16. consentire etsi promissio sit de futuro id- que similiter obseruari in Regnis Neapoli- tano, & Siculo ex Marthæo de Afflictis, Ho- modeo & Menochio notauit Mastrill. lib. 6. de Magistrat. c. 8. num. 52. & idem Menoch. in idem refert Boerium, Grammaticum & alios, lib. 2. de arbitrariis casu 342. num. 28. qui tenent Iudicem corruptum dici cum solum aliquid ei promittitur & omittis Doctorum opinionibus expressè probatur iure nostro, lib. 6. tit. 4. p. 3. Vbi Rex noster Ildephonsus cognomento sapiens recensens qualitates, quibus ornari debeat Magistra- tus, tradit eis verbis: *la sexta que en quanto tubiessen officios que ellos ni otros por ellos no reciban don nin promission de home ninguno que aia mouido pleito, ante ellos, & videndus Gregor. Lop. gloss. 5. vbi probat pluribus lo- cis & legibus Regalis ordinamenti.*

Et expressè traditur nostral. l. 1. tit. 6. lib. 3. 17. Recopilat. de cuius explicatione agimus, & de qua desumpta fuerunt capitula Corre- ctorum, ibi: *yno recibiran dadiuas ni acceta- ran promesa*, & insinuat etiam l. 6. tit. 9. lib. 3. Recopilat. ibi: *lo prometeny dan y ellos lo re- giuen*, quasi promittere idem sit, quod dare: nam omne promissum est debitum, l. vlti- ma, Cod. ad legem Falcidiam, vbi tradit glof- sa, Salicetus in l. qui explicandi, oppositione 4. Cod. de accusat. & hanc rationem tradi- derunt Bobadilla ex Menoch. vbi proximè ex Amadeo, Azebedo in l. 1. num. 24. tit. 6.

V v lib. 3.

lib.3. Recopil. quemadmodum ex parte corruptentis Iudicem sufficit attentare, vt poenis subiacet, argumento l. Imperatores, ff. de iure fisci, ibi: *non aduersarios iudices redimere tentent*, ex Baldo, Follerio, Marfilio, & statutis Italix, Menoch. lib. 2. de arbitrariis, casu 343. num. 20. & 21. Calderonius dict. 2. part. legum pœnarium, cap. 33.

18. Merito quidem id admissum, vt ab omni culpa, & suspitione Iudices vacarent, & iustitia nulla macula inureretur, non solum improbo auaritiæ effectu, sed neque affectu, cum adeo legibus Romanis hoc in cura esset, vt quamuis quis daret Iudici, vt secundum eum in causa iusta pronunciaret, traditur in l. vt puta 2. §. sed si dedi, ff. de condit. ob rumpem causam, crimen contrahi, & iudicem corrumpere videri, de cuius textus explicatione valde dubitatum: nam ex eis verbis: *est qui dem relatum conditioni locum esse*, Bartol. Bald. Alexander, & alij ad eum textum crediderunt esse locum conditioni ex parte eius, qui dedit, vt secundum eum in bona causa iudicaretur, quasi tum non impellat ad iniustitiam, sed potius & in bona causa iuste iudicaretur, non sit ex parte dantis turpitudine, & ideo repetat, & confirmet ex l. vbi autem 3. quæ statim sequitur, in qua videtur Iurifconsultus quæstionem proponere diuersam, videlicet, vt quando ex parte dantis, & accipientis turpitudine intercedat, quia si iudici daretur, vt malè iudicaret, cessaret conditio, vnde colligunt tam ex aduersariua dict. l. vbi autem, quàm eo quod denegata conditione, quando datum, vt malè iudicaretur videri concessam, si daretur, vt secundum bonam causam iudicium feratur.

19. Sed hæc antiquorum sententia ex ipsa litera textus, & iuris ratione aperte reicitur, vt notarunt ex antiquioribus Salicetus, & Castrens. quos refert Iason in dict. §. sed si dedi, num. 3. videlicet conditionem denegandam, quod etiam postquam aliorum sententiam retulit, probauit Couar. in reg. peccatum, 2. part. §. 3. num. 1. versic. *ego tamen opinor*, vbi postquam contrariam sententiam renentes retulit, conditionem denegandam statuit, quia vt traditur in textu, qui dedit pecuniam, vt sententia, etsi iusta, feratur, iustitiam reddit venalem, & crimen contrahit, & iudicem corrumpit, & vltra constitutionem Antonini Imperatoris, de qua in dict. §. sed si dedi, vt litem perdat, qui iudicem corrumpit, de qua in l. 1. Cod. de pœna Iudicis, qui malè iudicauit, de quo post glossam, Iasonem, Alexandrum, Boherium, Mantienzum, & Couarruiam refert Menochius lib.

2. de arbitrariis, centuria 4. casu 343. num. 5. etiam pecuniæ datæ conditio deneganda, vt tradit idem ibi num. 6. & ex praxi Hispaniæ non repeti pecuniam in hoc casu tradit Calderus 2. part. legum pœnarium cap. 33.

In eo tamen non audiendus Menochius 20. quicquid verba; *Est quidem relatum conditioni locum esse*, addita negatione legit *locum non esse*, quia aliorum sententiam retulit l. C. à quo statim discedit, quasi cum crimen contrahat, & Iudicem corrumpat, turpiter faciat, qui dedit Iudici, vt secundum eum etiam in bona causa iudicaret, & ideo non condicat, quia expresse dantis fuit turpitudine, & rectè contra antiquiores interpretatur Ant. Faber in rationali dict. l. 2. §. sed si dedi, omnibus argumentis contrariis respondens, etsi nimio emendandi pruritu existimet verba illa, *sed hic quoque crimen contrahit*. legendum esse *contrahitur*, & hic accipiatur pro aduerbio, & adde quæ pro eius textus explicatione ex Zabarella, Felino, Vantio, & decisionibus Marchie, & Lituaniæ tradit Neuius in dict. §. sed si dedi, & eandem esse pœnam corruptentis, & Iudicis corrupti, glossa verb. *non faceret*, in l. 1. in principio, ff. de calumniat. Iason in §. quadrupli, num. 43. instit. de action. Farinac. 3. part. crimin. quæst. 111. art. 7. ex num. 98. & expresse probatur l. 26. tit. 22. part. 3. vltra quam Iudex officio priuatur iuxta tradita à Iulio Claro in praxi, lib. 5. §. fin. quæst. 73. num. 2.

Illud autem hic libet adnotare, an Magistratus, qui aliquid contra legum nostrarum prohibitionem receperit, teneatur in foro conscientix restituere, quamuis sponte oblatum à litigatoribus, & teneri restituere probari videtur ex l. 56. tit. 5. lib. 2. Recopilat. eis verbis: *no puedan tomar, & ibi, no puedan regebir*, quibus inducitur incapacitas eius, qui recepit, vt nec dominium acquirere possit, vt de verbo *non potest* probauit glossa in verbo *non potest*, in cap. non potest de regul. iuris in 6. ex Bartolo, Bertrando, Molina, Rolando, Tiraquello, Gratiano, Menchaca, Couar. Thufco, & innumer. Augustin. Barbosa de dictionibus vsu frequentibus, dictione 268. num. 3. & vt tradit Thomas Sanchez in simili casu matrim. lib. 1. disputat. 7. num. 18. tradit ibi: *negatio iniuncta verbo potest, inducit necessitatem, & tollit omnem potentiam*.

Et facit textus in §. alteri instit. de inutil. 22. vbi quod alteri stipulari nemo potest, omnino inutilem reddit stipulationem, & ad hoc referenda est l. 1. tit. 2. l. lib. 9. Recopilationis, quæ loquitur in calculatoribus, & aliis ministris, & officialibus Regalis Patrimonij, & prohibet munera accipere, eisdem verbis,

no puedan, & ad explicationem l. 11. tit. 7. lib. 7. Recop. ex l. non potest, ff. de furtis, Bartolo, Baldo, Corrasio, Peralta, Aldrobando, Gutterrio, Valasco, Patiano, & aliis probauit D. Castillo de usufructu, cap. 54. numero 57.

23. Et facit l. 6. & 7. tit. 8. lib. 5. Recopilat. vbi cum prohibeant filios spurios patri succedere illis verbis: *no puedan heredar*, ex eis Doctores colligunt in conscientia esse incapaces hereditatis paternæ, cum leges prohibeant, & teneri eam restituere, Soto lib. 4. de iustitia & iure, quæst. 5. art. 1. ad 4. Bartolom. à Medina 1. 2. quæst. 96. art. 4. ad 4. Angles 2. part. in 4. quæst. de domin. art. 3. difficultate 1. & 2. Bar. in l. fin. num. 3. & 9. ff. de his, quibus vt indignis, Syluester in summa, verbo *filius*, quæst. 4. dict. 6. Speculator tit. de testament. glossa 16. num. 44. Ceruantes in l. 10. Tauri, num. 74. & ibi Tellus Fernandez n. 71. & 8. Antonius Gomez in l. 9. Tauri, n. 21. Gomez Arias in l. 7. Tauri, num. 77. & 78. Rodericus Suarez in l. 1. tit. 6. num. 21. lib. 3. fori, Azebedo in l. 7. num. 26. tit. 8. lib. 5. Recop. Couarr. in 4. de sponfalibus, 2. part. cap. 8. §. 5. num. 3. Molina lib. 2. de primogeniis, cap. 5 in fine, Gregor. Lopez in l. 10. glossa 3. & 4. tit. 13. part. 6.

24. Rursus quia cum contra legem recipitur, nulla est datio, & ideo teneri non potest, argumento, l. non dubium, Cod. de legibus, iuncta doctrina Iasonis ibi, num. 30. iunctis, quæ ex Iasone, Romano, & pluribus Theologis probauit Sanchez in responsis moral. lib. 3. cap. vnico, dub. 1. num. 26. & quod recipitur contra legem prohibentem, debet restitui ex D. Thoma 2. 2. quæst. 62. art. 5. ad 2. Diuus Anton. 2. part. tit. 2. cap. 5. §. 1. Syluester verbo restitutio 2. §. 1. Couarr. in reg. peccatum, 2. part. §. 2. num. 7. & corruptio Iudicum, & officialium, quæ prohibetur prædictis legibus, magis operatur in retentione datorum, quàm in receptione, & pœna adiungitur restitutionis cum duplo, quadruplo, & septuplo iuxta personarum qualitatem.

25. Præsertim quia omnes Officiales, & Magistratus cum ad officiorum exercitium admittuntur, iurant legum obseruantiam, ac perinde ex vinculo, iuramento videntur adstringi, vt non recipiant munera, & ideo recepta restituere debent, quasi contra legem recipiant, & inducatur restitutio ex infra dicendis, & ex dict. iuramento, & legibus quibus ad nihil recipiendum à litigatoribus Iudices obligantur, videtur cum eis à Rege fieri contractus in receptione officiorum, vt munera non recipiant, & obliget eos ad restitutionem.

tionem cum pœna dupli, quadrupli, vel septupli, & ideo ad restitutionem teneantur, quasi huic legi se subdiderunt, argumento legis Imperatores, ff. de iure fisci, eis verbis: *ipse te huic pœna subdidisti*, quæ expresse loquitur in illis, qui aduersarios, vel iudices ad sententiam obtinendam redimere tentarunt.

Et hanc opinionem, vt in foro conscientix debeant Iudices, & Officiales restituere id quod receperunt, videatur admississe Mercado lib. 6. de restitutione, cap. 16. versic. *ay otras cosas*, Bart. de Medina lib. 1. summa, c. 16. §. 3. in fin. & lib. 2. quæst. 96. art. 4. ad sextum, Ioann. de Medina de restitutione, q. 20. col. 4. ad 4. Corduba lib. 1. quæst. 36. col. penult. ad 7. Ludouicus Lopez in instructorio conscientix, 1. part. cap. 179. Emanuel Rodriguez tom. 1. summa, cap. 186. conclus. 1. Aragon. 2. 2. quæst. 11. art. 3. versic. ad aliud de Iudicibus, Paludanus in 4. differ. 15. quæst. 3. art. 5. ad finem, Gabriel ibi, quæst. 6. art. 3. conclus. 4. Archiepiscopus Blanco 2. part. Memorialis ad Parroch. pag. 46. Menoch. lib. 2. de arbitrariis, casu 342. num. 22. Franciscus Garcia de contractibus, 2. part. cap. 4. condit. 6. Emilius verbo *Iudex*, num. 6. ad finem, & ibi Angelus num. 8. Syluester de restitutione, 2. part. §. 5. & verb. *Iudex* 1. quæst. 1. dict. 8. num. 13.

Contraria tamen sententia, vt quamuis Iudices peccatum committant, recipiendo aliquid pro ferenda sententia, non tamen teneantur in foro conscientix restituere, comprobatur, quia leges prædictæ sunt pœnales, & non obligant in conscientia ante Iudicis condemnationem, quasi nullus teneatur se ipsum prodere, & ex cap. quis aliquando, de pœnitentia, distinctione 1. cap. cum secundum leges de Hæreticis, lib. 6. cap. licet Episcopus de præbendis, eodem libro, cap. perpetuo 7. cap. commissa 35. de electione, l. fin. §. fin. verò, Cod. de iure deliberandi, l. eius, qui delatorem, ibi: *verum oportet constare prius, & de crimine pronunciare*, ff. de iure fisci adductis glossa, Diuo Thoma, Abbate, Felino, Corfeto, Adriano, Couar. Castro, Soto, Nauarro, Simancas, Menochio, Syluestro, Matienzo, Gutterrio, Ant. Gomezio, Iulio Claro, Menchaca, & aliis probauit Morla in emporio, titulo de legibus quæst. 9. num. 10. vsque 21.

Præterea, quia leges prædictæ nostri regni quæ impediunt Iudices, & Officiales vltra salarium recipere pro administratione officiorum, etsi pœnam iniungant, non impediunt acquisitionem dominij, & multa sunt, quæ licet prohibeantur, si tamen fiunt, teneant

- ment, l. patre furioso, ff. de his qui sunt sui, vbi Doctores communiter, & lafon late probat, Surdus, conf. 174. & 175. num. 41. & conf. 360. n. 14. Gratianus decif. 64. num. 11. Monachus decif. 29. n. 22. Escobar de ratiocin. c. 6. num. 38. Thufcus practicarum, lit. F, concluf. 12. quoad forum conscientia, & restitutionem, Medina quaest. 20. de restitutione, versic. secundo.
29. Et quando lex non exprimit prohibitionem acquisitionis Dominij aut iniungit restitutionem non inducenda, quamuis prohibeat actum, & comprobatur Molina de Iustitia & iure tom. 1. tract. 2. disp. 88. versic. *possumus*, ex c. statutum 11. versic. *si quid autem*, de scriptis, lib. 6. vbi postquam in §. insuper statuit vt delegati Pontificis nullum munus recipere possint vel praesumant, qualitercunque datus, postea subdit in dict. versic. *si quid, vt si contra constitutionem receperint teneantur ad restitutionem nulla remissione eorum, quibus restituendum nullatenus pro futura*, Vbi colligit Molina, vt quamuis prohibita fuisset receptio non tamen translatio Dominij cum restitutionem fieri expresse decidatur, aliis vbi non adiungitur non inducenda restitutio nec prohibitio acquisitionis.
30. Deinde quia leges Hispaniae quae vtuntur verbo, *non possit*, non semper habent vim impediendi translationem Dominij vel annullandi contractum, vt constat l. 12. tit. 18. lib. 5. Recopil. vbi prohibetur eis qui cambia administrant non possint in mercibus negotiari per se vel interpositam personam, & adhuc non irritantur contractus sed apud omnes Iudices executioni mandantur, & ex l. 5. & 15. tit. 18. lib. 6. Recopil. iubetur alienigenas non posse negotiari apud Indos, nec emere argentum in massa, & intra certos limites Hispaniae non posse vendi, vel donari equos, & tamen si contra factum, isti non tenentur in conscientia restituere, quod ex suis contractibus licet prohibitis consequuti.
31. Sed etiam in l. 18. ad finem tit. 2. lib. 3. Recopilat. vbi prohibetur Iudicibus Senatus Hispalensis, ne possint esse Aduocati in aliquo negotio, & tamen si Aduocati clam fuerint, & praemium laboris recepissent, non tenentur restituere in foro conscientiae restituere, vt notum est.
32. Tum & facit l. 9. tit. 8. partit. 1. vbi agens de muliere vxorata, quae facit votum Hierosolymitanum, tradit eam sine licentia viri non posse votum facere, & tamen licet in praedicta lege statuatur non posse, si verò emisit votum, in conscientia manet obligata, quamuis exequi prohibeatur sine viri licentia, vt notauit Greg. Lop. in d. l. 8. gloss. 3.
- Et apertius comprobatur l. 8. tit. 7. lib. 5. Recopilat. vbi prohibetur, vt nullus habita fide ludat eis verbis nostrae legi, similibus *no pueda jugar*, & adhuc statim in eadem lege, si ex ludo obligationes fierent, iubet eas rescindi, & nullas declarari, quod necessarium non esset, si ab initio ex prohibitionem verbi *non possint*, non valeret, quia quod nullum est, rumpi non potest, l. nam & si sub conditione, ff. de iniusto rupto, l. obligare, §. tutor. ff. de auctor. tutor. ex decisione Pedemontana, Surdus consil. 52. num. 58. & conf. 114. num. 9. & consil. 160. num. 61.
- Quibus addendum est, vt quamuis verbum *praecipimus* in mandatis Ecclesiasticis contineat praecipuum, & obliget ad peccatum iuxta communem sententiam, de qua Nauarr. de praecipis Decalogi, cap. 23. num. 53. & facit Clement. exiui, §. & quia, de verb. signific. sed tamen apud nos in Hispania, verbum *mandamus*, quod idem est ac *praecipimus*, in decretis Ecclesiasticis non inducit peccati poenam, nisi adiiciatur censura contra inobedientes, vt tradit Castro de lege poenali, lib. 1. cap. 5. document. 4. versic. *quid quid in iure*, idque ex eo prouenit: na ex vsu Regionis interpretari debent verba, & legum praecipua, praesertim cum proprio idiomate decidatur, vt in nostris legibus, & tradit Couar. lib. 3. var. cap. 5. num. 1. vnde verbum *no pueda* dict. l. 56. vt in aliis dispositionibus accipiendum, vt prohibeat actum, sed non iniungat restitutionem in foro conscientiae, nisi apertè exprimat impediendo acquisitionem.
- Rursus facit argumentum Nauarri de praecipis decalogi, cap. 17. num. 31. vbi respondens argumentis Adriani, qui pro contraria tenuit tradit quando aliquis dedit, vt iudex iniuste iudicaret, tunc peccat, & dat sine timore, & coactione ius sibi eripiendum & ideo non est ei restituendum, & quia in pari turpitudine ex parte dantis quia iudicis corrupti, & accipientis quia recepit, quod prohibitum, melior est conditio possidentis & repetitio non datur, l. vbi cum l. sequenti, l. penult. ff. de condit. ob turp. caus. l. iuris gentium, §. si ob maleficium, ff. de pactis, cap. in pari de reg. iuris, in 6. & supra notauimus, & in terminis Nauarrus vbi proximè, num. 30. vers. 2. vnde cui non datur repetitio nec restitutio facienda, & ideo quamuis valde improbata sit promissio dandi Assassino vt faciat homicidium, quae vt non possit, promitti decretum & non posse recipi, tamen ex multorum sententia, non debet Assassinus restituere ita receptum quia cum sit turpitudine ex latere eius qui dedit vt Assassinum

- finum fieret non est illi restituendum iuxta quod notarunt supra adducti & Medina de restit. quaest. 20. vers. in oppositum.
36. Sed ex sententia Hadriani, & aliorum, quae contra retulimus, tradit Nauarrus dict. n. 31. quod tenuerunt Iudicem accipientem munera teneri restituere, id non esse respectu eius, qui dedit, quia inhabilis redditur dandi turpitudine, sed restitutio fit facienda pauperibus, quae non est de praecipio, sed de consilio, vt ex sancto Antonino, Syluestro, Angelo idem Nauarrus d. num. 30. versic. *tertio*, & num. 31. & hanc sententiam vt in foro conscientiae restitui non debeat, quod pro corruptela acceptum tenuerunt Angelus verbo restitutio, c. 3. & 4. n. 1. Palacios in summa verbo restitutio, c. 3. & 4. Alcocer inter peccata iudic. c. 26. §. *el restigo*, Caietanus in summa verbo, *iudicis peccata*, tradit, *iudicem Ecclesiasticum teneri munera restituere, iudicem vero secularem non posse recipere*, Quasi quae peccatum continent, & forum conscientiae respiciunt magis pertineant ad Ecclesiasticos, & eandem opinionem tenuerunt Angles 2. p. in 4. q. de donatione art. 1. difficultate, 7. Nauarro late vbi supra, & melius Molina tom. 1. de iustitia & iure disp. 88. versic. mihi contraria, & videndus Thomas Sanchez in responsis moralibus, lib. 3. c. vnico dub. 1. num. 28. vbi pluribus praedictum recte comprobatur & adducto Sairo, & aliis probatur Ioannes Franciscus Suarez in Enchiridio casuum conscientiae lib. 5. §. cui restituendum versic. *quod accepisti*, & lib. 10. §. iudicium, verbo, *Iudex potest*, ex quo, & aliis probatur Diana 3. p. tractatu sexto Miscellan. resol. 4. & vide quod ex Lessio tradit ibi tract. 5. resol. 45. & 55. & haec doctrina à Patre Gabriele Vafquez, Ildephonso de Castro, & aliis doctissimis viris Societatis Iesu in manuscriptis comprobata.
37. Nec obstant quae contra expensa vt restitui debeant in foro conscientiae accepta quia quod respicit ad verbum, *non possit*, satis supra explicatum est & l. 6. & 7. tit. 8. lib. 5. Recopil. aliter accipiendae quam in dict. l. 6. non solum prohibetur spuriis filiis aliquid relinquere, & nullum redditur, & reuocatur relictum quod denotat non posse apud eos manere & dominij acquisitionem impedire, sed tamen disponitur non posse eis quae relictæ aliquantulum frui nec aliquam vtilitatem consequi, quod expresse incapacitatem inducit & restitutionem, & in l. 7. subrogaretur in locum eorum quibus relictum haeredes ab intestato & etiam in d. l. 6. quando palam contra legem aliquid relinquatur applicatur venientibus ab intestato, & non fisco vt ex Couar. Antonio Gomezio, & Dominico Soto probatur Azebedo in d. l. 6. n. 5. & 16. quibus addenda quae ego notauit, 2. p. decif. Granat. 95. & 96. per totam, vnde cum in eo quae filiis spuriis relictum à lege substituuntur haeredes ab intestato merito eis restituendum ex iure adquisito.
- Nec etiam obstat, quod obiectum dict. l. non dubium, Cod. de legibus, vt quando aliquid contra legem recipitur, nulla sit datio, & contra legem receptum, restituendum, quia vt notauit Thomas Sanchez in responsis moralibus, lib. 3. cap. vnico, dubio 1. num. 28. vbi expresse agit, & ante tradiderat Couar. in reg. peccatum, 2. part. §. 2. num. 7. de obligatione restituendi ex lege prohibente contractum, & dationem, nota eius verba: *veram esse, quoties contractus ita lege reprobat, quod nec actionem, nec retentionem pariat, tunc scilicet quando reprobat, vel ex defectu solemnitatis iure requisita, vel ob deficientem legitimum consensum paciscentis ad perfectam rei promissa translationem, quod in praesentiarum minimè contingit, & ideo restitutio necessaria non est*, & hoc admittit Nauarrus dict. cap. 17. num. 30. Angelus verbo *restitutio*, cap. 3. & 4. num. 1. & alij supra adducti, & cum in nostro casu non improbetur corruptela ex defectu solemnitatis contractus, aut consensus eius, qui dedit, videtur solum ex prohibitione legis non inducendam restitutionem, & Couar. dict. num. 7. proponit exempla in artifice, vel fabro conducto ad fabricandum, quod lege vetitum, & in milite, qui stipendia percepit pro bello iniusto, quod ipse iniquissimum certo scit, & tamen nec artificem, nec militem ad restitutionem mercedis, vel stipendiorum demandandos, & pro dictae legis *non dubium* explicatione videndi Corraius, qui ad eam scripsit Fortun. Garc. de vlt. fine, num. 109. Bart. conf. 17. Tiraquellus de vtroque retractu in praefatione num. 31. Mendosa de pactis lib. 1. cap. 4. num. 39. & 43. Azebedo in l. 1. tit. 1. lib. 3. lib. 5. Recopilat. num. 24. & in l. 1. tit. 18. dict. lib. 5. num. 2. Ceuallos quaest. 200. & 226. num. 1. Sousa de largitione munerum Regularibus interdicta, fundamento 2. num. 16. Caldeira de error. pragm. lib. 2. cap. 4. n. 2. Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 3. disputat. 5. num. 2. Morla in emporio iuris, 1. part. tit. 1. q. 6. num. 17. Donell. lib. 21. comment. cap. 13. late Suarez de legibus, lib. 5. cap. 28. per totum post Molinam de iustitia, & iure, tom. 1. tract. 2. disputat. 88. versic. *mo ueor*, & versic. *ad confirmationem*, & pro dict. *non dubium*, adde plures, quos retuli 1. part. decif. Granat. 7. num. 17.

39. Sed & idem Molina ubi proximè ex Syluestro, Panormitano, Cardinali Hadriano, & aliis tradit prædictam legem *non dubium*, locū non habere, quando vltra irritationē, & annulationem actus lex vterius procedit ad pœnam irrogandam, vt in omnibus nostris legibus, quas supra retulimus, vbi grauissimæ pœnæ iniunguntur priuationis officiorum, dupli, quadrupli, & septupli, iuxta negotij qualitatem, quo casu quemadmodum ad pœnam est necessaria Iudicis declaratio, vt supra probauimus, ita etiam in foro conscientie restitutio fieri debeat, & eandem interpretationem dictæ legis *non dubium*, ex Bartolo, Cinno, Dino, & Rotæ decisionibus probauit Suarez ubi proximè numero 19.

40. Sed quod dicitur eodem modo leges operari in retentione, vt in acquisitione non rectè procedit, quia facilius permittitur retentio, quàm petitio, vt in terminis Couar. in reg. peccatum, 2. part. §. 2. n. 7. & supra relati pro nostra sententia, & generaliter probatur argument. 1. per retentionem, Cod. de vsuris, l. pluribus, ff. de verb. obligat. l. 2. C. de fideicommissis, Roland. lib. 4. conf. 17. n. 4. Crauera, conf. 148. num. 2. & conf. 789. num. 7. Surdus de aliment. tit. 8. priuileg. 28. num. 3. & priuileg. 76. num. 12. & decis. 277. num. 13. Gratianus tom. 3. disceptationum, cap. 408. num. 70. & cap. 470. num. 12. D. Castillo 5. tom. 5. controuerf. 2. part. cap. 164. num. 6. Thuscus practicarum, lit. R. conclus. 306.

41. Et minus obstat, quod de iuramento opponitur prædictas leges iurare Magistratus & Regios Officiales, quia vt notauit Molina ubi proximè, in eis non fit mentio de iuramento, sed in l. 3. tit. 9. lib. 3. Recopil. iubetur Iudices, quando ad munera admittuntur, eorum rectam administrationem iuramento promittere, & quamuis de his legibus iuramentum fieret, & robur adiungeret obseruantie, non mutat naturam causæ, vt ad restitutionem teneantur, vt notauit Bald. & Odofred. ad l. fin. Cod. de non numerat. pecunia, Couarr. lib. 2. var. cap. 14. num. 1. & iuramentum non mutat, imo assumit naturam actus, cui adhæret, dict. l. vlt. l. sed & si possessori, §. item si iurauero, vbi Iason notat. 9. ff. de petit. hæredit. Ant. Gabriel tom. 3. communium opinionum, lib. 2. tit. de iure iurando, conclus. 10. Cacheranus decis. 49. num. 12. Menchaca de success. creat. §. 9. n. 19. Couarr. in cap. quamuis pactum, de pactis, lib. 6. 1. part. §. 4. num. 1. Menoch. consil. 24. n. 7. Burgos de Paz conf. 14. num. 21. Tiraq. de iure constit. part. 3. limit. 7. num. 35. & in præfatione ad l. si vnquam, num. 165. Cod. de re-

uocat. donat. & in terminis prædictum iuramentum non obligare in nostro casu ad restitutionem, Molina dict. tom. 1. tractat. 2. de iustitia, & iure, disput. 88. versic. leges etiam. Denique non obstat, quod expendimus in contrarium, videri inter Principem, & eius Magistratus, & Officiales fieri quasi contractum, vt admittantur ad munera eo pacto, vt nihil recipiant, quia de huius pacti expressione nihil in legibus, vt tradit Molina ubi proximè, quamuis pactum interueniret, vt voluerunt contrariæ partis Doctores, qui ad pœnam ex pacto obligatur, non tenetur eam restituere, nisi apertè coram Iudice petatur, Corneus vol. 2. conf. 69. & vol. 3. conf. 55. quæ admodum in lege pœnali, quis ad eam in foro conscientie non tenetur, antequam condemnentur, & ante id quem non peccare retinendo pœnam conventionalem, ex Decio, Felino, & Fortunio, Garcia, probauit Morla in emporio, tit. de legibus, quæst. 9. num. 22. & 23. sed vt expressè notarunt Molina, & reliqui supra adducti pro nostra sententia, non est inducenda incapacitas acquisitionis, & impedimentum translationis dominij eorum, quæ Iudicibus darentur, quando leges id apertè non exprimunt, cum facile possent, & deberent exprimere, argument. l. vnice, §. fin. autem ad deficientis, Cod. de cad. tollend. cap. ad audientiam de decimis.



ALLEGATIO XLVIII.

De probatione criminis repetundarum.

1. *Testes singulares an sufficiant ad crimen repetundarum.*
2. *Testibus singularibus probatur crimen repetundarum in Neapoli, & Sicilia.*
3. *Hæresis, & crimen læsæ Maiestatis testibus singularibus probatur.*
Barateria est similis crimini læsæ maiestatis.
Vsura probatur testibus singularibus.
l. 4. tit. 6. lib. 8. Recopil.
4. *Simonia cui similis barateria, probatur testibus singularibus.*
Concussio affinis barateria, & probatur testibus singularibus.
l. leges, Cod. de legibus.
l. iubemus 4. Cod. ad l. Iul. repetund.
5. *Tres testes singulares de tribus actibus probant barateriam nostris legibus.*

l. fin.

6. *Facti euidentia, pro maiori probatione.*
7. *Iudex supremus potest attendere veritate secundum propriam conscientiam iudicare.*
l. illicitas, §. veritas de officio Præsidis.
l. 10. tit. 17. lib. 4. Recopil.
8. *Veritas, que potest attendi in iudicando à Iudicibus supremis, debet ex actis resultare.*
Reges & Iudices puniti qui proprio iudicio non ex actis iudicarunt.
9. *Tabellioni soli creditur in rebus pertinentibus ad suum officium, licet soli iudici non credatur.*
10. *Testi vnico quando creditur in rebus sui officij.*
11. *Tabellio quando omnino fidem faciat.*
12. *Delicta, que fiunt in occulto difficilis probationis censentur.*
l. ex consensu, §. super plagis, Cod. de repudiis.
13. *Repetundarum crimen difficilis est probationis, & per testes minus idoneos probatur.*
l. quaro, §. 1. de adilit. editto.
l. seruos, Cod. de probationibus.
14. *Testi vnico deponenti de facto proprio, qui non habet interesse in causa credendum.*
Probationum fides est Iudici arbitraria.
15. *Præsumptiones, que suffragantur dicto vnico, qui de facto proprio deponit fidem conciliant.*
Proxenetæ, & mediator corruptela officialium, si eam declarauerit nulla pœna punitur.
16. *Proxenetæ & si alius testis non idoneus probat in crimine repetundarum.*
Proxenetæ potest compelli testimonium ferre, quando aliter veritas haberi non potest.
17. *In ore duorum, vel trium stat omne verbum.*
l. vbi numerus, ff. de testibus.
cap. cum esses, de testamentis
l. 32. tit. 16. part. 3.
l. 114. tit. 18. part. 3.
Confessio extraiudicialis duobus testibus probatur & inducit semiplenam probationem.
18. *Metus est difficilis probationis & testibus singularibus probatur.*
19. *Probationes imperfectæ coniunguntur in rebus difficilis probationis.*
20. *Probationes imperfectas iungi in rebus difficilis probationis procedit etiam in criminibus occultis.*

21. *Singularitas adminiculatiua non obstat.*
22. *Testes singulares non dicuntur, qui possunt coniungi.*
23. *Singularitas testium in modo sciendi non obstat.*
Iurisdictio probatur testibus singularibus, qui deponunt de diuersis actibus iurisditionis.
Decimarum perceptio probatur testibus singularibus, cum quilibet deponat de diuersa perceptione.
24. *Repetundarum crimen probatur testibus singularibus.*
25. *Testes singulares vt probent corruptelam Iudicis, debent esse bonæ famæ.*
26. *Testes fisci in syndacatu & vilitatione debent probari esse omni exceptione maiores.*
27. *Vilitationis iudicium irregulare non admittit testes singulares.*
Testes debere probari esse omni exceptione maiores contra officialem pro quo præsumitur.
28. *Hispanie praxis admittit in vilitationibus testes singulares in casibus in quibus probant.*
29. *Præsumptiones debent concurrere cum testibus singularibus.*
30. *Medium præsumitur probatis extremis.*
cap. inter dilectos, de fide instrument.
31. *Præsumitur quod pro aliquo datur, cedere in vilitatem eius, ex cuius voluntate pendet.*
32. *Fuga officialis à syndacatu an sufficiat ad condemnationem.*
l. vnica, Cod. vt omnes Iudic. tam ciuiles quàm criminales.
33. *Fuga semper inducit præsumptionem delicti.*
Innocens nihil timet.
34. *Probationes indirectæ ex Baldo.*
35. *Præsumptiones & coniectura faciunt obliquam probationem.*
36. *Præsumitur pro Iudice & Officiali.*
Probationes contra Magistratum, & Officialem pleniores esse debent.
37. *Inimici testimonium repellendum.*
38. *Testes familiares eius qui inimicus non probant.*
Testis qui est particeps criminis, & agit de se exonerando est suspectus.
39. *Solicitoris testimonium improbandum.*
40. *Testes singulares de diuersis actibus probare corruptelam Iudicis, multo magis procedit in eodem actu, si de diuersis circumstantiis deponant.*

l. quod

- l. quod favore, Cod. de legibus.*
41. *Munerum & auaria vis.*
42. *Inimicitia affectata non repellit testem. Inimicitia gravis, & qualis esse debeat ad testem repellendum. l. 22. tit. 16. part. 3.*
43. *Testis familiaris non dicitur, ut repellatur à testimonio, qui sine salario seruit.*
44. *Solicitatores, qui à testimonio repelluntur, sunt, qui possunt ad causam affectum habere, & qui pro salario sollicitant, ut Procurator, & Aduocatus. cap. Romana, §. fin. de testibus, lib. 6.*
45. *Testis declaratio extraiudicialis non detrahit fidem testimonio iudiciali.*
46. *Testibus deponentibus de mala fama aliis de bona, potius creditur eis, qui de bona deponunt.*
47. *Testis ut reprobetur ex mala fama non sufficit in genere probare malam, nisi casus exprimat. & ratio. l. Pomponius 10. ff. de negot. gestis. l. cum mulier 47. ff. solut. matrimonio.*
48. *Falsitatis presumptio cessat, ubi nullum commodum eius cui imputatur. l. fin. Cod. ad l. Iul. repetundarum.*

*Probatio que sufficiat ad crimen repetundarum, pro explicatio-
ne legis 6. titulo 9. lib.
3. Recopilat.*

IN causa quæ contra Regium Officialem facta fuit cum crimen obiectum promissionem ei factam sex millium aureorum, si in fauorem promittentis decretum daretur, & ille qui tenebatur contradicere nihil aduersus partis intentionem fecit, & cessio publico instrumento facta fuit, sub nomine alieno quo debitor promittentis se obligauit eam quantitatem soluere eo casu quo decretum ut actum erat pronunciaretur, testis Petrus de conuentione prædicta qua illud pactum fuit cum Regio officiali, tabellio coram quo instrumentum cessionis factum de illo testatus, & postea simul vidisse instrumentum habere Regium officialem, ille etiam cui delegatio facta est, declarauit Regium officialem ei dixisse quandam delegationem suo nomine faciendam, & simul alius testis cum tabellione deposuerunt cum alloquerentur Regium officialem coram ipsis confessum fuisse acceptasse prædictam promissionem, & delegationem sex millium aureorum. Quæstio,

quia non videntur testes duo qui simul de acceptione promissionis deponant, an recte probatum sit crimen repetundarum.

Et pro iure fisci ut recte probetur ex prædictis hoc crimen manifeste apparebit, si notauerimus verba dictæ legis 6. tit. 9. lib. 3. ubi traditur valde Reipublicæ interesse ad huius criminis probationem sufficere testes singulares nota verba: *Y mandamos que en defecto de prueua cumplida se pueda probar en esta forma que si fueren tres testigos o mas, los que venieren diciendo sobre juramento que hazan que dieron dones al juez que vala su testimonio maguer que cada uno diga de su fecho sciendo las personas tales que entienda el que lo hubiere de librar que son de creer, y otro si auiendo otras presumpciones y circunstancias por que vea el juez, que es verdad lo que dicen:* Nec solum in Regnis Castellæ sed etiam in Neapolitano Regno, per testes singulares criminum repetundarum probari ex Puteo, Bobadilla refert lib. 5. Politicæ, cap. 1. num. 223. & idem Siciliæ ex pragm. eius Regni praticari ex Afflicto, Sesse, & Aponte, notauit Mastrillus lib. 6. de magistratibus, c. 8. num. 46.

Sed & in aliis criminibus ex eorum gravitate, & quia valde necessarium est non relinquere impunita, sed ut probentur idem in iure communi Doctorum sententia admissum est ut in hæresi & in crimine læsæ Maiestatis, Mascardus conclus. 462. num. 16. & 17. ex Bosio, Afflicto, & Marfilio, Pætoferio, Farinacius de testibus, quæst. 64. num. 120. & barateriam officialium æquiparari crimini læsæ Maiestatis, tenuerunt Mascardus conclus. 1064. num. 9. & 10. & per testes singulares crimen læsæ Maiestatis probari & vsuram, ex Beroio, Præposito, Cacialupo, Aimone, Rolando à Valle, Osasco & pluribus Farinacius, dict. q. 64. nu. 195. & quoad vsuram expressè deciditur l. 4. tit. 6. lib. 8. Recopil. & in simonia ut probetur per testes singulares & similes ei crimen repetundarum dicatur quia sicut per simoniam venditur res sacra ita per barateriam venduntur leges, quæ sacratissimæ dicuntur, l. leges sacratissimæ, C. de legibus tenuit Mascardus ubi proximè: & in Concussione quæ est affinis nostro casui iuxta l. iubemus, 4. Cod. ad legem Iuliam repetundarum, ibi: *à Iudice fuerit aliquaratione concussus*, sufficere probationem per testes singulares ex Hippolyto, Riminaldo, & idem in metu admittit Farinacius, ubi proximè, num. 276. & in sodomia, & adulterio, & aliis pluribus casibus probauit idem per totam quæstionem 64. & ibi num. 296. expressè tenet barateriam (ut practicum verbis vtatur) testibus singularibus probari.

In

5. In hoc igitur casu vnus testis deponit de conuentione cum Officiali Regio, ut ei donarentur sex millia aureorum, ut delegatio fieret, ut solueret debitor litigatoris personæ, quam supponeret Regium Officialis, ille etiã suppositus declarat à Regio Officiali præuentum scripturam faciendam, & Notarius, qui fecit, declarat factam, simulque postea vidisse instrumentum habere Regium Officialem, & cum ille simul, & alius amicus alloquerentur Regium Officialem confessum fuisse utilitatem delegationis ad ipsum pertinere, & acceptasse promissionem, ex quo si iuxta leges nostras sufficerent testes singulares, qui de tribus actibus deponerent, multò magis in hoc casu ubi de quatuor actibus testimoniū perhibetur, alius de promissione facta, & acceptione, Tabellio de confectione instrumenti, ille cuius nomine cessio facta à Regio Officiali admonitus de cessione, & vterius Tabellio & alius testis deponunt de confessione, & tunc vidisse Tabellionem instrumentum in potestate Officialis, quæ omnia ita rem exprimere videntur, ut quod tradit Iurisconsultus in l. fin. §. item rescriperunt, ff. ad municipalem, ibi: *probationes re ipsa sumi oportere*, quia euidencia facti superat omne genus probationis, Bald. in rubrica, Cod. de probat. Marianus, Socinus vol. 3. conf. 61. num. 1. Albenfis conf. 97. num. 3. Mascard. de probat. quæst. 8. num. 45. cum sequent.
6. Meritò in hoc casu locum habebit, quippe cum certum sit, & dubitari non possit factam fuisse delegationem, quia ex ipso instrumento apparuit, nec constet ex tota contextura litis aliquam causam fuisse, ut fieret delegatio, & ipsi qui delegarunt, deponant fecisse ex relatione tertij, qui primò deponit illum cum Officiali conuenisse, ut ea pecunia daretur, & is cui cessio facta fuit declarauerit ex nulla causa factam fuisse, sed ei alloquutum Regium Officialem, ut fieret cessio.
7. Quid enim hæc omnia, nisi utilitatem rei persuadere valebunt iuxta prædictorum testimonia, & eo casu secundum plurium opinionem, etsi regulariter iudex non possit nisi ex actis iudicare iuxta l. illicitas, §. veritas, ff. de officio Prædis, tamen in supremis tribunalibus ex sua conscientia possunt iudices iudicare ita vt quamuis in hoc casu acta manifeste non persuaderent, si ex prædictis circumstantiis animus iudicis induceretur vt crederet officialem crimē perpetrasse posset & deberet condemnare, ut in terminis tenuerunt Guido Papæ, quæst. 29. quem sequuntur Rolandus, à Valle vol. 1. conf. 70. num. 23. & Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Tom. I.

vol. 3. conf. 68. num. 18. & 19. Thomas Grammaticus decif. 19. num. 12. cum seqq. Franciscus Becius vol. 1. conf. 68. num. 18. & 19. & iure nostro Regio ex l. 10. tit. 17. lib. 4. Recopil. & vt possint Senatores iudicare facti veritate inspecta, ommissis iudiciorum regulis cum Bartolo, Baldo, Auendaño, Matienzo, Flores de Mena, Cauall. & aliis ad interpretationem dictæ legis 10. nouissimè Hermosilla quæst. 7. ad legem 56. tit. 5. part. 5. num. 33. & 34.

Etsi contrarium teneat D. Couarr. lib. 1. 8. variat. cap. 1. num. 7. vers. *testium*, ubi ex Cateano, & aliis probat Iudices etiam supremorum Senatuum non posse iudicare ex propria scientia, sed ex ea quam acta demonstrauerint, idque verius videtur ex nostra lege 10. ibi: *sciendo ballada y probada la verdad del fecho por el proceso*, & ita intelligendam tradit Azebedo in ea num. 117. ubi adducit Matienzum, Rebuffum, Francum, Menochium, Octavianum, & alios, vt confirmat opinionem D. Couar. in idque etiam consentire videtur, ut debeat ex actis veritas probari, Hermosilla ubi proximè, num. 34. cui addendum, quod ex Clemente Romano lib. 2. Apostolicarum constitutionum, cap. 51. Theodoro, Petro Damiano, Chryostomo, Athanasio, Abulensi, Saliano, & multis Conciliis, & Theologis nouissimè probauit Paulus Sherlogus in cantica Salamonis antiloq. 8. sect. 11. per totam, ubi plura cumulat circa Reges & Iudices, in quos Deus supplicia irrogauit, quia magis ex suo iudicio, & affectu, quam ex ordine iudiciali sententias pronunciarunt.

Vtunque igitur rem consideres circa nostrum casum plenissimam probationem huius criminis inuenies: nam cum ipse Tabellio deponat de confectione instrumenti, & postea illud vidisse habere Regium Officialem, procedit communis Doctorum opinio in eum parati de appellat. quam cum Iafone, Imola, Cyno, & Geminiano, Lanfranco, Iulio Claro, & aliis probauit Mascardus conclus. 1138. Officiali solum credendum esse in rebus pertinentibus ad suum officium, & ideo Notario creditur, etsi iudici non credatur, nisi constet ex actis, quia Iudicis officium non est ad probationem, sed ad iudicium ferendum, Notarius autem ad probandum creatus fuit.

Sed & testi vnico deponenti de proprio facto in eis quæ ad suum officium spectant esse plenam fidem adhibendam, ex Barr. Baldo, Castrensi, Saliceto, Herculano, & aliis pluribus Menoch. qui loquitur in notario, lib. 2. de arbitris casu 99. num. 2. & 3. Mascardus

X x

cardus de probat. quæst. 11. nu. 15. Antonius Gabriel commun. opinionum, titulo de testibus, conclus. 1. num. 18. Ioseph. Ludouicus decif. 70. & nullus, melius testis instrumenti quam notarius, qui illud confecit Ioannes Andreas in c. quoniam, contra de probation. Albericus in tractatu de testibus, §. expedita, versic. *videndum*, num. 9. ex Baldo, Decio, Panormitano, & Capra, Mascardus conclus. 1099. num. 2. Bart. in l. Chirographis, ff. de admin. tutor. Felinus, Calcaneus, Anchar. Riminald. Felinus, Grammaticus, & alij, quos refert idem Mascardus conclus. 35. num. 15.

11. Facit aliquorum Interpretum traditio, quæ dubitavit, an Notarius posset computari numero testium iuxta glossam in l. hac consultiissima, §. ultimo, verbo *octauum*, Cod. qui testament. facere possunt, quam sequitur Bart. ibi. num. 3. Bald. in l. ult. num. 18. versic. *quæro an Tabellio*, Cod. de fideicommiss. & in rubrica, Cod. de fide instrumentorum, num. 16. id autem procedit, ne computetur Notarius in numero testium, quem lex requirit, quoties ultra Notarium aliquos exiget testes, aut cum non deponit ut testis, aut cum deponere vult contra instrumentum, quod fecit, quia tunc iudicatur ut pars, ad quem causa pertinet, ut tenuit Bald. in l. Imperator, ff. de statu hominum, ex l. generaliter, Cod. de non numerata pecunia, quæ refert Barbatia, vol. 1. conf. 29. colum. 3. versic. *idem voluit Baldus*, quod omne, cum in præfenti cessare videatur, quia Tabellio deponit ut testis, nec loquimur in casu, quo lex ultra instrumentum certum numerum testium requirit, & deponit Tabellio in confirmationem, & effectum instrumenti, quod fecerat, nulla ratio est ex qua fides integra in hoc casu Tabellioni detrahi possit.

12. Rursus notari oportet hunc casum criminis repetundarum esse difficilis probationis, ut expresse tradit nostra lex 6. tit. 9. lib. 3. Recopilationis, eis verbis: *Que esto se haçe secretamente, y seria graue de probar*, etiam in iure quicquid occultè fit, difficilis probationis iudicatur, ut in furto, quia clam fieri solet, ut difficilis probationis existimetur, & ex solis iudiciis, & præsumptionibus probari possit, ex Bart. Alex. Panormitano, Grammatico, & aliis notauit Mascardus conclus. 830. num. 3. & generaliter in omnibus delictis, quæ intra domum fiunt, ut in hoc casu, quia nullus corrumpit Iudicem in publico, sed in occulto, ut censeantur difficilis probationis, & sufficiant coniecturæ, præsumptiones, & testes minus idonei, lex consensu, §. super plagiis, Cod. de repudiis, ex Baldo, Iafone, Alexand.

Corneo, & Grammatico, Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 58. num. 11.

Et in terminis repetundarum, & Iudicis corruptionis, ut sit difficilis probationis tenuit idem Menoch. de arbitrar. casu 116. n. 3. ad finem, & sufficere præsumptionem ex probationibus, quando ciuilitèr agitur ex l. dolum, Cod. de dolo, Egidio, Boesio, & aliis Mascard. conclus. 165. per totam, & tunc admitti testes minus idoneos, videlicet domesticos, consanguineos, vel alios, qui aliàs non admittendi, Antonius Gabriel rubrica de testibus, conclus. 13. num. 14. Albericus in l. parentes, num. 3. Cod. de testibus, Grassis decif. 10. num. 11. & in fratre cum Felino, & aliis Farinacius de testibus, quæst. 54. num. 132. in marito contra uxorem, & è contra ex Baldo, & Mascard. idem Farin. vbi proxime, num. 227. in domesticis, Albericus, Ioan. Andreas, Monticælus, & alij, quos refert idem Farinac. quæst. 55. num. 35. in criminosis, & minus idoneis testibus, idem quæst. 62. num. 50. cum sequentibus, quod enim iustè procedit, & Doctores tenuerunt, quando ex qualitate rei veritas per alios haberi non potest, quo casu iuxta opinionem Antonij de Butrio, & Monticæli, quos refert, & sequitur Farinac. quæst. 63. num. 226. etiam vnico testi super facto proprio à se gesto plena fides adhibeda, si alius de illo deponere nõ valet, idque in subsidium admittitur ex l. quæro, §. 1. ff. de ædilitio edicto, l. seruus, Cod. de probat. tenuerunt Castrensis lib. 2. conf. 116. col. 2. cum Bald. Alexandro, Decio, Marfilio, & aliis Menoch. conf. 98. num. 2. cum sequentibus.

Maximè cum nullam utilitatem testis habet ex facto super quo deponit, ut ex Iafone, Socino, & Decio idem tenuit Menoch. conf. 112. num. 19. & quoties in rebus difficilis probationis sufficiunt coniecturæ, & præsumptiones, multò magis sufficiet vnus testis de facto proprio deponens, Abbas in cap. ultimo, notabili 2. de testibus cogendis, Alex. & alij, quos refert Menoch. conf. 788. num. 14. & quod sine dubio est: nam cum probationes ad arbitrium Iudicis referantur, l. 3. vbi notatur communiter, ff. de testibus, Decius consilio 650. & 652. Mascardus de probationibus, conclus. 740. num. 6. eius relinquendum iudicio credere testi singulari, ex Cassio, Tiraquello, Benintendiz, & pluribus, idem Menoch. lib. 2. de arbitriis, casu 99.

Et quoties fuerint coniecturæ, & argumenta, quæ suadent verum esse, quod deponerit testis singularis, ei credendum, ex Paulo Castrensi, Socino, & Curtio Iuniori probauit Craucta conf. 78. num. 7. Vnde cum

cum in hoc casu veritas per alios, quàm per deponentes haberi non possit, quia Tabellio, qui fecit instrumentum, ille cui delegatio facta testimonium exhibent, & mediator, qui cum ipso Regio Officiali conuentionem fecit de pecunia illi deponenda, & delegatio illi facienda, vltra quam omnes perfectam & concludentem constituunt probationem in hoc casu, vbi iure difficilis reputatur, iuxta prædicta posset sufficere testimonium ipsius mediatoris, & proxenetæ corruptæ de facto à seipso gesto, conuinctis aliis coniecturis, quia nullum commodum, vel damnum mediator spectare poterat in hoc casu, quippe ad illum non pertinebat utilitas litis, nec damnum timere poterat, eo quod corruptelæ mediator fuisset, quia ex nostra l. 6. qualibet pœna exoneratur, qui hoc crimen declarauerit, etiam si eius particeps fuerit, idque ut facilius probatio haberi possit. Nota verba nostræ legis Regni: *venemos por bien, que el que viniere a descubrir, y decir el Don, que asì diere, o hubiere dado à los dichos Iueces, que no aia pena porque la dio maguer, que la merecia.*

16. Et proxenetam posse compelli ad testimonium ferendum, quando aliter veritas haberi non potest ex Abbate, Archidiacono, Anania, Francho, Marfilio, & Monticælo, & aliis Farinac. de testibus, quæst. 90. num. 47. & quamuis regulariter Proxenetæ non sit testis idoneus, tamen in crimine repetundarum illum plenam fidem facere ex Puteo probauit Mascardus conclus. 1040. num. 15. ex Socino, Iuniori, Azebedo in l. 10. num. 20. tit. 7. lib. 3. Recop. Maltrill lib. 6. de Magistratibus cap. 8. num. 47.

17. Sed etsi non probes mediatoris tantum testimonium sufficere, sufficiant tamen in hoc casu quatuor esse testes duos tabellionè & alium qui eo simul cum officiali tractarunt de promissionis acceptatione, & delegatione deponunt quia dici poterunt contestes, quia de actu ipso simul testantur, & succedit regula vulgaris ut in ore duorum vel trium stet omne verbum, l. vbi numerus, ff. de testibus c. cum esses, de testamentis, l. 3. tit. 16. part. 3. vbi Greg. Lopez gloss. 1. & 2. l. 114. tit. 18. p. 3. vbi gloss. 7. & post innumeros, Ant. Gomez tom. 3. variar. c. 12. 9. & 10. etsi aliquis dicat istos duos testes non deponere de ipsa promissione & pacto, sed de quadam extrajudiciali confessione, nullus vtique inficiari valebit eam duobus testibus probatam inducere probationem semiplenam, ut tenuerunt in cap. cum olim de rescriptis per textum, ibi Felinus, versic. *fallit nono*, Bart. Tindarus, ex quibus & aliis probauit Mascardus. *Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Tom. 1.*

18. conclus. 350. numero trigésimo nono.

Et quocunque modo testimonium mediatoris eius, cui delegatio facta, Tabellionis, qui de instrumento deponit, & de confessione coram alio, etsi hæc omnia ad singularitatem referas, in hoc casu, & eis, qui difficilis probationis ex iure communi, & nostris legibus probant testes singulares, & ita metus, quia difficilis probationis est, ex singularibus testibus, & iudiciis probatur, Paul. Paris. vol. 3. conf. 53. num. 61. & conf. 60. num. 21. Menoch. lib. 2. de arbitris, quæst. 116. n. 17. Boerius decif. 101. num. 2. Mascard. de probat. conclus. 1056. num. 2. Surdus decif. 194. num. 23. Seraphinus decif. 771. num. 2. Fontanella de pactis nuptialibus, tom. 2. clausula 7. glossa 2. 5. part. num. 39. Farinac. 1. part. nouissimarum decif. 643. num. 23. ex Boccacio, & aliis, idem Farinacius de testibus, quæst. 64. num. 76. Grammaticus decif. 5. num. 5. Mogollon de meru, cap. 10. §. 3. numero 8.

Sed quamuis quilibet testis, & confessio extrajudicialis duobus probata, solum quilibet probatio semiplenam faceret, certum est in rebus difficilis probationis imperfectas probationes iungi, Felinus in cap. cum causam, num. 10. de probat. Berouius in rubrica de probat. num. 18. Campegius tractat. de testibus, reg. 303. vbi refert Bartolum, Baldum, Salicetum, Abbatem Siculum, Chaldarinum, & alios, & probauit Barbatia lib. 2. conf. 6. num. 33. Antonius Gabriel titulo de probat. conclus. 1. num. 2. Mandellus conf. 355. num. 7. Menoch. lib. 1. præsumpt. 39. num. 18. & præsumpt. 41. num. 10.

Et si quis dixerit hoc procedere in causis ciuilibus, etiam in criminalibus, locum habere colligitur ex eo, quod adducens Butrium, Decium, & Parisium Lopum, & alios notauit Mascardus de probat. conclus. 397. num. 8. & in omni negotio difficilis probationis imperfectas probationes iungi, & in quolibet crimine, etiam graui, expresse tenuit Thomas Grammaticus voto 3. num. 3. his verbis: *item in occultis criminibus ex eorum natura, veluti in venenatione nedu ex inris dispositione ad torturam, verum etiam ad condemnationem præsumptiones, & coniectura sufficerent in locum plena probationis*, idque comprobatur ex Baldo, Angelo, Alex. Castreñsi, Iafone, & Butrio, ex quibus in terminis criminis repetundarum minus perfectas probationes iungi, adducens etiam Puteum, & Amadeum tenuit Bobadilla lib. 5. Politicæ, cap. 1. num. 222.

Præterea, etsi in hoc casu considerari possit testium singularitas, dicendum est nõ esse

esse singularitatem obstatiuam nec diuersificatiuam, sed potius cumulatiuam, nam mediator promissionis de eius acceptatione, cum officiali Regio conuenisse testatur Tabellio de instrumento & delegatione, & simul cum alio teste de confessione, & is cui facta fuit delegatio ipsum alloquutum Regium Officialem, & admonitum de facienda, qui omnes nihil obstant, quando testes singulares considerentur, sed potius sibi mutuo auxiliantur, & probationem cumulant, & hanc singularitatem adminiculatiuam non obstat, sed probare plusquam semiple-
ne, & si aliquid deesset de aliis circumstantiis, quæ in hoc casu intercedunt, & postea expendimus de bene suppleri, ex Caccialupo, Francisco Curtio, Antonio Gabriele, & alis probauit Farinac. dict. quæst. 64. num. 52.

22. Sed etiam in hoc casu dici posset testes prædictos non esse singulares, sed potius contestes ex doctrina Baldi in l. de quibus, ff. de legibus, num. 37. ibi: *testes singulares dicuntur illi, qui in suis dispositionibus simul iungi non possunt, & contra illi non sunt singulares, quorum dispositiones licet diuersæ, possunt tamen simul iungi ad unum quid commune probandum*, & sequutus referens Baldum in idem Conradum, & Antonium Petrum tenuit Farinac. de testibus, quæst. 66. num. 26.

23. Et cum certum sit, vt sæpe diximus, delegationem factam fuisse, & eius instrumentum in actis apparet, testes, qui deponunt ex diuersis circumstantiis, quæ omnes adminiculantur, vt in utilitatem Officialis Regis cederet delegatio, non debent dici testes singulares, sed contestes existimandi, & exemplum proponunt DD. quando agitur de probanda iurisdictione, & testes de actibus diuersis deponunt, vnus, quia vidit iudicare, alius vidit visitationem fieri territorij, & de similibus, tunc non debent considerari, vt singulares, sed contestes, vt notauit Baldus vbi proxime, quem sequitur Papiensis in repetit. l. de quibus, ff. de legibus, num. 135. eis verbis: *Vnus dicit, quia vidit scindi caput Scio, alius dicit, quod vidit suspendi Titium ad furcas*, quia tunc in probatione iurisdictionis contestes existimandi, & confirmat Geminianus in cap. 1. de arbitris, lib. 6. agens de perceptione decimarum, si testes de diuersa specie grani quilibet deponeret, si vnus diceret vidisse percipere dicimas tritici, alius hordei, & sic diuersa deponerent, quia contestari videntur in decimarum perceptione, & mire conueniunt verba Caccialupi in repetitione legis admonendi, num. 108. de iureiurando, ibi: *Singularitas est in causa scientiæ, non in dicto principali: nam modus sciendi est*

per diuersa media, sed quod effectus est vnus & idem, & mutuauit à Baldo in dict. l. de quibus, eis verbis: *nam licet testes differant in loco, vel tempore, seu in causa scientiæ, vel in modo sciendi, qui habetur per diuersa media, non dicitur differre in factis, & propterea singularitas hac, quia non est proprie singularitas, non viciat probationem, & hoc est, quando agitur de aliquo facto probando in genere, & testes probant, licet singularitate impropria circa locum, vel tempus dicto casu non considerabili, vel singularitate penes causam scientiæ, & modum sciendi.*

Et in specie huius criminis repetundarum referens Hippolytum conf. 37. num. 8. notauit Azebedo in hac l. 6. tit. 9. lib. 3. Recopil. num. 9. & 10. agens quomodo crimen repetundarum aduersus iudices probandum, & de singularitate testium inquit, ibi: *Et notandum testes non dico singulares respectu finis: Vnde in hoc casu cum omnes testes prædicti etiam si ex diuersis actibus deponant tamen quoad finem, & effectum videlicet delegationem in utilitatem cedere officialis omnes conueniant non possunt dici singulares sed contestes existimandi, & fere in eisdem terminis exemplum proponit Farinac. de testibus, quæst. 64. num. 6. ad finem, ibi: *Vnus de solutione alter de confessione, vnus de vna confessione, alter de alia*, quemadmodum in nostro casu vnus testis deponit de promissione, & conuentione pecuniæ quæ officiali danda quam ipse acceptauit, alius de instrumento delegationis, & illud vidisse in potestate officialis, & hic cum alio teste deponunt de confessione officialis, & alter deponit ab ipso allocutum, vt permitteret eius nomine delegationem fieri, quæ omnia manifestam, & concludentem probationem constituunt, vt nihil amplius exigi videatur quasi in vnum conspirantes probationes, l. qui sententiam 16. C. de pœnis, eis verbis: *in vnum conspirante concordanteque rei finem conuictus sit*, quod ex prædictis in hoc casu rectè procedit.*

Deinde quamuis verè, & sine dubio testes prædicti singulares iudicarentur, vltra quam iure communi corruptela iudicum testibus singularibus probatur, tamen iure Hispano sine dubio est ex l. 6. tit. 9. lib. 3. Recopilat. vbi traditur tres sufficere testes, si in defectum probationis plenæ quilibet de actu diuerso deponat, & quantum probatio, de qua agimus, in hoc casu excedat probationem trium testium, cum quilibet de suo actu diuerso deponat, maximè quando concurrunt omnes qualitates, quæ adiecta l. 6. requiruntur, videlicet testes bonæ famæ & opinionis existere, & tales esse debere, quibus credat

credat Iudex fidem adhibendam, eis verbis: *siendo las personas tales que entienda el que lo hubiere de librar que son creer*, quia expressè ex parte fisci probatum fuit, vt ex actis apparet testes, qui contra Officialem deponunt esse bonæ vitæ & famæ, vltra quod in iure præsumitur pro fama & opinione cuiusque, nisi contrarium probetur, Baldus vol. 2. conf. 166. & vol. 3. conf. 77. ex Corneo, Anchar. Cardinali, Innocentio, & pluribus Mascardus conclus. 235.

26. Vnde non virgeret iuxta opinionem eorum qui tenuerunt id ex parte fisci debere probari testes esse bonæ famæ, & omni exceptione maiores, procedere in visitationibus secretis vbi copia actorum non datur, quia irregularitas iudicij, & difficultas probationis ex parte rei compensanda, vt fiscus teneatur qualitatem suorum testium in actis demonstrare vt in visitatione tenuit Gabriel Berat in speculo visitationis, cap. 5. num. 79. quamuis id male obseruari notauerim 2. p. decif. Granatensi, 98. num. 41. & in probatione secreta sindicatus, qui imaginem refert visitationis ex Corfeto, Alex. Hippolyto, Romano, Auēdaño, Matienzo, & aliis tenuit Bobadilla dict. lib. 45. politica, c. 1. num. 24.

27. Sed et si admittas opinionem eiusdem Bobadillæ dict. cap. 1. num. 231. qui tenuit decisionem nostram legis 6. quæ admittit testium singularium probationem, in causa repetundarum non procedere in visitationibus secretis quia in eis non potest admitti vt condemnatio fiat ex testibus singularibus, quia irregularitas iudicij occulti, & non dari copiam testium, vt possit aduersus eos aliquid obiici, compensari oportet, vt suppleatur probatione integra, plena & regulari, sed & si procederet illorum traditio, qui tenuerunt non solum in iudicio irregulari ex parte fisci esse probandum testes esse integros, & omni exceptione maiores, sed etiam in quocunque iudicio regulari, & ordinario, in quo actorum copia datur, quando contra Officialem inquiritur, vt ex Angelo, Decio, Auēdaño, & aliis refert Azebedo in dict. l. 6. num. 16. ex Raudensi, Sesse, Ioanne Garcia, & Bobadilla, Mastrill. de Magistratibus lib. 6. cap. 8. num. 48.

28. Hæc autem omnia in hoc casu nihil ius fisci lædere poterunt, nec eius probationes turbare: nam vltra quam opinio Bobadillæ, & nostra lex 6. non procedat in visitatione occulta, & irregulari ex præxi, & communi stylo omnium Senatuum Hispaniæ inprobata, in quibus in visitatione secreta aduersus Magistratus, & Officiales in crimine repetundarum ex testibus singularibus condem-

natio fit, in nostra specie inquisitio aduersus Officialem iure ordinario data copia actorum facta fuit, quod non parum in eius fauorem cedere videretur, vt facilius se defenderet, & cum apertè ex parte fisci de fama testium, & eos omni exceptione maiores esse probaretur, nihil est, quod omnia prædicta efficere, vel officere possint.

29. Vltius quia quod amplius exigit nostra lex 6. vt præter testium singularium dicta alia etiam circumstantiæ & coniecturæ persuadeant, testem verum, deposuisse eis verbis: *Torro si auiendo otras presumpciones y circunstancias por que vea el juez que es verdad lo que dicen*, Quia multæ præsumptiones testium dicta adminiculantur, Prima quia ex vniuersa contextura litis, & actis apparuit valde timuisse eos contra quem officialis Regius procedebat, nisi ei pecuniam donarent iniuste ab illo vexandos. Et ideo variis modis corrumpere tentarunt, quasi ab illo insinueretur velle aliquid dare vsquequo illum testem alloqui fuerunt qui cum officiali de pecunia, & de legatione facienda conuenit.

30. Secunda quia cum in ipsis actis instrumentum delegationis exhibitum sit, & delegatio contineat fieri in eo casu quo decretum daretur in fauorem delegantis pecuniam, & nullo modo officialis probauit, nec dum allegauit in alterius utilitatem cedere delegationem, quæ collata in eum casum, quo in fauorem rei sententia pronunciaretur iuxta doctrinam glossæ, & textus ibi, in c. quia sunt culpæ 28. distinctione, glossa in l. ille à quo, §. si de testamento, ff. ad S. C. Trebell. vt medium præsumatur probatis extremitatibus, notat Speculator in titulo de probat. §. 1. Hernia in rubrica, quæ sint regalia in principio, & probat textus in cap. inter dilectos de fide instrument. per quem voluerunt Abbas ibi & Felinus num. 15. media, si de eis dubitetur, probata ceteri extremitatibus probatis, quod tenuerunt Bartolus & Baldus in l. multum interest, Cod. si quis alteri, vel sibi, idem Bald. in l. talis scriptura, de legat. i. vbi etiam Iason, & Alex. num. 3. Ioannes Garcia de nobilitate, glossa 12. num. 33. Menoch. conf. 1101. num. 5. ex Surdo, Mathesilao, & aliis, Gratianus 2. tom. disceptationum, cap. 392. num. 11. 14. & 15.

31. Vnde cum in præfenti constet initium promissionis ex instrumento, finisque etiam in quem conferebatur, quando in fauorem rei decretum daretur, illudque datum fuisset extremitatibus probatis, medium, vt in utilitatem Officialis cederet delegatio, probatum existimari oportet, quia ex eius voluntate, & facto pendebat, quod reus interderat.

32. Deinde ea maior, & fortior præsumptio virget quia officialis cum aduersus eum inquisitio procederet ad Ecclesiam confugit quo casu ex sola fuga & iuramento accusatoris in crimine repetundarum potest sequi aduersus officialem condemnatio vt ex Baldo, Angelo, Hippolyto, Felino, & aliis Mascardus, conclus. 166. num. 1. & 2. ex Anilefio, Puteo, Homodeo, Caualcano, & Acebedo, Maltrill. dict. lib. 6. cap. 8. n. 50. ex l. vnica, C. vt omnes iudices tam ciuiles quam criminales Salicet. Tiraquellus, Platea, Dulcetius, Viuius, Brunus, Menochius, & aliis pluribus per duas integras columnas auctores referens Bobadilla lib. 5. Politicæ, c. 1. num. 118. & quamuis ille num. 119. & Maltrill. vbi proximè tenuerint non esse officialem condemnandum ex fuga quando ad iudicium redierit, & sui copiam fecerit quocumque autem modo in nostro casu fuga præsumptionem præstat, & coniecturam quæ possit iuuari testibus, vt eis Iudex credere posset iuxta dictam l. 6.

33. Concludendum igitur est circa probationem huius criminis non posse Officialem excusare à fuga, quod ab eo dicebatur de nimis acri animo, & inimico Iudicis, qui aduersus eum inquisitorem faciebat, quia vltra quam inimicitia affectata est (vt statim dicemus) & nihil præstat, nulla alia ratione potuit ad fugam impelli Officialis, nisi timore culpæ, quia si illa vacaret, sua innocentia factis tutus censeretur iuxta illud Horatij lib. 1. epistola 1.

*Hic murus abeneus esto,
Nil conficere tibi, nulla pallefcere culpa.*

Et ex Seneca epistola 97. *at bona conscientia prodire vult, & conspici ipsas nequitias, tenebras timet, & nihil magis indecorum, & à dignitate Officialis alienum, quam fuga, ille enim nisi suo delicto nimis virgeretur, vt reliquis exemplum præberet, iuxta illud Poëtæ Horat. lib. 3. Oda 3.*

*Si totus illabatur Orbis,
Impavidum ferient ruina.*

Constans & securus se omnibus exhiberi debebat, & nullus inficiabatur maximam delicti præsumptionem sumendam ex præcipiti irruptione in fugam.

34. Et cum crimen hoc repetundarum difficile sit probationis, vt iam prædiximus, & constat dicta l. 6. & l. 1. tit. 16. part. 2. non potest plenior probatio exigi in hoc casu, quasi omne genus probationis inueniatur, cui addenda sunt elegantissima verba Baldi in rubrica, Cod. de probation. num. 6. Probatio-

num quadam sunt directa, quæ ad literam testificantur de re probata, quadam sunt obliqua, quæ non probant intentionem per se, sed probant aliquid aliud, quo probato sequitur quod intentio sit probata, hoc autem esse pluribus modis, quia quandoque infert intentionem ex vi necessitatis naturalis, quandoque ex vi necessitatis legitima, quandoque ex vi probationis verosimilis.

Quod autem in hac causa locum habet, 35. quippe probatio directa, & quæ à lege requiritur iuxta dict. l. 6. manifestè in hoc casu procedit obliqua & indirecta ex coniecturis & præsumptionibus, quas expendimus, quæ ex necessitate naturali, ex causatiua, & verosimili inducere videntur Officialem in hoc casu criminis reum esse, & condemnandum.

Sed ab Officiali Regio contra prædicta 36. obiiciebatur Primò dict. l. 6. tit. 9. lib. 3. Recopil. quæ admittit probationem testium singularium in crimine repetundarum procedere in tribus actibus diuersis, non verò in vno, & eodem facto, vt nostra quæstio. Secundò aduersus Magistratum, & publicum Officialem ex præsumptione, quæ eis assistit, debere esse præsumptiones, & probationes magis vrgentes, & clariore, argumento l. si quis, Cod. de Offic. ciuil. Iudic. Bal. in l. obseruare, §. proficisci, quæst. 10. ff. de officio Proconsul. Anilef. in cap. 1. Prætor. verbo *dadinus*, num. 27. Grammaticus, Ægidius, Bosius, Paris de Puteo, quos refert, & sequitur Menoch. lib. 1. præsumpt. 83. num. 2. Raudensis, & Sesse ex quibus probauit Maltrillus lib. 6. de Magistratibus, cap. 10. num. 8. præsertim virum probum, nobilem, bonæ vitæ, & famæ esse Officialem, de quo crimen præsumi non oporteat, argumento l. meritò, ff. pro socio, Panormit. lib. 1. conf. 68. Rolandus à Valle vol. 3. confil. 42. num. 15.

Tertiò dicebat Iudicem, qui aduersus eum 37. inquisitionem fecerat, esse illius inimicum, & ab omni iudicio, & testimonio repellendum, l. 3. ff. de testibus, vbi glossa, Bald. Salicet, & alij, Farinac.

Sed & testes esse familiares iudicis dicebat, & non esse idoneum testimonium illorum qui sunt de familia inimici, c. in literis de testibus vbi Bald. num. 1. Farinat. de testibus quæst. 55. num. 122. cum seqq. & ex Baldo, Panormitano, Grammatico, Marsilio, & Alex. probauit Mascardus conclus. 1050. n. 7. & mediatorem criminis repetundarum non admittendum quia agit de se exonerando, & non potest eius testimonium censerì idoneum quando particeps criminis existimatur, & in terminis, A uilefius, cap. 1. verbo, *satisfaciam*, num. 2. ex Cataldino, & aliis Azeuedo in d. l. 6.

l. 6. tit. 9. lib. 3. Recop. Farinac. de testibus, q. 60. num. 406. & quæst. 136. num. 73. Zephalus lib. 5. conf. 74. n. num. 14.

39. Tum & testes attendit citasse alios testes & illos adduxisse ad iudicem, & eo casu eorum testimonium repellendum, quasi causæ Procuratores, Felinus in cap. cum à nobis, num. 15. de testibus, vbi Ant. de Butrio num. 13. ad finem, Alexander ad Bart. in l. deferre, §. idem decreuerunt, in additione lit. C. versic. *quid autem in sollicitatore*, ff. de iure fisci pluribus, Farinac. de testibus, quæst. 60. n. 244. & aliquem ex testibus intendit, coram amicis, dixisse extrajudicialiter, sed falso iurasse contra officialem, & fere omnibus opponit defectus esse vilis conditionis, & famæ, & ideo eorum dictis fides detrahenda iuxta quæ notarunt Oldradus, Conradus, Federicus Monticellus, & Rolandus, quos & l. 3. ff. de testibus ibi: *aut plebeij* sic refert Farinac. de testibus, quæst. 57. num. 59. adde Mascardum conclus. 705. num. 19.

40. Sed nihilominus prædictis nihil refragantibus, pro fisco iudicandum est, & crimen repetundarum censerì probatum iuxta prædicta. Primum enim vt nostra lex 6. tit. 9. lib. 3. Recop. solum procedat, quando testes singulares deponunt de tribus actibus diuersis, non vero vt in hoc casu cum deposuerint de circumstantiis diuersis eiusdem actus admitti nullo modo potest, quia solum ex cerebro Aduocati opinio nullo iuris fundamento firmatur, quippe quod maiori publicæ utilitatis fauore admissum, vt ex tribus diuersis actibus crimen repetundarum possit probari, non debet contra retorqueri vt in vno, & eodem actu non sufficiat, arg. l. quod fauore Cod. de legibus & iuxta Farinac. de testibus quæst. 64. num. 6. exemplum de eodem casu supra expendimus. quando vnus testis deposuit de solutione pecuniæ, alter de confessione, & in terminis, vt quod d. l. 6. admittitur in diuersis actibus, quando singulares testes de quocumque deponunt, procedat in vno, & eodem actu, si ex diuersis circumstantiis testibus singularibus probaretur, expresse tenuit Bobadilla lib. 5. Politicæ, cap. 1. num. 221. & proponit exemplum num. 222. si vnus testis deponeret vidisse litigatorem intrare ad domum Iudicis cum phiala argentea, & alter diceret eandem vidisse habere Iudicem, vel quando vnus testis diceret ipsum dedisse Iudici pecuniæ summam, vt corrumperet, alius declararet, vt quamuis non vidit pecuniam dari Iudici, tamen audiuit extra cubiculum eam pecuniæ summam numerari, quibus casibus, vbi de eodem facto testium testimonium, sed tamen ex variis circum-

stantiis, sufficere ad probationem criminis repetundarum, & duas semiplenas probationes in hoc casu iungi, Grammaticus voto 3. & ex Iafone, Alex. Castrensi, Baldo, Puteo, Amadeo, Butrio, & aliis, rectè crimen probari iuxta nostram legem 6. tenuit constanter Bobadilla vbi proximè, & adeo menti nostræ legis, & iuri rationi congruit, vt amplius insistere superuacuum.

Deinde quod secundo obiectum aduersus 41. Officialem probationes clariore esse debere, & de nobili, & probo viro, hoc crimen præsumi non oportere, vt notauimus num. 36. parum facit, quia aduersus Iudices, & supremos quoscunque Magistratus, dict. l. 6. loquuta prædictam probationem testium singularium admittit, vt valde Reipublicæ utilitati necessariam, & quamuis de viro nobili non possit delicti sumi præsumptio, tamen responderi potest ex verbis sacræ Scripturæ; Deuteronomij cap. 16. *quia muneræ excacant oculos sapientum, & mutant verba iustorum*, cupiditas enim pecuniæ nobilioris sapientis & probi affectus inquinat, debet, & corrumpit, & addenda verba Caroli Scriboni in Politico Christiano, lib. 2. cap. 9. ibi: *non venalem habebit vocem & calamum, quisquis muneribus viam dederit, sed patrem, matrem, coniuges, filios, animam denique ipsam, cum enim Scriptura teste sapientem vincat & iustum, quæ vis non cadet nam quid potentius, quam iustos in fraudem, & iniustitiam impellere? ex oculare sapientes?* & quanta cæcitas mentibus nostris pecuniæ cupiditas immittat, probatur ex Diuo Augustino libro de doctrina Christiana, dum inquit: *Cæcus est credendo, enim diues est non videndo, amas pecuniam: o cæce, quam nunquam videbis, cæcus possides, cæcus moriturus es, quod possides hic, relicturus: ex hac enim mentis calligine, iudicij torpedine quæ non speianda? & hoc crimen repetundarum etiam in nobili viro credendum, quando tot testimonia, præsumptiones, & circumstantiæ manifestè suadent.*

Sed quod aduersus Iudicem, & testes obiectum est, nihil mouere poterit, quia vltra quam nihil contra Iudicem de inimicitia probatum fuit, & inimicitia affectatæ non debet obiectio admitti, vt notauit Farinac. de testibus, quæst. 53. & ea solum inimicitia legibus nostris probatur, quæ capitalis, & magna, & quæ insidias parasset, vt occideret illum, vel consanguineum eius, contra quem iudicaret, vel testimonium ferret, vt alter alium accusaret in causa, quæ si probaretur, mortis pena, vel membri mutilationis irrogaretur, vel exilij, aut maioris partis bonorum

rum fieret condemnatio, hanc igitur inimicitiam ius nostrum probauit, vt excludat Iudicem, vel testem l. 22. tit. 16. part. 3. & cum in hoc casu de nulla causa inimicitiae constaret, non est admittenda, quae affectata, & quando aliqua esset ex leui inimicitia, non potest praesumi aliquem deierare, vt ex Baldo, Innocentio, & aliis probarunt Greg. Lopez in dict. l. 22. glossa 2. Mascard. de probat. conclus. 1050.

43. Minus etiam mouere poterit, quod obiectum familiares inimici non esse testes idoneos, quia nulla in hoc casu fuit inimicitia, & testes non erant Iudicis familiares, nulli enim testium Iudex salarium dedit, nec aliquis in domo illius degebat, solum vnum testem dicebant solere Iudicis domui assistere, vt eum comitaretur, & quamuis omnibus idem obiceretur (quod in aliis allegatum, & probatum non fuit) testes, qui pro salario non seruiunt, tempore, quo pro aliquo deponunt, non censentur inhabiles, vt pluribus notauit Farinac. de testibus, quaest. 55. a numero 14. cum sequentibus, & quando isti testes repellendi intelligendum est, de illis, qui pro salario, non de eis, quae pro libito seruiunt, vel ad domum accedunt, Thusc. pract. lit. F, conclus. 72. num. 22. vltra quam in hoc casu nihil Iudicis interest, vt quamuis de eius familia testes essent, non repellendi.

44. Et minus nocere poterit quod de aliorum testium sollicitatione obicitur quia licet Iudicis praescepto coram illo adducerent, alios testes, quos in suis dictis deposuerunt de causa notitiam habere nihil eorum fidei nocet, quippe solum testes ex hac ratione improbantur qui possunt causae affectum habere, & de illa curant quia salarium habuerint vt procurator, & aduocatus, c. Romana, §. fin. de testibus lib. 6. Mascardus conclus. 1358. Farinac. quaest. 60. num. 29. ex l. 1. ff. de testibus Bart. & aliis Natta conf. 161. n. 11.

45. Et nec ad rem faciunt quod de reprobatis testium dictis qui agunt de se exonerando, & participes fuerunt criminis, obiciebatur quia ex nostra l. 6. tit. 9. lib. 3. Recopil. aperte ab omni poena eximitur qui in hoc casu intercesserit si illum declarauerit, & testimonium mediatoris in hoc casu valere iam probauimus, & multo minus reum exonerare poterit quod obiectum vnum ex testibus extrajudicialiter coram amicis confessum falso iurasse contra officialē quia vltra quam in probarum non fuit nihil officit quod testis extrajudicialiter declarauit vt detrahatur fides testimonio iudiciali, vt pluribus probauit Mascardus conclus. 1368. num. 1. adde quae

ex Fulgoso, Parisio, Socino Iuniori, Ioanne de Amicis, & Hyeronimo Gabriele notauit idem Mascard. conclus. 1317. num. 6.

Rursus quod testibus obponit esse viles, 46. malae famae, & opinionis, praeterquam in actis ex parte fisci probata fuit opinio, & bona fama testium vt iam praediximus nihil specialiter contra eos dicebatur, sed esse improbe opinionis quod nullo modo sufficit quippe quando extant testimonia contraria videlicet deponunt aliqui de bona fama testium, alij de mala, potius credendum est ei, qui de bona deponit, & excludit infamiam, Bald. in l. fin. col. 4. ff. de feriis, Anchar. conf. 139. & conf. 253. ex Iafone, & aliis Natta conf. 341. n. 11. & conf. 462. num. 10. Felinus in cap. cum contingat, num. 2. de rescript. Antonius Gabriel communium tit. de testibus, conclus. 4. num. 45.

Et vt testis ex mala fama repellatur, non 47. sufficit in genere deponere de mala fama, nisi ratio & casus exprimentur, Mascard. conclus. 1370. num. 8. Farinac. quaest. 47. num. 316. & vnus ex testibus, cui haec obiciebantur, fuerat minister ipsius Officialis, qui illum elegerat ad munus sui expeditione, & faciunt verba Scauolae in l. Pomponius 10. ff. de negot. gestis, ibi: quod reprobare non possunt, quod semel probauit, & quod tradit textus in l. cum mulier, 47. ff. soluto matrimonio, eis verbis: Cur enim improbet maritus mores, quos ipse aut ante corrupit, aut postea probauit.

Denique ex praedictis apparet nulla ratione praesumi posse praedictos testes falsum deposuisse, quia ex eo nihil consequi poterant utilitatis, ex l. fin. Cod. ad leg. Iul. repet. quae loquitur in terminis, Fulgos. conf. 173. versic. contrarium, Cuman conf. 136. vbi tradit falsitatem non debere frustra committi, quando sibi quis non prodest, Corneus lib. 3. conf. 63. versic. ex quo actum, dum inquit: Vbi non est commodum, cessat doli praesumptio, Aimon, Craueta conf. 6. num. 22. & conf. 8. numero 13. conf. 9. numero 29. conf. 65. numero 9. conf. 73. numero 13. & omnino cessare doli praesumptionem & falsitatis, quando non constat de utilitate eius cui dolus, aut falsitas imputatur, Rubeus consilio 15. numero 6. Blancus in leg. vlt. numero 255. ff. de quaestionibus, Corneus libro 4. consil. 217. ad finem, & nunquam esse locum huic praesumptioni, nisi aliqua causa ad id impellente probarunt Abbas lib. 2. conf. 69. col. 2. Marfill. consil. 72. & consil. 77. numero 78. Rolandus à Valle libro tertio, consilio 11. numero 35.

Ex quibus omnibus apparet legis poena 49. hoc

hoc erimen vindicandum, vt publica munera à praedicta habe repetundarum liberentur, & administratio Reipublicae iusta, & recta valeat procedere.



ALLEGATIO XLIX.

De Sponsa decedente ante nubilem aetatem num possit pro vxore haberi?

1. *Commendarum Indiarum successio est inter coniuges.*
2. *Rescripta successiois commendarum requirit cohabitare coniuges sex menses.*
3. *Cohabitatione non sequuta inter coniuges successio commendarum locum non habet.*
4. *Mulieris nomen refertur ad eam quae virum passa.*
l. si collectaneus, 13. de manumiss. vindicta.
l. alioquin 11. de contrahend. empt.
5. *Sanctissima Virgo Maria inuupta dicitur licet matrimonium contraxerit, quia virum non cognouit.*
Nubere verbum ad copulam refertur.
6. *Matrimonium ad vsum mulieris referendum.*
Matrimonia per vsum, coemptionem & confarrationem apud Romanos.
7. *Vxores duci ad domum virorum erat necessarium, vt matrimonium perfectum censeretur.*
Consuetudines diuersa vxores ducendi ad viros.
8. *Hebraeorum ritus in ducenda vxore ad domum viri.*
c. 12. lib. Iudic.
9. *Vxor quae in manum viri veniebat à potestate patria eximebatur, & in familia viri constituebatur.*
cap. 3. Genesis.
cap. 22. Leuitici.
cap. 30. Numerorum.
l. Pronuntiatio, §. familia appellatione, ff. de verb. signif.
l. pen. C. de inoff. donat.
l. ea quae in principio, ff. de donat. inter.
l. Lucius, §. quae marito, ff. de leg. 2.
l. 2. §. 1. ff. solut. matrim.
10. *Vxor quae in manum mariti veniebat, habebat in eius bonis iura sui heredis.*
Vlpian. in fragm. tit. 22. §. 14.
§. qui igitur, instit. de patr. potest.
Ioann. Bapt. Larrea Alleg. Fife. Pars I.

11. *Vxor quae in manum viri veniebat, succedebat ab intestato viro.*
Vlpian. in fragm. tit. 29.
12. *Vxor non succedit viro ab intestato, si diuortium factum tempore mortis viri.*
l. 1. §. fin. ff. unde vir.
l. 1. de ritu nuptiarum.
l. cum te, 6. C. de donat. ante nuptias.
l. & ideo, 62. §. 1. ff. de donat. inter.
13. *Matrimonium unde dicitur.*
Matrimonium sine coniunctione non est.
c. si quis desponsata, 27. q. 2.
c. quod autem, 27. q. 7.
c. debitum, de bigamis.
14. *Matrimonium Selo consensu perfici intelligendum vt non dissoluatur, non vero est perfectum sine copula.*
c. tertio loco, de praesumptionibus.
c. cum locum, de sponsalibus.
cap. sufficiat, cap. matrimonium, 27. quaest. 2.
cap. cum societas, 27. q. 2.
15. *Matrimonium consummatum licet non possit dissolui per ingressum Religionis potest tamen solum ratum.*
Concil. Trident. sess. 24. de reformatione, cap. 6.
c. ex publico, de conuers. coniug. §. n. 29. & 38.
16. *Spoliatus vxore maritus dici non potest ante copulam.*
Imterdicta possessoria pro restitutione vxoris non habet maritus ante copulam.
c. ex transmissa, de restit. spoliat.
c. ex parte, de restit. spoliat.
c. pen. de probationibus.
c. siue, de coniug. 33. q. 2.
c. cum locum, 14. de sponsalib.
17. *Nuptiae ante nubilem aetatem pro nuptiis non habentur, sed pro sponsalibus.*
l. questum, 9. ff. de sponsalib.
l. minorem, 4. ff. de ritu nuptiar.
18. *Conditio nuptiarum non censetur impleta ante nubilem aetatem.*
l. haec conditio, 10. ff. de condit. & demonstr.
l. penult. ff. quando dies legati cedat.
19. *Lucra nuptialia non communicantur quousque coniuges legitimam aetatem habeant.*
l. penult. §. Iulianus, ff. quod falso tutor. authore.
l. cum furiosus, 7. Cod. de curatore furiosi.
20. *Statuta quae post mortem vnius coniugum alteri defert successionem, non procedunt in sponso qui matrimonium non consummauit.*

- l. 52. Tauri.
l. 4. tit. 2. lib. 5. Recopil.
l. 2. tit. 9. lib. 5. Recopil.
22. Realiter aliquid faciendum est cum effectu, & differt ab eo quod est verbaliter.
l. acceptam, C. de usuris.
l. si mora, ff. solut. matrim.
23. Conditionem inducit ablatiuus Absolutus.
l. à restatore, ff. de condit. & demonstration.
Conditio specificè & in forma adimplenda.
l. qui heredi, ff. de condition. & demonstrat.
l. si heredi plures, de condition. & demonstrat.
l. cum his, §. si Prator, ff. de transactionibus.
24. Matrimonium quando requiritur cum certa qualitate, debet qualitas precedere, alias matrimonium non sufficit.
25. Argumentum à superfluitate vitanda, est validum quando ratio dispositionis suadet.
26. Ratione legis deficiente, eius dispositio debet cessare.
l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patronat.
27. Interpretatio sumenda ut absurdum vitetur.
28. Ratio ampliat dictum, non verò dictum rationem.
l. emptor, 65. §. ult. vers. ea ratione, ff. de rei vindicat.
l. regula, §. si quis, ff. de iuris & facti ignorant.
l. cum Pater, §. dulcissimis, ff. de legat. 2.
29. Geminatio arguit enixam voluntatem. Matrimonium proprium quod consummatum.
30. Rescripta semper in potiori significatione accipienda.
31. Rescripta semper accipienda iuxta sensum naturalem & ius commune, non verò quod accidentale est.
32. Dispensatio & quod ex Principis voluntate pendet, impossibile iudicatur.
l. quidam relegatus, ff. de rebus dubijs.
l. apud Iulianum, 39. §. constat, ff. de legat. 1.
33. Matrimonij contrahendi promissio inter impeditos, si Pontifex dispensauerit, nulla est ex aliquorum sententia.
34. Duo specialia non admittenda.
35. D. Ioannes de Solorzano agit, an successio commendarum procedat inter coniuges non consummato matrimonio.
36. Fundamenta ut successio commendarum procedat inter coniuges, etiam non consummato matrimonio expenduntur.
37. Nuptias non concubitus, sed consensus facit.
l. nuptias, de reg. iuris.
c. fin. de sponsa duorum.
l. cum fuerit, 15. ff. de condit. & demonstr. & n. 44.
38. Donatio prohibita inter virum & uxorem etiam prohibetur inter sponsos de presenti.
l. Seia penult. ff. de donation. inter, & num. 46.
l. Deo nobis, Cod. de Episcop. & cleric. & n. 47.
39. Matrimonium in multis privilegiis operatur, licet non consummatum.
l. 44. Tauri, & n. 49.
l. 4. titulo 7. libro 5. Recopilationum, & num. 49.
cap. fin. de frigidis & malefic. & numero 49.
cap. per tuas, qui filij sunt legitimi, & num. 49.
cap. 1. & 2. de matrim. contra interdictum Ecclesie, & n. 49.
40. Principaliter quod agitur attendendum.
l. 1. ff. de auct. tutor.
l. si quis nec causam, ff. si certum petatur.
Fauorabilia admittunt sponsam pro uxore.
Authentic. praterea, Cod. unde vir & uxor.
l. non sine, §. Codice de bonis qua liberis.
41. Sponsalia sufficere ad lucra nuptialia, qui tenuerint.
l. nihil interest, 15. ff. rerum amotarum.
l. mulierem, §. ff. de ritu nuptiar.
l. denique, 6. ff. de ritu nuptiar.
l. cum hic status, 12. §. si mulier, ff. de donat. inter.
42. Qualitates requisita in matrimonio obseruanda.
43. Matrimonium censi contractum ex consensu, procedit quando fieret in aetate legitima.
44. Nubendi in familia praeceptum iure probatur.
45. Filius uxoratus iure nostro Hispano non eximitur à patria potestate, nisi velatio Ecclesie procedat.
46. Donationis inter coniuges prohibitionis ratio

- ratio magis procedit in sponsis, quia in principio matrimonij maiora exhibent indicia amoris.
47. Religiosis ingressus nullo modo debet impediri ut aliquod lucrum amittat ingrediens.
48. Ingratitudo ex qua filius posset exheredari, obliteratur per ingressum Religionis, ut tunc exheredari non possit.
49. Matrimonium solemne & ratum solum non sufficit quando dispositio respexit procreationem liberorum.
50. Schedulam successionis Commendarum Indiarum respexisse liberorum procreationem, probatur.
51. Lucra nuptialia concedi sponsis etiam non consummato matrimonio, argumentum non facit ad successionem Commendarum.
52. Opinio Doctorum Hispanorum magis apud nos sequi debemus circa lucra nuptialia. Historicis magis creditur eis qui nati in provincia de qua scribunt.
53. Opinio inter diuersas sequenda eius qui de re peculiarem tractatum scripsit.
54. Matrimonij cohabitationem attendenda constat ad lucra nuptialia, quia si in una provincia contrahatur & in alia coniuges uiuant, eius statuta ad lucra procedent, ubi cohabitatio matrimonij.
Lexigere dotem, C. de iudiciis.
55. Ratione una deficiente ex eis quibus dispositio fundatur, locum non habebit.
§. affinitas, instit. de nuptiis.

De successione inter virum & uxorem circa Encomiendas Indiarum, & Rescripta Regia, qua requirunt sex mensium coniugum cohabitationem, quomodo accipiendum, & an locum habeat in sponsa qua decessit ante matrimonij consummationem, vel nubilem aetatem.

1. **H**æc quaestio agitata fuit cum Duce del Infantado, qui uxorem duxit Marchionissam de Montes-claros, quæ cum adhuc impubes esset, & solum decimum ætatis annum attingeret, cum dispensatione Summi Pontificis matrimonium de presenti fuit celebratum, cum ea conditione dispensatio-
Ionn. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Tom. I.

nis, ne ante completum duodecimum ætatis annum cohabitare possent coniuges, & cum decederet Marchionissa ante impletum annum undecimum, cohabitatione non sequuta, nec consummato matrimonio dubitatum fuit an Dux del Infantado ex lege & rescriptis successionis inter coniuges Commendarum succedere posset in ea quam habebat Marchionissa, de quo eleganter scripsit Patronus fisci Regis supremi Consilij Indiarum, & de eo fundamenta retulit Doctissimus Ioannes de Solorzano tom. 2. de Indiarum Gubernatione, lib. 2. cap. 20. num. 35. vsque num. 80. & cum aliquo tempore munere fisci Patroni in eodem Senatu functus fuero, & hæc quaestio tunc etiam discutere-
tut, quæ ultra prædictos grauissimos viros, eorum scriptis addenda censuerim, pro Regio fisco libet animaduertere ut huius rei plena cognitio percipiatur, cum vsque adhuc casus non decifus in supremo Indiarum Senatu.

Pro cuius intellectu animaduertendum 2. ex rescripto anni 1603, ex quo lex successionis commendarum procedit necessarium esse ut mutua successio inter coniuges, quoad commendas locum habeat sex menses simul cohabitare celebrato matrimonio in facie Ecclesie, aliter successio non procedat, sed censi commendam vacare, ut iterum possit à Rege donari, nota verba Rescripti, ibi: Si realmente no estuiesen y uiuiesen, casados con ellas seis meses, & iterum postea repetit, no pueden succeder en las tales encomiendas y repartimientos sino fuere auenido estado, y uiuido casados in facie Ecclesie seis meses, & ad finem rescripti concluditur eis verbis, y que no uiuendo los dichos seis meses casados en la forma susodicha queden vacos los dichos repartimientos, y en comiendas de Indos en que hubieren de succeder que assi es mi voluntad.

Vnde cum in hoc casu nec matrimonium 3. contractum in nubili ætate, nec cohabitatio sequuta, vel eius consummatio, ut in prædicto rescripto exprimitur, videtur huic successionis locum esse non posse, & comprobatur.

Primo, quia dispositio rescripti Regij loquitur de muliere, ibi: Que las mugeres, que en segunda vida, & iterum eis verbis: Que las mugeres que succeden en ellas por segunda vida. Mulieris autem verbum, ut expendit D. Solorzano dict. lib. 2. cap. 20. num. 37. vsque 41. pro iam nupta, quæ virum passa accipiendum, & comprobatur ex l. si collectaneus 13. ff. de manumiss. vindic. l. alioquin 11. ff. de contrahend. emptione, Siccardo, Kalino, Alciato, Rebuffo, Fornerio, Tertulliano, & aliis, &

ex nomine vxoris, quasi vxor, quia virū vngēbat, & in eius vsu erat, pluribus, vt solet, eruditē adductis, & vltra illū Seruius lib. 2. Aeneidos tradit vsu obtinuisse, vt innuptas virgines, nuptas verō mulieres dicamus, & quæ virum non passa, quamuis contraxerit, innupta dici solet.

5. Sic de sanctissima Virgine Maria, quamuis inter eam & sanctum Iosephum matrimonium verum fuisse constat ex consensu Ecclesiæ, & sanctorum patrum, D. Augustinus, quia virum non cognouit, innuptam dicit serm. 18. de sanctis in festo annunciationis, ibi: quia peperit innupta terretur, & singulariter Faustus Reginensis epistola 3. ad Diaconum tradit eis verbis: *Accipe filium Dei in extrema parte seculorum ex innupta matre, & fide maritante progenitum*, & Fiselafcus lib. 1. Selectar. pag. 249. tradit: *Beatam Virginem Deiparam innuptam appellari posse, quoniam ex nullo viri commercio Christum seruatorem genuerit*, & iterum tradit ibi: *Innuptam dictam esse, non quod alicui matrimonio copulata non fuerit, sed quod omnino nupta non fuerit, hoc est, ab omni venere, & viri consuetudine penitus aliena*, & paulò post repetit, ibi: *Innupta igitur sanctissima Virgo Deipara, hoc loco nominatur, ab omni venere impolluta, incontaminata, nulli vnquam viro cognita, & comprobatur ex Paulo, Petronio, Apuleio, qui verbum nubere ad copulam referebant, & ex Seneca Patre lib. 6. controuers. 8. eis verbis: mulier, quæ cum viro suo non potest nubere. Et in hoc casu viduas, quia copulæ maritali non deseruiunt, plura concilia innuptas appellat, & ex Valentino, Turonensi, Gallico, Agathensi, & Aurelianensi comprobatur Fiselafcus.*

6. Secundo nuptias & matrimonium referri debere ad vsu mulieris, notant formulæ contrahendi matrimonium per manus coemptionem, vel per vsu, quibus modis ciues Romani matrimonium contrahere solebant: nam per confarrationem contrahere proprium erat Pontificum, in matrimoniis enim per vsu vel per coemptionem vxor viro tradebatur, & in eius domum, manum, & vsu veniebat, vt emendans Cicero nem pro Flacco ex Boëtio, Agellio, Seruio, & Conano, tradit Kalinus verbo vxor, adde Arnobium lib. 4. aduersus gentes, quem refert Bressonius lib. singulari de ritu nuptiarum, idem lib. singul. ad legem Iuliam de adulteriis, pagina 118.

7. Erat enim necessarium, vt matrimonium perfectum censeretur, vxores duci ad domum virorum, vt eis traderentur, & facie cooperta in gyrum voluebant Romani nubendam ad portam domus parentum, cum

ad maritum ducebant, & reditum ad patris domum ignorarent, vt Plutarchus problemat. Roma. cap. 28. refert consuetudinem apud Boëcios: nam in quodam genere vehiculi vxores ducebant ad maritum, & cum eas traderent illi, ad eius domus fores igne comburebant vehiculum, quasi in mariti domo esset mansura, nec redire deberet ad parentes.

8. Et nuptiarum ritum, vt à suis laribus extraheretur vxor, & in mariti potestatem traderetur, obseruauerunt Hebræi, vt constat libro Iudic. cap. 12. ibi: *filias, quas emittens foras maritis dedit*, & iterum eis verbis: *accepit vxores introducens in domum suam*, vt refert Tiraq. l. 1. connubial. num. 32. & ideo Alciatus lib. 4. Paradox. cap. 7. *iustam vxorem dicit, quæ vere vxor solemniter ducta, non quæ simplici sponsione ducta est*, comprobatur Kalinus verbo vxor iusta, & ideo communi loquendi vsu matrimonium contrahere, ducere vxorem dicimus, quasi eius necessaria sit ductio ad domum viri, vt ex Hotomano notauit Theatum vitæ humanæ, vol. 29. libro vnico, pag. 4376. adde, quæ nouiter, & eruditè tradit P. Sherlogus in cantica Salom. 3. tom. vestigatione 36. sect. 1. num. 7.

9. Tertio iuuat prædictam traductionem esse necessariam, vt vxor esset in familia viri, & sub eius potestate, quæ originem habet Genesis cap. 3. vbi loquens Dominus ad Euam, dixit: *sub viri potestate eris*, & constat aliis locis sacre Scripturæ, Leuitici cap. 22. Numer. cap. 30. Diuo Paulo ad Roman. cap. 7. & ad Corinth. 7. & de iure ciuili Romanorum, l. pronuntiatio, §. familiæ appellatione, ff. de verb. significat. l. penult. Cod. de inoffic. donat. l. ea quæ in principio, ff. de donat. inter, l. Lucius, §. solut. matrimonio, & aliis iuribus videatur mulier vxorata adhuc in potestate patris manere, tamen in ea, quæ in manum viri veniebat, vt in eius potestatem transiret, à patria exempta, ex Bertranno, Mauro, Tiraquello, Gentili, Zipeo, Guiberto, Mozio, Thefauro, Fabro, & aliis probauit Osualdus ad Donellum lib. 13. comment. cap. 21. in notatis, lit. L.

10. Quarto huius potestatis viri in vxorem effectus erat, quia de familia mariti censebatur, vt iura sui hæredis concederentur vxori in bonis mariti, quando in eius manu veniebat: nota verba Vlpiani in fragmentis, tit. 22. §. 14. *Item vxor, quæ in manu est, item nurus, quæ in manu est filij, quem in potestate habemus*, quasi cum filius non liberatur à patria potestate iure Romanorum, propter nuptias §. qui igitur, 3. inquit de patria potestate, ideo vt nurus succedat socero requiritur esse vxorem

11. Quod etiam repetit Vlpianus, in fragment. tit. 29. agens de legibus duodecim tabularum quæ hæreditatem liberti, descendens ab intestato & sine hærede deferebant Patrono, id non procedere quando vxorem libertus reliquit eis verbis: *Ideoque siue testamento facto decedat licet suus hæres ei non sit seu intestato, & suus hæres ei sit quamuis non naturalis, sed vxor, puta quæ in manu fuit vel adoptiuus filius, lex Patrono nihil præstat*, & iterum repetit, ibi: *Sed ex edicto Prætoris si testamento facto libertus moriatur, aut nihil aut minus quam partem dimidiam bonorum Patrono relinquat contra tabulas testamenti partis dimidia bonorum possessio illi datur, nisi libertus aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relinquat siue intestato decedat, & vxorem forte in manu vel adoptiuum filium relinquat*: Ex Vulteio principio inquit ad S. C. Tertullian. num. 4. & 5. tradit Kalinus, verbo, vxor. duobus modis, & dupliciter eam considerari aliam quæ in manu viri conueniebat, aliã quæ non veniebat, ex topicis Ciceronis, & Petro Velecio de Guebara in eis, §. 3. num. 3. Hotoman. & aliis, notauit D. Pichardus, princip. inquit de success. libertor. num. 3. & vt possit succedere vxor viro, deberet in manum eius venire probat ex Antonio Roscio lib. 3. memorabilium, cap. 1. n. 13. & vltra Pichardum, & relatos probantur, Agellius lib. 18. noct. atticar. cap. 6. Brisson. de ritu nuptiar. pag. 488. Rebardus ad leges, 12. tabular. c. 11. alij quos refert Osualdus, ad Donellum lib. 7. comment. c. 2. in notat. lit. F. & ad mutuum successionem abintestato inter coniuges ex titulo vnde vir, & vxor, vt procederet solum circa vxorem quæ in manum viri veniebat Halicarnassæus, Balduinus, Zassius, Cuiacius, Forsterius, & aliis quos refert idem Osualdus in notatis ad Donellum, lib. 9. comment. c. 1. lit. K.

12. Quinto prædictam sententiam confirmat mire huic rei conducens, textus in l. vnica, §. 1. ff. inde vir, & vxor, vbi non solum ad prædictam successionem inter virum, & vxorem requiritur nuptias in nubili ætate præcedere sed etiam simul coniuges cohabitare, & similiter in cohabitatione durare vsque ad mortem, & tempus successionis adeo vt si diuortium fieret matrimonij, etsi adhuc iure subsistat tamen propter separationem coniugum successio non procedat, notanda verba textus, ibi: *Vt autem hæc bonorum possessio locum habeat vxor esse oportet mortis tempore: sed si diuortium quidam secutum sit verumtamen iure durat matrimonium hæc successio locum non habet*, Et cum ratione matrimo-

nij hæc successio inducta, illudque completum & confirmatum dici non possit, ante cohabitationem, & copulam vt tradit Salicetus in l. cum te, num. 6. Cod. de donat. ante nuptias merito ex diuortio quoad thorū separato, matrimonio quod respicit maris, & femine coniunctionem indiuiduam vitæ consuetudinem retinens, l. 1. ff. de ritu nuptiar. debet cessare prædicta successio vt post glossam tenuerunt, Petrus Cinnus, Baldus, Ioannes Faber, Castrensis, Iason. Alexander, Corneus, & Decius in l. 1. Cod. vnde vir. & vxor. & in l. 1. ff. eodem ex Saliceto, Baldo, & aliis Guillelmus Benedictus in cap. Rainucius, verbo, & vxorem, decif. 5. num. 238. Tiraquellus, de retract. lignag. §. 10. glossa vnica num. 17. Barbosa in rubrica, ff. solut. matrimonio, 2. p. num. 56. ad finem, & in idem expendo verba textus, in l. 1. ideo 62. §. 1. ff. de donat. inter, ibi: *perinde enim id quod donatum est habebitur diuortio intercedente ac si donatum non fuisset*: Et quantum in iure differat vxorem ad domum viri traduci vel non denotat l. cum te 6. quæ videnda.

13. Sexto quia matrimonium quasi mater omnium dicitur vt fuit Eua cum Adamo, in quibus primum fuit matrimonium vt expendit Salicetus, in d. l. cum te, num. 4. vel quasi nubant mulieres; vt matres fiant, ex Diuo Augustino, D. Gregorio, Tertulliano, Cassiodoro, Agellio, Conano, & aliis probantur, Brissonius, & Kalinus, verbo matrimonium, pluribus D. Solorcano dict. lib. 2. c. 20. num. 43. cum seqq. nec sine illa coniunctione matrimonium accipi potest, vbi leges, vel rescripta de illo mentionem faciunt, vltra plura in terminis notanda verba Saliceti vbi proximè ibi: num. 4. *Qui ergo in statuto adiunctum est verbum in matrimonio, non fuerunt contenti, de matrimonio quod immediate resultat ex consensu per verba de presenti, sed in suo esse perfectiori sumpservunt, alias illa verba nihil operarentur & sine fructu appositâ reperirentur, non enim vxor prior est cum viro in matrimonio quam sit in actu quo possit esse matrimonium, & probatur, c. si quis desponsata, quæst. 2. vbi traditur, *Tunc rite coniugium vocatur quando mulier est tradita viro ita vt ea utatur*, Et in textu in c. quod autem 27. quæst. 2. vt quoties per impotentiam matrimonium annullatur constat non fuisse coniuges, & in c. debitum de bigamis traditur duo interuenire oportere in matrimonio, consensum animorum, & commixtionem corporum.*

14. Septimo probauit Decius cons. 540. num. 4. vt alterum sine alio non faciat perfectum matrimonium, & n. 3. refert Panormitanum

Andream Siculum, & alios tradit hæc verba: *uxor enim proprie intelligitur illa cum qua sit consummatum matrimonium, sponsa illa dicitur cum qua contracta sunt sponsalia, etiam de presenti, & ponderat textum in cap. tertio loco de præsumpt. & num. 4. respondet Decius ei difficultati, quæ in contrarium posset opponi, eis verbis: & non obstant iura, quæ dicunt, quod solus consensus faciat matrimonium, cap. cum locum de sponsalibus, cap. sufficiat, c. matrimonium 27. quæst. 2. quia intelliguntur isto respectu, quia non potest dissolui matrimonium, licet copula non interuenierit, cap. fin. de sponsalibus, non tamen videtur proprie matrimonium copula non subsequuta, & faciunt verba textus in cap. cum societas 27. quæst. 2. ibi: non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse nuptiale ministerium.*

15. Octauo iuuat differentia, quæ in iure consideratur matrimonij rati & consummati: nam quamuis hoc velut complementum, non possit dissolui per Religionis ingressum, tamen ratum ante copulam rectè dissoluitur, si alter ex coniugibus professus Religionem, Trident. sessione 24. de reformatione, cap. 6. vulgar. cap. ex publico de conuersione coniugat. & notandum eum textum procedere, etiam si vxor in domum viri traducta, & ei tradita sit, quia dum ab eo non cognita poterit ingredi Religionem, & ex verbo redire, dict. cap. ex publico, iunctis Ioanne Sancio cum aliis pluribus ego probaui 1. part. decis. Granatens. 3. num. 17. vsque ad 20. adductis aliquibus Historiarum exemplis.

16. Et adeo verum est, vt ante consummationem matrimonij non censeatur maritum habere possessionem vxoris, quamuis eam in sua potestate habeat, & si illa spoliatur, non poterit intendere ad restitutionem interdicta possessoria, cap. ex transmissa de restitutione sponsaliorum, eis verbis: *Si vobis constiterit, quod præfata mulier prædicto militi legitime desponsata fuisset, & ab eo cognita, ipsam restitui faciatis, & ibi glossa, verbo ab eo, tradit vt maritus possit intendere restitutionem vxoris duo probare oportere: legitimam sponsationem vere vel præsumptiue, & carnalem copulam, cum Holtiensis, Innocentio, Ioanne Andrea, Burrio, Felino, Alexandro de Neuo, Castrensi, & aliis probaui Thomas Sancius de matrimonio, lib. 7. disputat. 112. num. 16. & Baldus in cap. ex parte, num. 7. de restitutione spoliatur. tradit solum dici posse maritum spoliatum vxore post copulam, Cardinalis Cabarella in eo textu, num. 5. & quasi essentia matrimonij in copula consistat, si de eius nullitate agatur, iubetur mu-*

liorem in sequestro deponi in loco tuto, cap. penult. de probationibus, cap. siue de coniugib. 33. quæst. 2. c. cum locum 14. de sponsalibus, vbi communiter notant Doctores, id autem, ne copula sequatur, in qua essentia matrimonij consistit.

17. Nono, nam cum in hoc casu iure communi matrimonium celebratum non fuit, sed speciali Rescripto dispensationis summi Pontificis, propter consanguinitatem coniugum & defectum nubilis ætatis vxoris ante legitimam ætatem, & consummationem matrimonij non debet haberi pro nuptiis, sed pro sponsalibus vt notauit Vlpianus, agens, quando sponsalia transeunt ad nuptias in l. quæsitum, 9. ff. de sponsalibus, eis verbis: *an si sponsalia sint ante duodecimum annum si nuptia fuerint collata, & semper Labeonis sententiam probaui existimantis si quidem præcesserint, sponsalia durare, & quamuis in domo loco nuptiæ esse cæperit: Vbi etiam si nuptiæ celebratæ in sponsalibus remanent, quamuis quod plus est ad domum viri mulier traducta & facit textus singularis in l. minorem, 4. ff. de ritu nuptiarum vbi traditur, *minorem annis duodecim nuptiam tunc legitimam vxorem fore cum apud virum expleset duodecim annos, vbi cum Ioanne antiquo glossatore tenuit Accursius, vt quamuis ante nubilem ætatem viripotens scæmina esse posset, adhuc legitimæ nuptiæ non censerentur ex defectu ætatis.**

18. Sed ad implementum conditionis nuptiarum solum absolute adiectæ non potest censerì impleta conditio ante nubilem ætatem, l. hæc conditio 10. ff. de condit. & demonstrat. eis verbis: *sed enim non omnes complent conditionem, puta enim nondum nubilis ætatis in domum mariti deducta non paruit conditioni, & mire conducit textus in l. penultim. ff. quando dies legati cedat, ibi: quod pupille legatum est, quancumque nupsert, si ea minor, quam viripotens nupsert, non ante ei legatum debetur, quam viripotens esse cæperit, quia non potest videri nupta, quæ virum pati non potest, quanto fortius in nostra quæstione, vbi non solum ante vndecimum annum decessit Marchionissa de cuius successione propter matrimonium agitur, sed lex & rescriptum successione expresse requirit, vt sex mensium cohabitatio debeat procedere, vt successioni locus sit.*

19. Decimo, sed ad lucra matrimonij causa (vt censerì debet hæc successio commendarum) tenuerunt Doctores vt quamuis adhuc non consummato matrimonio possent communicari inter coniuges tamen procedat solum quando contrahentes legitimam ad nuptias

nuptias ætatem habuerint vt ex Bartolo, Baldo, Castrensi, & Ioanne de Amicis tenuit Viuius decis. 222. n. 12. & eos referens in terminis probauit Paulus Emilius de exceptione in successio. tit. 5. except. 11. 2. part. n. 112. Tobias Nonius, conf. 51. n. 10. eis verbis: *Quod pactum seu statutum de lucranda dote non habet locum in sponsa decedente, ante nubiles annos, licet decedat in domo sponsi, & subierit onera matrimonij, quod etiã expresse tenuerunt Boerius decis. 22. n. 13. Gabriel Saray in notis ad Mathefilanum, singulari 74. n. 21. Vicentius Carrocus, in cap. cum quid de Regulis iuris in 6. per sextam limitationem, vers. ad primum, nu. 3. Lodulpus Scraderus Miscellaneorum, cap. 22. n. 14.*

20. Et ego pondero textum notandum, in l. penultima, §. Iulianus, ff. quod falso tutor. auctor. vbi cum contra tutorem actio datur, si quid dolo fecerit, vt eius pupillus contraheret, si Pater Filiam ante duodecimum annum nuptiis collocauerit, quæritur an contra eum quasi deciperet, & dolo versaretur pater cum nuptiæ non consistant ante duodecim annuum maritus agere posset & postquam l. C. excludit ex eo doli actionem quasi ignoscendum sit Patri qui Filiam suam maturius, in familia sponsi perducere maluerit cum semper parentum vtile pro filiis consilium præsumatur, l. cum furiosus, C. de curatore furiosi, postea quærit Vlpianus, si maritus lucrari dotem pacifceretur, eo casu quo matrimonium valeret & solueret filia quæ intra duodecim annuum ante impletum decederet, quo casu quasi nuptiæ non subsisterent, Pater dotem repetierit ex Iuliani sententia tradit Vlpianus, si dolo Pater versatus est in maritanda filia possit dotem petens à marito, doli exceptione repelli, quæ necessaria non foret, si ante duodecim annis ætatis annum nuptiæ consiliter potuissent, & dos lucrari, vt merito nostra referipta, quæ inter coniuges Commendarum successione concedunt, non procedant ante legitimam ætatem matrimonij, maximè adiecta ea qualitate, vt per sex menses simul cohabitare debeant, quod in hoc casu nec interfuit, nec esse potuit.

21. Vndecimo, etiam quando nuptiæ in legitima ætate iuste contractæ statuta, quæ post mortem vnus coniugum alteri deferunt successione non procedere in sponso, qui matrimonium non consummauit, tenuerunt Petrus Cinnus, Guillelmus de Cuno, Baldus, Ancharanus, Iason, Salicetus, Angelus, Abbas, Felinus, Decius, Parisius, Hippolytus de Marsilis, Tiraquellus, Marcabrunus, Craucta, Riminaldus, Rolandus, Alciatus,

Beroius, Boherius, Menchaca, Petrus Gregorius, Mocius, Costano, Thomas Sanchez, Barbosa, Gutierrez, Zuallos, Giurba Gamma, Cancerius, Thuscus, Caldos, Pereira, Fontanella, Gailius, Greucus, Nouarius, & Caputus, Osualdus, ad Donnellum, quos pro hac sententia refert D. Solorcano dict. 2. part. lib. 2. cap. 20. num. 59. quibus addenda l. 52. Tauri, quæ est l. 4. tit. 2. lib. 5. Recop. vbi apertè insinuat differentia, an sit matrimonium consummatum, vel non, & expresse denotari videtur l. 2. tit. 9. lib. 5. Recopil. ibi: *estãdo de Consumo*, vbi ad lucra nuptialia cohabitatio coniugum requiritur, vt notarunt Matienzo, & Azebedo in ea, quod etiam expresse absque eo, quod aliquis contra teneat, probant D. Couar. in 4. de sponsalibus, 2. part. cap. 7. §. 1. num. 6. D. Paz ad l. 207. styli, num. fin. Gutierrez de iurament. confirmat. 1. part. cap. 1. num. 56. & 66. Gamma decis. 176 num. 2. Franciscus Ferrer. de soluto matrim. 1. tempore, declaratio. 13. num. 3.

22. Duodecimo, vt ad prædictam commendarum successione sit necessarium matrimonij consummari vltra dispositionem Regiæ schedulæ, quam expendimus, id denotant peculiariter verba: *non succedan en las dichas encomiendas, si realmente no estubiesen, y viuiesen casados los dichos seis meses: nam verbum realiter denotat actum, & effectum, non verò solum aptitudinem ex matrimonij contractu, nisi verè consummatum sit, & contrahentes per illud tempus cohabitauerint, vt insinuat verbum realiter, iuxta Bartholomæum Socinum vol. 1. conf. 143. num. 4. ibi: *realiter aliquid faciendum est cum effectu, & differt ab eo quod est fieri verbaliter, & notatur in l. acceptam, Cod. de vfuris, & in l. si mora, ff. solut. matrimonio post Bertazolam, August. Barbofam de diction. vsufreq. verbo realiter, dict. 342.**

Decimotertio, magis distinguunt verba: *23. y que no viuendo los dichos seis meses casados en la forma dicha queden vacos los dichos repartimientos, quasi pro conditione illud adijciatur ex l. à testatore, ff. de condit. & demonstrat. l. euidetis, ff. de vfuris, ex Bartolo, Alexandro, Iafone, Ripa, Corneo, Riminaldo, Calderino, & aliis, Tuschus pract. lit. A, conclusio. 32. & specificè adimplendum l. qui hæredi, ff. de condit. & demonstrat. & pro forma obseruandum, aliàs actus non sustinetur, l. cum hi, §. si Prætor. ff. de transact. Hondedeus consil. 60. n. 26. Decius conf. 39. num. 19. & conf. 58. num. 18. D. Castillo 5. tom. controuerf. 2. part. cap. 119. num. 6. & 7.*

24. Et maximè ponderanda, & expendenda sunt verba: *si realmente no estubiesen, y viuiesen*

sen, quasi non sufficeret esse in matrimonio, nisi simul cohabitauerit, argumento l. si hæredi plures §. ff. de condit. instit. & quæ notantur Gomezius tom. 2. variar. cap. 2. num. 12. ex Gadeo, Gaillio, & Craffo Neuius ad l. si hæredi.

25. Decimoquarto, quando lex aut rescriptum requirit matrimonium fieri cum certa qualitate, debet adimpleri qualitas, aliàs matrimonium non sufficit, vt in terminis Olfascus decif. 21. num. 15. vbi comprobatur ex Castrensi, Angelo, Iafone, Alexandro, Ruino, Socino, & Campegio Berouius conf. 40. num. 25. ex Cephalo, Mascardo, Simone de Pretis, & aliis Hondedeus vol. 2. conf. 3. n. 8. & videnda, quæ ego notauit 2. part. decif. Granatenf. 62. num. 21. & per totam, vnde cum schedula successionis commendarum non solum requirit esse matrimonium contractum in facie Ecclesiæ, sed per sex menses simul cohabitare non sufficit sine prædicta qualitate matrimonium præcessisse.

26. Decimo quinto aliàs superflua esset dispositio eorum verborum, *no est unieffen, y veniesen casados*, quasi frustra adiceretur de cohabitatione si matrimonium esse contractum sufficeret, nam quamuis argumentum à superfluitate, futile, & puerile censent Cagnolus in proœmio Digestorum, n. 117. Matica de coniect. vltim. voluntatum, lib. 3. tit. 6. num. 8. & lib. 11. tit. 17. num. 39. Anibal. in additionibus, ad Mandellum conf. 11. num. 19. sed tamen id non procedit, & argumentum superfluitatis efficit, & validum censendum, quando ratio dispositionis suadet vel inefficax illa foret, & absurda sequerentur, arg. l. si quando, ff. de legat. 1. Surdus conf. 242. num. 3. ex Felino, Craueta, Cephalo, Grato, Parisio, Gozadino, Curtio, Rolando à Valle, & aliis, innumeris eius argumenti vim probauit D. Castillo tom. 4. controuers. c. 38. per totum quæ omnia in hoc casu procedunt quia ne illa verba superflua, & inania debeant remanere suadent ratio schedulæ, & plura absurda vitari.

27. Decimo sexto facit ratio qua Rescripta Regia permiserunt inter coniuges successionem commendarum videlicet vt inuitarentur ad nuptias quorum finis est liberorum procreatio, & necessario, quod de matrimonio prædicto rescripto successionis requiritur non solum ad eius contractum sed ad consummationem, & mutuam cohabitationem debet referri, quia respexit hæc successio vt filij essent ex matrimonio ad Indiarum incolationem, defensionem, & illustrationem, & etiam successio in huiusmodi casibus, concessa maritis in defectum filiorum, ad com-

pensanda onera, & expensas matrimonij vt ex Bartolo, Castrensi, Minchaca, Donello, Ofualdo, Abbate, Craueta, Surdo, Calda, Pereira, Barbosa, & aliis erudite probauit D. Solorcano d. lib. 2. cap. 20. num. 48. & 49. quæ cum cessent in nostro casu matrimonio ante nubilem ætatem celebrato, & decedente vxore ante illius consummationem merito quasi deficiente ratione successio debet cessare vulgaris, l. adigere, §. quamuis de iure Patronatus cum ibi notatis.

Decimo septimo vt verba, *est unieffen, y veniesen casados*, necessario ad consummationem & cohabitationem matrimonij sint referenda vt superfluitas vitetur, & suadet ne aliter ex solum matrimonij contractu absurda grauissima sequi possint, nam mulieres quæ haberent commendas, potuissent decipi ab aliquibus qui eis coniungi nolent vel ipsæ vt alicui affini & consanguineo, qui in aliis prouinciis esset & cui nunquam coniungenda forent per mandatum cum illo contraherent matrimonium vt successionem commendarum ei relinquerent, & cohabitatio requiritur eorum mensum ne prætextu successionis matrimonium fiat, & ab vxoribus viri discedant, & quotidie fraudes excitarent quos auaritia induceret vt annosæ mulieres quæ filios habere non possent allicerentur subdole ad matrimonium non tam amore aut aliis causis quibus nuptiæ debent contrahi sed vt earum successionem consequi possent mariti, quæ ratio exprimitur in rescripto quod expeditum ad Prouinciam de Iucatam cuius mentio fit in schedula anni 1603. & semper illa interpretatio accipienda qua vitetur absurdum, Craueta conf. 103. n. 8. Surdus conf. 85. num. 17. Rusticis ad l. cum auus cap. 12. num. 6. & 7. Fufarius de substit. q. 320. num. 45. & facit quod de vitando inconuenienti, & absurdo notarunt, in l. nam absurdum per textum ibi, ff. de bonis libertor. Bolognetus conf. 10. num. 25. Zephalus lib. 4. conf. 478. n. 38. cum sequent. Albenfis conf. 289. num. 8. & 22. & conf. 773. num. 22. Monachus decif. 11. num. 63. in decisio. Bononiæ ex Lucensi, 64. num. 30. Tufchus l. r. A. conclus. 66. D. Castillo 5. tom. 2. part. cap. 166. num. 6.

Decimo octauo quia hæc interpretatio, quæ ex ratione desumitur non extensua sed comprehensua censetur & ideo omnino sequenda, Surdus conf. 227. n. 20. & 21. Mantica de coniect. vltim. voluntat. lib. 6. tit. 14. n. 20. Olfascus d. decif. 21. num. 13. D. Molina lib. 1. de primog. cap. 5. num. 9 & 10. & faciunt verba Baldi in c. dilectus filius, num. 2. de rescriptis ibi: *sicut sententia vel statutum inducit dispositio*

dispositionem, ita ratio statuti, quia ratio ius facit, Decius in c. secundò requiris, num. 1. de appellat. & quando viget eadem ratio, exempla non pro restrictione sed demonstratione accipienda, l. emptor, 65. §. vltimo, versic. *ca ratione*, ff. de rei vindicatione, l. regula, §. si quis, ff. de iuris, & facti ignorantia, gloss. in l. sed et si lege, §. item si rem distraxerit, ff. de petitione hereditatis, Baldus in l. de quibus num. 35. ff. de legibus, lason. in l. stipulatio hoc modo concepta, num. 11. de verb. obligat. Gratianus 1. tom. disceptionum, c. 170. num. 34. Molina lib. 3. cap. 6. num. 6. & ratio ampliatur dictum, non vero dictum rationem, l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2. & ex communi testatur pluribus Iulius Clarus lib. 3. sententiarum, §. testamentum, quæst. 76. Peregrinus conf. 44. num. 25. Rolandus vol. 4. conf. 6. num. 21. & addendi plures, quos vt solet refert D. Castillo tom. 5. controuers. 2. p. cap. 170. num. 4. & 7.

29. Decimonono quia quod in prædicta schedula traditur circa successionem, vt debeant realiter esse coniugatos in facie Ecclesiæ, & sex menses cohabitare pluries, reperitur à Rege nostro & si aliter fieret, commendas vacare traditur, quod equidem inexam voluntatem ex geminatione suadet vulgaris, l. Ballista, ff. ad S. C. Trebell. ex Iafone, Craueta, Parisio, Natta, Socino, Zephalo, Hippolyto, Riminaldo, Mantica, Menochio, Aluarado, Peralta, Simone de Pretis, & aliis innumeris probauit D. Castillo tom. 4. controuers. c. 52. per totum, & cum completum, & perfectum matrimonium proprius dicatur quod consummatum, gloss. in c. cum initiamur, 27. quæst. 2. c. ex publico, per textum ibi: de controuers. coniug. & ibi notat Abbas, & vol. 1. conf. 1. Ancharr. conf. 21. D. Couarr. de sponsal. 1. part. cap. 1. num. 4. addendus Barbosa, qui ex Tiraquello notauit in collect. d. c. ex publico, num. 11. & in c. tertio loco, num. 3. de præsumpt.

30. Vnde semper rescripta in magis proprio & potentiori significato accipienda, vt quod de coniugibus in hoc casu disponitur de illis qui cohabitauerint, & matrimonium consummarunt, vt rescriptum disponit debeat intelligi arg. l. 1. §. in perpetuum, ff. si ager vestigialis, l. 1. §. biduum, ff. quando appell. fit, Craueta conf. 227. num. 12. Cephalus, Signorolus, Tiberius, Decianus, Menochius, Mantica, Tiraquellus, & alij plures quos refert D. Castillo tom. 4. controuers. cap. 39. n. 1. cum seqq. & cum prædicta schedula Regia respiceret Indiarum incolationem vt hominibus nostris illæ prouinciæ affluerent, necessario pro matrimonio consummato accipi-

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Tom. I.

pienda, quia semper illa debet interpretatio præualere quæ rei de qua agitur magis conuenit l. in testamento, Cod. de militar. testamento. Craueta confil. 20. n. 12. Becius conf. 101. n. 65. post primum, Zephalus conf. 65. n. 22. Surdus confil. 150. num. 18.

Vigesimo denique eandem sententiam 31. confirmat non posse ad simile nostri casus matrimonium rescriptum successionis referri, quia contractum ante legitimam ætatem & ex dispensatione Pontificis inter consanguineos prohibitos, & nec dum perfectum existimatur ipsa dispensatione, cum in ea expresse adiceretur conditio vt ante duodecimum annum coniuges, non possent coniungi vnde vsque ad illud tempus, videtur perfectio, & complementum matrimonij differri, ac perinde vsque ad illud, & consummationem non poterit esse in consideratione ad successionem commendarum, quia non potuit ea respicere id quod non naturaliter sed accidentaliter prouenit cum accidentalia non attendantur, §. spadonem, instit. de adopt. iunctis quæ ibi communiter, & notauit D. Richardus, in §. minorem, num. 10. instit. de adopt. Costa de facti scientia, inspectione 7. n. 1. Giurba ad consuetudines Messanenfes, cap. 10. gloss. 4. num. 5. Cevallos communium quæst. 682. num. 2. Doctores in l. naturalem, §. pauonum, de acquir. rer. dom. Natta conf. 131. num. 6. Gutierrez practicarum lib. 3. q. 16. num. 91. & semper rescripta in naturali sensu & significato iuxta ius commune non vero in accidentali accipienda, l. ex ea parte 121. §. insulam 2. ff. de verbor. obligatio. l. fin. Cod. de his qui veniam ætatis, ex Tiraquello, Gutierrez, Barbosa, Thufco, & aliis Escobar de purit. sanguinis, q. 4. §. 5. n. 18.

Sed quod est attendere matrimonium quod 32. ex dispensatione contrahendum maxime tot circumstantiis extraordinariis rescripto successionis comprehensum non censetur nam cum ex voluntate Pontificis dispensatio dependeat, impossibile iudicatur maxime contrahere matrimonium ante legitimam ætatem in decimo anno, quod non solet nec debet facile concedi, arg. l. quidam relegatus, 6. ff. de rebus dubiis, l. apud Iulianum, 39. §. constat, de leg. 1. vbi Bart. num. 2. Cuman. Castrenf. & Alex. gloss. in l. continuus, verbo relicta, ff. de verb. obligat. Abbas in c. cum effes, num. 19. de testament. Cephalus vol. 3. conf. 407. num. 40. Socinus vol. 1. conf. 51. Cuiacius lib. 18. obseruat. cap. 13. Schyfordegerus lib. 3. ad Ant. Fabrum tractatu 1. q. 2. & in terminis dispensationis matrimonij, ex l. intercedit, de condit. & demonstrat. Lofredo, & aliis, D. Couarr. in cap. 3. n. 8. Diuus

Z z Rebus

Rebuffus, Plotus, Decius, Mandosius, & alij quos refert Thom. Sanchez de matrimonio lib. 5. discept. 5. num. 5. vbi circa dispensationem matrimonij tradit procedere etiam si Pontifex solitus esset concedere.

33. Et inde plures tenuerunt promissionem de contrahendo matrimonio inter iure impeditos si Pontifex dispensauerit non valere quasi contineat conditionem impossibilem cuius opinionis refert Sanchez, Ioannem Andream, Hostiensium, Cardinalem, Abbatem, Præpositum, Alexandrum de Neuo, Henricum Boic, Philippum Probum, Aretinum Rosellam, Siluestrum, Loazes, Antonium Cucum, Matienzum, Ledesnam, Vegam, Vibaldum, Capuam, & alios & idem probauit etiam Enriquez, in summa lib. 12. de matrimonio cap. 10. num. 4. & nobis aprissimè verba subiungit ibi: *Nimirum quia melius est conformari lege communi prohibente nuptias inter impeditos, quam sequi legem specialem dispensationis & ita ea promissio quæ obligat, ad recedendum à iure communi nullius est momenti, igitur si ea promissio quæ respicit dispensationem, & propter eam concepta non valet merito rescriptum, quod eius mentionem non fecit, noluisse eam comprehendere dicendum.*

34. Præsertim in hoc casu nam quamuis matrimonium ex dispensatione celebratum, & consummatum fuerit, & sex menses coniuges cohabitauerint, prodesse ad successionem commendarum admittamus, tamen contractum ante legitimam ætatem ex dispensatione consanguinitatis, etiam conditionem respiciens dispensatio, ne ante duodecimum annum coniuges cohabitauerint, vxore mortuà in decimo anno antequam cohabitari, & matrimonium consummari possit, vt omnia hæc comprehendat, successione rescriptum esset admittere plura specialia, quæ nunquam in iure cumulantur, l. 1. Cod. de dotis promiss. vbi communitè notatur.

35. Reliqua vero huius nostræ opinionis fundamenta, & fortè meliora pete à D. Doctore Solorcano dict. 2. part. de iure Indiarum, lib. 2. cap. 20. à num. 35. vsque ad 60. hæc verò notauimus, quia plura prædictorum apud eum non inuenies, sed quia contrariæ partis fundamenta expendit à numero 60. vsque ad 80. necessariò illis respondendum est, vt ex illarum collatione appareat quantum iuris regulis nostra fiscalis allegatio fulciatur.

36. Pro contraria verò sententia, vt successio commendæ Marchionissæ de Montes Claros in hoc casu procedere possit, etiam si matrimonium ante legitimam ætatem contra-

heretur, nec consummatum esset, quatuor fundamenta congerit D. Solorcanus, vbi proximè, quæ referenda, vt ex illorum refutatione nostra opinio maneat illæsa.

Primum expendit nuptias non concubitum, sed consensum facere, l. nuptias 30. ff. de regulis iuris, nec enim coitus matrimonium facit, sed naturalis affectio, cap. fin. de sponsa duorum, & expenditur textus in l. cui fuerit 15. de condit. & demonstrat. vbi legatum relictum mulieri, si in familia nupsit, statim deberit, atque ducta est vxor, quæ nondum in mariti cubiculam veniret, & eam rationem subiicit l. C. quia nuptiæ non concubitu, sed consensu fiunt, quod & aliis iuribus, & pluribus Doctoribus comprobatur D. Solorcanus dict. cap. 20. à numero 60. vsque 64.

Deinde secundo expendit schedulas antiquas, & nouiores anni 1575. & anni 1603. quæ nihil amplius requirunt, quàm vt mariti sint, & cum vxoribus sex menses viuant, vtendo verbo *mulieris*, quod etiam congruit sponfis de præfenti, & comprobatur ex Seruio, Diuo Ambrosio, & aliis num. 65. & benedictionibus nuptialibus interuenientibus, vt in nostra specie, nullum priuilegium legibus Hispaniæ concessum sponfis, etiam nondum cognitis denegatur, l. 47. Tauri, & ideo donatio inter virum & vxorem prohibita, etià inter sponfos per verba de præfenti prohibetur, l. *Seia* penultima, ff. de donat. inter, & in l. *Deo nobis*, Cod. de Episcopis & Clericis, sponsam ingrediente sponso Religionem lucrari ea, quæ aliàs lucraretur, si mortuus fuisset, & ibi agi de ingrediente ante matrimonij consummationem colligitur, quia post illam sine alterius coniugis consensu Religionem intrare non possit, cap. ex publico, cum ibi notatis de conuers. coniugat.

Et idem procedit in specie l. 44. Tauri, 39. quæ est l. 4. tit. 7. lib. 5. Recopilat. nam quod ibi traditur meliorationem causa contrahendi matrimonij à parentibus factam, eo ipso quod sub hoc prætextu contrahatur matrimonium, irreuocabilem manere omnes intelligunt, etiam de matrimonio non consummato, si in contemplatione talis meliorationis illud contrahatur, vt ex additionatore Molinæ lib. 4. cap. 11. num. 18. & Molina comprobatur, & leges, quæ de matrimonio copulato loquuntur, etiam procedunt in matrimonio solum consensu perfecto, quamuis coitus sequutus non sit, cap. fin. de frigid. & malefic. cap. per tuas, qui filij sint legitimi, cap. 1. & 2. de matrimonio contra interdictum Ecclesiæ.

Rursum tertio considerat rationem successione

cessionis commendarum, & rescriptorum, quæ illam introduxerunt, respicere liberorum procreationem secundario: nam principaliter ad solatium benemeritorum, & maiorem eorum remunerationem inducta fuit, & quod primario agitur, magis attendi oportet, l. si quis nec causam, ff. si certum petatur, l. 1. de author. tutor. & in fauorabilibus, & indifferentibus appellatione vxoris, mariti, & matrimonij sponfos & sponsalia de præfenti comprehendendi etiam ante consummationem pluribus comprobatur num. 75. & expendit athen. præterea, Cod. vnde vir & vxor, imo etiam in fauorabilibus appellatione vxoris, non solum venit sponsa de præfenti non cognita, sed etiam per æquam extensionem sponsa de futuro ex l. non sine 5. iuncto Bartolo, Alberico, Saliceto, & Castrensi per textum ibi, Cod. de bonis, quæ liberis.

41. Denique quarto num. 79. & 80. plures adducit, vt quoad lucra nuptialia communicentur inter virum & vxorem, quamuis matrimonium non consummatum, & ad lucra sola sponsalia de præfenti sufficere, & Bartolum, Castrensem, Ruinum, Bertrandum, Cassaneum, Guidonem Papæ, Antonium Rubeum, Fanutium, Baldum, Nouellum, Curtium Iuniorum, Gregorium Lopezium, Palacium Rubeum, Gaillium, & Additionatorem, Greueum, Minsingerium, Seraderum, Barbosam, Mollerum, Martam, Mangillium, Fontanellam, Molinum, Ferrerium, Galganerum, Peregrinum, Gratianum Mozium, & Gothofredum adducit expendens textum in l. nihil interest 15. ff. rerum amotar. vbi ad actionem rerum amotarum nihil interest, quod vir & vxor simul, an separatim in diuersis ædibus habitent, & facit l. mulierem 5. & l. denique 6. ff. de ritu nuptiar. l. cum hic status 32. §. si mulier 23. ff. de donat. inter, vbi vxor & maritus dicuntur, qui seorsum diu habitauerunt, si honorem inuicem matrimonij habebant.

42. Verum tamen prædictis non obstantibus, nostra sententia validioribus iuris rationibus, & ipsa dispositione schedulæ firmatur, nec obstant, quæ contra obiecta: nam quoad primum, nuptias non concubitum, sed consensum facere ex prædictis supra responsum est, quippe illud procedit, vt matrimonium censeatur ex consensu celebrari ad eius indissolubilitatem, non verò, vt sufficiat, quando ultra illud aliæ qualitates requiruntur, videlicet cohabitationem sex mensium post matrimonium, tunc enim, vt prædiximus, non sufficit matrimonium celebrari, nisi etià qualitates requisitæ concurrant, vt supra ex pluribus notauimus num. 24.

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Tom. I.

Tum etiam quod de matrimonio ex consensu, pro contracto habeatur, procedit quoties in ætate legitima contraheretur, si enim ante illam celebratur, non proderit matrimonium ad legem rescriptum, vel statutum in quibus matrimonium requiritur, vt expressè ex Bartolo, Baldo, & Ioanne de Amicis notauit Viuius decif. 220. num. 1. 2. ibi: *Coniuges, etiam reperiantur tunc in ætate legitima, ex eisdem & Ludouico Bologneto, Boherius decif. 22. num. 37. cis verbis: decedente post annos nobiles, secus si ante decefferit, ex Castrensi, & Baldo Tobias Nonius conf. 51. num. 10. quem supra retulimus num. 19. vbi etiam adduximus Paulum Æmiliam, Gabrielem Saray, Seraderum, Carrotium, qui adducit Cepolam, Rolandum, & alios, qui expressè tenent pro vxorata non censi illam, quæ ante nobiles annos decellit.*

Nec etiam textus in l. si cui fuerit, ff. de 44. condit. & demonstrat. ob stare poterit, potius enim nostram sententiam probat, vt quando matrimonium requiritur cum aliqua qualitate, illa primò adimplenda, vt in eodem non sufficeret matrimonium contrahi, & consummatum esse, nisi in familia fieret, quasi qualitas præcipuè adimplenda, idque cum factum fuerit, quoties familiæ se destinauerint copulare, ideo quasi ex se mulier impleuerit, conditioni satisfacere videtur, etiam si in domum mariti nondum fuerit ducta, quia solum in familia nubere conditione comprehensum, quod impletur nuptiis in familia contractis propter indissolubilitatem matrimonij iuxta quæ post Bartolum, Baldum, Panormitanum, Mainerium, & Ioannem Aurbarchium notauit Neuius ad dict. l. cui fuerit, & hoc præceptum nubendi in familia de iure probati ex Genesis cap. 28. Odraldo, Iafone, Alberico, Alciato, Craueta, Costa, Ruino, Menochio, Ancharano, Felino, Couar. Thoma Sancio, & aliis pluribus ego probaui 2. part. decif. Granat. 59. num. 1. & per totam, igitur quemadmodum in eius decisionis casu, & in dict. l. cui fuerit, non sufficeret, solo consensu nuptias celebrari, etsi cohabitatione, & consummatione firmatæ, nisi qualitas nubendi in familia adimpleretur ita in nostro casu deficiente qualitate cohabitationis, quæ ab schedulis successionis requiritur, curandum non est matrimonium fuisse contractum.

Præterea secundum fundamentum contrarium minus nocebit, quippe quamuis verbum *mulieres*, quo vtuntur schedulæ successionis, congruat etiam sponfis, de quo supra egimus, tamen vt pluries, & nuper notauimus, deficiente qualitate schedularum

Z z 2 quoad

quoad cohabitationem parum id efficiet, vel officiet nostræ resolutioni, vt etiam non obstat dict. l. 47. Tauri, quia licet in ea Antonius Gomez notauerit omnia, quæ conceduntur maritis similiter & sponis de præfenti concedi: tamen cum in ea lege, vt filij vxorati eximantur à patria potestate, & fiant sui iuris, requiritur, vt sit, *el hijo casado, y velado*, non sufficiet matrimonium contrahi, nisi velatio Ecclesiæ subsecuta, & communiter omnes Tauristæ notarunt in dict. l. 47. & iuuant verba Antonij Gomezij in ea, num. 2. ad finem, ibi: *Confirmatur ex sententia Baldi in l. non sine, Cod. de bonis, que liber. vbi dicit, quod si in aliqua lege, vel statuto reperitur aliquod verbum denotans plenam & totalem solemnitatem, & consummationem matrimonij, illa est seruanda, & sequitur, & valde commendat ibi Paulus de Castro, & Philippus Cornuus: tertio, quia quando aliqua lex, vel statutum fundat se in aliqua qualitate, ante omnia debet de ea constare, & censetur requisita pro forma, textus est in l. Prator ait, la 2. §. hac autem actio, versic. docere que ff. de vi bonor. raptor. quem ad hoc notat, & commendat ibi Alber. & Angel. textus in l. i. §. habet itaque, ff. si quis testam. liber esse iussus fuerit l. 3. §. hoc autem interdicto, versic. itaque, ff. de itinere, actiue priuat. l. i. §. ait Prator, ff. ne quid in flumine publico, sed nostra lex se fundat in qualitate velationis, ergo debet procedere, ex quibus aperte constat nostram sententiam potius adstrui, quàm destrui.*

46. Minus etiam obstabit donationem, quæ inter virum & vxorem prohibetur, etiam inter sponfos prohiberi ex l. penult. ff. de donat. inter, quia ideo inter coniuges donationes prohibet, ne mutuo amore se bonis spoliarent, l. i. ff. de donat. inter, quæ ratio multò magis in sponfis procedit: nam principia matrimonij, quod per sponsalia initiatur, c. desponsatam 27. quæst. 2. cap. accepisti de sponsa duorum, Felinus in rubrica de sponsalibus, Alciato lib. 8. conf. 6. num. 6. Tiraquellus post leges connubiales, glossa 2. n. 20. maiori affectione procedunt, & maxima semper amoris signa exhibent & ideo cautius in illis prohibito donationis inter coniuges debebat procedere, cum ratio in hoc casu expressa sit, & sufficeret tacita, vt dispositio locum haberet, Surdus conf. 277. n. 20. & 21. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 14. num. 20. Ofascus decif. 21. num. 13. D. Molina lib. 1. de primog. cap. 5. num. 9. & 10. D. Castillo tom. 5. 2. part. cap. 170. num. 4. & 7. & cum à lege hic casus exprimat ad consequentiam trahi non debet, vbi de successione commendarum nihil in nostro

rescripto adicitur, imo expressio & extensio ad sponfos facta insinuat regulariter coniugum nomine, vt in nostro casu, sponfos non contineri.

Nec aliquid facit textus, in l. Deo nobis, 47. C. de Episcopis, & Clericis, quia ibi solum abrogatur lex quæ iubebat sponfis in duplum restituere quod à maritis acceperunt si ante consummatum matrimonium, Religionem ingrediantur, & ne aliquod impedimentum esset pietati, & dedicationi quæ ab sponfis Deo fieri posset religionis ingressu iubetur vt nullus eorum aliquid amittat, & quod arrharum nomine datum solum restitui debeat & non duplicari notarunt, Molina de iustitia & iure tractatu, 2. disput. 431. n. 1. Sanchez de matrimonio lib. 1. disp. 36. num. 4. & lib. 6. disp. 2. i. num. 4. ex Lapo. Romano, Tiraquello Fortunio, Garcia, Rebello, & aliis Barbosa in collectanea, d. l. Deo nobis, num. 1. & 5. quippe à pietate valde alienum erat vt aliqua poena impediri videretur maius bonum religionis & se Deo dicare, & duplum restitueret vxor eius quod pro arrhis recepisset, vel maritus arrhas amitteret ex religionis ingressu cum nihil ex iuribus suis diminuat eum qui monasteriis se incluserit, & Deo dicaerit vt comprobatur, §. hoc etiam cognitum, d. l. Deo nobis, Rainaldus Corsus lib. 2. indagatio, cap. 23. Boëtius quæst. 34. Læpus, allegat. 106. Antonius Gomez 2. tom. variar. c. 5. Ascarius Clemens de patria potest. cap. 5. effectu 6. num. 24. Suarez allegat. 25. numero 4.

48. Imo ob maius bonum si quid possit ante religionem filio obici vt ingratitude, obliteratur, vt ex illa exheredari à Patre non possit qui religionem ingressus, vt ex Hippolyto, Surdo, Couarr. Molina, Cardoso, Marta, Campanillo, Sancio, Emanuele Roderico, & aliis, Augustinus, Barbosa, in collectanea in d. l. Deo nobis num. 19. & multum differt in hoc casu matrimonium requiri cum cohabitatione sex mensium vel sponfis concedi in d. l. Deo nobis ne aliquod damnum sentiant ex religionis ingressu.

Nec aliquid faciet opinio Doctorum ex l. 44. Tauri quæ est, l. 4. tit. 7. lib. 5. Recopilat. vt quod ibi traditur, maioratus qui matrimonij causa fit maneat irrevocabilis procedat etiam si matrimonium non consummatum si tamen eius prætextu fiat quia id locum habet respectu indissolubilitatis matrimonij quia lex solum exigit fieri maioratum *por via de casamiento*, nec enim negamus matrimonium esse quod ratum nec consummatum, & ita ob stare non poterunt, c. fin. de frigidis & maleficiat. c. 1. & 2. de matrimonio contra

inter

interdictum Ecclesiæ, cap. per tuas, qui filij sint legitimi, quia solum nomine matrimonij comprehendunt, quod solemniter contractum, illud verò non admittimus ad prædictam successionem commendarum non sufficere matrimonium in hoc casu, quando ante legitimam ætatem, & per dispensationem processit, nulla consummatione, nec cohabitatione sequuta, si prius vxor recederet, quàm impleteret tempus, quo solum in dispensatione permissum viro coniungi, quando lex successionis respexit liberorum procreationem, & ultra matrimonium verè, & realiter sex mensium cohabitationem requirit.

50. Deinde quod tertio loco obiectum minus obstat, quia quod traditur schedulam successionis non respicere principaliter procreationem liberorum, ex eius verbis aperte concluditur, vt constat ex ea, quæ expedita fuit anno 1603. vbi aliarum mentio fit, ibi: *las mugeres que succeden en ellas en segundada vida, son molestadas à que se bueluan à casar siendo algunas de ellas de mucha edad y sin esperança de tener hijos*, ex quo apparet id respexisse, & huic malo mederi velle. Nec quidquam ad rem facit auth. præterea, C. vnde vir & vxor, quia vt ex ea apparet, non procedit in nostro casu de matrimonio non consummato, & l. non sine, Cod. de bonis, liberis procedit, vt sponsa lucretur, quod ei sponfus reliquit, & dubitatio, de qua in eo textu magis nostram sententiam confirmat, præsertim vbi prædictæ qualitates ad successionem commendarum requiruntur.

51. Postremò non obstabit quartum fundamentum, quod expendit D. Solorcanus, n. 79. & 80. de pluribus Doctoribus, qui tenuerunt lucra nuptialia communicari inter virum & vxorem, etiam si matrimonium consummatum non sit, quippe etsi aliter accipiendæ schedulæ successionis commendarum, quæ ultra matrimonium requirunt qualitates, quas expressimus, in quo casu nullus ex prædictis Doctoribus, nec vllus alius tenuit sufficere matrimonium contrahi, non expletis circumstantiis requisitis, & in nostro casu plures adimplendas retulimus.

52. Sed etiam absolutè quoad lucra nuptialia necessarium esse matrimonium consummati, maioris numeri, & autoritatis plures tenuerunt, præsertim Doctores Hispani, quos supra notauimus num. 21. Barbosa, Menchaca, Gamma, & Flores de Medina, eius Additionator, Cevallos, Caldas, Pereira, Carcerius, Fontanella, Ioannes Gutierrez, Thomas Sanchez, Couarruias,

Palacios Rubius, Aucndanus, & alij plures, quos refert Ioannes Garcia de coniugali, acquestu, num. 52. & quemadmodum circa historias magis credendum scriptoribus eiusdem Prouinciæ, quia melius possent esse informati, vt ex Cardinali Baronio, Marfilio, Lessio, Pineda, D. Didaco del Castillo, & fratre Ioanne de la Puente ego notavi 1. part. decif. Granatenf. 7. num. 29. ad finem, vnde ideo circa lucra, & successionem coniugum inter nos magis nostros Doctores, quàm exteros sequi debemus ultra plures istorum, quos pro eadem sententia supra adduximus dict. 21.

Opinio etiam illorum magis admittenda, quia in peculiaribus tractatibus de ea re egerunt, vt ex Alciato, Decio, Neuizano, Gazadino, Menochio, Cagnolo, Parisio, Socino, Grato, Zephalo, Mantica, Turreto, Fabro, Reminaldo, Zephalos, Antonio Maria, Corracio, & aliis notavi dict. decif. 7. num. 29. in principio, & pro nostra sententia, vt lucra nuptialia non adquirantur, nisi matrimonio consummato, vel saltem eius cohabitatione tenuerunt Couarr. Thomas Sanchez, Barbosa, & Ioannes Gutierrez in peculiaribus tractatibus de sponsalibus, & matrimonio, Fontanella de pactis nuptialibus, Ioannes Garcia in terminis in tractatu de coniugali acquestu, ideo iunctis pluribus exterorum opinionibus quoad nos hæc magis probanda.

Quantum verò in iure attendatur cohabitatio coniugum ad lucra nuptialia, vel eo solum apparet: nam si matrimonium contrahatur in aliqua Prouincia, vbi diuersa statuta sint quoad huiusmodi lucra, quam in alia ad quam vxor cum marito traducta, & cohabitauit, eius, vbi cohabitatio consuetudines & statuta admittenda, l. exigere dotem, Cod. de iudiciis, vbi communiter notatur, Bartolus in l. cunctos populos, num. 8. ad finem, Cod. de sacrosanctis Eccles. & ibi Fulgos. num. 19. Butrius in cap. 1. num. 12. versic. *sed in casibus*, & ibi Abbas num. 11. Felinus num. 26. de sponsalibus, & ultra ordinarios, vtrobique Afflic. decif. 22. 6. num. 12. & sequent. & ibi Vrsillus, Socinus Iunior lib. 1. consil. 14. num. 1. Garcia de coniug. acquestu, num. 140. Mantica de contractibus, lib. 3. tit. 14. num. 1. Baptista Costa conf. 16. num. 3. Aldouinus conf. 85. num. 6. & 7. Mol. fesus ad consuetudinem Neap. 1. part. cap. 5. num. 45. & 2. part. quæst. 12. num. 16. plures referens Giurba ad consuetud. Messanen. c. 1. glossa 1. num. 65. Greg. Lopez in l. 29. gloss. 1. tit. 11. part. 4. Matienzo in l. 2. tit. 9. lib. 5. Recopil. gloss. 1. num. 70.

Zz 3

Et

Et quamvis aliquis consideraret schedulam successionei procedere ad solatium coniugis amissi, ut superstes in commenda succedat, cum tamen in ea expressè de procreatione liberorum agatur, sufficeret eam rationem deficere, ut successio non procedat, argumento eius, quod notatur in §. affinitatis instit. de nuptiis, præsertim in matrimonio ante legitimam ætatem celebrato, non iure communi, sed dispensatione, non consummato, nec cohabitatione sequuta, imò in anno undecimo decedente puella, antequam nec consummare, vel cohabitare posset, & tempore quo ex dispensatione id prohibuitur.



ALLEGATIO L.

Cursoris maioris officium Regnorum Hispaniæ, Regali Patrimonio applicandum.

1. Cursoris maioris officij lis qua pendebat suspensa fuit quia Comes de Onate in Germania erat cum munere legati.
2. Fundamenta noua ultra quæ adhuc expensa sunt pro iustitia Regis.
3. Ius oritur ex facto.
l. si ex plagis, §. in Clivo Capitolino, ff. ad leg. Aquiliam.
4. Cursoris, & veredarij publici munus apud omnes gentes inductum.
5. Romani, Persæ, Turcæ, & Indi vsi fuerunt cursu publico.
tit. Cod. de cursu publico lib. 12.
l. 2. Cod. de cohortalibus, lib. 12.
6. l. 2. Cod. de præpos. sacror. cubicular. lib. 12.
l. 3. Cod. de silentariis lib. 12.
l. maximarium, Cod. de excusatio. muner. lib. 10.
7. Angariarum usus.
Doctores qui decursu publico, & angariis egerunt.
8. Ludouicus XI. Gallorum Rex instituit in Gallia publicos Cursores.
9. Hispania etiam cursive publici inducti.
tit. 9. lib. 6. Recopil.
10. l. serui, 99. §. fin. de legat. 3.
11. Cursorum aliquorum mirabilis celebritas.
12. Cursores phalerati apud Romanos.

13. l. agentes, 2. l. agentes, 4. Cod. de curiosis & stationariis, lib. 12.
14. Cursores publicos eligere pertinet ad Regalia.
l. 2. C. de cursu publico.
l. nullus euectione, C. eodem.
l. 2. l. 7. tit. 10. lib. 6. Recopil.
15. Fundamenta quæ adhuc pro Rege in officio Cursoris maioris notantur.
16. D. Don. Ludouicus Gudiel doctissime pro Regali Patrimonio in lite de las estafetas, scripsit.
Cursoris maioris officium non potuit extendi ad veredarios quos diximus, estafetas.
17. Nominum differentia arguit diuersitatem.
l. quod si nepotes, versic. aliter, ff. de testam. tutor.
18. Ministerium, & exercitium rerum diuersum differentiam rerum inducit.
19. l. Iulianus, 10. versic. nam mutata forma, ff. ad exhibendum.
20. Præterij differentia diuersitatem rei inducit.
l. quantitas, ff. de exception. rei indicat.
21. Annexio probanda ab eo qui allegat.
22. Augmentum debet esse eiusdem substantia non diuersæ.
23. Clausula, rebus in eodem statu manentibus, in dispositione intelligenda.
l. quaro, 56. §. inter locatorem, ff. locati.
l. quod Seruius, ff. de conditio. causa dat.
24. Augmentum immoderatum non comprehenditur concessione.
25. Concessio nocua publico statui reuocanda.
c. suggestum de decimis.
c. quanto de censibus.
c. rescripta, 25. q. 2.
l. 5. tit. 20. p. 1.
l. 43. tit. 18. p. 3.
26. Læsio enormissima consideratur in rebus tractus successiuè post primam concessionem.
27. Facultatiua non causant prescriptionem.
l. Proculus, 26. de damno infecto.
l. 1. §. Denique Marcellus, ff. de aqua pluuiæ arcenda.
l. si in meo, 21. ff. eodem.
l. viam publicam, 2. ff. de via public.
28. Prescriptio quadraginta annorum cum titulo, æquiparatur immemoriali & n. III. c. 1. de prescription. lib. 6. & n. III.

l. vlti

- l. vltima, §. fin. C. de fundis patrim. lib. 11. & num. III.
- l. 1. tit. 10. lib. 5. Recop. & n. III.
- c. cum persona, §. quod si tales, de priuilegiis, lib. 6. & n. III.
29. Titulus qui non concedit quod ex eo intenditur præscribi, potius constituit in mala fide, & impedit prescriptionem.
l. si is cui, ad finem, ff. quemad. seruit. amitt.
l. fin. §. fin. autem, Cod. comment. de legat.
l. quemadmodum, Cod. de agric. & censit. lib. 11.
30. Varietas usus non inducit consuetudinem vel obseruantiam.
L. nemo, 166. §. temporaria, ff. de regulis iuris.
31. Obseruantiam vel consuetudinem non inducunt quæ facultatiua.
32. Precarium expressum vel tacitum voluntate concedentis reuocatur.
l. 1. ff. de precario.
33. Declaratio voluntatis debet fieri ab ipso qui concessit.
l. heredes palam, §. si quid post, ff. de testament.
l. si seruus plurium, 53. §. vlt. ff. de legat. 1.
34. Declaratio concessionum quas Rex fecit, solum ad Regem pertinet.
l. fin. C. de legibus.
cap. cum venissent, de diuitiis.
l. 4. tit. 33. p. 7.
l. 27. tit. 18. p. 3.
35. Declaratio non operatur in præiudicium tertij.
36. Aduocatis crescit premium ex allegationum volumine.
37. Cursoris maioris officium à D. Imperatore concessum Baptista, Maffeo, & Simoni Tasio fratribus anno 1518.
38. Simon Tasio vixit vsque ad annum 1562. quo mortuus.
39. Philippus Secundus anno 1506. officij cursoris prorogationem dedit in fauorem D. Ioannis Tasi, ignorans viuere Simonem cui competebat.
40. Philippus Tertius concessit prorogationem officij Cursoris Comiti de Villamediana, annis 1598. & 1607.
41. Titulus anterior causat nullitatem tituli posterioris contrarij.
l. fin. Cod. de location. pradior. ciuil. lib. 11.
42. c. Abbate sanè, §. pro parte, de re iudicata, lib. 6.
43. c. capitulum Sanctæ Crucis, 30. de rescript.
44. cap. cum olim, de sentent. & re iudic. & num. 50.
45. Concessio secunda post primam est obreptitia.
l. si qua loca, C. de fundis & saltibus rei Dominica, lib. 11.
46. Titulus secundus, non facta mentione de primo contrario, nullus est.
47. Concessio secunda non derogatur prima facta, nisi expressè eius mentio fiat.
48. Secunda concessio non præiudicat primæ, licet secunda fiat ex motu proprio & certa scientia.
49. Priuilegium secundum non valet contra primum nisi expressè reuocatur.
c. veniens, 19. de prescriptionib.
c. 1. de rescriptis.
l. decurionibus, Codice de silentariis, lib. 12.
50. Subreptio vel importunitas præsumitur ex præiudicio tertij.
l. 1. C. de petit. honor. sublati.
Princeps tertio præiudicare non creditur.
l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico.
l. bene à Zenone, Cod. de quadrienn. præscript.
l. quod si minor, §. sequela, ff. de minoribus.
51. Concessionem, quæ nondum vacant, sunt nulla.
cap. 2. de concessione Præbende.
cap. de testanda, eodem tit. lib. 6.
52. Argumentum de beneficiis ad officia procedit.
53. Concessio de officio, quando vacauerit, prohibetur.
l. 25. tit. 10. lib. 5. Recop.
l. 3. tit. 3. lib. 7. Recopil.
l. fin. Cod. de pactis.
54. Ius tertio quæsitum adimi non potest.
55. Ius quæsitum alicui ex causa onerosa Princeps nunquam tollit.
56. Renunciatio intrusi nihil prodest.
57. Error voluntati contrarius.
l. si per errorem, ff. de iuris. omni. iudic.
Gratia non pendet ex voluntate eius, cui fit, sed Principis qui gratiam facit.
58. Concessio prima præferenda, quamuis ex secunda fieret traditio.
l. quoties, Cod. de rei vindicatione.
cap. fin. de sponsa duorum.
59. Possidens à fisco non conueniendus, sed ipse fiscus, nisi titulus sit inualidus per subreptionem.
§. fin. instit. de usucap.
l. bene à Zenone, Cod. de quadrienn. præscript. & num. 50.

cap.

- cap. Abbate §. pro parte, de re iudicat. lib. 6.
60. Subreptio annullat concessionem, etiamsi procedat ex ignorantia, & facto alieno. cap. si super gratia, de officio deleg. lib. 6.
61. Titulus concessionis annullatur, si non expressum ad gratiam, quod difficilem poterat reddere, quamvis dicatur etiam non expresso concedendum. cap. postulasii, de rescriptis. cap. super litteris eodem titulo.
62. Gratia nulla non confirmatur consensu tertij, sed Principis, qui fecit.
63. Concessio facta pluribus ex superveniuntibus excluduntur heredes mortui. l. heredes mei, §. fin. ff. ad S. C. Trebellianum.
64. Absentia impedimentum extenditur ad egritudinem & quodcumque.
65. l. i. Cod. si liberal. Imperial. socius lib. 10.
66. Officium, quod ut vacans obtinetur forma vacationis exprimenda, quia posset Principem monere, concedat, vel non. cap. susceptum de rescriptis lib. 6. l. ea 121. §. in insulam, ff. de verb. obligat.
67. l. pro ut quisque 80. ff. de solutionibus, cap. quamvis 8. de officio ordin. lib. 6.
68. Concessio data cum relatione ad ius alterius non operatur ultra quod ille habebat.
69. Terminus ad quem transfunditur in terminum equiparatum. Dictiones, secundum, pro, sicut, sunt relativa, & restringunt.
70. Privilegium & concessio quando referuntur ad illud quod non est nullius momenti censentur. l. servus legatus, §. qui quinque, ff. de leg. 1. l. 18. tit. 9. part. 6.
71. l. i. §. sed et si dotem, ff. de dote preleg.
72. l. qui plures 18. ff. de usufruct. legato.
73. l. sicut 126. ff. de verb. obligat.
74. l. Lucius 88. §. quisquis ff. de legat. 2.
75. l. si Prator, §. si index, ff. de re iudicata. l. omnes, Cod. de praescript. 30. vel 40. annor.
76. Concessio vel privilegium, si ad illud se referat, & relatum non appareat, nulla est concessio referens.
77. Privilegia ad instar ex relato restringuntur.
78. Privilegium ad instar non operatur, si in alio nihil continetur, vel non appareat.
79. Titulus posterior à priori debet formari. l. i. C. de imponend. lucrat. de script. 10. cap. quadam mulier, 76. ff. de rei vindicant.
80. Prorogatio annullatur, si concessio prima fuit nulla. Initium spectandam. l. quidquid, ff. de donat. cap. clam possidere, in princip. de adq. poss.
81. Concessionem tot existimantur quot persona quibus facta. l. si adrogator, versio. penul. ff. de adopt. l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulgari. l. unum ex familia, §. si Falcidia, ff. de leg. 2. l. quoties, Cod. de donat. que sub modo.
82. Gratia secunda contraria prima est nulla, nec conualescit propter negligentiam impetrantis primam. l. quod ab initio, ff. de regul. iuris. cap. auditis, de electione. cap. plerumque de rescriptis. cap. si Clericus de prebend. lib. 6.
83. Tituli valor non consideratur ex tempore futuro, sed ex presenti. c. constitutus de rescriptis. cap. gratia eodem titulo lib. 6. cap. si eotempore, de rescriptis lib. 6.
84. Officium uni datum sine eius renunciatione ad alium non transferendum.
85. cap. i. tit. de eo qui sine fec. agnat. in feudis. cap. Praterea, tit. quibus modis feud. amitt. in feudis. cap. Titius, tit. si de feudo fuerit controvers. in feudis. Consensus ex quo inducitur ratihabitio, debet fieri in scriptis, vel presentia eius qui intelligit ex actu illo preiudicium inferri alias non nocet, si credat ius durare. l. sicut, §. non videtur, ff. quibus modis pign. vel hypotheca soluitur. l. Caius, ff. de pignorat. actione.
86. Ratihabitio non operatur in actibus, qui sunt à principio nulli, sed in his qui in suspensio. l. qui in aliena in princ. ff. de adq. her. l. seruo invito, ff. ad S. C. Trebellian.
87. Officia quorum concessio ad Principem spectat, non possunt obtinere sine titulo legitimo. cap. ordinarij, de officio ordinarij lib. 6. Concil. Trident. sess. 7. de reform. cap. 5.
88. Praescriptio non operatur sine titulo Regis in officiis, que sine titulo obtineri non possunt. l. probatorias, Cod. de diversis officiis.
89. Officium datum post mortem alicuius, an de novo datum censetur.
90. Exceptio de iure tertij non admittenda, & 91.

l loci

- l. veteris, ff. de itinere, actiue privato.
104. Causa deficiente, etiam deficit effectus. l. tutores, §. curatores, ff. de administrat. tutor.
- l. licet, §. ea obligatio, ff. de procurator.
105. Extensio eandem retinet qualitatem, quam illud ad quod extenditur. l. sed si manente, ff. de precario, & numero 108. l. i. ff. de leg. 1. l. i. Cod. de bonis, que liberis. l. non est novum, ff. de legibus.
106. Prorogatio nec ratihabitio non sortitur effectum, quando actus principalis est nullus.
107. Fundamento destructio deficit quod super illo adificatum. l. egi tecum, ff. de except. rei iudicata. l. cum Paulus 1. quest. 1.
108. Officium prorogatum non est novum officium, sed idem. l. Valerianus 10. ff. de Prator. stipulat. l. filius 6. in princip. ff. de iure fisci. l. vel surdo 5. ff. de privileg. creditorum. l. idem privilegium 6. ff. eodem. l. eisdem privilegiis 7. Cod. de Advocatis divers. iudic. l. viros 2. Cod. de commit. consistor. lib. 12.
109. Relatio ad possessionem alterius de iusta accipienda. Error & subreptio non debet Regi nocere. l. si forte 8. ff. de castrens. pecul. l. si post 4. l. cum falsa 5. Cod. de iure, & ignorantia.
110. Concessionem ad vitam inducunt precarium quod excludit prescriptionem.
111. Praescriptio non operatur in eo, in quo Regis titulus requiritur. l. si is cui, ff. quemadmodum servitutes mittantur.
112. Praescriptio in iuribus Regalibus restringenda. cap. quoad translationem de officio delegat.
113. Ius ut tale qui recipit, non potest negare esse tale. l. si aliena 12. ff. soluto matrimonio. l. si ponas 23. §. si hereditatem, ff. de inoffic. testament. l. Titius Sempronio 9. ff. quibus modis pignus. Possessionis causa non potest mutari. l. nemo Cod. de acquir. possess. l. non solum, §. quod vulgo, ff. de usucap.
114. Observantia subsequuta non operatur contra verba manifesta tituli.
115. Observantia non operatur in preiudicium tertij. l. i. §. huius rei, ff. de officio eius. Ioann. Bapt. Larrea Allegat. Fife. Tom. 1.
- l. loci corpus, §. constat, ff. si servit. vindicatur, & num. 97.
92. Observantia subsequuta effectus.
93. Rescriptio immemorialis quomodo causatur.
94. Mortis tempus magis vita, quam morti tribuendum. l. fin. ff. de collat. bonor. l. qui duas 18. §. i. ff. de manum. testam. l. fin. ff. de condit. institut. l. heres meus 79. in principio ff. de condit. & demonstrat. l. pater Severinam, §. socrus, ff. eodem. l. si pater 15. ff. de captivis.
95. Concessio declaranda ex petitionis forma. cap. inter dilectos, §. caterum de fide instrument. l. si defensor, §. qui interrogatus, ff. de interrogat. actio. §. praterea instit. de inutil. stipulation.
96. Verba generalia concessionis non possunt extendi ultra petendum & relatum, licet generalia. l. à filio 15. §. ult. ff. de aliment. legat. Princeps sub generalitate verborum concessionem non extendit in sui preiudicium. l. nec damnosa 3. Cod. de precibus Imp. offerem. l. rescripta, Cod. eodem.
97. Exceptio de iure tertij potest opponi ab eo cui prodest, vel cuius interest. l. si cui, Cod. de non numerata pecunia.
98. Exceptio de iure tertij opponi potest quando ex ea ius agentis excluditur. l. in rem, ff. de rei vindicat. l. si ut certo, §. si duobus vehiculum, ff. commodati. l. fin. Cod. de rei vindicat. l. cum servum 6. Cod. de servis fugitivis.
99. Prorogatio concessionis non censetur nova concessio, & num. 108.
100. Officium Cursoris maioris non de novo datum à Rege Philippo II. & III. sed prorogatum. Nullitas concessionis influit in prorogationem.
101. Consequentia nulla potest esse legitima ex principio illegitimo. l. fin. Cod. de natur. liberis. Fructus ex radice infecta produci non possunt. cap. vulntrato 1. quest. 1.
102. Causati non potest esse plus iuris quam in causa.
103. Antecedenti destructo debet Consequens destrui. l. i. §. huius rei, ff. de officio eius.

A a a

Pro

Pro Rege nostro Hispano, & Iure quod habet ad officium publici Cursoris Regnorum Hispania inualidâ concessione quam eius fecit, & circa magnam litem qua de hac re pendet in Supremo Regalis Patrimonij Senatu, fundamentis, qua adhuc expensa à Fiscis Patronis in epitome redactis, alia noua pro Rege nostro latius adducuntur.

IN hoc casu ingens controuersia graue iudicium exortum & agitatam ex variis fundamentis expensis à Fiscis Patronis, qui in hac causa doctissime aduocatione functi, tamen quia in uisionis instantia prima sententia aduersus Regale Patrimonium data fuit, & cum ego ex Cancellaria Granatensi, ubi Senator ad hoc munus Fiscis Patroni Regalis Patrimonij assumptus à Rege nostro fuisset, & uellem secundam instantiam supplicationis prosequi pro Regali Patrimonio, inueni à Rege nostro iudicium suspensum, quia Comes de Onate & Villa Mediana, cum quo lis agitabatur, nam ex successione ei competebar ius in hoc officio Publici & generalis Veredarij Hispaniæ, illæque in Germania esset, laudabiliter fungeretur munere Legati extraordinarij, ubi egregiam operam nauauit in magnum decus Regnorum Hispaniæ, & singularia seruitia exhibuit, eiusque filius & successor in Anglia exercebat legationem ordinariam; ideo Rex noster benignè ne dum illi pro suo seruitio absentes erant, aliquod pati possent detrimentum in liti euentu, quæ adeo grauis censetur, ut plus quam centum millium aureorum in annuis redditibus æstimaretur, eam pro nunc suspendi decreuit.

2. Ego uero huius rei & Regalis Patrimonij fundamenta perpensi, cum tamen etsi omnia quæ hucusque excogitari possent, à Fiscis Patronis doctissime expensa fuerunt, cum tamē aliqua inuenerim de quibus actum non fuit; nam ex facti occultatione nascebantur; ideo ut tempore postea ius non obsolescat, & possint iudices quando lis ex Regis iussu profertur, exacta causæ cognitione rectum proferte iudicium, ideo ius Regalis Patrimonij fundandum decreui.

3. Præmittendum, huius officij Cursoris Publici origo, & qui de eo egerunt, & postea facti species nostri casus statuenda, ut inde iuxta legem si ex Plagis, §. in Cluio Capitolino, ff. ad legem Aquiliam, ex facto ius oriatur, in quo pro Rege nostro & eius iustitia, alia quàm adhuc expensa fundamenta proponam.

4. Notandum igitur est apud omnes gentes munus Veredarij Publici exerceri solitum, de Persis à Cyro id inductum tradit Xenophon lib. 8. de Cyri institutione, pagin. 232. & etiam his Veredariis & publicis cursoribus usum fuisse Xerxem notauit Herodorus in Vrania, lib. 8. Historiæ Persicæ, n. 98.

5. Quibus consentit Alex. ab Alex. lib. 1. die. rum genialium, cap. 27. & apud Indos Peruanos antiquissimum hoc fuisse tradit Garcia, Lassus, Inca in commentariis Imperij Peruanici, lib. 6. c. 7. cui addendus Doctissimus Solorzano tom. 2. de Indiarum gubernat. lib. 1. cap. 12. num. 22. & apud Turcas idem tradit Calchondilas lib. 9. de rebus Turcicis, Pater Hieronymus Roman. in Republica Turcarum, c. 14. & 20. Bullengerus de Imperio Romano, lib. 6. cap. 33. & 39. & apud Romanos Augustus cursum publicum & cursores instituit, Suetonius in Augusto, cap. 40. & extant tituli integri de cursu publico in Cod. Iustiniano & Theodosiano, & facit l. 2. C. de cohortalibus, lib. 12.

6. Et huius rei mentionem faciunt l. fin. §. 6. Patrimonium autem, ff. de muneribus & honoribus, l. 2. C. de præpositis factorum cubiculariorum, l. 3. C. de silentariis, lib. 12. l. maximarum 13. C. de excusat. munerum, lib. 10. qui equi Veredi Angariæ Nuncij Regij, & cursores publici, & aliis nominibus nuncupabantur, eisque uisitatissimum exercitium fuit in utroque Imperio Romano & Orientali, ut constat ex eis quæ notarunt Othomanus, Brissonius, Schrædeus, & Calbinus uerbo *Angaria*, Pancirolus in notitia Imperij Orientalis, cap. 6. & 64. Iacobus Cuiacius in paratitla ad titulum, C. de officio Magistris officiorum, Alciatus in l. neminem, num. 2. C. de sacrosanct. Ecclesiis, Sixtinus de Regalibus, lib. 2. c. 13. n. 2. & sequentibus, Tiraquelus in Alexandrum, lib. 1. dierum genialium, cap. 27. litt. H.

7. Et præter ordinarios in titulo de cursu publico, Angariis, & Perangariis, lib. 12. Lucas de Peña in l. 3. C. de Castrensiis & Ministerianis, lib. 12. Bullengerus dict. lib. 6. cap. 28. Otalora de nobilitate, 1. parte, c. 2. num. 23. Molina de Iustitia & iure, tractatu 2. de tributis disput. 661. Gutierrez de officiis domus Augustæ, lib. 3. c. 14. uerf. *Angaria*.

Id

8. Id enim & huius muneris exercitium ipsa regiminis necessitas & commerciorum utilitas induxit, & ideo apud omnes gentes, qui politicâ disciplinâ reguntur, admissum fuit uti his Regiis Nunciis Cursoribus publicis & Veredariis, ut etiam in Gallia à Ludouico Vndecimo inductum tradit Renatus Chopinus de dominio Franciæ, lib. 3. rit. 29. num. 31. ad finem, Bullengerus ubi proximè, c. 33. ad finem, & huius officij utilitatem recenset Cassaneus in catalog. gloriæ mundi, 6 p. consideratione 7. & utilitatem recenset Cassiodorus lib. 6. variarum, epistola 6. eis uerbis: *Veredorum quin etiam oportunitatem uelocitatem quorum status semper in cursu est diligentia sua districtione, custodit, ut sollicitudines nostras quas consilio inuat, beneficio celeritatis expediat, per eum exterritis gentibus, ad laudem Reipublicæ nostræ ordinatur humanitas, & nolentes redeunt quos merentes exceperit, per eum quippe nobis Legatorum, quamuis festinantium prænuntiatur aduentus, per eum nominis nostri destinatur cunctio, & isti principaliter creditur quod tamen necessarium esse sentitur.*

9. Et apud nos in Hispania est integra rubrica tituli 9. lib. 6. Recopilat. quibus adde Camillum Borrellum de præstantia Regis Catholici, cap. 19. num. 27. Ramirez de lege Regia, §. 26. num. 58. & sequent. Didacus Perez in l. 5. tit. 9. lib. 8. ordinamenti, idem Borrellus de Magistrat. lib. 4. c. 9. num. 39. & seq. & in addition. ad Bellug. in speculo Principis, rubrica 46. §. *domum appellatur*, litt. C. Molina & Otalora ubi supra, Ioannes Franciscus de Ponte, vol. 2. consil. 137. n. 5. agens de hac eadem lite & officio Cursoris maioris pro Comite de Villamediana, quos supra relatos, & alia plura ex Cicerone, & Martiali, lib. 3. epigramm. 100. notauit Doctissimus D. Ludouicus Gudiel in allegationibus huius liti, in prima, num. 13. & 59. in 2. allegatione, n. 5. 9. & 10. ubi adducit Menochium, Marinum, Frecciam, & alios.

10. Ultra eum, etsi ferè omnia cumuauerit, uide quæ ex Virgilio lib. 2. *Æneid.* uerf. 547. *Cui Pyrrhus: referes ergo hæc, & nuncius ibis Pelidæ genitori, illi mea tristia facta, Degeneremque Neoptoleum narrare memento.*

Et uiaiores præcis Romanis in usu fuisse constat ex Tito Liuiio, decade 4. lib. 1. & probatur l. seruis, 99. §. fin. ff. de legat. 3. ubi: *Si alij uerna, alij cursores legati sint, siquidem & uerna, & cursores sint, cursoribus cedent.* Semper enim species generi derogat, adde quod ex Terulliano lib. de fuga, *Æschylo*, Cassiodoro, Coripo, & aliis, tradit Thomas de Emster in Paralipomenis ad Rosinum, lib. 7. antiquitatem *Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Pisc. tom. I.*

tum Romanarum, cap. vlt. ad finem, & refert locum *Ælij Spartiani* in uerbo, ubi: *Tam illa leuiora quod cursoribus suis exemplo cupidum, frequenter alas addidit, eosque uentorum nominibus sapè uocitauit, Boream alium, alium Notum, & item Aquilonem, aut Circium, ceterisque nominibus appellans, & indefesse atque inhumaniter faciens cursitare.*

11. Quibus addendus Plinius lib. 2. naturalis historiæ, cap. 72. & lib. 7. cap. 20. ubi refert miram celeritatem Anistidis & Philonidis cursorum Alexandri Magni, qui uno die centum & quinquaginta miliarium cursum peregerunt, & memoratur etiam Philidis, qui pedestris duobus diebus centum & quadraginta & quinque miliarium iter peregit, & A ta puer octo solum annis ætatis à meridie, usque ad noctem, septuaginta millia passuum spatium cucurrit, refert etiam Piazza, uniuersale, quem librum ex Italo sermone in Hispanum traduxit Christophorus Suarez à Figueroa; discursu 42.

12. Et uideudi Raderus & Ramirez ad Martiale lib. 3. epigramm. 100. ubi adducit Lipsium epistola 59. Centuriæ singularis ad Italos & Hispanos, ad Nicolaum Micaultium, ubi plura congerit ex comment. Iulij Cæsaris, Plutarcho, *Æmilio*, Probo, Suida, Curtio, Herodoto, Liuiio, Suetonio, Socrate in Historia Ecclesiastica, & nostro Petro Cieza, & aliis multa refert, & de cursoribus faleratis, quos secum Romani solebant ducere in itinere, uide Petronium Arbitrum satyricon. cap. 28. ubi eius commentatores adducunt Suetonium in Nerone cap. 30. Senecam Epistola 12. & Martialem lib. 3. Epigramm. 47.

*Nec feriatibus ibat ante Carrucam,
Sed tuta sano Cursor oua portabat.*

Ubi noster Ramirez de eadem re adducit Senecam Epistola 87. & Epistola 124. ubi uita eum adde Lipsium ubi notab. 3. ubi se refert ad ea, quæ notauit, & firmavit exemplis ad lib. Historiarum Cornelij Taciti, & uideudus Dorleans ad lib. 15. *Annal.* eiusdem Taciti, uerf. dein paucis, not. 11. ubi alia adducit, & ubi propriis nunciis emendat, *properis.*

Addenda alia, quæ ex Cicrone, Seneca, 13. D. Hieronymo, D. Ambrosio, Celio Rodigino, Rebaro, Corrasio, Antonio, Augustino, Matienzo, Acofta, Torquemada, Americo Vesputio, Galganeta, Magero, Iacobeo, Gutierrezio, & aliis eruditè notauit Doctissimus D. Ioannes de Solorcano dict. tom. 2. de Indiar. Gubernat. lib. 1. c. 12. per totum, ubi adducit l. 12. Cod. de curiosis, & stationariis, lib. 12. quæ uerè non est, nisi l. agentes 2. ut loco

A a a 2 loco

loco verbi *euectionibus*, quod in aliquibus Codicibus inuenitur, legendum sit *euectionibus*, & denotat *agentes* 4. Cod. eodem titulo, ibi: *quibus inspiciendarum euectionum tantum debeat cura mandari*, & nostri verbi, *estafeta*, etymologiam ex Sebastiano Couarruua adducit D. Solorcanus ibi.

14. Et ius eligendi cursores publicos de Regalibus est, & ad Regem pertinet l. 2. nullus euectione 11. Cod. de cursu publico, l. 2. 7. & aliis tit. 10. lib. 6. Recopil. feudistæ in cap. vnioco, quæ sint Regalia in feudis, verbo *angaria*, Bart. in l. 1. num. 5. Cod. de excusat. muner. lib. 10. Bald. in l. cum multa, num. 5. Cod. de bonis, quæ liberis, Natta consil. 185. num. 3. & 5. Sixtus de Regalibus lib. 2. cap. 13. num. 44. Mastrillus de Magistrat. lib. 3. cap. 10. num. 334. & sequent. Rosental. de feudis, cap. 5. de Regalibus, conclus. 71. per totam, Oratoria vbi supra, num. 23. ad finem, Auiles in capitibus Prætorum, cap. 24. num. 1. & sequent. Gregor. Lopez in l. 6. glossa 2. rit. 25. part. 4. Thufcus practic. lit. A, conclus. 330.

In huius litis disceptatione breuiter, & velut in epitome referam fundamenta, quæ pro Rege nostro adhuc à fiscalibus expensa, vt simul quæ à nobis vltra adducuntur perpendantur.

15. Latè fisci patroni in hoc casu scripserunt, & simul Doctissimus D. D. Ludouicus Gudiel Eques Calatrauensis supremi Castellæ Senarus merittissimus Consiliarius dū esset eiusdem Senatus fiscalis & Regalis Patrimonij tres allegationes, quæ tria volumina complent de hac re typis excussit, & plusquam duo mille, & quingentos numeros in Regis nostri fundanda impleuit, vt ex officio Curforis maioris Hispaniæ concessio Baptista, & Raimundo de Tarsis veredatiorum euectionum Epistolarum, quas dicimus *estafetas*, non posse in præiudicium Regis comprehendere, & argumenta erant.

16. Primum de Regalibus esse institutionem cursus publici, & cursorum, & quidquid ad hoc pertinet, vt nuper notauimus num. 14. & ideo non poterunt Comites de Villamediana extendere officium cursoris ad novos veredarios, quos dicimus *estafetas*, & earum stipendia sibi acquirere, quia id ex nullo titulo, vel rescriptis, quibus id officium Curforis maioris eis & suis antecessoribus concessum competere videtur.

17. Secundum, quia hoc argumentum non potuit contineri in concessione officij cursoris, tum quia nomen diuersum est apud nos, alij dicuntur Cursores, id est, *Correos*, alij *las estafetas*, & nominum differentia arguit diuinitatem, l. quod si nepotes, vers. *ali-*

ter, ff. de testament. tutel. Surdus consil. 127. num. 32, sed & cursorum institutio antiquissima est, vt supra animaduertimus: at verò veredatiorum, *de las estafetas*, huius temporis, & nondum abhinc quinquaginta annis, & quæ diuersis temporibus inducta omnino separata, & diuersa debent censer, glossa in l. siquidem 9. ad finem, Cod. de rescript. Menoch. consil. 123. num. 20. Gratianus tom. disceptationum, cap. 126. num. 12.

Tum etiam prædictam differentiam ostendit Ministerium diuersum: nam Cursores publici sunt velut Ministri domus Regiæ, & ideo titulus eorum officij expenditur per aulicorum consensum, quem dicimus *el Bureo*, & isti cursores non instituti, vt continuo seruiant, sed in casibus extraordinariis, cum ad Principis seruitium expedierit, & etiam non possunt alias litteras, vel expeditiones transportare, nisi quæ à Principe mittuntur, aut ex illius permisso, quæ ad priuatos spectant, & simul isti cursores expensis fisci mittuntur regulariter, quia pro causa publica instituti, & ex stipendiis illorum, quos dicimus *vijajes*, solum decimam partem habet pro officio suo Curfor maior iuxta quod in eius titulo permittitur.

Quod omnino diuersè procedit in veredariis nouiter institutis, quos dicimus *estafetas*: nam hoc munus non exercetur per Ministros Aulæ Regiæ, sed per quoscunq; priuatos, & omnibus diebus, & hebdomadis iusseriunt, & epistolas quorumcunq; priuatorum de vno loco ad alium continuo transportant, nec expensis Regiis, sed priuatorum istæ euectiones fiunt, & in eis Curfor maior, qui abhinc paucis annis induxit hanc epistolam, transportationem aliquod taxatum pro stipendio habet, sed deductis expensis omnia emolumenta percipit, id est, pro quacunque epistola dimidium argumentum, & diuersitas formæ, & ministerij rem omnino diuersam constituit, l. Iulianus 10. vers. *nam mutata forma*, ff. ad exhibend. ex Baldo, Socino, & aliis, Menoch. dict. consil. 123. num. 26. Parisius 2. part. consil. 80. numero 9.

Et vltra differentia comprobatur, quia decima stipendiorum, quam à Curforibus percipit maior Curfor, non excedit annua tria millia aureorum: at verò quantitas mercedis veredatiorum *de las estafetas* plus quam centum, & quinquaginta millium aureorum in quolibet anno æstimatur, & ratione diuersi pretij rerum differentia, & diuersitas in iure probatur, l. quantitas, ff. de except. rei iudicatæ, Bart. Iason & reliqui in l. scire debemus 29. ff. de verb. obligat. Tiraquellus

quellus lib. 1. de retract. Lignag. §. 23. glossa 1. num. 20. Mantica de contract. lib. 3. tit. 1. num. 22. & id expressè confessus videtur Curfor, quando ad institutionem *de las estafetas* permittum à Rege petiit.

21. Tertium fundamentum prædictas *estafetas* non posse censer annexas, vel accessorias officij Curforis Maioris, quia speciem dissimilem constituunt diuerso tempore, & diuersis qualitatibus constitutæ, nec ad Curforis officium necessariò inducendæ, vt sine illis Curforis officij exercere nequeat, quia de annexione non constat, nec à Rege, qui officium Curforis concessit, facta est, & probari debet ab eo, qui annexione fundatur, vt notatur Bartolus in l. Aurelius, §. idem quæsit, ff. de liber. legat. Baldus in c. translato, & ibi Felinus num. 6. de constitut. l. cum actum, 18. §. planè si quid annexum, ff. de negot. gestis, Menoch. de arbitrariis, lib. 2. centuria 1. casu 95. num. 5. Mieres de maiorat. l. p. q. 10. num. 145. D. Alex. Ludouif. decif. 478. & ibi Oliuerius, Beltraminus n. 6. Gratianus tom. 4. discept. c. 657. num. 22. Farinatus in nouissim. 1. p. decif. 233. num. 5. Hieronym. Gonzalez ad Regul. 8. Cancellariæ gloss. §. 7. num. 119. cum sequent. Nicolaus Gartia de benefic. 12. p. c. 2. de vnione num. 12. 18. & 37. & alij quos prædicti referunt.

22. Quartum non posse, *las estafetas*, considerari vt augmentum officij Curforis maioris, quia ab eo institutæ, & debet augmentum considerari eiusdem substantiæ non diuersæ in casu Bart. & Doctores in l. *ius civile*, per textum ibi, ff. de iustitia & iure, Brunus tract. de augmento conclus. 3. 4. & 5. Mieres de maiorat. 3. p. quæst. 8. num. 49. Surdus consil. 27. n. fin. nec potest augmentum iudicari quando adhæret rei limitatæ, vt est institutio Curforum publicorum vulgaris l. in agris de acquir. rer. dom. Brunus vbi proxime conclus. 5. num. 28. & conclus. 6. per totam, Dominus Couar. practicarum, c. 2.

23. Quintum vt quamuis concessio officij Curforis maioris amplior fieret, & posset comprehendere quidquid eius causa inductum vt augmentum illius censerentur *las estafetas*, tamen intelligi oportet rebus in eodem statu manentibus, arg. l. quæro, §. 6. inter locatorem, ff. locati, l. quod Seruius, vbi notant Doctores, ff. de condit. causa data, & pluribus Tiraquellus in præfatio. l. si vnquã num. 167. Cod. de reuocandis donat. Seraphinus decif. 179. num. 1. Olfacus decif. Pedemont. 91. n. 2, & 14. Surdus decif. 236. n. 13. & decif. 289. num. 12. Gratianus tom. 1. discept. c. 96. num. 23. vnde cum postquam aliis

ex maioribus Comitibus de Villamediana concessum fuisset officium facta fuit institutio *de las estafetas*, quasi rebus in eodem statu non manentibus ad eas non poterit concessio extendi.

Sextum vt quamuis velut augmentum censerentur, *las estafetas*, & fuissent expressè concessæ, tamen cum adeo creuerit illarum stipendium ad centum, & quinquaginta millia aureorum in quolibet anno, non potest vt immoderatum augmentum comprehendere concessione, vt ex Bartolo tradit Castrensis in l. 2. §. vltimo per textum ibi, ff. de aqua pluuiæ arcend. Alex. lib. 2. consil. 178. Ancharr. consil. 83. incipit. *Prima facie*, Decius consil. 335. num. 1. & sequent. Thufcus practicarum lit. P, conclus. 735. latè Riminaldus consil. 59. num. 72. cum sequentibus Surdus decif. 236. n. fin. & ego notauit allegat. 31. num. 30. iunctis quæ à me expensa 2. p. decif. Granat. 69. per totam maxime n. 16.

Septimum quia cum valde nociua apparuerit hæc concessio vtunque facta fuerit (quod negatur, & aperte constat) tamen propter publicam vtilitatem, & maximum Regis Patrimonij dispendium debet rescindi vt communiter traditur, in c. suggestum vbi gloss. & DD. de decimis, c. quanto vbi etiam gloss. & scribentes de censibus, c. rescripta, 25. quæst. 2. l. 5. tit. 20. p. 1. l. 4. tit. 18. p. 3. vbi Gregor. Lopez, & late notauit allegat. 32.

Quasi ex immoderato augmento superuenienti læsio enormissima consideretur quæ in rebus tractus successiuè vt est annua præstatio etiam post primam concessionem illam rescindit læsio immoderata vt in hoc casu iuxta Cinnam, & Salicetum in l. licet, Cod. locato post Abbatem, Rolandus à Valle vol. 2. consil. 1. num. 173. Natta consil. 548. num. 21. Mandellus, Albenis consil. 34. num. 15. Seraphinus de priuilegiis iuramenti priuilegio 83. num. 95. Giptius decif. Bononiensis, 43. n. 47. Monter à Cueba in responso pro vxoris amita ad finem decif. Aragon. num. 166. Albanus consil. 17. n. 10. Rotæ decif. apud Farinac. 431. Gironda de gabellis p. 12. num. 32. Auendaño de censibus, c. 46. num. 4. Brito de locato 2. p. §. 2. num. 25. & in c. propter sterilitatem num. 60. Pinellus in l. 2. Cod. de rescind. 2. p. c. 1. num. 26. & alij plures quibus addenda quæ notauimus d. decif. 69. quantum vero prædictum augmentum inducat læsionis res ipsa & rerum experientia manifeste ostendit.

Octauum, nihil contra id Regali Patrimonio posse nocere quamcumque præscriptionem, consuetudinem interpretatiuam,

vel obseruantiam subsequentem, quia immemorialis præscriptio esse non potest circa rem, quæ paucis abhinc annis instituta, vt *las estafetas*, & in eis permisso fuit facultatiua, quæ præscriptionem non cauat l. Proculus 26. ff. de damno infecto l. 1. §. denique. Marcellus l. si in meo 21. ff. de aqua pluuiæ arcenda, l. viam publicam 2. ff. de via publica, Innocentius num. 5. & Ordinarij in cap. cum Ecclesia Sutrina de causa possessionis, & proprietatis, D. Couar. in regula possessor, 2. part. §. 4. num. 6. Antonius Thesaurus decif. 16. per totam, Seraphinus Oliuarius 1. part. decif. 716. num. 10. & 11. & decif. 813. num. 5. Farinac. 2. part. nouif. decif. 356. num. 4. Surdus consil. 127. num. 18. & 81. Menoch. lib. 2. de arbitrarijs, Surdus centuria 2. casu 160. num. 7.

28. Nec præscriptio quadragenaria cum titulo poterit procedere: nam etsi ea adæquari videatur immemoriali cap. 1. de præscript. lib. 6. l. ult. §. fin. Cod. de fundis Patrim. lib. 11. l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil. D. Couar. in dict. reg. possessor, 2. part. §. 2. num. 12. & §. 3. num. 13. & 14. Matienzo in dict. l. 1. glossa 19. num. 4. Molina de primog. lib. 2. cap. 6. num. 52. plures refert Additio, ibi Barbosa in l. comperit, num. 59. cum sequent. Cod. de præscript. triginta vel quadraginta annorum, tamen cum ad eam titulus requiratur, & in hoc casu nullus extet quoad veredarios, *de las estafetas*, videtur nullo modo procedere posse ex dict. cap. 1. & cap. cum personæ. §. quod si tales. de priuileg. lib. 6. Barbosa vbi proximè num. 149. Couar. pract. cap. 17. Peregrinus de fideicommiss. art. 5. 2. num. 141. Cauedus 2. part. decif. 15. num. 6.

29. Cum ego nulla concessio sit facta *de las estafetas*, nec ex titulo aliquo modo colligi possit, non solum ille ad præscriptionem prodesset poterit, imo impedit, & obesse debet, argument. l. si is, in fine, ff. quemad. seruit. amitt. vt supra relati probant, & Craueta consil. 680. num. 5. Menoch. lib. 3. præsumpt. 131. num. 49. Thufcus practicarum lit. P. conclus. 521. & 522. & lit. 1. conclus. 311. & nullo modo poterit ex titulo præscribere, qui cum eo non concedatur, quod præscribere intendit, ex eius inspectione constituitur in mala fide, l. fin. §. fin. autem, Cod. communia de legatis, l. quemadmodum, Cod. de Agricolis, & censitis, lib. 11. Dominicus consil. 96. num. 4. D. Molina dict. cap. 6. num. 66. ex Baldo, Mascardo, D. Lara, Garcia, Peregrino decif. Treuisana, Fontanella, Farinatio, & alijs plura adducit Molinæ Addit. ibi Ofascus decif. 101. num. 31. Surdus consil. 28. num. 76. Gratianus tom. 3. disceptationum,

cap. 441. num. 17. & plures ex prædictis Doctoribus inde suadent non exhibendum titulum ab eo, qui præscriptionem intendit, ne ex ipso excludatur, & cum in titulis prædecessorum, quæ exhibita à Comite de Villamedina appareat nouum augmentum *de las estafetas* non fuisse concessum, nec potuisse concedi, quia postea inductæ fuerunt, nulla præscriptio locum habet.

Nec etiam consuetudo interpretatiua, vel obseruantia subsequuta aliquod ius tribuere poterit, qui dissimiliter admittæ, & inductæ *las estafetas*, vsquequò in toto Regno paucis abhinc annis omnino constituerentur, & ideo nec consuetudinem, vel obseruantiam varietas inducere potuit, argum. l. nemo 166. §. temporariæ, ff. de regulis iuris, Decius consil. 8. num. 4. Craueta consil. 313. num. 4. Surdus consil. 393. num. 22. Marescotus lib. 2. variarum, cap. 102. num. 6. D. Ludouisus decif. 162. num. 8. vbi Beltraminus num. 15. Borrellus in summa decif. tit. 13. num. 28.

Et cum licentia, quæ concessa, vt instituerentur veredarij *par las estafetas*, esset facultatiua, nec consuetudinem, nec obseruantiam restrictiuam libertatis inducere valet, Abbas in cap. ex parte, Astensis num. 6. de concess. Præb. Decius vbi proximè, & consil. 175. n. 6. Surdus dict. consil. 127. num. 81. D. Ludouisus vbi supra.

Præsertim, quia si aliquid obseruantia tribuere possit, in hoc casu solum respicit concessionem precariam respectu facultatis ad instituendas *las estafetas*, & siue precarium sit expressum, vel tacitum, contraria voluntate concedentis reuocatur, l. 1. cum vulg. de precario, & Rex noster expressè hanc concessionem reuocauit ex suo decreto expedito die 14. Nouembris anno 1631.

Sed cum consuetudo, & obseruantia respiciat declarationem voluntatis, hæc debet fieri ab ipso, qui concessit, argument. hæredes palam, §. si quid post, ff. de testament. l. si seruus plurium 53. §. ult. ff. de leg. 1. Decius consil. 51. num. 3. Simon de Prætis de interpretat. vltim. voluntat. lib. 1. dubio 3. num. 1. Mieres de maiorat. 1. part. quæst. 44. num. 89. Thufcus lit. D. conclus. 92. Boerius decif. 172. num. 22. Mantica de coniect. vltim. voluntat. lib. 3. tit. 1. num. 1.

Et ideo declaratio concessionum, quas Rex fecerit ad eum pertinere debet l. fin. Cod. de legibus, cap. cum venissent, vbi Doctores de iudicijs, l. 4. tit. 33. part. 7. & expressè probatur l. 27. tit. 18. part. 3. vnde nihil consuetudo, & obseruantia partis ad declarationem poterit prodesset.

Maxime

35. Maximè, quia ea non potest operari in præiudicium tertij, Castrenf. in dict. §. si quid post, num. 4. & lib. 1. consil. 338. ad finem, Decius consil. 114. num. 4. Craueta consil. 282. num. 6. Surdus consil. 192. num. 31. & decif. 29. num. 6. Decius consil. 3. num. 44. D. Ludouis. decif. 375. num. 10. Mantica de tacitis, & ambiguis conuent. lib. 1. tit. 15. n. 9. Angelus, Giurba, Barbosa, & Fontanella, quos ego retuli 1. part. decif. Granatens. 33. num. 59. ideo non oportet in præiudicium Regalis Patrimonij & successorum in Regno operari.

36. Hæc sunt fundamenta hucusque à sapientissimis fiscalibus expensa doctissimis allegationibus exonerata, quibus vt respondeant, vltro digladiantur Aduocati partis aduersæ, & lato calamo, quia eis crescit præmum ex ingenti volumine plura latissimè scripserunt, ego verò aliter quàm sapientes fisci Patroni pro Rege aduocationem suscipio (fortè non adeo certè, & solitè vt illi) verum, vt quando casus euenerit, possint corrigere, & si quid eis videbitur causæ conuenire, rectius expendere, quod in hoc casu ex disquisitione facti (illis substracti) proponam iudicium, & breuiter facti speciem, vt mee sententiæ fundamentum præmitto.

37. Notandum igitur est huius muneris Cursoris Generalis concessionem factam fuisse Francisco Tasio dum viueret, & postea Simoni Tasio ex fratre nepoti similis concessio facta fuit, quæ Casaraugustæ die 28. Augusti anno 1518. Domina Regina Ioanna & Imperator Carolus Quintus eius filius reuocarunt annullando titulum & priuilegium, quod solum Simoni concessum fuerat, & aliam concessionem fecerunt, qua decretum, vt concessio, quæ fuit facta Simoni cõmunis esset, eoque munere simul fruere- rentur idem Simon, & eius fratres, omnes nepotes ex fratre Francisco qui erant Baptista Mafæus, & ipse Simon Tasio, ea addita conditione, vt vnus solus munus exerceret. & primus esset Baptista, & ex illius absèntia vel morte succederet Mafæus, & post vtriusque mortem, & defectum in exercitio officij succederet Simon, & in ea concessione expressè excluduntur filij illorum & vocatur frater qui superuiveret, vt constat ex dict. rescripto in principio, ibi: *por hacer merced à vos Baptista de Tasis, y Mateo de Tasis, y Simon de Tasis*, & iterum eis verbis: *contanto que quando vos el dicho Baptista de Tasis esubieredes en esta Corte vos vscis, y siruais el dicho officio, y quando esubieredes ausente lo sirua el dicho Mafico de Tasis, y en ausencia vnestra, y suia, lo sirua el dicho Simon de*

Tasis, y de esta manera, q. que de vos otros mas largamente viuiera.

Et cum munus exerceret Baptista, quasi primo loco nominatus, in eius vita decessit Mafæus, & cum adhuc viueret Simon, qui vsque ad annum 1562. vixit, vt constat ex eius testamento Mediolani factò, ex testimonio, quod vidi sepultum fuisse in Ecclesia maiori, quæ dicitur, *del Domo* in Mediolana vrbe, adhuc igitur viuente Simone Baptista anno 1539. eo prætextu, quia agrotus, & ex eius impedimentis Raymundus filius Baptiste plusquam sex annis eius nomine officium exercuerat, non referens viuere Simonem, eique munus concessum post vitam Baptiste, iste vt filio suo Raymundo concessionem impetraret, quasi absolute ad illum pertineret, petiit à domino Imperatore, vt ex tunc propter prædicta infirmitatis impedimenta Raymundus filius munus exerceret. & post eius mortem, scilicet Baptiste patris suo proprio nomine, & iure obrinere posset, quod ita concessum fuit, in qua concessione nulla facta fuit derogatio, aut mentio iuris antea Simoni acquisiti, imo potius Baptista, & Raymundus solum petierunt à Domino Imperatore, vt munus concederetur eo modo, quo habebat Baptista eius pater, & ita, & non aliter concessum, vt constat ex eodem rescripto Mariti expedito die 8. Nouembris anni 1539. sub rescripto Ioannis Valquez de Molina, ibi: *Fuessemos seruido proveer, y hacer merced del en la manera, y segun el lo auia tenido à vos Raymundo de Tasis su hijo, & postea in concessione, eis verbis: en lugar del dicho vuestro padre, y de la manera, que el lo a tenido, & iterum ibi: Os damos el mismo poder y facultad que el dicho vuestro padre tenia para usar, y exercer el dicho officio.*

Postea Philippus II. anno 1556. rescriptum expedit Antuerpiæ die 27. Februarij anno 1556. subscriptum à Francisco de Erasso eius Secretario, quo D. Ioanni de Tasis filio Raymundi, & nepoti Baptiste officium Cursoris publici concessit, & multoties repetit illud concedere secundum ius, quod eius auus Baptista, & pater Raymundus obtinuerunt, ibi: *en que estubo el dicho vuestro abuelo y esta el dicho vuestro padre, & iterum ibi: segun y de la manera, y forma que dicho vuestro padre y aquello. Et rursum eis verbis: Os damos el mismo poder y facultad que el dicho vuestro padre y aquello tenian para usar, y exercer el dicho officio*, quo tempore notandum adhuc viuere Simonem eo anno 1556. quia non decessit vsque annum 1562. vt animaduertimus.

Præ

40. Præterea huius concessionis prorogatio petita à domino Ioanne de Tassis primo Comite de Villamediana, & à secundo Comite, & ex rescriptis expeditis à Rege Philippo I I I. Domino nostro die 4. Decembris 1598. & die 20. Octobris anno 1067. vt ampliatio harum concessionum fieret, & in ampliacione semper, & multoties repetitio fit, vt eo modo, quo parentes, auus & illius prædecessores officium obtinuerunt, illud ius ad duas vitas prorogant, quæ cum hodie durent, inde possessionem huius officij obtinet Comes de Villamediana.
41. Primò hac facti relatione præmissa pro Rege, & nullitate concessionis huius officij facit: nam iuxta prædicta priuilegium & titulum anni 1518. Simoni duo iura circa id officium competere videntur; alterum, vt absentibus, vel impeditis fratribus munus Curforis maioris Simon exerceat, aliud, vt fratribus deficientibus, & mortuis proprium Simonis pro vita esset officium, & idè quod Simoni competeat, vt siue fratres impediti munere fungeretur, vel eis deficientibus proprium adhuc viuente Simone haberet, concessum fuit anno 1539. Raymundo, vt pro impedimentis Baptistæ patris munus exerceat, & illo mortuo iure proprio haberet, quo casu nullitas notoria rescripti inducitur ex l. fin. Cod. de locacione prædiorum ciuiliu lib. 11. vbi quamuis Princeps faciat secundam concessionem motu proprio, non præiudicat ei, qui habuerit titulum anteriorem.
42. Iuuat textus in cap. Abbate sane, §. pro parte, de re iudicat. lib. 6. iuncta glossa, verbo *pro parte*, quasi in concessione Regis solum concessum videatur, quod ipse Rex possidebat, argumento l. si fundum, ff. de fundo dotali, & vt notarunt Ancharanus, Dominicus, & Perusinus in dict. cap. Abbate, & secundus donatarius Regis Aragonum (id est Monasterium de Bonifac) rectè excipiebat contra primos donatarios, quibus donatio Castri de Rossellis facta tempore, quo erat apud Sarracenos, nec in dominio Regis fuit, vt tempore secundæ donationis, quasi Rex, quod non habet, donare non possit, & solum donatio procedat in eo, quod possidet, tunc primus donatarius præferatur, cum solum absolutio sequeretur in eo textu, quia causam proximam donationis ad vindicationem non expressit.
43. Facit textus iunctis, quæ ibi notant Doctores in cap. Capitulum sanctæ Crucis 30. de rescriptis secundum intellectum Abbatis antiqui, Collectarij, Zabarellæ, Anchar. Innocentij, Ioannis Andreæ, Butri, Felini, &

aliorum, vbi præfertur primus, cui de beneficio prouisit Pontifex, & prius prouisum esse præferendum semper posteriori, ex Ripa, Menochio, & Rotæ decisionibus probauit Augustin. Barbosa in collectanea eius textus, num. 6.

Conducunt verba textus in capite, cum olim 12. de sententia, & re iudicata, ibi: *Ipsum Archidiaconatum contra suam pronuntiationem contulit, sicut credidimus, circumuentus.* Vnde colligunt Innocent. Bellamera, Ioannes Andreas, Imola, Panormitanus, Anania, Hostiensis, Felinus, & reliqui Ordinarij declaratione & concessione in fauorem alicuius facta, secundam inualidam censi, quando prima expressè non reuocatur, & confirmat Bart. doctrina in l. quod iussit de re iudicata, quam sequuntur Iason ibi num. 51. Alexan. num. 39. Ripa num. 48. & alij, vt quamuis Iudex possit interlocutoriam sententiam reuocare, nihilominus in dubio, si proferat secundam contrariam primæ, non censetur prima reuocata, cuius in secunda mentionem non fecit, adde Rodericū Suarez allegat. 9. num. 8. & allegat. 28. num. 11.

Vnde Baldus in l. quæ ex relationibus notabili, 3. Cod. delegibus tradit, si Princeps concessit alicui Castrum, & alius illud impetrauerit secundam concessionem nullam esse & obreptitiam ex l. si qua loca, Cod. de fundis, & saltibus rei Dominicæ lib. 11. vbi sequitur Castrensis & Fulgosius, idem Baldus in cap. licet causam, colum. 3. versic. *sed quæro, quod si duo*, de probationibus, ex textu in authentico, vt exactione instante doris, §. his igitur, & idem Baldus titulo de pace Constantiæ, cap. 1. versic. *amplius consueverunt*, verbo *detrimentum*, & lib. 1. consil. 327. num. 4. Romanus consil. 298. Rolandus à Valle vol. 1. consil. 2. num. 149. Decius consil. 588. num. 19. Ferrerius lib. 1. consil. 6. Aimon Craueta consil. 295. num. 3. Tiraquellus de nobilitate cap. 37. num. 50. qui omnes tradunt nullitatem secundæ concessionis procedere ex præsumptione iuris, & de iure, ita vt non admittatur probatio in contrarium.

Et tanquam in re notoria possit pronuntiaci nullitas secundi tituli tenuerunt Innocentius in cap. quæ in Ecclesiis, de constitutionibus, vbi Panormitanus num. 12. Felinus num. 66. Baldus lib. 3. consil. 279. incipit, *pridie*, Castrensis in l. 2. num. Cod. de legibus, Decius consil. 588. incipit, *viso puncto*, num. 12.

Secundò, etiam si in hoc casu Rex nollet faceret secundam concessionem Raymundo factam motu proprio adhuc non censetur reuocata prima, quæ Simoni facta, nisi

- si expressè eius fieret derogatio, Felinus in d. c. cum olim, columna 3. versic. *amplius secundò*, de re iudicata, Mandosius ad regulas Cancellariæ, reg. 17. quæst. 1. num. 3. Iason in l. fin. num. 13. ff. de pactis, Alciatus regul. 3. præsumptione 12. Corsetus de potestate Regia, verbo *Princeps*, versic. *Princeps concessit*, Mandosius in addit. ad conf. 198. Romani, ibi: *circa præmissa.*
48. Et quamuis Princeps declaret facere secundam concessionem ex certa scientia adhuc primæ concessionis præiudicium non fit vt ius adimat eam habenti, quia requiritur specialis derogatio præcedentis concessionis Bart. in l. fin. Cod. si contra ius vel utilitatem publicam, cap. dudum, de priuilegijs, Berouius vol. 3. consil. 144. num. 13. Grammaticus decis. 66. num. 23 & 30. & tradit indubitatum esse quando concessio fit ad instantiam partis vt in nostro casu.
49. Et in priuilegijs secundum non valere contra primum, nisi expressè primum reuocetur. c. veniens, 19. de præscript. ibi: *Non obstante priuilegio Clementis Papæ, per quod priuilegijs suorum prædecessorum non extitit derogatum, cum de ipsis nullam fecerit mentionem*, cap. 1. de rescriptis, vbi Decius num. 9. Felinus in c. accedentes, columna vltima, de præscript. l. Decurionibus, Cod. de silentiarijs, lib. 12. Socinus vol. 2. consil. 225. columna 5. Suarez allegacione 9. num. 8. & allegacione 28. numero 10.
50. Ratio est quia ex præiudicio tertij præsumitur importunitas vel subreptio l. 1. Cod. de petit. bonor. sublati, & etiam dolus, d. c. cum olim de re iudicata ibi: *circumuentus*, faciunt quæ notarunt Aimon Craueta consil. 68. num. 11. Alexander conf. 93. num. 6. versic. *non obstat*, libro sexto, Mascardus concl. 1065. num. 9. Perez de Mieres de maiorat. 1. p. quæst. 9. num. 7. & Principem numquam velle aut præsumi præiudicium inferre iuri tertio quæsitum certissimum, est l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico l. bene à Zenone, Cod. de quadrienn. præscrip. l. quod si minor. §. secula, ff. de minoribus ex Rolando, Bruno à Sole, & alijs Mastrillis ad indultum, c. 2. num. 30.
51. Tertio quia manifeste apparet in hoc casu noluisse Principem aliquid concedere Reymundo quando Simon viuere (vt vere tunc viuebat) quia noluit aliud ius Reymundo concedere quam quod eius Pater Baptista habebat vel quod illius morte vacaret, & idem vt animaduertimus repetitum fuit in concessione facta D. Ioanni Tasio filio Reymundi, & nepoti Baptistæ anno 1556. quo tempore adhuc viuebat Simon, & cum viuente

Simone, officium non vacaret nihil datum censendum est quia nullæ sunt concessionis quæ nondum vacant, cap. 2. de concessione præbendæ, c. de testanda eodem titulo, in 6. Rebuffus, ad leges Gallicas tit. vt benef. ante vacat. articulo 1. gloss. 1.

Et ex beneficijs ad officia valet argumentum Bart. in l. 2. de optione legata, Socinus vol. 3. consil. 53. Lucas de Penna in l. anonas Cod. de erog. milit. anon. quos refert Palacios Rubius in rubrica de donat. inter vir. 6. vbi pro eadem re adducit Abbatem Gregor. Lopez gloss. fin. l. 13. tit. 5. p. 5. Ioannes Faber l. nemo, Cod. de officio Assessor. Gutterius lib. 2. Canon. c. 15. num. 22. & ex Pinello, & Rebuffo, Cauedo 2. p. decis. 20. n. 1. ex Socino, & alijs idem Cauedo decis. 91. n. 4. d. 2. p. ex Mandosio Paulo Fusco, Oliuano, & Pereira Augustinus Barbosa locorum communium loco, 14. & 76.

Sed etiam prohibentur concessionis quando officia vacauerint, l. 25. tit. 10. lib. 5. Recopil. l. 3. tit. 3. lib. 7. Recopil. ex ratione legis finalis, Cod. de pactis quia datur votum captandæ mortis, & facit quod quamuis officium ad placitum concederet Princeps, sine iusta causa illud adimere non poterat præcipue cū ex causa onerosa officium dum Simon viuisset ei sit concessum, Bolognetus consil. 2. num. 13. Guillelmus Benedictus in c. Rainuncius, verb. *duas habens filias*, num. 44. de testamentis, Boërius decis. 149. Casaneus, consuet. Burg. Rub. 1. §. 6. num. 82. & in Catalogo, 7. p. consideratione, 33. versic. *Olim* Boërius de autoritate magni consilij, num. 154. Pinellus rubrica, Cod. de rescind. 1. part. num. 31. Burgos de Paz consil. 21. Auendano 1. part. cap. 3. num. 4. Padilla in l. cum quis, n. 34. Cod. de iuris & facti ignorantia, Matienzo l. 6. tit. 10. lib. 5. & in dialog. Relat. 4. part. cap. 12. Mieres de maiorat. 4. part. quæst. 10. num. 6.

Et ita Simonis variari non potest, nec adimi veniente casu, Molina lib. 3. de primog. cap. 6. num. 37. Gomezio in regula de non tollendo iure quæsitum, quæst. 4. & ibi Mandosius quæst. 2. num. 4. Gabriel lib. 3. de iure quæsitum, conclus. 1. & 7. & huic rei conuenit, quod nuper tradidimus non posse adimere, aut nolle Principem ius quæsitum tertio, & vltius probat Natta consil. 524. num. 27. Cephalus consil. 183. num. 102. Menoch. consil. 75. num. 64. Rubeus consil. 147. Aldrobaldinus lib. 1. consil. 1. num. 203. Romanus consil. 436. Ioannes Franciscus Pontec consil. 55. num. & consil. 49. num. 35.

Vnde non potuit officium adimi Simoni, & concedi Raymundo, etiam quocunque

prætextu senectutis, ægritudinum, vel occupationum Baptista, Flammin. Parisius lib. 2. de resignatione beneficiorum, quæst. 9. 10. & quæst. 18. & 22. Petrus Gregorius lib. 17. Syntag. iuris cap. 17. num. 15.

56. Quarto, non potuit ulterius Raymundus renunciare in fauorem D. Ioannis Tassis, eius filij, quia velut intrusus nullum ius habebat. Flaminius Parisius vbi proximè, lib. 3. quæst. 1. num. 40. Paulus Parisius vbi proximè vol. 4. consil. 47. num. 32.

57. Nec etiam licet expressè consentiret Simon, qui nunquam consentit, quia absens erat in vrbe Mediolani, & nunquam huius rei notitiam habuit, nihilque magis contrarium voluntati, & consensui, quam ignorantia & error, l. si per errorem, ff. de iurisdictione omnium Iudicum, & vltra ordinarios, ibi Socinus regul. 262. & 263. Dueñas regul. 145. & regul. 146. Franciscus Marcus decif. Delphinatus decif. 419. Franchis decif. 417. & 519. & licet in hoc casu consensus non deficeret, sed verè adesset: adhuc tamen ius concessionis non pendet ex patris voluntate, sed Principis, qui non concessit, Innocentius in cap. cum olim, de re iudicata, vbi Panormitanus num. 19. Socinus consil. 115. num. 1. ex quo procedit, vt præferatur primus, id est, Simon cui Princeps concessit, nec possit nocere secunda gratia.

58. Nam quamuis ex secunda fieret traditio, adhuc prima præferenda dict. cap. Capitulum sanctæ Crucis de rescriptis, Romanus dict. consil. 298. num. 2. Gozadinus consil. 14. num. 19. & ita limitanda regula legis, quoties, Cod. de rei vindicatione, vt per Iasonem ibi, num. 7. lib. 1. conf. 27. num. 1. non ex eo, quod aliqui censuerunt, quod ex sola donatione Principis dominium transferatur, vt Grammat. decif. 59. num. 20. Tiraquellus de nobilitate, cap. 37. num. 57. Gozadinus conf. 14. num. 13. quia id dubium esse tradit Couar. lib. 2. variar. cap. 19. num. 3. sed ex eo, quia cū secunda gratia sine dubio, vt subreptiua nulla omnino censenda, & ille, cui traditio fit, etiam si habeat possessionem, tamen sine titulo inuenitur, & ideo præferendus est primus, qui habet primam concessionem, & ex ea verum titulum, cap. fin. de sponsa duorum.

59. Ex quo quamuis, qui habet verum titulum à Principe, si ea res, quæ titulo continetur, in controuersiam deducatur, non possit conueniri, sed qui habet interesse, fiscum conuenire oportet, §. fin. instit. de vscap. l. bene à Zenone, Cod. de quadriennij præscriptione, tamen si titulus sit inualidus propter dolum & subreptionem directo conue-

niri potest, qui titulum habet, cap. Abbate, §. pro parte autem, de re iudicata lib. 6. Curtius Iunior consil. 143. num. 7. Roman. consil. 298. num. 1. & quando aliquis dolum, error, vel fraus intercedit, limitandam reg. dict. l. bene à Zenone tenuerunt Peregrinus de iure fisci, lib. 6. tit. de vendit. fiscal. num. 16. versic. *secundo limita, quando Princeps*, Caldas Pereira de emptione & venditione, cap. 12. n. 13. ex Baldo, Gabricle, Hondedeo, Gregorio Lopezio, & aliis D. Castillo 2. tom. controuerf. cap. 5. num. 6.

Quinto, quia vt iam prædiximus, & alibi latè probauimus allegatione 86. concessionem factam Raymundo, & domino Ioanni Tassio propter subreptionem, de qua dubitari non potest, sunt nullæ omnino, etiam si subreptio fuerit ex ignorantia, & facta alieno, cap. si super gratia de officio delegati in 6. Beroius vol. 1. consil. 50. num. 7. Ruinus vol. 1. consil. 21. num. 13. Neuzanus inter consilia Bruni consil. 12. Tiberius Decianus vol. 1. consil. 18. num. 379. Capitio decif. 32. numero 13.

Quia, cum nullitas concessionis procedat, si non fiat relatio eius, quod posset mouere concedentem, vt non concederet, vel difficilius concederet, quamuis dicatur, etiam si exprimeretur, adhuc faciendam concessionem, cap. postulasti, vbi Panormitanus & alij cap. super litteris, vbi glossa de rescriptis, Roman. consil. 326. num. 11. Craueta vol. 4. conf. 296. & consil. 963. num. 25. Gozadinus consil. 6. num. 6. Decius consil. 441. num. 19. & conf. 580. & 602. num. 19. Lapis allegatione 89. Beroius vol. 1. consil. 88. num. 2. Ideo non exprimere concessionem factam Simoni post Baptistam, quod ignorare non posset, cum possideret ex titulo, vbi id continebatur, necessariò gratiam nullam reddidit ex supra notatis, & cap. 1. & 2. de filiis Presbyterorum, Beroius & alij, quos retuli allegat. 86. num. 4. Et ideo licet dicatur ignorasse Baptistam viuere fratrem Simonem, deberet exprimere concessionem Simoni factam, quia tunc Princeps necessariò decernere debebat quærendum esse de morte Simonis, cuius concessionem, & iuri numquam velle præiudicium inferre, iam prædiximus.

Sed etiam si consentiret Simon adhuc nihil prodesset Raymundo, quia vt notaui-
62. mus, gratia non pendet ex voluntate partis cui conceditur sed ex Principe, Innocentio Panormitano & Socino, supra adductis adde Crauetam, vol. 4. consil. 592. num. 69. quanto magis quando non consensit Simon, & ignorans fuit ius ipsius eludi.

Tum & relatio & petitio Baptistæ, vt Ray-
63. mundo

mundo eius filio officium conferretur: ideo facta fuit vt concessio fieret, vt ille habebat: & ideo non solum fuit subreptio, tacens veritatem & vitam Simonis, cui post Baptistam competebar officium, sed etiam obreptio, exprimens falsum; nam cum peteret officium filio Raymundo, vt ille habebat, affirmauit filium officium habere, quod impossibile erat, quia post mortem Baptistæ, ad eius fratrem Simonem pertinebat; & quando aliquid conceditur pluribus cum clausula, vt qui superuixerit, illud habeat, tunc in illis verbis censetur expressum, filios vel hæredes præmorientis excludi per superuientem, glossa notabilis in l. qui plures, 13. verbo *ad superstites*, ff. de vulgari, glossa penult. in l. Lucius, 78. §. Pater puerum, ff. ad Trebellianum, l. hæredes mei, §. fin. ff. eod. vbi Cumanus, & Alexander, Antonius Gabriel lib. 3. communi cum titulo de fidei iussoribus, conclus. 3. num. 8. Peregrinus de fideicommiss. art. 24. num. 28.

64. Sed etiam fraus Baptistæ ex eo colligitur, quia vt officium eius filio daretur, relatione Principi fecit, Raymundum eius filium ex eius infirmitate & impedimentis officium exercere, quo casu Simoni expressè competebar; nam illi datum erat in absentia Raymundi, quæ extendi debet ad ægritudinem, & quodcumque impedimentum iuxta doctrinam Bartoli, in l. 1. ff. de officio eius, & ex Federico de Senis consilio 114. & conf. 230. num. 2. vt in delegato aduocato, & aliis Tusch. Practic. lit. A. conclus. 23. num. 10. & 11. l. aut si valerudinem, ff. de procurat. l. si longius in princip. ff. de iudiciis, Barthol. Socinus conf. 153. Menoch. conf. 99. n. 51.

65. Sexto decepti etiam Principem Baptistam in eo quod relationem fecit vt Raymundo, officium concederetur officium esse trium, & recte potuit credere Princeps pro parte Baptistæ Patris ad filium Raymundum officium transferri posse, l. 1. Cod. si liberalitatis imperialis, Socinus lib. 10. Guillelmus Benedictus in c. Rainuncius verbo, & *uxorem nomine Adclafiam*, num. 804.

66. Septimo quia vt apparet ex eis quæ notauimus post mortem Baptistæ plenè totum officium ad Simonem pertinebat, & nullo modo potuit à Raymundo obtineri, etiam si vacaret maxime quia officium non vacauit, & licet vacauerit exprimenda erat forma vacationis quia id posset mouere Principem vt concederet, vel non c. susceptum de rescriptis in 6. l. ea 121. §. in insuiam de verb. obligat. Selua de beneficiis, 3. p. quæst. 12. num. 72. Rebuffus in praxi benefical. de public. resignatio. gloss. 3. num. 1. Didacus Perez gloss. 1. *Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Tom. I.*

columna 2. post medium in l. 1. tit. 9. lib. 8. ordinam & ulterius ibidem gloss. 5. Thomas Sanchez de matrimonio lib. 8. disp. 21. num. 35. & seq. Azebedo conf. 14. num. 19. Barbosa in collectanea, d. c. susceptum, & in hoc casu vt Raymundo potuisset officium concedi duæ vacationes erant necessariae, alia per Baptistam, & altera per Simonem, & expressæ nullo modo fuerunt cum à Principe Baptistam petiit officium vt Raymundo concederetur.

Octauo quia cum nullum ius competeret
67. Baptistæ in hoc officio in casu infirmitatis aut impedimenti, quia exercitium in totum his casibus translatum in Simonem, & post mortem Baptistæ officium in proprietate Simoni concessum nihil videtur datur Raymundo, cui solum ius quod pater eius habebat concessum fuit iuxta verba titularum quæ supra expendimus num. 37. 38. & 39. & probatur, l. pro vt quisque, ff. de solutione, c. quamuis, 8. iuncta gloss. verbo, *Euo-candi*, de officio ordin. lib. 6. Bart. in extrauaganti ad reprimendam, verb. *provt*, num. 2. Vulpeius in præpositionibus, & aduerbiis, dictione, *provt*, num. 2.

Et in terminis quando concessio facta vel
68. priuilegium datum, cum relatione ad ius alterius non possit operari vltra quod ille habebat ex Bartolo, Dinno, Decio, Felino, & Aretino, Cauedus 2. p. decif. 95. num. 9. Marcus Antonius, Eugenius lib. 1. conf. 92. num. 18. & 19. ex Abbate, Innocentio, Iafone, & aliis Azebedo conf. 36. num. 2. ex Maranta, Alexandro, Ruino, Menochio, Gozadino, Surdo, Gratiano, & aliis innumeris Augustinus Barbosa, de dictionibus vsu frequentibus dictione 296. 358. Alex. Raudensis lib. 1. variarum resolut. c. 38. num. 36. & c. 64. num. 31. & omnes tenuerunt dictiones, *secundum provt, sicut*, & similes esse relatiuas vt restringantur ad terminum relatum.

Præsertim quando constat de modo eius
69. & forma, & omnimodam similitudinem inducunt Hondedeus vol. 2. conf. 86. num. 54. Tiraquellus de iure primog. q. 40. num. 30. Menochius conf. 232. num. 22. Decianus vol. 2. conf. 9. num. 16. Socinus vol. 1. conf. 68. num. 34. & virtutem termini ad quem æquiparari & transfundi in terminum æquiparatum probat Marra de clausulis, 1. p. clausula 51. num. 2. qui eo casu quando constat de modo, & forma secundum quam Titius possedit, tunc concessio facta secundum ius quod ille habebat, debet restringi, & limitari quod maxime congruit nostræ quæstioni in qua aperte constat post Baptistæ mortem nullum ius remanere viuo Simone, ac perinde con-

cessionem factam filio Baptistæ, & eius ne poti vt Pater, & auus habebant nullum ius tribuere.

70. Nono in omnibus dispositionibus ex contractu, testamento, privilegiis, vel cōcessionibus si relatio fiat ad illud quod non est nullius momenti redditur factum quasi in rerū natura non sit vt in specie, l. seruus legatus 108. §. qui quinque, ff. de legatis 1. vbi cum quinque in arca haberet, decem quæ in arca habebat legauit testator, in aliis quinque quæ ibi non sunt nullum est legatum, & comprobatur l. 18. tit. 9. partit. 6. vbi Gregor. Lopez gloss. 1. si nihil inuenirentur in arca nullius momenti in totum dispositionem censerit.

71. Quod melius comprobatur ex l. 1. §. sed etsi dotem, ff. de dote præleg. vbi si maritus dotem prælegauerit mulieri, quæ licet ei dotem promiserat, non tamen dederat nihil amplius quàm liberationem obligationis ex legato consequi potuit, quia cum dotem non traderet ad eius recuperationem, nullum ius habebat mulier, & confirmat l. C. eo textu, eis verbis: *Nam etsi quis ita legauerit, centum quæ in arca habeo, aut quæ ille apud me deposuit, si nulla sint, nihil deberi constat.*

72. Et probat l. qui plures, 18. ff. de usufruct. legato, vbi qui plures habebat liberos, habitationem relinquit eis quos codicillis designasset, postea nullis designatis tradit Iuriconsultus: *Respondi, si Patronus qui designaturum personas libertorum pollicitus est, nullum postea designauit legatum habitationis perfectum esse non videri non existente cui datum intelligi possit; vt idem usurpari possit in hoc casu, vt non existente iure Baptistæ & Raymundi, viuentis Simone, nihil in privilegio datum intelligi possit.*

73. Facit l. si ita, 126. ff. de verb. obligat. vbi qui stipulatus hanc summam centum aureorum quærendum non esse tradit l. C. an ea adiectio faciat conditionalem stipulationem ex ratione, ibi: *quoniam si centum non sint, stipulatio nulla est.*

74. Nec obstabit l. Lucius 88. §. quisquis, 10. ff. de legat. 2. vbi qui legauit summam quæ apud eum deposita, vel quæ debebat, etsi nec deposita, nec debita traditur etsi peti non possit actione, quasi ex debito, poterit tamē ex fideicommissio peti, quia omnia solutione Pacij cent. 6. quæst. 32. qui distinguit inter legata & fideicommissa, cum Osualdo, ad Donellum, lib. 8. comment. cap. 14. in not. lit. E, nota in d. §. quisquis, non fuisse factam restrictionem ad locum, vel relationem factam, vt in dictis iuribus & nostro casu, & ibi verè depositum fuisse, sed solum adiectā falsam demonstrationem quoad debitum,

quæ non nocet dispositioni iuxta vulgata, & rectè probat Donellus d. c. 14.

Vnde cum in nostra specie secundum priuilegium, & quæ ulterius concessa, se referant ad primum videtur inesse ius primi priuilegij; in secundo & vltioribus, argum. l. si Prætor, §. si Iudex, ff. de re iudic. ibi: *Perinde est ac si quantitatem nominauerit quæ testamento vel codicillis relicta est, vbi Alex. & Ripa num. 1. l. omnes, C. de præscript. triginta vel quadr. annor. eis verbis: tanquam si per hanc legem specialiter & nominatim fuissent enumerata; tunc enim quasi scriptura & priuilegium ad quod refertur, inesse videtur duobus quasi capitibus legis connexis, vt traditur in l. Gallus, §. ille casus, ff. de liberis & posthumis; ita priuilegium & concessio referens accipienda, iuxta quæ notarunt Bald. lib. 5. conf. 212. Alex. lib. 4. conf. 35. num. 8. Tiraquellus post leges connubiales, gloss. 7. num. 182. Perez de fideicommiss. articul. 16. num. 111. ex pluribus Casanate consil. 47. num. 68. & conf. 56. per totum, Molina lib. 3. de primog. cap. 5. num. 65. Molina de ritu nuptiarum, libro 3. quæst. 24. numero 295. multis vt solet D. Castillo lib. 4. controuerf. cap. 43. per totum.*

Quod adeo procedit, vt si dispositio, vel concessio ad aliam se refert, & relata non appareat, nullius momenti existat concessio referens, vt post Bart. Baldum, Alex. Iasonem, Cagnolam, Rolandum, Sebastianum Medicis, Aluaradum, Beccium, Prætis, Surdum, & alios probauit idem D. Castillo, vbi proximè, num. 35. quasi nihil sit, in quo dispositio procedat, non apparente relato, ita priuilegium datum Raymundo, & eius filio D. Iohanni Tassio, vt officium haberet, vt pater, & eius auus Baptista habuerunt, cum ex concessione appareat, nihil viuentis Simone habuisse nullum poterit effectum operari.

Et in privilegiis, quæ ad instar conceduntur, vt nostro casu propter relatam referens restringi, & limitari ex Felino, Abbate, Parisio, Cochier. Mandosio, Suarez, & aliis probauit Augustinus Barbosa de clausulis vsu frequent. clausula 5. & addenda quæ ex Oldraldo, Castrensi, Baldo, Romano, & aliis notauit Thuscus practicarum, lit. P. conclus. 763. per totam, vbi num. 2. addit, quando fit extensio priuilegij de vna persona ad aliam, vt in præfenti, eandem vim habet in illo ad quem fit extensio, quam habebat in primo, & comprobatur ex Geminiano consil. 56. in principio.

In terminis notauit Felinus in cap. ex parte el 1. num. 13. de rescriptis, priuilegium ad instar alterius nihil operari posse, si in alio nihil

nihil continetur, vel illud non appareat, & adducit Abbatem in cap. super specula, ne Clerici, vel Monachi, & ex doctrina Bartoli in l. eos, ff. ad leg. Corneliam de falsis, & in l. fin. Cod. de re iudic. qui loquitur in teste, qui deponit, *provt aliàs dixi*, si nihil dixerat antea, nullius effectus esse testimonium ex Baldo in l. 2. Cod. de error. Aduocat. si quis dixerit, confiteor, provt tali instrumento continetur, & in eo nihil sit ad propositum, non dicitur aliquid confessus, ex Lupo & aliis confirmat Felinus ibi.

79. Decimò, nam cum sine dubio officij concessio Raymundo facta ad eius vitam nulla fuit ex prædictis, ita similiter omnes concessiones postea Iohanni Tassio, & aliis factæ similiter nullitatem continent, tum quia à primordio tituli posterior debet formari euentus l. x. Cod. de imponenda lucretiua descriptione lib. 10. l. quædam mulier 76. vbi glossa & Doctores ff. de rei vindicatione, Baldus in l. si certis annis, num. 8. in fine, C. de pactis, Crauetia consil. 624. num. 9. Surdus consil. 221. num. 29. Cephalus consil. 9. num. 26. & consil. 198. num. 12. Mascard. de probatione. conclus. 1202. per totam.

80. Et sequentes concessiones fuerunt prorogationes primæ, & ideo nullitas eius in prorogationes influere debet, quia vnum & idem officium censetur prorogatum cum primo concessio, Bart. in l. dies cautionis, n. 3. ff. de damno infecto, vbi Castrensis num. 2. Natta conf. 57. num. 3. Ponte de Potest. Proregis tit. 10. de potestate substituendi, n. 6. & 7. Et initium semper attendendum est, l. quidquid, ff. de donat. l. clam possidere in principio, ff. de acquir. possess. Flaminius Parisius de resignatione lib. 3. quæst. 1. num. 4. Alexand. in l. si filius, ff. de verb. oblig. Baldus in l. ea demum, Cod. de collat. Imola in l. si seruus, §. fin. ff. de stipul. seruor.

81. Quod maximè procedit, quoties officium concessum fuit tribus fratribus, quia tunc concessiones tot existimantur, quot personæ quibus factæ fuerunt, l. si adrogator. versic. penult. ff. de adopt. l. cohæredi, §. cū filia, ff. de vulgari, l. vnum ex familia, §. si de Falcidia, ff. de leg. 2. l. quoties, C. de donat. quæ sub modo, Gregor. Lopez in l. 23. tit. 13. partit. 2. glossa, verbo *omenaje*, Rodericus Suarez in quæstione maioratus, num. 18. Telus Fernandez in l. 27. Tauri, num. 1. & 2. Capitius decif. 121. num. 9. Boherius decif. 150. num. 8. & 9.

82. Vndecimò, non poterit conualescere nullitas tituli Raymundi eo quod Simon negligens fuisset in exequenda prima concessione ei facta, quasi inde tacitus consensus de-

sumeretur, quia ex doctrina Abbatis in cap. Capitulum, num. 3. de rescriptis, vbi Felinus num. 5. quos sequitur Grammaticus consil. 6. num. 4. si duæ gratiæ impetrarentur circa idem corpus, vt in hoc casu, secundam censerit nullam, & subreptitiam, similiter procedere, vt etiam propter negligentiam impetrantis primam, non conualefcant secunda, l. quod ab initio, de regulis iuris, cap. auditis de electione, Decius consilio 144. n. 2. Mandosius reg. Cancellariæ 21. quæst. 10. num. 6. vbi etiam Rebuffus num. 64. Grammaticus dict. num. 4. & in notabili casu, Albarotus cap. 1. §. moribus tituli de feudo fuerit contentio, iuxta quorum sententiam explicandi sunt textus in cap. plerumque de rescriptis, cap. si Clericus de præbendis in 6. qui adduci possent, vt secunda gratia subreptitia conualefcant, si qui primam gratiam obtinuerat, negligens fuerit in petendo eius executionem.

Et ultra quam in hoc casu nullus tacitus, 83. vel expressus consensus fuit, & ex eo, vt animaduertimus, non pendet concessio effectus, sed ex Principis gratia, etiam notandum valorem tituli non considerari ex tempore futuro, sed ex præfenti concessio, c. constitutus 19. de rescriptis, cap. gratia, cap. si eo tempore de rescriptis in 6. Mandosius reg. 18. Cancellariæ quæst. 12. num. 15.

Et tacitus consensus absque expressa Simonis renunciatione coram Principe nullum poterat effectum sortiri, vt officium Raymundo concederetur, Cassiodor. decif. 2. n. 3. tit. de renunciatione Flaminii lib. 7. quæst. 9. & lib. 10. quæst. 2. num. 10.

Nec obstabit cap. 1. tit. de eo qui finem fec. agnat. & §. præterea, iuncta glossa, tit. quibus modis feudum amittatur, cap. Titius, tit. si de feud. fuerit controuersia, vbi videtur ex refutatione & consensu eius qui feudum habet ad sequentem, cui concessum posse transire, quia ultra quam diuersè procedit in feudo vbi prima inuestitura facta etiam illi in quem ex consensu primi transfertur, secus concessio & gratia in hoc casu nullo modo pendet ex voluntate eius cui facta, vt sæpius diximus, & nullo modo consensus Simon tacitè nec expressè, quia vt tacitus consensus iudicetur, debet valor concessio pendere ab eo cuius inducitur rati habitio, & debet in actu interuenire subscriptione vel præfentia eius qui intelligat ex eo actu ei præiudicium inferri, nam si dum consentit, crediderit ius suum ubique durare, non sibi præiudicat, l. sicut, §. non videtur, ff. quibus modis pign. vel hypoth. soluit. l. Caius, de pignorat. actione.

86. Ex quo etiam si non deficeret consensus tacitus Simonis, sed adesset, utique nullo modo posset Raymundo factam concessionem subreptitiam confirmare, nec ratihibitionem operaretur, quia ea & consensus superueniens non operatur in actibus qui à principio sunt omnino nulli, sed in eis quæ sunt in suspensio, l. qui in aliena, in principio, ff. de acquir. hæredit. l. seruo inuito, in principio, ff. ad S. C. Trebell. Decius consil. 367. num. 4. maximè quando actus non pendet solum à voluntate ratum habentis, ut in hoc casu, quia nihil facere poterat Simon, sed totum Principis est.
87. Duodecimò denique omnia prædicta planius procedunt in officiis, quorum collatio & concessio ad Principem spectat, quia eorū possessio nullo modo potest absque titulo legitimo sustineri, Menoch. de recup. rem. r. num. 458. & ita procedit textus in cap. ordinarij, de officio ordinarij, lib. 6. vbi qui non habet titulum canonicum expellendus est à beneficio, cap. graue, de præbendis, Tridentinum sessio 7. de reformatione, cap. 5. Maranta de ordine iudiciorum, 4. p. distinctione 13. num. 4. & respectu Principis, cuius nomine patrimonium Regale defendimus, in hoc casu non potest aduersus eum possessio allegari si titulus nullus fuerit, vel iniustus, Coar. in regul. possessor. 2. part. §. 10. num. 10. vers. 6. Ludouic Gomez in regulis Cancellariæ, regula de trienniali, quart. 58.
88. Maximè in officiis quæ non possunt obtineri sine Regis rescripto, ut circa munus cursoris iam animaduertimus num. 14. & addenda est l. probatorias, Cod. de diuersis officiis, & qui possidet aut velit uti officio quod à Rege concedendum, nisi doceat de titulo non potest intendere possessionem, & multo minus præscriptionem, Lucas de Peñas in l. quicumque, Cod. de fundis limitroph. lib. 11. Curtius Iunior consil. 90. num. 2. Auiles cap. 1. Prætor. num. 18. Greg. Lopez l. 9. tit. 4. p. 5. glossa 9. verbo *Otorgadas*, Velasco de iure emphyteutico, lib. 1. q. 8. n. 32. Gratianus tom. 2. disceptat. c. 397. ex num. 31. cum sequentibus. adde Hieronymum Gonzales reg. 8. Cancellariæ, glossa 15. num. 62. vbi in terminis tradit officium, quod requirit titulum, si non exhibetur vacare.
89. His ita constitutis oportet aliquibus argumentis, & obiectionibus respondere, quæ contra opponi possent.
- Prima in concessione facta Raymundo datum officium, ut pater habebat, & haberet tempore, quo moreretur, eis verbis: *y tubiere al tiempo de su fallecimiento*, ex quo induci videtur, non solum concessum, quod pater

eius habebat in vita, sed ulterius postquam morte illius fuerit officium resolutum, etiam datum.

Secundò, quia quidquid opponimus de 90. concessione facta Simoni respicit ius tertij, de quo videtur non posse exceptionem iuuare, l. loci corpus, §. 4. competit. ff. si seruitus vindicetur, Salicetus in l. cum seruum, num. 4. Cod. de seruis fugitiuis, Mohedanus decif. 299. ad fin. Puteus decif. 3. & 4. ad titulum de exceptionibus, pluribus Velasco axiom. lit. E, num. 94.

Tertiò post mortem Simonis factas fuisse 91. concessiones, & prorogationes à Philippo II. die 4. Decembris, anno 1598. & à Philippo III. die 20. Octobris anno 1607. ex quibus hodie obrinetur officium à Comite de Villamediana, quibus concessionibus nihil poterat obstare ius Simonis, quod antea ex anno 1562. eius morte resolutum fuit, & de nouo videri officium concedi.

Quartò, obseruantia subsequuta tot annorum, qui ultra centum sunt ab anno 1539. quo à Baptista in Raymundum officium translatum, & ultra vim obseruantia, de qua Bartol. in l. 2. num. 29. Cod. quæ sit longa consuetudo, Baldus cap. cum dilectus, num. 7. de consuetudine, Iason in l. cum prolatis, num. 6. de re iudic. Decius consil. 483. num. 28. Tiberius Decianus vol. 2. respons. 51. n. 12. pluribus Mascardus conclus. 423. num. 20. & 26. Surdus consil. 313. num. 32. D. Ludouisius decif. 162. num. 1.

Etiam præscriptio immemorialis poterit 93. causari ex tanti temporis curriculo, cum hominum memoriam excedat, l. 2. §. idem Labeo, ibi: *cuius memoria non existat*, ff. de aqua pluuiæ arcend. l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana. l. si obiter 28. in fine, ff. de probat. tit. 15. & 16. tit. 31. part. 3. ex D. Molina, Calda, Pereira, Ioanne Garcia, D. Ludouisio, & aliis pluribus, D. Castillo de Tertiis cap. 26. num. 68. Vnde videtur & ius Regalis Patrimonij Simonis non solum morte illius elusum, sed etiam exclusum præscriptione.

Quibus omnibus non obstantibus prædicta resolutio firma remanet: nam illud primum obiectum, datum fuisse officium Raymundo, ut mortis tempore obtinebat eius pater Baptista, nihil facit, ut ultra quod in vita habebat, datum censeretur, quia omnis dispositio, quæ loquitur de tempore mortis magis vitæ, quam morti tribuenda, ut constat l. fin. vbi glossa, & Doctores, ff. de collat. bonor. l. qui duos 18. §. 1. ff. de manumiss. testament. Costa lib. 1. select. cap. 14. num. 1. pluribus Tiraquellus de iure constituti, lib. 2. num. 12. & pro explicatione l. fin. ff. de condition.

- dition. instit. l. hæres meus 79. in principio, l. pater Seuerinam 100. §. focus, ff. de condit. & demonstrat. l. si pater 15. ff. de captiuis, & postlimin. reuert. adductis Cuiatio, Antonio Fabro, Donello, Osualdo, Decio, Gratiano, Agellio, & aliis in subtili quæstione latè probaui 1. tom. decif. Granat. 40. numero 37. vsque 46.
95. Tum etiam, quia in ipso libello, quo à Rege officium petatum fuit Raymundo, & D. Ioanni Tassio, eius filio, & nepoti Baptistæ nihil amplius Regi supplicatum, quàm quod illi in vita obtinebant, & ex petitionis forma concessio declaranda, cap. inter dilectos, §. cæterum de fide instrument. l. si defensor, §. qui interrogatus, ff. de interrogat. actionibus §. præterea instit. de inutilib. Felinus in cap. super litteris, num. 9. & 10. de rescriptis, Alex. lib. 1. consil. 84. n. 6. Menochius consil. 160. num. 23. Surdus consil. 49. num. 24. Ioannes Garcia de nobilitate, glos. 1. §. 1. num. 71. Farin. 2. part. nouissim. decif. 687. num. 6.
96. Sed & prædicta verba non possunt referri nec extendi ad aliud quàm ad relatum & petatum, etiam si generalia sint, l. à filio, 15. §. ult. vbi glossa & Bart. ff. de aliment. legatis, Surdus consil. 554. num. 29. Gratianus tom. 2. discept. cap. 245. num. 26. & Princeps nunquam censetur sub generalitate verborum concessionem extendere in sui præiudicium, l. nec damnosa, 3. l. rescripta, 7. C. de precibus Imperat. offerend. Felinus in c. 2. num. 40. de rescriptis, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 44. num. 12. Farin. 2. p. nouissim. decif. 569. num. 6.
97. Nec secunda difficultas, ut non possit opponi de iure tertij, & fiscus non rectè excipiat de eo quod Simoni competeat aliquid mouebit, quia regula d. l. loci corpus, §. competit, ff. si seruitus vindicetur, limitatur quoties ius tertij allegat is cui prodest, vel cuius interest, l. si cui, vbi Castrenf. num. 1. Cod. de non numerata pecunia, Abbas in cap. cum non liceat, num. 15. de præscript. Menoch. consil. 1. num. 321. Craueta in responso pro genero, num. 400. Thefaurus decif. 4. num. 7. Surdus decif. 301. num. 15. D. Ludouisius decif. 415. num. 4. vbi Olier. Beltraminus n. 6. Gratianus tom. 4. disceptationum, c. 700. num. 66. & cap. 715. num. 26.
98. Vltius etiam potest opponi de iure tertij quando ex illo excluditur actio & intentio agentis, ut si aliquis intenderet rei vindicationem, & opponeretur alium habere dominium, nam cum sine illo vindicationem actor intendere non possit, l. in rem, ff. de rei vindicatione, & cum dominium sit alterius, non potest esse eius qui vindicat, l. si ut certo, §. si duobus vehiculū, ff. comod. ideo exceptio de iure tertij, tanquam perimens ius agentis, rectè admittitur, l. fin. vbi scribentes, Cod. de rei vindicatione, l. cum seruum, 6. vbi etiam Doctores, C. de seruis fugitiuis, Bart. in l. 2. n. 1. ff. de except. rei iudicatæ, Thefaurus vbi proximè, num. 1. Surdus decif. 108. num. 15. & decif. 144. num. 19. & consil. 415. num. 17. & 18. Gratianus 2. tomo discept. forens. c. 261. num. 3. cum sequent. D. Ludouisius decif. 14. num. 3. cum sequent. Barbofa in l. si alienam, 12. num. 51. & 64. ff. solut. matrim. vnde cum in hoc casu non tam Simonis quàm ipsius fisci ius censerit debeat, quod excipitur quasi nec vellet, nec posset Rex concedere officium quod iam erat datum Simoni, imo nec à Rege petatum fuit, nisi quod Baptista & Raymundus in eo habebant, & tunc viuentem Simone post mortem Baptistæ, nullum ius quod petatum, aut concedi posset, remanebat, ipsius fisci ius consideratur, & sibi officium retinere, nulla & inualida reddita concessione ex rationibus, quas supra expendimus, & quamuis verè Simonis ius considerari valeret, fiscus cuius interest, potest opponere; & quia nulla reddita concessione propter ius Simonis, omnino excluditur ille qui officium ad eum pertinere intendit.
- Præterea tertium quod obiectum fuisse, 99. factas prorogationes & ampliaciones dicti officij à Philippo Secundo, & Philippo Tertio, multo postquam decesserat Simon, ac petinde potius nouas concessiones debere intelligi, quam prorogationes antiquæ concessionis, de quo opposuimus num. 91. nihil mouere poterit, aliquid contra Regium Patrimonium suadeat, quippe nullum verbum in omnibus rescriptis, & concessionibus, extat, quod possit inducere nouam officij concessionem, imo potius in rescripto expedito à D. Philippo II. anno 1598. in fauorem D. Ioannis Tassis expressè traditur concedi idem officium, quod Raymundo, & eius filio Ioanni concessum, ut non amplius, quàm illi habebant, obtinerent, eis verbis: *Segun y como de la manera, que vuestro padre le tenia, & iterum, ibi: segun de la forma, y manera que el dicho vuestro padre, y sus antecessores, en el dicho officio le tubieron, usaron, y exercieron, y goçaron, y pudieron, y deuieron tener, usar, exercer, y goçar, & in illorum vita, & quando anno 1556. facta fuit concessio Ioanni Tassio filio Raymundi, & Baptistæ nepoti, iam scilicet notauimus vixisse adhuc Simon vsque ad annum 1562.*
- Sed & in vltimo rescripto anni 1607. ex quo ad vitas duorū propter quas facta concessio

cessio, quæ hodie durat, expressè traditur esse ampliationem præcedentium concessio- num, nota verba: *fuessemos seruidos de ampliar- le la merced del dicho officio por otras dos vi- das: & iterum, ibi: fueessemos seruido demandar que se os despache, y de en la misma conformi- dad el titulo o recaudo de la dicha merced, y ampliacion, como la nuestra merced fuisse.* Vnde constat petitionem respexisse ad amplia- tionem, & prorogationem eius, quod præde- cessores obtinuerunt, & id solum concessum denotat decisio concessionis verbis sequen- tibus, ibi: *nos acatando lo suffodicho lo auemos tenido por bien, y por la presente ampliamos la merced del dicho officio de Correo mayor.*

101. Ex quo apparet cõcessionem istas verè fuisse prorogationes, & ampliationes eius, quæ ab initio inutiliter per subreptionem facta, vi- uente Simone, & illius vitia in omnes ampli- ationes influere debent, quia nulla potest esse consequentia legitima ex principio il- legitimo, argumento l. fin. Cod. de natural. liberis, Decius consil. 365. num. 2. Alex. lib. 5. conf. 174. num. 2. & 6. & infecta radice quid- quid ampliatur ut eius fructus produci non possunt, cap. vulnerato, 1. quæst. 1. Anchar. in cap. si beneficia, num. 8. de præbendis, in 6. & conf. 339. num. 6. & radicem debent sapere rami, ut tradit Ioannes Andreas in c. ad Apo- stolicam, de re iudic. lib. 6.

102. Facit, quia cum ex prima concessione Ba- ptistæ & Raymundo facta velut causa, reli- quæ concessiones & ampliationes factæ cau- sarentur, succedit vulgare axioma non posse plus iuris considerari in causato quam in causa, quia non potest effectus considerari nisi qui prouenit ab influenti potentie causa, Bald. in l. 1. ff. de Senatoribus, l. quominus, ff. de flumin. l. fin. autem, in fine, ff. de aqua plu- uia arcend. Castrensis conf. 129. lib. 1. & Ze- phalo, Menochio, Mieres, Molina, Aldo- brandino, Surdo, & aliis, D. Castillo tomo 5. controuers. c. 103. num. 14. & ego notauit i. p. decis. Granat. 34. n. 7. & 8.

103. Inuar ut destructo antecedenti debeat cõ- sequens destrui, l. 1. §. huius rei, ff. de officio eius, l. veteris, ff. de itinere, actûque priuato, notatur communiter in l. cum principalis, per textum, ibi, de regulis iuris, Bald. in l. eos, C. de vsuris, Iason in l. 2. ff. si quis cautio, Me- noch. consil. 147. num. 60. ex glossa in l. vti- que, ff. de rei vindicatione, Alex. Imola nota- uit idem Menoch. conf. 172. num. 6. & conf. 187. num. 12. adde quæ ex Craueta, Meno- chio, & Euerardo tradit Velasco axiomat. iu- ris, lit. A, num. 282. & deficiente subiecto nõ est locus correlatiuo subiecti, glossa in c. 1. de fide instrum. Caputaq. 2. p. decis. 214. n. 8.

Vnde cum omnium ampliationum prima illa fuit radix, causa antecedens, & subiectû, 104. videtur ea inualida existente, ut probauimus, etiam quæ ex illa producuntur, omnino cor- rueret, quia deficiente causa, etiam eius effe- ctus, l. tutores, §. curatores, ff. de admin. tutor. & principium vitiosum deriuari notauit D. Castillo vbi proximè ex Bart. & aliis proba- uit Hieronym. González reg. 8. Cancellaria, glossa 31. num. 44. & semper origo & prima causa repræsentatur & influit in secunda, l. licet, §. ea obligatio, ff. de procurat. Aimon, Craueta vol. 1. conf. 131. num. 15. & consil. 144. num. 1. & in titulo ex eius primordio & causa posterior quoque formatur euentus ex l. 1. Cod. de imponend. lycrat. descript. lib. 10. plures supra adduximus.

Sed in eisdem terminis prorogationis & 105. ampliationis officiorum & concessionum Regalium, etiam si toties ut in rescriptis no- stri casus non exprimeretur, ampliationem fieri eo modo, & iure quo prædecessores in officio obtinuerunt regulariter, ita intelligi debere, ut extensio eandem retineat qualita- tem, quam illud ad quod extenditur, & lex extensa eadem censetur, & eodem modo operetur in casibus ad quos extenditur, ut in aliis procedebat ex l. sed si manente, ff. de precario, l. 1. & ibi Doctores, ff. de leg. 1. l. 1. & ibi glossa, C. de bon. quæ liber. l. non est no- uum, ff. de legibus, in simili concessione ad duas vel tres vitas notauit Doctissimus D. Solorzano nouiter 2. tom. de Indiar. gubern. lib. 2. cap. 23. num. 42. & cap. 19. num. 22. tra- dit subrogationem eandem qualitates retine- re, ut pluribus comprobant Aretinus & Robles de Salcedo, quos refert, adde quæ ex Peregrino, Alexandro, Socino, & Boherio notauit Menoch. consil. 659. num. 1. proro- gationi inesse debere omnes illas qualitates quæ inerant in primo actu qui prorogatur.

Sed & nobis aptissimè notauit Barbatia 106. lib. 2. consil. 46. col. 6. prorogationem non fortiri effectum, quando actus principalis est nullus, & tunc nec prorogatione, nec ra- tihabitionem subsistere ex Ruino, Anchar. Socino Seniori, & Socino Iuniori, tradit Menoch. consil. 120. num. 39. Rolandus à Valle vol. 1. consil. 2. num. 143. Gamma, de- cif. 335. num. 1. Surdus decis. 245. num. 13. Gratian. 5. tom. disceptat. cap. 957. num. 19. & 963. num. 4. & 6.

Vnde extensiones, ampliationes, & pro- 107. rogationes primæ concessionis, quæ nulla fuit, viuentis Simone non poterunt effectû operari: nam destructo primo fundamento deficit etiam, quod super illo ædificatum, l. egi tecum 26. ff. de except. rei iudic. ibi: *cum aliter*

aliter superior pars iure haberi non possit, quam si inferior quoque iure habeatur, cap. cum Paulus 261. quæst. 1. Hieronymus Gonzalez pluribus probat dict. reg. 8. gloss. 31. cum sequent. vbi plura cumulat.

108. Quod ultra confirmatur, quia officium, quod ampliatur in tempore prorogationis, & ampliationis non aliud officium, sed idem quod primum censetur, argument. l. sed si manente 15. ff. de precario, l. Valerianus 10. ff. de Prætoris stipular. l. Fiscus 6. in fine, ff. de iure Fisci, l. vel furdo 5. l. idem priuil. 6. ff. de priuil. creditor. l. eisdem priuil. 7. C. de Ad- uocatis diuers. Iudic. l. viros 2. Cod. de com- mit. consistor. lib. 12. docet Bart. in l. dies cau- tionis, num. 3. ff. de damno infecto, vbi Ca- strensis num. 2. Angel. in dict. l. sed si manen- te, Baldus in l. penult. num. 2. ff. de excusat. tutor. idem Bald. in l. eum qui, §. 1. num. 2. ff. de iuris. omni. Iudicium, & in l. meminisse per textum, ibi num. 4. ff. de officio Proconsul. Boherius decis. 284. num. 12. Natta vol. 1. con- sil. 75. num. 1. cum sequent. Surdus consil. 202. num. 9. Gratianus tom. 4. disceptatio- num, cap. 791. n. 9. Pontè de potestate Prore- gis, tit. 10. de diuersis prouif. rubrica de po- testate substituendi in officiis, num. 6. & 7. vbi tradit, quando conceditur à Rege officij ampliatio, habetur ac si tempus ampliationis fuisset appositum in prima concessione, quod refert & sequitur adductis Alexandro, Castrensis, & Boërio Mastrillus lib. 1. de ma- gistrat. cap. 28. num. 67. & 68.

109. Quapropter si idem officium censetur, quod ampliatur, meritò vitium, & nullitas, quæ consideratur in prima concessione, in sequentibus ampliationibus effectum habe- bit: nam relatio, quæ fit ad possessionem, quam habuerunt prædecessores de iusta, non fraudulenta, & per subreptionem ob- tenta accipi debet, ut ex Abbate, Felino, Pu- teo, Rebuffo tradit Gratianus tom. 2. discept. Forens. cap. 397. num. 41. & sequent. & peti- tio facta, quasi mortuo Simone, non debet nocere Regali patrimonio error, & subre- ptio: si forte 8. ff. de Castrensi peculio, ibi: *veritatem enim spectamus, an vero castrensis notitia, vel affectio fuit*, non quod quis finxit, l. si post 4. l. cum falsa 9. Cod. de iuris, & facti ignorantia, Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 45. num. 13. & 14. & consil. 1. num. 87. eum sequent. Barbosa in l. si alienam 12. num. 73. ff. soluto matrimonio.

110. Denique, vltimum obiectum de præscri- ptione, & obseruantia nihil contra facit, quia in hoc casu præscriptio immemorialis pro- cedere non potest, quia ex anno 1539 in quo obtenta concessio contra ius Simonis non Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. tom. 1.

fuerunt transacti centum anni vsque ad an- num 1622. in quo Regis decreto lis instituta, maximè cum istæ fuissent concessionis ad vitam, & prorogationes, in quibus ius preca- rium inducitur, nec præscriptio procedere potest, l. 1. in princip. & §. quod ait Prætor, ff. vii possidetis, vbi Doctores, Ioannes An- dreas, Francus, & reliqui communiter in c. cum personæ, §. quod si tales de priuileg. lib. 6. Natta consil. 511. num. 19. Thuscus lit. P, conclus. 472. num. 1.

Vnde etiam excluditur quadragenaria 111. præscriptio cum titulo, quamvis æquiparetur immemoriali ad Regalia adquirenda, quando præscribi possunt, cap. 1. de præscri- ptionibus in 6. l. fin. §. vlt. Cod. de fundis pa- trimon. lib. 1. l. 1. tit. 10. lib. 5. Recop. vbi Ma- tiencus glossa 19. num. 4. Couar. regul. posses- sor. 2. part. §. 3. num. 3. & 4. tamen nulla præ- scriptio locum habere potest in hoc casu, quia concessio Principis, & priuilegium non augetur præscriptione, argument. l. si is cui 11. in fin. princip. ff. quemad. seruit. amitt. ibi: *non autem conceditur plus quam pactum est in seruitute habere*, & in cap. cum personæ, §. quod si tales de priuileg. in 6. vbi Ioann. An- dreas, num. fin. Anchar. num. 4. Franchus n. 3. Gemijnianus conf. 96. num. 4. Craueta conf. 680. num. 5. Couar. in reg. possessor. 2. part. §. 3. num. 8. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 131. num. 49. Molina lib. 2. de primog. cap. 6. num. 66. Peregrin. de iure fisci, lib. 6. tit. 8. num. 25. Thuscus lit. P, conclusio. 521. num. 35. & lit. I, conclusione 311. num. 3. Barbosa in dict. l. comperit, num. 134. cum se- quent. Farin. 1. part. nouif. decis. 136. num. 12.

Præsertim, quia in officiis, & iuribus Re- 112. galibus præscriptio semper limitari, & res- tringi debet, Abbas in cap. quoad transla- tionem per textum ibi num. 5. de officio de- leg. Socin. conf. 275. incipit in causa fratrum, num. 7. Alexand. vol. 5. conf. 33. num. 9. Rosent- al de feudis, cap. 5. conclus. 18. num. 1. Sixti- nus de Regal. lib. 1. cap. 5. num. 171. Mastrillus de Magistr. lib. 1. cap. 19. num. 138.

Et cū in hoc nihil aliud concederet Prin- 113. cept Raymundo, quam quod antecessores habebant, & illis nihil concessum post eorum vitam, Simone viuente, sed illius erat omne ius officij nihil prodesse poterit præscriptio, aut operari obseruantia subsequuta: nam qui recipit ius, ut tale, non poterit illud po- stea negare esse tale, vel extendere, l. si aliena 12. cum ibi notat. ff. soluto matrimonio, l. si ponas 23. §. si hæreditatem, ff. de inoffic. te- stament. l. Titius Sempronio 9. ff. quibus mo- dis pignus vel hypotheca soluitur, Castrensis in l. qui proprio, §. item quaritur, num. 5. ff. de pro

- procurat. Baldus lib. 3. conf. 44. num. 4. Surdus conf. 371. num. 57. & decif. 100. num. fin. & decif. 229. num. 6. vsque num. 12. Velas. 2. part. conclus. 195. num. 2. nec poterit sibi mutare causam possessionis, qui solum ex iure prædecessorum possidebat, l. cum nemo 5. Cod. de acquir. possess. l. non solum 33. §. quod vulgo, ff. de usufruptionibus.
114. Postremo, obseruantia subsequuta nihil prodest, quando verba tituli sunt manifesta, & cum in hoc casu nihil amplius concessio contineret, quam quod habebant illi, quibus nihil datum superuivente Simone contra id, & priuilegium obseruantia non procedit, Aretin. consil. 115. num. 2. Rota 2. part. diuers. sacri Palatii decif. 47. num. 16. D. Ludouif. decif. 184. num. 6. Farin. decif. 136. num. 10. & 1. part. nouif. decif. 196. num. 7. Cocinus decif. 128. num. 8. Beltraminus in annotat. ad D. Ludouif. decif. 469. lit. H. Craueta lib. 3. conf. 379. num. 8. & lib. 4. conf. 674. n. 11. Gratian. discept. 3. tom. cap. 577. num. 34.
115. Et obseruantia & declaratio contra tenorem concessionis non potest effectum habere in præiudicium tertij, etiam respectu iuris non solum ante obseruantiam, sed etiam medio eius tempore quæsitum, vt notarunt Decius conf. 114. num. 4. Craueta conf. 282. num. 6. Surdus conf. 192. num. 31. & decif. 29. num. 6. D. Ludouif. decif. 375. num. 10. Becius conf. 3. num. 44. Mantica de tacitis & ambiguis conuent. lib. 1. tit. 15. num. 9. & in declaratione non posse illam iuri quæsitum nocere pluribus ego notauit 1. part. decif. Granar. 11. num. 18. & decif. 33. num. 56. ideo in præiudicium Regalis Patrimonij, & iuris Simoni quæsitum interpretatio, & obseruantia subsequuta nullius erit momenti: vt inde omnes concessionis, & prorogationes earum nullæ existimandæ, & officium Cursoris Maioris Regali Patrimonio applicandum.
3. *Interdicta possessoria & manutentio conceditur in causa præcedentiarum.*
4. *Præcedere debet qui est in maiori dignitate, vel inter aequales antiquior.*
5. *Genesis c. 43.*
lib. 1. Paralipomenon c. 6.
lib. 2. Paralipomenon, c. 30.
lib. 3. Regum, c. 10.
D. Lucas, c. 14.
c. 1. de maiorit. & obed.
6. *Diuus Matthæus c. 23.*
Honor deferendus cui debetur.
D. Petrus epistola canon. c. 2. 3. & 5.
D. Paulus epistola ad Romanos, cap. 12. & 13.
7. *Fisci Patronus debet officij decorem tueri.*
8. *Consuetudo vt non præcedat maior dignitas, non valet.*
l. 1. C. de consulibus.
L. omnes, C. vt dignit. ordo seruetur.
l. 1. C. de præpos. sacri cubiculi, lib. 12.
l. fin. C. de decurion. lib. 10.
cap. statumimus, de maiorit. & obedientia, & num. 5.
cap. placuit, alias Isidorus, 16. distinctione.
9. *Dignitas maior debet præcedere.*
10. *Dignitas maior licet postea instituta, debet præcedere minorem quamuis antiquiorem.*
11. *Synodus licet tempore posterior, aliam inferiorem præcedit.*
12. *Dignitas que cum priuilegijs alterius instituitur, debet præcedere alias, quas illa præcedebat.*
c. cum olim, de consuetudine.
13. *Fisci patroni antea ad biennium eligebantur, postea perpetui facti.*
l. laudabile, C. de aduocat. diuers. iudic. & n. 14. & 31.
l. laudabile, §. 1. C. eodem.



ALLEGATIO LI.

Fiscalis præcedit in omnibus
Notarios à secretis
Regis.

1. *Authoritatem officij defendere quis debet.*
l. obseruandum, in fine, ff. de officio Præsid.
l. 1. ff. de postulando.
l. 49. tit. 5. p. 1.
2. *Præcedentiarum causa grauis est.*

3. *Fisci patroni munus Senatoribus & Consulariis æquale.*
Fisci patroni cum Comitibus sacri Consistorij manu Principis dona accipiebant.
14. *Fisci patroni munere excellentissimi viri functi: Papinianus, Sabinus & Ulpianus fuerunt fisci Patroni.*
l. 1. & per totum, C. de Aduocato fisci.
l. binos, C. de aduocat. diuers. iudic.
l. post duos, C. eodem.
15. *Fisci Patronus consuetudine vniuersali omnium Senatuum præcedit Notarios à secretis.*
16. *Notarij à secretis excellentia ex Principis continua communicatione.*
17. *Præcedentia argumentum maior utilitas, necessitas, & labor officij.*

l. contra

- l. contra publicam, Cod. de re militari, lib. 12.
l. nemo, C. de officio Magistri.
l. vnicuique, Cod. de proximis sacro scrip. lib. 11.
l. vlt. C. de tyronibus, lib. 12.
l. iustissimos, Cod. de officio Reſtor. Prouincie.
18. *Index, qui amplioſem iurisdictionem & territorium habet, præcedere debet eum, qui minorem iurisdictionem exercet.* Proverb. c. 24.
Rex Hispania præcedit alios Reges ex maioribus prouincijs quibus dominatur.
19. *Fiscalis muneris maior confidentia, quia quia omnium Regalium defensio ei commissa.*
l. Cognitionum, §. 1. ff. de var. & extraor. cognit.
20. *Fisci patroni munus laboriosius & excellentius quam Notariorum à secretis.*
Consultationes quarum ordinatio & dispositio pertinet ad Notarios à secretis, multoties in rebus grauioribus fscalis ordinat. & disponit.
21. *Magistratus, cuius officium est maioris utilitatis & laboris, debet alijs præferri.*
l. si in aliquam, §. cum plenissimam, ff. de officio Proconsulis.
l. fin. ff. de officio eius, cui mandat.
22. *Fiscalis eget scientia iuris, Notarij à secretis nulla scientia necessaria, Iurisprudentia valde utilis ad regimen Regnorum.*
Iurisprudentia omnes scientias superat præter Theologiam.
23. *Fiscalis à Principe semper primò nominatur, quam Notarius à secretis.*
Argumentum ab ordine literæ validum.
24. *Fiscali plura priuilegia concessa, & numero 23.*
Fiscales dicuntur clarissimi.
l. aduocatus, Cod. de Aduocatis diuers. iudic.
l. iubemus, C. eod.
l. penult. §. vt autem, C. eod.
25. *Fiscales vtuntur toga, qua non licet Notarijs à secretis.*
Vestis excellentia auget dignitatem.
l. 2. & 7. tit. 9. part. 2.
l. nemo rei, Cod. de vestibus oblaris, lib. 11.
l. temporum, C. eod.
26. *Procuratores Cesaris antea agebant quod hodie fisci Patroni.*
Procuratores Cesaris antea Præsidibus equiparati.
Ioan. Bapt. Latrea Alleg. Fisc. Tom. I.
- D. Lucas c. 3.
D. Matthæus c. 27.
27. *Fiscalis concedebatur duos domesticos singulis annis Imperatori offerri alium peditem, alterum equitem.*
l. restituenda, §. licentiam, C. de Aduoc. diuers. iudic.
28. *Fiscalis per se solus Principem representat, Senatus & Senatores collegialiter.*
l. 1. tit. 13. lib. 2. Recopilat.
29. *Fiscalis dicitur de consilio Regis.*
Authentico de iudicibus, §. vetus.
30. *Præcedentia argumentum maior dignitas.*
31. *Fiscalis postquam omisit dignitatem, poterat filios in Notariorum à secretis consortium inserere.*
32. *Fiscalis supremi Consilij Castellæ in consultationibus hebdomadarijs coram Rege cum Senatu sedet capite cooperto, quod nunquam Notarijs à secretis concessum.*
Principis manum osculare in Paschate natiuitatis succedit in locum ceteræ adorationis purpure.
33. *Vsus regit præcedentias.*
34. *Concilium Tridentinum in sessionum præcedentijs obseruauit, quod antea consuetum.*
Comitia generalia & decreta Imperialia obseruant vsum in præcedentijs.
Toletana & Burgenſis ciuitatum præcedentia in curijs ex vſu decreta.
Mutanda non sunt que iam admissa.
l. minimè, ff. de legibus.
35. *Maiorum facta non facile mutanda, nec recedendum ab vſu recepto.*
l. in testamento, 18. ff. de testam.
l. 2. ff. de constit. Princip.
l. 18. tit. 1. p. 1.
36. *Fiscalis vt iudex existimatur.*
Notariorum à secretis maior dignitas, vt Regem continuo alloqui possint.
l. 13. & 14. tit. 18. p. 4.
tit. 18. lib. 2. Recop.
37. *Protonotarius in Senatu Aragonum præcedit fiscalem.*
38. *Fiscalis potest, & debet cum opus fuerit, Principem alloqui.*
Fiscalis potest Principem consulere.
39. *Protonotarius est velut præses Notariorum, & habet suffragium in Regno Aragonum.*
40. *Notarius à secretis in Consilio sanctæ Inquisitionis ideo præcedit Fiscalem, quia Notarius eligitur à Rege, Fiscalis ab Inquisitore generali.*
l. restituenda, Cod. de Aduocat. diuers. iudic.

Ccc 2 l. fin.

l. fin. ff. de albo scriben.

Authentico ut iudices sine quoquo susfragio.

l. spuris, §. fin. ff. de decurionibus.

41. *Fiscalis sanctæ Inquisitionis qui & notarij à secretis officium exercebat, iam senex omisit propter laborem fiscalis officium, & remansit cum munere Notarij, quia parui laboris.*
42. *Notarius à secretis, qui simul erat Consiliarius in exercitio præcessit Fiscalem in Consilio Indiarum.*
43. *Dua persona possunt ab eodem representari.*
l. tutorem, 22. ff. de his quibus ut indignis.
l. verum mixtura, 30. ff. de usucap.
l. ex facto, 43. §. item quero, ff. de vulgari.
l. 2. §. si primus, ff. de bonor. possess. secund. tab.
44. *Notarius à secretis etiamsi esset Consiliarius emeritus, non debet præcedere fiscalem, & auctor præcessit in Senatu Patrimonij Petrum de Lezama, qui postquam Consiliarius emeritus Secretarij officium exercebat.*
45. *Prator urbis in actibus civitatis debet præcedere Senatorem.*
Rector præcedit Episcopum in Academia, & quisque in sua dignitatis ministerio alium qui extra illum est maior illo.
46. *Præcedere debet dominus in domo sua.*
47. *Ambitio referenda.*
48. *Præcedentia in priuatis causis esse futiles & insanas, etsi maximè intersint, obseruari in rebus publicis & muneribus.*

Fisci Patronus ratione iuris, & consuetudine, an sine dubio præcedere debeat Notarium à secretis Regis in omnibus & Senatu in quo assident.

Y. **ON**GRVVM est, vt qui aliquo munere fungitur eius auctoritatem, & decorè tueatur & pro virili defendat, l. obseruandum, in fin. ff. de officio Præsidis, ibi: *vt auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat, l. 1. ff. de postulando, ibi: suaque dignitatis tuenda, & decoris causa, l. 49. tit. 5. part. 1. Cassaneus in Cathalog. gloriae Mundi in præfatione, colum. 3. & part. 8. consideratione 6. & ex Valerio Maximo, lib.*

2. cap. 2. probauit Petrus Gregorius lib. 4. de Republica, cap. 10. num. 11. Redin. de maiestate Principum, num. 134. Auiles in capit. Prætorum, cap. 3. verbo *iurisdictione*, Auendaño de exequendis mandatis, 1. part. cap. 5. num. 8. Gonzalez in reg. 8. Cancellariæ, §. 4. procemiali, num. 3. Menoch. de arbitrariis, casu 251. & 280. Ex quo fisci Patronus suæ dignitatis priuilegia, & auctoritatem oportet conseruare, ne ab aliquo præferatur, qui inferioris ordinis extiterit.

Hæc enim causa præcedentiarum grauis 2. est, & quæ ad publicum statum spectat: nam confusis & permixtis dignitatum gradibus status publicus, & regendi ratio turbari oportet, vt constat ex pluribus, quos referunt Iacobus de Puteo lib. 2. decis. Rotæ 440. & lib. 3. decis. 6. Seraphin. decis. 22. num. 2. & decis. 80. num. 1. Hieronymus Gonzalez vbi proximè, Stephanus Gratianus tom. 5. disceptationum cap. 845. num. 5. Dominus Valenzuela, qui plures refert in discursu suæ præcedentiæ, & causa præcedentiarum cum respiciat honorem & dignitatem semper grauius censenda, vt ex Præposito, Afflicto, Cepola, Staphileo, Tiraquello, Sarmiento, Otalora, Ioanne Garcia, Didaco, Perezio, Lara, Grammatico, Menchaca, Azebedo, & aliis probauit hanc materiam late pertractans Hermosilla in additione ad gloss. 2. in procemio partitæ 5. num. 1. cum sequent.

Et ideo ad præcedentiæ conseruationem, 3. vt in ea aliquis manuentionem consequatur, interdictione possessoria conceduntur contra eum, qui turbauerit possidentem, cui etiam conceditur facultas resistendi de facto, gloss. in §. aliam inflit. de bonor. possess. vbi Ioannes Faber, Angelus, Platea, Hohomanus, & alij, Iason in l. si non fortem, §. liberto, de conditione indebiti, cap. licet causam de probat. vbi Doctores præcipuè Baldus num. 6. Decius num. 1. Philippus Francus in cap. significante, colum. 1. in fine de appellat. Tiraquellus alios referens in tractatu de nobilitate, cap. 20. num. 58. Ioannes Garcia de expensis, & meliorationibus, cap. 8. num. 51. latè Bessoldus in dissertatione iuris Politici de præcedentia, & sessionis prærogatiua cap. 3. Rugnerus in Thesuro iuris, verbo *præcedentia*, Lara de Corduba in l. si quis à liberis, num. 32. de liberis agnoscendis, Menchaca controuers. illustrium, c. 18. n. 18. Cenedo collectanea 96. Menochius lib. 1. consil. 51. num. 41. & lib. 3. consil. 257. num. 55. Farinac. in praxi criminali, tom. 4. quæst. 125. num. 41. ex Bartolo, Felino, Barbaria, Stephano, Gratiano, Ceuallos, Barbosa, Capella Tholosana, Flauio, Amendola, Franchis, Rixio, &

& aliis Hermosilla vbi supra, num. 110 cum sequent. pluribus nouiter Postius de manuten. obseruat. 10. num. 31. & obseruat. 53. num. 24.

4. Et vltra prædictos, qui communiter de hac re scripserunt, vt qui maiori dignitate præstat, præminentiori loco excellat, & se deat, vel inter æquales, qui antiquior in officio, vel ætate præcedere debeat, præbunt Menochius, Franciscus Marcus, Stephanus, Gratianus, Thuscus, Mastrillus, Grammaticus, Gregorius Lopez, Montanus, Boherius, Vrtilis, Azebedo, Thesaurus, Fontanella, Riccius, & alij, quos refert Hermosilla vbi proximè num. 2. & 3. pluribus iuribus in confirmationem adductis.

5. Et sacre Scripturæ multis locis confirmatur, Genes. cap. 43. ad finem, vbi Ioseph. in Ægypto cum fratres ad conuiuium admisit, ordine ætatis discumbere disposuit, de quo videndi Iosephus lib. 2. antiquitatum, cap. 4. ad finem, Philo lib. vnico de Iosepho, fol. 388. Abulensis in Genesis dict. cap. 43. in verbis, *Primogenitus iuxta primogenita sua, & cap. 44. ibi: usque ad minimum*, Pereira in fine dict. cap. 43. disputat. 1. num. 13. cum sequentibus, & ideo, vt notat Philo vbi proximè, licet præferret in aliis Beniaminum, non tamen in sedendo, & de hoc ordine, & præcedentia locorum sunt plura testimonia in sacra Scriptura lib. 1. Paralipomenon cap. 6. & lib. 2. cap. 30. lib. 3. Regum, cap. 10. constat ex Diuo Luca cap. 14. & in Conciliis idem obseruatur, & in sacro Collegio Cardinalium Præpositus in cap. fin. distinctione 17. §. Episcopus num. 5. versic. *scuti*, Boherius tractatu de auctoritate Magni Consilij, num. 49. Cassaneus in Cathologo gloriae Mundi 4. part. consideratione 7. & si aliquando contra admissum fuerit, vel statutum, vt confusionis inductium reuocari oportet, cap. statuimus, iuncto cap. 1. de maiorit. & obed. Panormitanus in dict. cap. statuimus, Aponte decis. 8. n. 1. versic. *in tantum est verum*, Decianus vol. 1. responso 21. num. 64. versic. *tertio*, Seraphinus, Oliuarius decis. 716. numero 4. cum sequentibus, & contra ius naturale esse hunc ordinem confundere notarunt Panormitanus, vol. 1. consil. 21. num. 4. idque etiam sancta Ecclesia obseruat in caeremoniis, vt probauit Conradus Brunus in tractatu de caeremoniis, cap. 1. & 2. cum sequentibus.

6. Et quod refertur ex Diuo Matthæo cap. 24. vt improbetur præcedentia, ibi: *amant autem primos recubitis in canis, & primas Cathedras in Synagogis, & salutationes in foro*, quia id propter ambitionem Phariseorum à Christo reprehenditur, vt tradunt D. Chry-

ostomus, Cyrillus, & Rabanus, D. Thomas Catena Aurea super Matthæum, cap. 23. Abulensis in eo quæst. 45. vsque 47. aliàs enim hic ordo necessarius, ad dignitatem gradus, & auctoritatem, nam honor deferendus cui debetur D. Petrus Epistola Canonica cap. 2. & 5. iuncto cap. 3. D. Paul. Epistola ad Roman. cap. 12. & 13. vbi videndi S. Anselmus & D. Chryostomus, & in ordine consistit prouidentia Dei, cap. miramur 61. distinctione, Abulensis ex aliis super Matthæum cap. 10. quæst. 126. 1. colum. S. Leo Epistola 87. cap. 1. Baldus in procemio Sforis. num. 4. & in l. si duas, num. 4. de excusat. tutor. eleganter de ordine seruando D. Chryostomus dict. cap. 13. Epistola ad Roman. in princip. vbi per tres columnas.

His omnibus motus fisci Patronus, vt suã tueatur dignitatem, cum à Notariis à secretis Regis in discrimen eius præcedentia adduceretur, eam defendere debet, quam certissimam, & indubitaram esse sequentibus constabit.

8. Primò: nam vt animaduertimus ex maiori dignitate præcedentia iudicanda, l. 1. C. de consulibus, l. omnes, Cod. vt dignitatum ordo seruetur, l. 1. Cod. de Præpositis sacri Cubiculi, lib. 12. l. fin. Cod. de decurionibus, lib. 10. cap. statuimus de maioritate & obedientia, ibi: *etiamsi posterior admittatur, & qui maior est ordine, etiamsi postea sit receptus, in portione recipienda esse volumus potiore*, c. placuit, alias Ifid. 16. distinct. ita communiter Doctores in iuribus citatis, & probauit Felinus pluribus adductis in rubrica de maioritate, & obedientia, Abbas in dict. cap. statuimus, qui tradit non valere consuetudinem contrariam, & si soleant ex ea decidi quæcunque dubia se obtulerint in præcedentiis, Boherius decis. 263. num. 9. Menoch. consil. 312. num. 2. & consil. 390. num. 2. & consil. 395. num. 9. & 10. Mascardus conclus. 1415. num. 12. Valascus consultatione 51. n. 48. Caldas Pereira de potestate eligendi, cap. 13. Gamma decis. 16. num. 6. & decis. 144. n. 10. Camil. Borrell. in summa decis. sum. 14. num. 11. alios refert Barbosa in collect. cap. cum olim de consuetudine, Baldus, Tiraquellus, Franchis, Belluga, Tiberius, Decianus, Auendaño, Mastrillus, Bobadilla, Seraphinus, Riccius, Gratianus, Garcia, & D. Perez de Lara, quos refert Hermosilla dict. additione 2. procemij dict. part. 5. num. 101. adde, vt præcedentia ex consuetudine reguletur, Postium de manuten. decis. 32. num. 6. decis. 73. num. 1. & decis. 229.

Et de hac re, vt maior dignitas debeat præferre, Antonius Rubeus consil. 86. num. Ccc 3 & glossa

8. glossa in §. alium, verbo *altiori*, instit. de bonor. possess. & ibi Portius & Angelus pluribus Grammaticus decif. 64. per totam, vbi plura cumulat, refert Hermosilla vbi proxime, num. 2. ad finem.
10. Idque adeo procedit, vt etiam si dignitas, quæ maior fuerit, postremo quam alia instituat, non ex antiquitate temporis, sed ex maiori dignitate, præcedentia oportet terminari, dict. cap. statuimus, pluribus probauit Aponte consil. 14. num. 18. Andreas Gorgius in allegatione 35. Fabio de Ana consil. 12. Rebuffus & Vrillez ad Afflictum, Decianus, Thefaurus, Azeuedo, D. Valencuela, quos refert Hermosilla vbi proxime, num. 4.
11. Conducit doctrina Archidiaconi in cap. quoniam, 16. distinctione, vbi infert Synodum, licet posteriore tempore, præferri alteri propter maiorem auctoritatem, quam sequitur Cassaneus Cathalogo gloriae Mundi, 7. part. consideratione 32. versic. *Aduocatibus*.
12. Præsertim, quoties de nouo creatur dignitas, cui conceduntur alterius dignitatis priuilegia, & præminentia, quia tunc iuxta alterius auctoritatem noua dignitas regulari oportet, & ideo cum ad similitudinem consiliariorum officium fisci Patroni institueretur, eius muneris auctoritas, vt Consiliatorum, censenda, argumento, cap. cum olim de consuetudine, ibi: *Statuentes, vt Præceptor taliter institutus in sessionibus, processibus, & aliis illam haberet in Londonensi Ecclesia dignitatem, quam habent alij Præceptores in alijs Ecclesijs Anglicanis*, glossa verbo *Tyro*, in l. vnica, Cod. de Metropoli territ. lib. 11. vbi Bartolus, Odofredus, Rebuffus, Platea num. 1. & 16. Lucas de Pena num. 12. & 13. & consuetudinem principaliter hoc regere supra probauimus.
13. Et ex ea certum est Patroni fisci munus maximo honore habitum, & Notarios à secretis Regis semper præcedere, & nota verba textus in l. laudabile, Cod. de Aduocatis diuers. iudicium, ibi: *ideoque iubemus viros clarissimos fisci pro tempore Patronos fore in a celsitudinis solempni die festiuitatis Kalendis Ianuarijs ipsius tantummodo anni inter spectabiles sancti nostri Consistorij comites diuina nostra serenitatis manu puncti consequi solatia*, agit de muneribus & stipendijs, quæ fisci Patrono concedi solebant ad finem anni, vt honorati à munere expedirentur: nam antiquitus annales erant postea biennales, & denique perpetui facti, vt notarunt Petrus Gregorius lib. 49. Syntagma iuris, cap. 17. n. 6. Cassaneus dict. 7. part. consideratione 33.
- Mastrillus decif. 214. Gothofredus in practica practicarum, titulo de fiscali, Iason in pragmatica de ante facto, vers. 3. obseruat. 3. n. 212. Ioannes Garcia de expensis, dict. c. 8. n. 51. Antonius Faber in Cod. lib. 2. tit. 2. definitione 49. Bullengerus de Imperatore, c. de Aduocato fisci, & ad explicationem d. l. laudabile, §. 1. Cod. de Aduocatis diuers. iudicium, ibi: *Inter spectabiles sacri Consistorij Comites diuina nostra serenitatis manu puncti consequi solatia*, notat Cuiacius lib. 3. obseruationum, cap. 2. Guterrius de officio Domus Augustæ, lib. 3. cap. 1. versic. fisci Patronus, adde quæ pro illius verbi *puncti* explicatione ex Cod. Theodosiano, & alijs pluribus eruditè probauit D. Amaya in 1. tom. voluminis, ad tit. Cod. de decurionibus ad l. fin. cap. 3. numero 9. vsque ad 16. vbi in eo maximam dignitatem muneris fisci Patroni constituit, vt cum sacri consistorij Comitibus manu Principis dona acciperet, ad quod nullus, qui magna dignitate non polleret, admitterebatur, & postquam perpetuum hoc munus factum fuit Consiliarijs, & Senatoribus æquale censetur in honoribus, sessionibus, & præminentijs, vt in allegatione 1. notauimus, num. 11. cum sequent. & probauit Ioannes Garcia de nobilitate, gloss. 35. num. 44. Iason vbi proxime, num. 213. Marcus Antonius Vrgentus in Neapoli Illustrata, cap. 27. num. 47. pluribus Mastrillus de Magistratibus lib. 5. cap. 9. num. 125. D. Alfaro de officio fiscalis glossa 31. num. 6.
- Auger etiam dignitatem, excellentiores, 14. & clarissimi viri, qui hoc munere fisci Patroni functi fuerunt, & ad illud electi: nam Imperator Seuerus, qui fuit I. C. celebris antequam Imperium obtineret, fuit Aduocatus fisci, cui succedit insignis I. C. Papinianus, & etiam hoc munere functi celebres Iurisprudentiæ Magistri, Sabinus, Domitius, Vlpianus, & alij, vt notauit Guterrius de officio domus Augustæ, lib. 1. cap. 18. & lib. 3. c. 1. & semper ad fisci defensionem electi sapientiores doctrinâ, & prudentiâ viri, vnde fisco maxima vtilitas accessit, id enim non oporteret committi mediocri doctrinâ viris, sed doctioribus, l. 1. & per totum, Cod. de Aduocat. fisci, l. binos, l. post duos, Cod. de Aduocat. diuers. iudic. pluribus exemplis ex Baldo, & alijs probauit Peregrinus de iure fisci, lib. 7. tit. 2. num. 12. ex Mastrillo, Craucta, Luca de Pena, Tiraquello, Marta, Berart. & pluribus iuribus eruditè noster Amaya d. cap. 3. num. 8.
- Et in hoc casu vltra excellentiam dignitatis in omnibus Regijs consilijs vsus inuoluit consuetudine præscripta, firmatus Patrono

- tronum fisci præcedere Notarios à secretis Regis sine dubio est, vt in supremo Castellæ Consilio, quando casus obuenerit, & regulariter in consilio Indiarum in ordinum Consilio, in supremo Regalis Patrimonij, in Consilio belli, in Consensu sanctæ Cruciatæ, & in Senatu salis, in quo, & in Regalis Patrimonij ego, qui in vtroque fisci patrono munere functus semper præcessi Notarios à secretis Regis, & adeo id inconcusum est, vt ferè alia probatione non egeat quam consuetudinibus, quæ semper præstat maius fundamentum in præcedentijs, vt iam probauimus.
16. Sed tamen, quia Notarij à secretis radijs Principis coruscantes hoc aliquando in controuersiam deduxerunt, alia vterius fundamenta subiungam, & argumentis, quæ à Notarijs à secretis Regis expenduntur, satisfaciam.
17. Secundò etiam præcedentiam fisci Patroni suadet, vltra quæ diximus esse de consilijs degete habitu rogato, & alia in quibus distinguuntur à Notarijs à secretis Regis ex maiore labore, necessitate & vtilitate muneris fisci Patroni, quam Notariorum à Secretis Regis, ex quibus præcedentiæ argumentum vel augmentum consequi oportet, l. contra publicam, C. de re militari, lib. 1. 2. ibi: *Quoniam honoris augmentum non ambitione, sed labore, ad vnumquemque conuenit deuenire*, l. nemo, Cod. de officio Magistris, l. vniciuque, C. de proximis sacrorum scriuinarum, lib. 11. l. vltim. C. de tyronibus, lib. 12. l. iustissimus, C. de officio Receptoris prouinciæ, Menchaca controuers. illustrium, cap. 1. n. 87. Scotus responso 28. n. 57. & 144.
18. Et quemadmodum Iudex qui ampliorem iurisdictionem & territorium habet, debet præcedere illum qui minorem iurisdictionem exercet in territorio angustiore, iuxta illud Salomonis, Prouerb. 24. *In multitudine populi sita est dignitas*, & vt tradit Salustius in proœmio coniurationis Catilinæ: *Maximam (ait) gloriam in maximo Imperio putauere*. pluribus exornant Cassaneus in Cathalogo gloriae mundi, 12. parte, consideratione 58. D. Solorcano de iure Indiarum, lib. 1. cap. 16. qui inde dignitatem Regis nostri Hispaniarum excedere inter alios Principes refert, cum iam in amplioribus quam reliqui, prouincijs domineretur.
19. Vndè cum in quolibet Senatu soleant ministeria esse diuisa, & expeditiones inter Notarios à secretis Regis, vt in Consilio Indiarum in supremo Patrimonij & Italiæ, & alijs, videmus vbi duo aut tres ex prædictis Notarijs assistunt qui inter se ministeria expeditionum pro ratione prouinciarum diuisa tenent, at vero totius iurisdictionis & iuris Regij defensio ad fiscalem pertinet. Vnde necessariò eius munus superius existimandum: & quamuis magna confidentia, necessitas & cura existimanda muneris Notariorum à Secretis, negari tamen non potest magis hæc omnia excellere in fisci Patrono, nam de confidentia iam diximus ad eius arbitrium pertinere prosequi, vel omittere iura Regalia, & de ipsis transigere potest in causis fiscalibus, vt notauimus allegatione 1. num. 23. quod longe exercitium Notariorum excedit, ac perinde maior dignitas fiscalis existimanda vt præcedere possit, l. cognitionum, §. 1. & ibi glossa verbo *summa*, de varijs & extraord. cognit.
- Quod verò attinet ad necessitatem & 20. curam, ipsi Notarij inficiari non poterunt, longè laboriosam, & excellentiorem esse fisci Patroni, quid enim poterit æquare laborem allegationis in iure, studiorum vigilias, continuam inquisitionem eorum, quæ aduersus Regem vsurpantur, iurisdictionis defensionem, quæ omnia fiscalibus iniuncta sunt, cum eo quod perinet ad Notarios à secretis, qui decreta scribunt, & consultationes in quibus nihil aliud addere possunt, quam quod à Senatu decernitur, & multoties consultationes ipse fiscalis ordinar, disponit & scribit, vt pluries ego feci in Senatibus, quibus assidebam iussu Præfidis & Senatorum: nam grauitas rerum exposulauit à literato consultationes fieri, & quantum scientia & labore excellat fisci Aduocatus Notarios à secretis, ex personis, quæ semper ad munus fisci Patroni electæ fuerunt, de quibus supra num. 13. aperte suadet.
- Vnde si magis necessarium, maioris curæ 21. & laboris sit munus fisci Patroni, non poterit ei præcedentia denegari, quia sine dubio Magistratus, qui magis vtilem administrationem, maioris vtilitatis & laboris habent, debent alijs præferri, l. si in aliquam, §. cum plenissimam, ff. de officio Proconsul. l. fin. in fine, ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictione, glossa in cap. statuimus, verbo *consuetudine*, de maiori, & obedientia, & ibi communiter Doctores, Turcremata in cap. fin. 16. distinctione, verbo *fallit tamen*, Hostiensis in summa de maiori, & obedientia, §. 1. circa finem, Rota decif. 4. de electione in nouis, & alij plures relati à Stephano Gratiano disceptationum forensium, 1. parte, cap. 111. num. 76. Thuscus verbo *dignitas*, conclus. 449. Cassaneus part. 10. consideratione 11. & 14. Osualdus ad Donellum lib. 17. comment. cap. in notatis, lit. A.
- Tertiò ex professione Patroni fisci munus 22. præcedere

præcedere oportet: nã Notarij à secretis non egent alicuius scientiæ studia habere, at verò Patronus fisci necessariò Iurisprudentiæ doctus esse debet, quæ vt rerum diuinarum, & humanarum notitia, iusti atque iniusti scientia, quæ ex vera Philosophia desumpta, quæ Rempublicam dirigit, subditos in pace intra metas recti continet, suffragatur Principibus in regimine Regnorum, omnes alias scientias præter Theologiam superat, Cassaneus 10. part. Catalogi, consideratione 13. 14. 15. & 18. Cælius Rodiginus lib. 18. antiquarum lectionum, cap. 19. Baptista Bernardus in seminario Philosophiæ, Julius Barbaranus in 3. part. suæ officinæ, iunctis quæ de Iurisprudentiæ definitione, vt sit diuinarum rerum notitia Donel. lib. 1. comment. cap. 16. vbi ex Vaconio, Brisonio, Gothifredo Delrio, & Iuramino Osualdus ibi, Gilque-nius in tract. Iurisprudentiam esse scientiam, & iniquum esset, vt munus illud, ad quod excellentior doctrina & sapientia esset necessaria, & in quo maior cura, labor & vigiliæ interponi debent, inferius esset muneri Notariorum à secretis, vbi scientia aliqua non requiritur.

23. Quartò vterius prudentia fiscalis apertè suadet ex ordine litteræ, quem Principes obseruant in suis decretis & rescriptis: nam in omnibus, in quibus Patroni fisci, & Notarij à secretis comprehendendi debent, semper fisci patronus primò nominatur, vt id notissimum est, & absque controuersia, & in iure communi Codicis. Primò igitur de Aduocatis fisci lib. 2. tit. 9. & postea de tabulariis, & aliis muneribus, quæ ad Notariorum exercitium possunt pertinere, agitur l. 10. tit. 69. cum sequentibus, & lib. 12. & in l. 12. tit. 18. part. 4. fisci Aduocatus liberatur à patria potestate, & primò id priuilegium declaratur, & postea l. 14. eiusdem tituli, simile conceditur Notario à secretis, & validum esset argumentum ab ordine litteræ, notarunt Doctores in l. 1. ff. de statu hominum, & in l. 1. ff. si certum petatur, Bartolus in l. Imperium, ff. de iurisdictione omnium iudicum, & consil. 51. num. 35. Euerardus in locis legalibus, loco ab ordine Rubricæ, quibus addendus Ioannes de Platea, quem refert, & sequitur Bobadilla lib. 5. Politicæ, cap. 9. num. 17. vbi inter Magistratus & Ministros Principis longè prius nominat Aduocatum fisci, quàm Notarium à secretis.

24. Quintò, præcedentia fisci Patroni ostenditur ex amplioribus priuilegiis, quæ fisci Patronis conceduntur, de quibus iam prædiximus, & notantur in l. Aduocatos, l. iubemus, l. penultima, §. vt autem, Cod. de

Aduocat. diuers. iudicum, nominantur clarissimi à Principe, l. laudabile, Cod. eodem, & vltra plura priuilegia, quæ septuaginta, & tria referentes congesimus in allegatione 12. ex D. Alfaro de officio fiscalis, glossa 16. per totam, adde Rebuffum de Consiliariis Regum, num. 22. & 27. Laudensis in eodem tractatu, quæst. 22. Petrus Gregorius lib. 49. Syntagm. iuris, cap. 17. num. 6. Cassaneus 7. part. consideratione 33. Mastrillus decis. 2. 14. Caualus cent. 1. cap. 114. Ioannes Garcia de expensis, cap. 8. num. 51. Antonius Faber in Cod. lib. 1. tit. 2. definitione 49.

Igitur cum vestibus, & toga condecorentur fisci Aduocati, quæ tamen non licent Notariis à secretis, eo solum præcedentiæ suadet: nam vestis excellentia eam etiam inducit in dignitate, l. 7. & 8. in fine, tit. 9. partit. 2. l. nemo rei, l. temporum, Cod. de vestibus oloberis, & auratis, lib. 11. Marinus Freccia de sub feudis, tit. quibus dicatur Dux, num. 46. Felix Contelonius quæst. 1. de præcedentiæ, num. 4. qui alios referunt, Iasonus dicta obseruatione 3. num. 172. & remissuè ex dict. tit. Cod. de Aduocatis diuers. iudic. l. inter eos 13. ff. ex quibus causis maiores Peregrino, Brisonio, Donello, D. Alfaro, & Gutierrez Fiscalium priuilegia recensent, D. Amaya ad l. fin. Cod. de decurion. cap. 3. numero 18.

Sertò, fisci patroni munus grauissimum existimandum, quia quæ ad illud hodie spectant, antiquitus pertinebant ad Procuratorem Cæsaris, vt ex Casaubono ad Spartianum notat D. Amaya dict. cap. 3. num. 5. & Præsidibus hos Doctores æquiparari ex Diuo Luca cap. 37. Diuo Matthæo cap. 27. in principio, iunctis pluribus iuribus, Cornelio Tacito, Suetonio, Iusto Lipsio, Cuiacio, Bullengero & aliis contra Gasparum Barthium probauit idem D. Amaya ad leg. 2. C. de iure fisci num. 5.

Sed maximè adauget dignitatem fisci Patroni, ipsi concessum fuisse singulis annis duos domesticos Imperatori offerre, aliū peditem, alterum equitem, l. restituenda, §. licentiam, Cod. de Aduocat. diuers. iudic. quod rectè, & qui sint isti domestici probauit D. Amaya dict. cap. 3. num. 17. & Illustres fiscales dicuntur, vt ex Ioanne Garcia, & & aliis, fiscalium priuilegia iure antiquo Hispano recensens idem Amaya vbi proximè, à n. 18. vsque 24. vbi cum numeris sequentibus.

Septimò, fiscalis solum per se Principem repræsentat, alij Senatores & Senatus collegiatim, vt ex Domino Alfaro, Castrensi, Ponte, Gratiano, & Giurba probat D. Amaya ad

ad l. fin. Cod. de decur. cap. 3. num. 14. quia illi omnium Regalium cura commissa, l. 1. tit. 13. lib. 2. Recop. & notauimus allegat. 1. num. 26.

29. De consilio Regis fiscalem dici ex authentico de Iudicibus, §. vetus ex Rebuffo, Craucta, Boherio, Lelio, Zechio, Antonio Fabro, D. Alfaro, D. Castillo, Cassaneo, Bernardo, Diaz, Franchis, Aponte, & aliis probauit D. Amaya in l. fin. Cod. de decurion. cap. 3. n. 34. 35. & notauit allegat. 1. num. 11. & 12.

30. Octauò, etiam præcedentia in hoc casu suadet ex grauissimis viris, qui antiquitus munere fisci Patroni functi fuerunt excellentia doctrinæ præstantes, quasi ea ad hoc munus necessaria, de quo supra num. 14. vnde communis opinio apud omnes residet maioris dignitatis esse munus fisci Patroni, quàm Notariorum à secretis, & hanc opinionem communem maximum præstare argumentum ad præcedentias notarum communiter in l. Athletas, versic. *Celsus*, ff. de his, qui notantur infamiâ, Baldus consil. 387. Boërius decis. 286. num. 2. Dominus Ludouisius decis. 482. & eius Additionator, Beltraminus innotis ad decis. 411. n. 5. Gratianus disceptationum forensium tom. 1. c. 111. n. 74.

31. Sed ne quis cum Seneca dicat lib. de vita beata, §. 2. *Queramus quid optime factum sit, non quid vtilissimum, non quid vulgo veritatis pessimo interpreti probatum sit.* Et vt ille dicebat, denotans fallaciam vulgaris opinionis: *Nunquam volui populo placere, quæ ego scio non probat populus; quæ probat populus, ego nescio.* Ideo huius vulgaris opinionis, quæ præcedentiam & maiorem auctoritatem tribuit muneri fisci Patroni quàm Notariis à secretis manifestissima fundamenta retulimus, & vltra suadet apertè dicta l. laudabile, Cod. de aduocatis diuers. iudic. ibi: *Postquam tale deposuerint officium, siquidem filios ingenuos habeant, eos in clarissimorum Notariorum inseri consortium;* quibus verbis nihil apertius vt denotetur munus patroni fisci, longè excellere notarios à Regiis secretis nam postquam Patroni fisci munere functi fuerunt ad solatium amissæ dignitatis filiis conceditur notariorum inferi consortio, vnde duo probantur, Primum maiorem dignitatem esse fisci Patroni cum ea amissa confortium notariorum, filiis tribuatur quibus non deberet æqualis vel maior dignitas, quæ Parenti tribui secundum notarios de quibus loquitur dict. l. laudabile esse eos à secretis Regiis, cum quibus nostra disceptatio: nam clarissimos illos appellat, & alij Notarij nisi quæ essent à secretis Regiis non possent clarissimorum, appellatione nominari.

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Tom. I.

Rursus hæc opinio vulgaris quæ præcedentiam fisci Patroni confirmat aperta experientia confirmatur quia vident subditi fisci Patronum in supremo iustitiæ senatu adeo excellenti dignitate præcellere, vt in consultationibus cuiusque hebdomadæ cum omni consilio coram ipso Rege nostro fedet capite cooperto quod numquam de aliquo Notario à secretis dictum vel auditum fuit: tum etiam in Paschatum festiuitate cum omnes senatores manum Regis deosculari solent tunc coram eo præcedunt fisci Patroni Notarios à secretis, & de hac ceremonia, quæ subrogata loco adorationis purpuræ Imperatorum videndi Adrianus Turnebus lib. 2. aduersariorum, c. 11. Lælius Visciola lib. 7. horarum successuarum, c. 5. Fulgosius lib. 2. memorabilem, c. 1. Marcus Antonius Macceronus tractatu de tribus Coronis Pontificis, & de osculo Pedis, Couarr. in Thesaur. linguæ Castellæ verbo, *besar*, Pater Gabriel Vazquez de adoratione lib. 1. c. 1. & sequenti.

Si enim coram ipso Rege, & omnibus subditis fisci Patroni præcedentia omnibus innotescit congrue communis opinio procedit, nec ab ea recedendum est, aut aliquid ex consuetudine iam diu recepta, & vsu immutandum nam vt prædiximus, semper ex vsu & consuetudine istæ causæ præcedentiarum solent terminari vt præter supradictos notarunt, & probarunt Ioannes Faber in §. retinendæ, in tit. de interdicitis, Purpuratus in l. 1. in principio n. 312. vers. & breuiter, ff. de officio eius, Georgius de Ecclesia consil. 48. num. 12. inter consilia feudalia variarum Menoch. consil. 302. num. 43. & consil. 257. num. 36. Boërius de auctoritate magni consilij num. 68. & decis. 155. Tiraquellus de nobilitate, c. 20. num. 35. Dominus Valencuela, consil. 52. num. 45. & consil. 53. num. 8. & in discursu præcedentiæ num. 43. Cantelotius in quæstione de præcedentiæ num. 6. & 58. Rodolphinus de origine Ducum Italiæ, num. 234. & 252. Mascardus conclus. 1114. Vvesembemquius in paratitla de acquirenda possessione num. 7. Besoldus de præcedentiis cap. 2.

Idque tandiu receptum vt etiam in Concilio Tridentino in eius conclusione extant hæc verba, *Declarat sancta Synodus ex loco assignato oratoribus tam Ecclesiasticis quam secularibus in sedendo, & cedendo, aut quibuscumque aliis actibus nullum cuiquam eorum, factum fuisse præiudicium, sed omnia illorum Imperatoris, Reipublicarum ac Principum suorum iura & prerogatiuas illas, & saluas esse in eodemque statu permanere prout ante præsens Concilium reperiuntur, Eaue clausula in omnibus dictis Imperialibus, & co-*

D d d mitiis

mitiis generalibus vel curiis adici solet, & inde inter Vrbes Burgi, & Toleti locorum, præcedentia ex consuetudine apud nos terminata, vt tradit Mariana lib. 16. histor. Hisp. c. 15. Aegidius Gonzales in hist. Henrici 3. c. 71. & cum adeo invaluerit consuetudo, pro fisci Patrono contra Notarios à Regiis secretis iniustum est de illa dubitare quia minime sunt mutanda quæ interpretationem certam semper habuerunt, l. minime, ff. de legibus.

35. Et licet non adeo iustissimis rationibus hæc præcedentia admitteretur, tamen congruentius hodie sustineri posset quam immutari, iuxta Cornelium Tacitum lib. 14. ibi: *Satius quidem interdum est aliquid à maioribus nostris non omnino optimè constitutum tolerare, quam multorum aetate usureceptum atque comprobatum dicere quasi iniquum, volumus vniuersæ ciuitatis otium atque pacem perturbare* & vt traditur in l. in testamento, ff. de testamentis: *Mos namque retinendus est fidelissima veritatis, & nunquam mutanda quæ pro regimine admissa fuerunt*, l. 2. de constitutionibus Principum, & notauit Plato lib. 6. de legibus, Dion Cassio lib. 53. relatus à Simancas de Republica, lib. 4. cap. 11. Ioannes Koquier in Thesauro politico, lib. 2. c. 4. Lælius Cæcus de Principe, lib. 1. c. 6. num. 10. Maritus Salamonijs ad legem secundam de origine iuris, & probatur l. 18. tit. 1. partit. 1. quibus omnibus aliquid nouiter induci vt recedatur ab vsu recepto valde improbatum quanto magis improbandum esset, cum maximum præiudicium muneris fisci Patroni fieret, in tam graui ipsius Principis, & publicæ utilitatis detrimento, ideoque nec audiri deberent circa id Notarij à Regiis secretis, & sine dubio fiscalem præcedere oportere & apud omnes, ita admissum ex D. Alfaro, de offic. fiscalis gloss. 31. num. 6. tenent Marius Cultellus, in Codice legum Sicularum, c. 59. nota 63. n. 6. reddens rationem quia fiscalis pars senatus & vt iudex reputatur, secus vero notarius à secretis, & idem nouissime defendit D. Solorzanus, de iure Indiarum, tom. 2. lib. 4. cap. 6. num. 9.

36. Restat autem breuiter referre quæ notarij à Regiis secretis pro se expendunt, & eis satisfacere, & Primo sui muneris excellentiam in eo constituunt, nam frequentius Regem alloqui possunt & cum eo consultationes expedire, & conueniunt verba Cassiodori lib. 4. epist. 4. ibi: *In re quidem de se bene arbitrabitur æstimatum qui Regium meretur alloquium, quia dignitas est subiecti, affectus meruisse dominantis*, & lib. 10. epist. 13. ibi: *certè munus est videre Principem*, & lib. 12. epist. 8.

eis verbis, *nam cum nos parere contendimus magnus prouectus est si mereamur ad eius placidos venire conspectus*, & proprie hanc continentiam Principis communicationem notariorum denotat l. 13. 14. tit. 18. p. 4. & totus tit. 18. lib. 2. Recopilat. qui inscribitur, *de los secretarios que libran con el Rey*.

Sed etiam tradunt Protonotarium præcedere fisci Patronum, in supremo Aragonum consilio & in supremo Senatu sanctæ Inquisitionis etiam præcedit Notarius à secretis Aduocatum fisci, & duo exempla referunt Licentiam Arenillas de Reynosso, cum esset Aduocatus fisci supremi sanctæ Inquisitionis Senatus, promotum fuisse ad officium Notarij à secretis, & Ioannem de Ybarra in Consilio Indiarum, cui à Philippo II. commissa fuit subscriptio decretorum præcessit Patronum fisci eius Senatus, & alia exempla tradunt Aduocatum fisci Aulæ criminalis, Prætorum huius Curie in quodam consilio vel confesso, qui fiebat in supremo Consilio Italiae non præcessisse Notarium à secretis eius consilij, & cum in confesso minarum Regni iuberetur Thomam de Cardona fiscalis munere fungi, illum in loco præcessit Secretarius confessus minarum.

Verum tamen hæc omnia parum mouere debent; nam quod refertur cum ipso Rege, negotia expedire Notarios à secretis, & vt eorum excellentia considerari oporteat, eo quod cum Rege continuo loqui possint iuxta prædicta, nihilominus in Patrono fisci considerari valebit, nam semper cum opus fuerit, potest & debet Principem alloqui, vt ei referat quidquid ad sui patrimonij augmentum ius Regium & administrationem iustitiæ fuerit necessarium, sed etiã in scriptis potest vt Præsides Senatuum Aduocatus fisci Principem consulere, vt insinuet omnia quæ ad eius seruitium fuerint necessaria, vt ego multoties feci, cuius rei facultas non est concessa Notariis à secretis, nam Principes in scriptis consulere non possunt.

Quod verò pertinet ad Protonotarium Regni Aragonum, nam ille à verbo *Protos* quod significat Primum ex omnibus Notariis, Primum existimatur eorum, velut Præses est & similis Protonotario Pontificis, vt tradit Garcia Toletanus in Rubrica, C. de primiceriis, & Protonotarius in Regno Aragonum, vt Senator habetur, & suffragium præstat, quod longè differt à reliquis Notariis à secretis. Tum obseruantia & consuetudo cum omnia regat quæ pertinent ad ius præcedentiæ, inde fit, vt quamuis in eo Regno

Proto

Protonotarij officium præcederet Aduocatus fisci, adhuc inde consequentia ad Regna Castellæ desumi non oportet, in quibus aliter factum & admissum, vt ex obseruantia & stylo omnium Castellæ Senatuum iam probauimus.

40. Deinde exempla quæ adducuntur de Notario à secretis Tribunalis sanctæ Inquisitionis, & exemplo licentiarum Arenillas de Reynosso, qui ex munere fisci Aduocati promotus fuit ad munus Notarij à secretis, facile occurrentum est differentiam in eo consistere, quippe munus Notarij à secretis supremæ Inquisitionis nominatur, & eligitur ab ipso Rege, at verò Aduocatus fiscalis non eligitur à Rege, sed à Præsidente Consilij supremæ Inquisitionis, quem Inquisitorem generalem appellant, & hoc casu non potest argumentum desumi à munere Patroni fisci, qui à Principe non nominatur cum Aduocatus fisci, quos Princeps eligit in omnibus Senatibus, & nomine suo cum iudicibus assidere iubet, nam qui à Principe huic muneri nominatur, sine dubio præferri debet, argumento legis restituendæ, in fine, C. de aduocatis diuersi iudicij, ibi: *Nam qui nobis digni iudicati sunt, multo magis in anterioribus quæque sunt adiudicandi*, l. fin. ff. de albo scribendo authentico, vt iudices sine quoquo suffragio, l. spuris, §. fin. ff. de decurionibus, D. Alfaro de officio fiscalis, glossa 1. num. 2. & glossa 31. num. 8. qui asserit proprie fisci Aduocatum non vocari nisi a Principe nominatum, Peregrin. de iure fisci, lib. 1. tit. 2. num. 5.

41. Tum & exemplum Aduocati fisci, qui ad munus Notarij à secretis promotus fuit, ideo excluditur, nam cum iste simul illa duo officia exerceret, & iam senex non posset vtriusque muneris exercitium subire, & à D. Gaspare de Quiroga Inquisitore generali, iuberetur vnum ex duobus officiis eligere, ille potius voluit munus Notarij à secretis exercere, quia minori labore & nullo studio id facere poterat.

42. Et exemplum quod adducitur de Ioanne de Ibarra in Consilio Indiarum, minus congruit, nam ille Consiliarius erat, & postquam eo munere fungebatur, iussit Rex vt ab eo expedirentur consultationes, & argumentum desumi non potest ab eo qui Notarij à secretis munus exercet, cum esset Consiliarius, quia ex eo præcederet Aduocatum fisci; & ibi non consideratur ad præcedentiam persona Notarij à secretis, sed Consiliarij.

43. Quibus probatur duplicem considerari personam in vno & eodem subiecto respectu diuersi ministerij: nam separata sunt iura, l. Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Tom. I.

tutorem 22. ff. de his, quæ vt indignis, quæ in terminis loquitur, ibi: *discreta sunt enim iura, quamuis plura in eandem personam denentur, aliud tutoris, aliud legatarij, & l. rerum mixtura 30. ibi: sed singula causam suam habebunt*, ff. de vsucap. l. ex facto 43. §. item quæro ibi: *Magis autem est in vtroque eorum, tempus suum separatim seruari*, ff. de vulgari, l. 2. §. si primus, ibi: *nec sibi iungentur cum ad suam quisque causam substitutus sit*, ff. de bonorum possess. secundum tabul. faciunt tradita per Bart. & scribentes in l. si consul. ff. de adopt. Decium in cap. ex litteris à num. 14. de probat. Pinellum in l. 1. part. 3. num. 73. ad finem, Cod. de bonis maternis, Antonius Gamma decif. 354. Barbosa in l. quia tale, n. 93. ff. solut. matrimonio, Cauedo decif. 112. n. 6. part. 2. Borell. de præstantia Regis Catholici, cap. 14. num. 7. Gabriel decif. 82. num. 19. & 26. optimè Baldus in rubrica de alodijs, num. 14. in illis verbis: *scd enim est vnus, velut duo qui habet in se imaginem seu idolum, quo repræsentat alium*.

Et notandum valde est hanc præcedentiam, quæ concessa fuit Ioanni de Ibarra aduersus fisci Aduocatum, ex eo etiam procedere, quia erat Consiliarius in exercitio: nam in Consilio supremo Regalis Patrimonij, in quo ego eram fisci Patronus, Petrus de Lezaina, qui Consiliarius emeritus, & Regis iussu munus Notarij à secretis exercebat, ego, etiam si Consiliarius essem, illum actualiter præcedebam in dicto Consilio in sessionibus, & loco, quando exercebat munus secretarij, & vt talis in eo assidebat: nã quasi emeritus non potest in exercitio Senatus aliter adesse: at verò in spectaculis publicis, & alijs in quibus potest etiam vt Consiliarius emeritus assistere cum Senatu, ille præcedebat non me solum, sed etiam alios Consiliarios, quibus tempore antiquior, vt moris est, & in omnibus Senatibus obseruatur circa emeritos, & tamen hoc exemplum valde obseruandum, quia etiam si Consiliarius sit, tamen in exercitio secretarij cedit præcedentiam fisci Aduocato.

Denique, quod obiectum est, vt fiscalis Aulæ criminalis non præcederet in Confesso Consilij Italiae, Notarium à secretis, nihil muneris fisci Patroni præcedentiã lædit: nam cum de ea dubitaretur, iussit Rex absque Notario à secretis assensum fieri, ne præcederet Aduocatum fisci, quamuis in hoc casu pro Secretario ius erat, quippe Aduocatus fisci non erat eius Senatus, sed Aulæ criminalis, & Notarius à secretis in suo Consilio, vbi minister est, præcedere debebat, quemadmodum in sua Diocesi, vel territorio

Ddd 2 ritorio

ritorio, qui iurisdictionem habet, & si inferioris dignitatis debet maiorem præcedere; nam Senator Pintia, si peruenit ad ciuitatem Burgensem, vel Toletanam, aut aliam urbem sui territorij in actibus Ciuitatis, et si subditus eius, & inferioris dignitatis sit Corrector, tamen Senatorem præcedit, & Episcopus in sua Ecclesia aut Choro non cedit locum Archiepiscopo, nisi Metropolitanano, qui ad eum peruenit, nec Prior Monasterij cedit in eo etiam Prouinciali alterius Religionis, & qui curam habet Ecclesie Parochialis in ea ipsa in sessionibus, & processibus præferendus Decano Ecclesie Cathedralis, & ratio est, quia Iudex ordinarius manet Iudex, quamuis perueniat Senator, sed etiam Episcopus Prior, & qui curam habet Ecclesie Parochialis, semper primus est in sua Ecclesia, etiam si Archiepiscopus non Metropolitanus, vel Decanus, aut Prouincialis accedat, vt prædiximus, & tenuerunt Innocentius, Panormitanus, Felinus, Decianus, D. Salgado, Gratianus, Barbosa, Befoldus, D. Solorzanus, & alij plures, quos refert nouiter Michael Ferro tract. de præcedentia, quæst. 1. num. 14. quæst. 3. num. 1. & 2. quæst. 4. num. 2.

46. Sed quisque Dominus est præferendus in domo sua, quibus adde, quæ notantur Angel. & Ioannes de Imola in l. qui soluen- do, ff. de hæredibus instit. Ioannes de Platea, & Lucas de Pena in l. nihil, Cod. de Palatinis, lib. 10. Cassaneus in Catal. gloriæ Mundi, 4. part. consideratione 22. & 11. part. num. 13. Tiberius Decianus responso 67. n. 12. cum sequentibus, vol. 2. Menoch. consil. 902. n. 36. Vesoldus de præcedentiis, cap. 3. num. 5. Molina de primogeniis, lib. 1. cap. 2. num. 24. Calefactus de equestri dignitate, num. 87. & sequent. & ita fuit iudicatum in Rota Romana, in causa Calagurritana teste Gonzalez in 8. Cancellariæ, glossa 6. num. 100.

47. Nec multo magis mouere poterit vltimum exemplum, quod adducitur, quoties in assensu minarum fiscalem prætulit, Notarius à secretis, quia ille fiscalis, nec perpetuus, nec togatus erat, sed solus propter eius circa metalla peritiam admittus fuit, vt Laicus fiscalis munus exerceret, alio togato ad lites, & iudicia fiscali electo, vt hodie duo fiscales sunt in confessu minarum, qui togatus sine dubio præcedit Notarium à secretis, ac perinde ad consequentiam trahi non potest, nec immutanda, vel minuenda auctoritas fisci Aduocati, vel admittenda aliorum cupiditas, vt honorem appetant in damnum fiscalis, quia nihil aliud est, quam ambitionis, & discordiæ semina, quæ semper etiam nata

euellenda sunt, Paponius lib. 6. tit. 2. Arresto 4. Panzirolus lib. 1. var. cap. 13. Petrus Gregorius lib. 47. Syntagm. iuris cap. 12. Menoch. de arbitrariis, lib. 1. casu 68. per totum, Farin. in praxi criminali, quæst. 125. num. 43. nam vt tradit Ennodius in Panegyrico ad Theodoricum Regem: *singularis boni fructus est ambitionis refranatio.*

Et nihil magis expedit regimini, quam 48. ne dignitatum exoriatur turbatio, discordia, & confusio præcedentiarum: nam et si in priuaris causis, vt vanidum & futile iudicauit maximus Imperatorum Carolus V. quando inter nobilissimas Madamas Belgicas contentio exorta de præcedentia, & manu dextra, & à Consilio supremo Flandriæ, quod æquales nobilitate, & dominatibus declarauit, illæ ad Imperatorem appellarunt, postquam assiduis earum importationibus declarare instanter grauaretur, cum recusaret, decreuit controuersiam ad marginem Memorialis adscribens Belgico idiomate, *la plus folle vada andu*, quasi illa, quæ magis insana, & fatua præcederet, vt refert Prudentius Sandoual. Episcopus Pampilonensis in Historia Caroli V. lib. 26. §. 28. tamen in publicis negotiis & officiis, quia suo ordine & gradibus omnia expendenda sunt, maxime conducit dignitatum præcedentiam non turbari, & necessariæ ac grauissimæ hæ causæ iudicantur iuxta eos, quos supra retulimus, & quod notauit Gamma decis. 1. per totam, & vltra eos rectè possunt aptari verba Ofortij lib. 1. de Regis institutione, ibi: *Omnis Reipublice interitus in munerum perturbatione consistit, dum enim quisque suum negotium non facit, sed aliorum officium, atque munus & locum usurpat, nihil rectè, nihil ornate fieri potest, sed omnia perturbari, & permisceri necesse est.*



ALLEGATIO LII.

De Dignitate Senatorum Consilij Regalis Patrimonij & præcedentia.

1. *Dignior minus digno præferendus.*
2. *Iurisdicctio excellentior qua melioribus præest.*
Authentic. de defensoribus ciuitat. & num. 3.
l. 2. Cod. vbi Senatores, vel Clarissimi.
l. si grauius, C. de dignitate, lib. 12.
l. 1. ii

3. *Prætorum Curia iurisdicctio ordinaria est intra limites curia in ciuilibus, & criminalibus.*
l. 2. & 16. tit. 6. lib. 2. Recop.
l. 14. & 15. tit. 6. lib. 2. Recopil.
l. 9. & 3. tit. lib. 2. Recop.
Iudex maior censetur quo maiori & ampliori iurisdicctione potitur.
4. *Delegatus iudex quamuis maior censeatur ordinario iudice in causa delegata extra illam inferior existimatur.*
c. sane de officio, & potestate iudicis deleg.
c. Pastoralis eodem libro & titulo.
5. *Iurisdicctio criminalis pertinet ad ius publicum, & vtrum excellentior.*
l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil.
l. cap. §. huius studij, ff. de iustitia & iure.
6. *Criminalis iurisdicctio tantum Regibus competeat in populo Romano.*
Consules expulsis Regibus poterant de criminibus cognoscere sed non poterant, sine populi consensu ciuem Romanum damnare.
l. 2. §. ex actis, ff. de orig. iuris.
Dictatori concessa potestas de criminibus iudicare.
l. 2. §. deinde aucto, ff. de orig. iuris.
7. *l. vlt. Cod. de ordin. iudicio.*
8. *Antiquior iudex nouiori debet præcedere.*
l. 1. tit. 6. lib. 2. Recop.
l. ex hoc iure, ff. de iustitia & iure.
l. 3. tit. 1. lib. 9. Recopil.
l. 1. de albo scribendo.
l. 1. Cod. de Consul. lib. 12.
l. honores, Cod. de decurion. lib. 10.
c. antiqua de priuilegiis.
9. *Dignitatis inde præcedentia consideratur ex qua ad alias supremas ordinaria assumptio.*
Argumentum valet de toto ad partem.
l. qua de tota, ff. de rei vindic.
10. *Tributus Regis administrandis viri excellentiores præponebantur.*
lib. 2. Regum, c. 20.
lib. 3. Regum, c. 11.
Cancellarium maiorem præcedebat qui tributis præpositus.
l. 4. tit. 9. p. 2.
11. *Procurator Cesaris in rebus fisci habebat auctoritatem quam Cesar.*
Procurator Cesaris cognoscebat de omnibus causis patrimonij Principis.
l. ad fscum, C. vbi cause fiscales.

12. *Comitis titulo decorabantur apud Græcos, qui habebant administrationem patrimonij Principis.*
tit. 6. de officio comitis rer. priuat.
Comes Patrimonij dicebatur apud nostros Reges Gothos, qui curam habebat rerum fiscalium, & cum Regibus subscribebat in Consiliis.
13. *Senatus Regalis Patrimonij apud nos subrogatum in locum Procuratoris Cesaris.*
Subrogatio cum eisdem qualitatibus faciendâ.
l. eum qui, §. qui iniuriarum, ff. si quis cautio.
l. filia, §. Titia, ff. de condit. & demonstr.
l. donata, §. si sponsus, ff. de donat. inter.
14. *Præcedentia sumenda ex maiori dignitate.*
cap. statuimus, de maiortate & obedientia.
l. ex agentibus, 4. §. sed in salutationibus, Cod. de Principibus agentib. in rebus.
Antiquitas non attendenda dignitatum si alia alteri maior sit.
15. *Senatus Regalis Patrimonij maxima iurisdicctio, quia comprehendit omnia que ex Indiis, & aliis Regnis adducuntur, pertinentia ad Patrimonium Principis.*
Regnum præcedentia iudicanda ex maioribus Regnis quibus dominantur.
c. præcipimus distinet. 93.
Reges Hispania ex maximis Regnis debent alios Reges præcedere.
16. *Iurisdicctio à qua non appellatur excellentior alia à qua appellatur, censetur.*
Appellatio proponitur à Prætoribus Curia in ciuilibus ad Senatum supremum iustitie, qui etiam cum expedierit criminales causas aduocat.
17. *Senatores Regalis Patrimonij consiliariorum titulo à Rege honorari.*
Prætores Curia non habent titulum Consiliariorum.
18. *Consiliarij magis quam reliqui Magistratus, Regi adherent, & ad eius latus sedere debent.*
Magistratus qui Consiliarius debet præcedere eum qui non Consiliarius.
19. *Præcedentias regit possessio & consuetudo.*
20. *Senatores togati Regalis Patrimonij sunt incorporati, & vniti cum consiliariis equitibus eius Senatus.*
Vnitorum idem esse debet ius.

Res eadem diuerso iure censerit non debet.

l. eum qui ades, ff. de usucap.

21. *Vnitus & incorporatus gaudere debet privilegii eius cui unitur.*

c. cognouimus, 12. q. 2.

c. cum in tua, de decimis.

22. *Senatui Patrimonij in processione Corporis Christi locus cum Rege designatus, qui non datur Curia Prætoribus.*

23. *Iurisdictio civilis excellentior est criminali.*

24. *Dignitas illa maior qua habetur pro maiori.*

l. Athletas, §. 1. ff. de his qui notantur infamia.

Res estimanda prout vulgò & communiter estimantur.

25. *Iurisdictio maior non existimatur ex maiori numero subditorum, in quibus exercetur, sed ex superiori & ampliori.*

26. *Prætores Curia licet iudicent de negotiis Senatorum supremi Consilij, non possunt æquari Senatoribus.*

27. *Appellatio à Prætoribus Curia in causis vestigialium, ad Senatuum Regalis Patrimonij interponitur.*

Appellatio est de iudice inferiori ad maiorem.

l. 1. ff. de appellationibus.

l. 1. ubi & apud quem.

28. *Delegatus ad vniuersitatem causarum pro iudice ordinario habetur.*

29. *Iurisdictio civilis non solum consistit in litibus iudicandis, sed in regimine Reipublice.*

30. *Præcedentia non ex antiquitate dignitatis, sed ex eius excellentia regulanda.*

31. *Prætores Curia non sunt uniti vel incorporati cum supremo iustitiæ Senatu, quamuis comitentur, & illi assistant ad decorem & decretorum executionem.*

De præcedentia inter Senatores togatos supremi Consilij Patrimonij Regij, & Prætores Curia, qui vulgò dicuntur Alcaldes de Corte.

PLURA de hac re in proxima allegatione tradidimus, ad hoc verò notandum digniorem minus digno præcedere oportere, cap. statuimus de maiestate, & obedientia, ubi ordinarij plura congerunt, Georgius

allegat. 37. num. 1. D. Ludouicius decif. 310. n. 3. Seraphinus decif. 1445. num. 3. Menchaca Illustrum lib. 1. cap. 1. num. 18. Marta voto 101. num. 7. Riccius collectanea 1446. & in praxi, resolutione 583. num. 3. latè Cassaneus in Catalogo 7. part. consideratione 14. 26. 33. 38. 40. & alibi sæpe Mastrillus de Magistratibus lib. 5. cap. 4. num. 6. alios refert D. Salgado de protectione Regia, 1. part. cap. 9. num. 34. de cuiusque autem Prætorum Curia & Senatorum Patrimonij fundamentis breuiter agendum est.

Pro Prætoribus Curia allegabatur munus quo funguntur, maius esse ex numero, & qualitate personarum, in quibus exercent: nam in omnibus causis civilibus, & criminalibus iurisdictione suâ vtuntur intra limites Curia aduersus omnes cuiuscunque dignitatis, & ideo excellentia sui muneris iudicanda authentico de defensoribus ciuitatum, ibi: *Quanto enim quisque præest melioribus, tanto maior ipse & honestior est*, glossa in authentica constitutio. quæ de dig. §. & generaliter, verbo *nobiliores*, Gamma decif. 1. num. 52. Cassaneus dict. 7. part. consideratione 52. versic. 8. & alibi passim plura cumulans, Menchaca dict. cap. 1. à numero 24. & in causis criminalibus cognoscunt Curia Prætores de ipsis Senatoribus Regalis Consilij Patrimonij, argumento l. 2. Cod. ubi Senatores, vel clarissimi, ubi omnes ordinarij, Donellus lib. 17. Comment. cap. 20. Barbosa qui alios refert in hæres absens, §. ult. num. 123. ff. de iudiciis, etiam si in causis criminalibus Senatores Consilij Regalis Patrimonij velint ab Ordinariis iudicibus esse exemptos ex l. 3. Cod. eodem, ubi Bart. Baldus, & Salicet l. si grauius, Cod. de dignitatibus lib. 12. Cassaneus in Catalogo gloriæ Mund, dict. 7. part. consideratione 13. Galganetus de iure publico, lib. 2. tit. 6. num. 64. tamen si eis hac in parte obesse videatur, quod traditur in l. vniuersi, Cod. causæ fiscales, de crimine scilicet à Prætoribus Casaris admissis Rectorem Prouinciæ posse cognoscere, de cuius tamen interpretatione videndi vterius ibi, num. 9. Osualdus ad Donellum lib. 17. cap. 20. lit. G.

Sed & iurisdictione Prætorum ordinaria est, quæ respicit omne genus causarum, l. 2. & 16. tit. 6. lib. 2. Recopilat. & in criminalibus supremi iudices sunt, vt ab eis non possit appellari, l. 14. & 15. eodem titulo, eandemque iurisdictionem habent in causis Gubernationis, & in territorio grauiori huius Monarchiæ, id est, curia, & ubi Rex noster fuerit cum quinque leucis in circuito, l. 9. & 13. dict. titulo 6. lib. 2. & cum Senatores Consilij

filij Regalis Patrimonij non habeant vniuersalem iurisdictionem, sed limitatam ad ea quæ pertinent ad Regale Patrimonium, inde Prætores Curia intendunt munus eorum excellentius esse, & aliis præcedere debere, is enim iudex maior, qui maiori & ampliori iurisdictione potitur, notant Doctores in rubrica de maiestate, & obedientia, Cassaneus 4. part. consideratione 14. Baldus in l. quilibet, Cod. de decurionibus lib. 10. & lib. 1. conf. 387. Marzario conf. 26. num. 64. Gratian. 3. tom. discept. cap. 590. num. 19. Peregrino conf. 3. num. 39. & 53. Besoldus in dissertatione de præcedentia, cap. 2. post alios, quos allegat Menoch. conf. 126. num. 15. Marefcot. 1. var. cap. 69. num. 13. & licet idem Menochius contrarium tentet defendere conf. 57. num. 15. bene tamen eius sententiam pluribus relatis prosternt Gratianus discept. 111. à numero 76.

4. Et quamuis in rebus fisci Senatores Consilij Regalis Patrimonij, superiores sint non tamen ex eo maiores prætoribus Curia debent existimari ad exemplum delegati à Principe, nam quamuis in causa delegata sit maior iudice ordinatio tamen inferior existimatur, & debet cedere in eis quæ se obtulerint vltra eum casum, c. Sane, c. Pastoralis ubi repetentes de officio & potestate iudicis delegati pluribus refert Barbosa in dict. c. Sane plures, Gratianus late rem tractans ubi proxime, à num. 65. alios refert Bobadilla lib. 2. c. 21. à num. 61.

5. Deinde Prætorum Curia iurisdictionis excellentia expendebatur quia in causis criminalibus merum exercent imperium, & quantum magis æstimabilis vita apud homines quam bona, ita maior iurisdictione cui vita subiaceret obseruant omnes, in Imperium, ff. de iurisdictione adde post antiquiores ibi, Vallam, Oroscium, Cuiac. & Corraf in eius relectione Quintanaduenas de iurisdictione l. p. c. 8. latè post Donellum Osualdum, ad lib. 17. c. 8. literæ, O O. & sequentibus Petrus Gregorius lib. 47. syntagm. c. 13. num. 5. & cap. 14. & capitalium causarum cognitio est pars præcipua iuris publici, l. ita vulneratus, ff. ad legem Aquiliam, & ita accipienda verba textus in l. 1. §. huius studij, ibi: *publicum ius consistit in Sacris, Sacerdotibus, & Magistratibus*, ff. de iustitia & iure, iuncto Donello lib. 2. commentar. cap. 6.

6. Et hæc potestas cognoscendi de causis criminalibus adeo excellens fuit in populo Romano, vt tantum Regibus competeret, nec illis expulsis à Roma etiam Consulibus concessa fuit, qui non poterat capite damnare ciuem Romanum sine consensu populi, l.

2. §. ex actis, ff. de origine iuris, ubi Budeus & Corrafius, Petrus Gregorius lib. 18. Syntagm. iuris, cap. 3. & lib. 47. cap. 5. adde Osuald. qui plura cumulat ad Donel. lib. 17. cap. 8. lit. X X, Menoch. de arbitrariis, lib. 2. casu 68. à num. 12. Quintana Ducnas 2. p. de iurisdictione cap. 8. & quia id concessum fuit Dictatori omnibus excellentior dignitas iudicata, l. 2. §. deinde aucto, ff. de origine iuris, ubi Corrafius, Othomanus lib. 1. antiquitatum, verbo dictator, Petrus Gregorius lib. 47. Syntagm. iuris, cap. 17. Rosinus lib. 7. antiquitatum Romanarum, cap. 17. Alex. ab Alexandro lib. 4. dierum generalium, cap. 23. & ibi Tiraquellus.

Ex quo præcedentiam Prætores curia intendunt, argumentò l. vltimæ, Cod. de ordine iudiciorum, ibi: *quod vtpote maius minori præfertur*, prosequitur late innumeris relatis, Farinac. in praxi, quæst. 100. à numero 1. adde Bucarronem de differentiis iudicij crimin. & civil. præmissis 4. Cassaneus in Catalogo gloriæ 7. part. consideratione 26. Frecia de subfeudis, lib. 1. tit. de officio Magistris Iustitiarij à numero 20. & à numero 28. ibi: *sine controuersia hodie Iudices criminales præcedunt, & præferuntur civilibus in honoribus*, Capiti decif. 27. num. 23. Carolus Tapia decif. 23. à num. 14. Bucarron supra à num. 4. Petrus Gregorius lib. 47. cap. 12. num. 7. Mastrillus de Magistratibus lib. 5. cap. 4. n. 65. & cap. 8. num. 54.

Rursus ex antiquitate cuiusque muneris Prætores Curia intendunt præcedentiam aliis competere: nam insinuant eorum officium antiquissimum esse, & ab anno 1363. auctoritatem habere, l. 1. tit. 6. lib. 2. Recopilat. & iurisdictione civilis & criminalis, regimen Reipublicæ in quo consistit munus Prætorum cum ipsis Republicis originem habuit: nam distinctio Dominorum adeo antiqua, vt iure gentium fere cum ipso hominū initio inducta fuit, l. ex hoc iure, ff. de iustitia & iure, & causam dedit litibus & institutioni Prætorum, qui deciderent, Menchaca lib. 1. controuersiarum Illustrum, cap. 41. num. 40. Marta de iurisdictione lib. 1. cap. 1. num. 27. munus verò Senatorum Regalis Patrimonij nouissimum est inductum ab anno 1554. vt constat l. 3. tit. 1. lib. 9. Recopilat. Vnde Prætores intendunt quemadmodum in quolibet communitate ille potior reliquis existimandus, qui antiquior est, l. 1. de albo scribendo, l. Cod. de Consulibus lib. 12. l. honores, Cod. de decurionibus, Doctores ibi, Decianus responso 22. à num. 5. Cauedo decif. 3. Gamma decif. 1. Maynardus decif. 72. lib. 1. Franchis decif. 138. Fabius de Anna conf. 40. &

& 122. Viuius decif. 230. Tapia decif. 23. Antonius I. variatum, resolutione 81. Paponius lib. 6. tit. 2. arreso 5. Mastrillus dicto cap. 5. num. 9. Riccius in praxi, resolutione 578. Gratianus aliis relatis, tom. 5. discept. 867. à num. 25. ac perinde quod in eadem communitate obseruatur, in diuersis similiter procedere, vt quo antiquior, excellentior alia, vt præcedentiam obtineat, & ideo ad eos pertinere contendunt Curia Prætores, argum. d. c. statumis, c. antiqua, de priuilegiis, Gamma suprâ, num. 52. Boërius de auctoritate Magni Consilij, à numero 86. Freccia dict. num. 28. alios refert Portius conf. 164. num. 1. Pacianus de probationibus, lib. 2. cap. 26. Gratianus decif. 232. num. 2. Molina de primogeniis, lib. 2. c. 14. num. 36. & 37. Barbosa de potestate Episcopi, allegatione 78. num. 28. & 35. & sequentibus, Riccius vbi proximè, alios referunt ex recentioribus nostris D. Lara de annuerialiis, c. 24. n. 7. D. Salgado de protectione Regia, 2. p. c. 11. à num. 26.

9. Cui addendum est quod etiam expendit de promotione Prætorum Curia, quia regulare esse tradunt vt assumatur ad supremum Senatum iustitiæ, ex quo præcedentia considerari oportet iuxta quæ notauit Gama, alia plura cumulans de hac re decif. 1. per totam, & etiam quasi quintam Aulam supremi Consilij Castellæ Prætores aulam suam criminalem exultant, ac perinde quemadmodum sine dubio supremum Consilium Castellæ reliquos omnes Senatus ita præcedit, vt nunquam de hoc controuersia excitata: ita similiter quasi pars supremi Senatus hæc aula præcedentiam obtinere oportet, vt idem de parte quod de toto dicatur, argumento legis quæ de tota, ff. de rei vindicatione, Tiraquellus de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. num. 46. Surdus conf. 193. num. 6. & consil. 435. num. 21. & 22. Menochius de præsumpt. lib. 3. quæst. 35. num. 27. & consil. 72. num. 5. Thufcus practic. lit. A. conclus. 499.

10. Verumtamen etsi hæc omnia à Prætoribus Curia pro sua dignitate expensa fuerunt, adhuc plura sunt fundamenta quæ præcedentiam Senatorum Consilij Regalis Patrimonij suadent.

Quippe Senatus Patrimonij muneris excellentia arguitur, nam administrationi tributorum viri excellentiores semper præponebantur, vt constat lib. 2. Regum, cap. 20. vbi fit mentio Aduram, qui erat Præpositus & administrator tributorum, & Salomō eidem administrationi præposuit Ieroboam lib. 3. Regum, cap. 11. & magnitudo muneris, vt notauit Abulensis d. c. 11. quæst. 29. eleuauit Ieroboam, vt ad Regnum aspiraret, & post

mortem Salomonis consecutus fuit: hæc dignitas Præpositi & administratoris, & tributorum, tempore Dauidis, longè excellerebat eum qui à commentariis dicebatur, lib. 2. Regum, cap. 20. ad finem, id est, Cancellarium maiorem, D. Thom. de regimine Principis, cap. 22. ex pluribus, Pineda de rebus Salomonis, lib. 5. cap. 13. vers. 5. quod munus hodie supremi Senatus Præfidi adhæret, de quo l. 4. tit. 9. p. 2.

Sed Romanorum tempore officium Procuratoris Cæsaris, ad quem Regalis patrimonij conseruatio & administratio pertinebat, cuius loco apud nos subrogatum Senatus Regij patrimonij, quia apud Cæsaris Procuratorem discutebantur omnes causæ, quæ Principis patrimonium contingebant, l. ad fiscum, c. vbi causæ fiscales, l. defendente, ff. de auctorit. tutor. glossa in l. defensionis, verbo *cognitio*, C. de iure fisci, lib. 10. Duarenus ad titulum, ff. de officio Procur. Cæsaris, ad fin. & ibi Orosius in l. 1. ex Cornelio Tacito, Suetonio, Dione, Pomponio, Lato, & aliis, probauit Dominus Amaya ad l. 2. c. de iure fisci, num. 3. & 4. hoc igitur munus erat tantæ auctoritatis, vt eandem quam Cæsar potestatem habebat in rebus fiscalibus, vt norunt Orosius in d. l. 1. num. 3. Cuiacius in paratitla ad eum titulum, & in eo etiam Antonius Mozius, D. Alfaro de officio fiscalis, gloss. 9. & pro eo munere vidèdi Petrus Gregorius, Vvesembequius, Antonius Faber, Poletus, Brisfonius, Leuinus, Torrentius, Iustus Lipsius, Dorleans, Bulengerus, Gutterrius, Ofualdus, & Farinacius, quos refert D. Amaya vbi proximè num. 8.

Sed apud Græcos Imperatores, titulo Comitum honorabatur qui administrationem Principis patrimonij habebat, vt constat ex titulo, C. de officio Comitum rerum priuatarum, explicarunt Salmasius, Bulengerus, Pancirolius, Cassiodorus, & Gutterrius, quos refert D. Amaya ad l. si vacantia §. C. de vacantibus, num. 15. qui num. 10. & 13. tradit, amicos Principis dici, & successisse in locum Procuratoris Cæsaris, & vt Comitum Præfecturæ suffragarentur instituti Procuratores rei dominicæ, in prouinciis qui administrarent, curarent & exigerent quæ ad Principis patrimonium pertinerent, qui rationales dicti, & titulo perfectissimorum decorati, & apud nos Hispanos tempore Regum Gothorum idem admissum, vt qui curam rerum fiscalium habebat, Comes patrimonij dicebatur, & cum Rege subscribatur in consiliis, vt constat ex 13. Toletano in subscriptione virorum illustrium domus Regiæ, & in Consilio 8. & in eadem subscriptione, vt obseruauit D. Archiepiscopus

chiepiscopus Toletanus Garcia de Loayfa in subscriptione, vers. *Comes Patrimonij*, pag. 460. & idem comprobatur ex Concilio Barcinonensi sub Rege Ricardo, inter Concilia Toletana ex eodem D. Loayfa pag. 250. & 251. vers. *Comitis Patrimonij*.

13. Vnde cum in locum horum munerum, qui tanta excellentia & dignitate pollebant, Senatus Regalis patrimonij subrogatum esset, quia ad similitudinem Procuratoris Cæsaris, & aliorum qui tributus præerant, institutum, vt notatur Peregrinus de iure fisci, lib. 7. tit. 1. & tit. 2. num. 1. & 16. Ioannes Garcia de nobilitate, gloss. 3. §. 1. num. 29. ad finem, D. Alfaro de officio fisci, gloss. 16. priuilegio 1. num. 21. cum sequentibus, debet subrogatio censei cum eisdem qualitatibus, dignitate & præminentis, ex vulgari, l. eum qui, §. qui iniuriatum, ff. si quis cautio, l. filia, §. Titia, ff. de condit. & demonstr. l. donatæ, §. si sponfus, ff. de donat. inter.

14. Et quemadmodum Procurator Cæsaris apud Romanos longè plus excellebat Prætores vrbanum & Præfectum vigilum, ad quorum munera referri potest exercitium & iurisdicctio Prætorum Curia, vt satis notum est, & probatione non indiget, ideo debere Senatores Consilij patrimonij illos præcedere comprobatur, quia semper ex maiore dignitate præcedentia procedit ex dicto cap. statuimus, de maiorit. & obedient. l. ex agentibus, 4. §. sed in salutationibus, C. de Princip. agent. in rebus, lib. 12. Petrus Gregorius lib. 4. de Republica, cap. 6. num. 9. Burfatus lib. 4. conf. 343. num. 8. decif. 1. num. 13. Ponte conf. 14. num. 44. & decif. 8. Fabius de Anna lib. 1. conf. 40. num. 25. Romanus singul. 691. & alios referens Dominus Valenzuela conf. 34. num. 88. & non esse antiquitatem attendendam, sed maiorem dignitatem ad præcedentiam probauit Marcellus Maurus tom. 1. alleg. 50. per totam, vt defenderet præcedere debere Ducem Florentiæ, quia maiori dignitate præstat contra Ducem Ferraræ, licet iste antiquior esset, & primò Dux creatus, addendi Peregrinus consil. 3. num. 39. & 53. Gratianus 1. tom. disceptation. cap. 111. num. 74. & 3. tom. cap. 590. numero 19. vbi latè probat.

15. Tum etiam Senatus Regalis Patrimonij, etiam ad fisci bona, restrictam tamen vniuersalem in tota Hispania iurisdictionem habet adeo vt quod ex Indiarum Regionibus ad Regale Patrimonium adducitur eo ipso quo nostræ classes inuehunt in Hispalensia littora subiaceat administrationi Senatus Patrimonij, Prætoris vero Curia solum ad quinque Leucas eius iurisdictione extenditur, vnde ma-

Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. tom. 1.

ior censei debet dignitas Senatorum Patrimonij iuxta glossam in authentic. constitutio. quæ de dignitatibus, §. generaliter, verb. *nobiliores*, collat. 6. vbi tradit Præsidem nobilitari per subiectos, sequitur Abbas conf. 21. lib. 1. Casaneus in Catalogo gloriæ mundi 4. p. confid. 51. vers. 8. & 5. p. confid. 37. & part. 12. conf. 56. cum sequentibus, Menoch. conf. 51. num. 11. & conf. 126. num. 15. & conf. 902. num. 16. Marcario conf. 26. n. 64. Menchaca controuers. illustrium lib. 1. in præfatione, n. 127. & inde Regum ipsorum præcedentiam regulandam & illorum legatorum iuxta maiora, & opulentiora Regna, & prouincias quibus dominantur vt ex c. percipimus, distinctione 93. notarunt Romanus singul. 302. Lucas de Pena in rubrica, Cod. de legatis, lib. 10. Bertrandus lib. 1. conf. 73. Martinus Laudensis de legatis Princip. quæst. 27. Ioannes de Montaigne de authorit. Magni consilij num. 118. D. Valdes de dignit. Regum Hispaniæ cap. 3. & 4. D. Valenzuela in discursu status & belli, num. 26. qui inde Regum nostrorum præcedentiam desumunt iuxta doctrinam Baldi in l. 1. ff. de officio præfect. Prætor. & in l. sed & similes, ff. de excusat. tutor. & aliorum quos refert Casaneus in catalogo. p. 5. confid. 37. Aluarus Pelagius de planctu Ecclesiæ artic. 62. conclus. 6. quia cum maioribus, & excellentioribus prouinciis, Reges nostri sine dubio dominantur alios præcedere debent ex Valdesio vbi proxime, c. 12. Menchaca supra D. Gregorius Lopez, Madera in tractatu excellentiæ Monarchiæ Hispaniæ, Ceuallos in tractat. violentiarum, 1. p. gloss. 18. Camillo Borrello de præstantia Regis Catholici c. 43. & c. 45. num. 8. D. Solorcano lib. 1. de Indiarum iure, cap. 16. num. 45. cum sequentibus, & doctorum exterorum negare non potuerunt Bolognetus conf. 1. n. 209. Marcarius dicto conf. 26. Pacianus de probat. lib. 2. c. 35. & 38. Maiolus dierum canicular. 4. tom. colloq. 5. pag. 324. & alij plures quos referunt supra relati, nec ausus est negare Casaneus d. 5. p. considerat. 27. & 37. quamuis vt Gallus pro suo Rege contendat, & Hispaniæ præcedentiam postquam ei tot regna & regiones accefferunt, indubitam tradit Befoldus in dissertatione, de præcedentia, c. 2. pag. 133. & sequentibus, quibus addendus Iacobus Mainoldus in tractatu de titulis Philippi Regis.

Quo fit vt cum in Regnis Hispaniæ omne quod ad regale patrimonium applicatur, & ad regna Castellæ adducitur subiaceat iurisdictioni, & administrationi Senatus Patrimonij debeant eius Consilij rogati præcedentiam habere contra Prætores Curia cum

E e e intra

intra quinque leucas sua ordinaria iurisdictione limitetur, l. 9. & 13. tit. 6. lib. 2. Recopil. & inde maior excellentia iurisdictionis Senatorum Patrimonij consideratur quæ in vniuersa Hispania, & tot Regnis exercetur ex traditis per Baldum lib. 1. conf. 387. Decius conf. 161. ad finem, Signorolus conf. 23. num. 2. Casanæus, in catalogo 4. p. consideratione 9. & 10. & 44. Rotæ decif. 4. de electione in nouis, Menochius dict. conf. 126. num. 15. sed à prætoribus Curia in causis ciuilibus appellatio interponitur ad supremum, & Regale Senatum iustitiæ, causæ vero Senatus Patrimonij vltra illum non progrediuntur sed in eo finem accipiunt, vt supplicatione ad eundem Senatum interposita re iudicata nihil amplius de negotio tractari possit, adeo vt ex ordinationibus Consilij Patrimonij nec supplicatio extraordinaria cum pœna mille, & quingentarum duplarum auri in causis Patrimonij Regij admittatur vnde illius iurisdictione sine dubio maior, & excellentior quam prætorum Curie existimanda à qua appellatio interponitur iuxta quæ notarunt Felinus in c. cum olim de re iudicata, & in c. delecti, & in c. cum inter de exception. A flicis ad constit. rubric. de regalibus num. 9. Ponte de potestate Pro Regis titulo de diuers. prouiso. §. 4. Rosental. de feudis, cap. 5. conclus. 13. lit. C. Calicius de fisco dub. 8. num. 5.

17. Vterius Prætores Curia non decorantur honorifico Consiliorum titulo vt manifestum est, quo Senatores Patrimonij, & eius fiscalis à Rege nostro honorantur vt constat ex rescripto, ad hoc expedito, de quo mentionem fecimus, l. p. allegat. 1. num. 11. & 12. & ideo in controuersiam adduci non potest, vt qui titulo Consilij decoratur debeat præcedere eum qui illo non gaudet quia ex dignitate tituli debet præcedentia iudicari non habita consideratione antiquitatis, vt dignitas quæ posterior creata antecellat minorem quæ primo inducta, notatur in tit. C. vt dignit. adeo seruetur, pluribus Tiraquellus de iure primogenit. in præfat. n. 79. Mastrillus, decif. 130. n. 13. & de magistratibus lib. 4. c. 14. n. 29. Carolus de Tapia decif. 21. n. 15. Ponte decif. 8. n. 2. Riccius collectanea 1446. Franchis decif. 365. ex Innocentio, & Casaneo, Bobadilla lib. 2. Politicæ, c. 16. n. 15. qui tradit eum præcedere debere qui gaudet dignitate, quæ magis Regi adhæret, & addendi D. Valenzuela conf. 34. num. 90. Befoldus de præcedentia cap. 3. num. 4.

18. Et cum dignitas consilij magis ad Regem accedat quæ Prætoris Curia ideo Consilij Patrimonij Regis præferendi quia Consilij munus excellentissimum est, quia ad

Principis latus sedere debent, Bartolus in l. iurisperitos, ff. de excusat. tutor. Camillus, Borellus de præstantia Regis Catholici c. 64. num. 19. & illorum dignitas explicatur in sacra pagina Ecelesiastes cap. 6. num. 6. ibi: & Consiliarius vnus de mille, plura quæ ad illorum præstantiam notarunt Mastrillus de magistrat. lib. 2. c. 1. & pro omnibus quia omnia cumulat vide nostrum D. Laurentium Ramirez de Prado, in perpolitio tractatu Consilij, & Consilij in eius introductione, & consilij munus alios omnes Magistratus, qui Consilij non sunt præcedere oportere tenuerunt Baldus in l. quilibet, Cod. de decurion. lib. 10. & lib. 1. conf. 387. Abbas lib. 1. conf. 21. Marzarius, & Peregrinus vbi supra, Signorolus conf. 23. Tiraquel. de primogenit. 9. 6. Gamma decif. 1. & eius additionator ad fin. Menochius conf. 51. num. 6. & conf. 52. n. 27. Gratian. tom. 1. disceptat. cap. 111. num. 74. & tom. 3. cap. 590. num. 19. Casaneus in catalogo, 4. part. considerat. 51. num. 8. & 5. part. confid. 37.

Sed etiam cum Senatus Regalis Patrimonij constet tribus sessionibus & tribunalibus, quorum maius, & præcipuum est equitum, quibus iniuncta administratio Patrimonij secundum senatorum, qui togati, & literati causas iustitiæ decidunt, alterum calculatorum Regiarum rationum, vt notauimus 1. part. alleg. 22. num. 16. 17. & 18. cum adhuc Consilij equites præcedant Prætores Curia, vt notum est, nec in controuersiam deduci possit contra possessionem, & consuetudinem, quæ regit præcedentias, & suffragatur Consiliariis equitibus Patrimonij, ex c. licet causam, de probation. vbi omnes communiter, & maxime Baldus num. 6. Felinus & Decius num. 1. ex multis Tiraquellus de nobilitate, cap. 20. num. 58. Lara de Corduba in princip. l. si quis à liberis, num. 31. Befoldus de præcedentia, cap. 3. num. 5. iunctis, quæ pro consuetudine, vt ea principaliter attendi debeat ad præcedentias notarunt Innocentius in cap. 1. de maiorit. & obedientia, Bald. in c. cum olim de consuetudine, & in l. obseruandum, §. antequam, ff. de officio Proconf. Paris. vol. 4. conf. 149. num. 1. Aretinus conf. 23. Grammatic. decif. 64. num. 35. Seraphinus decif. 964. Mastrillus de Magistratibus lib. 5. c. 4. num. 30. Gratian. tom. 2. disceptationum, cap. 298. num. 8. & 9. & tom. 3. cap. 492. num. 9. & tom. 5. cap. 867. num. 27. Fabius de Anna conf. 40. num. 1. Felix Contelorus in quæst. de præcedentia, num. 6. & 58. Ludouicus Rodolphinus in tractatu de origine, & dignitate, & potestate Ducum Italiae, num. 234. & 252. & alij plures, quos referunt prædicti. Igitur

20. Igitur cum confessus & tribunal Senatorum, qui togati, sit vnitum, & incorporatum consilio equitum: nam isti administrant Patrimonium, Senatores vero literati decidunt eius causas & lites, quæ ad iustitiam pertinent, quando togatorum præcedentia aliquod posset dubium admittere ratione vnionis, extra dubium est, vt quemadmodum Consilij equites præcedunt Prætores Curia, ita etiam togati præcedant, ne absurdum sequatur, vt eadem res, videlicet idem Senatus diuerso iure censeatur contra l. eum qui ades, ff. de vsucap. & circa incorporationem & vnionem vide quæ notarunt Oldradus conf. 390. num. 10. Decius conf. 36. n. 9. Alexand. lib. 1. conf. 20. num. 4. Angelus conf. 247. Decianus lib. 1. conf. 31. num. 67. Surdus decif. 78. num. 11. & decif. 88. num. 10. Peregrinus de fideicommissis, art. 16. num. 73. Tuschus lit. A, conclusione 182. & lit. V, conclus. 230. num. 5.

21. Et quoad priuilegia & prærogatiuas, vt eis gaudeat, vnitus & incorporatus cum eo, cui vnitus, cap. cognouimus 12. quæst. 2. cap. cum in tua, de decimis, Tiraquellus in l. si vnquam, verbo donatione largitus, num. 284. & de retractu Lignagij §. 1. glossa 8. n. 20. Cassiodorus decif. 3. de pensionibus, num. 6. Tuschus practicar. lit. P, conclus. 733. & in terminis præcedentia in sessionibus eius, qui alteri accedit, eandem eius cui vnitur esse debere ex Abbate, Romano, Zanco & Rotæ decisione probauit Gratianus tom. 5. discept. cap. 940. num. 26. & 27.

22. Præterea illud etiam notandum in omnibus casibus, in quibus Rex noster publicè incedit, cum suis Senatoribus, præsertim in die festiuitatis sanctissimi Sacramenti, vbi corpus Domini nostri Iesu Christi solemnè processione comitatur cum ipso Rege locum esse designatum Consiliariis Patrimonij Regij, quod tamen non conceditur Prætoribus Curia, & cum in actibus publicis, & processibus honorabilior locus designatus sit Senatoribus Patrimonij etiam debent in omnibus aliis casibus præcedere ex traditis à Baldo lib. 1. conf. 387. Peregrino conf. 3. num. 1. Menochio conf. 126. num. 6. Pacianus de probat. lib. 2. cap. 26. num. 136. Tiraquell. de nobilitate, cap. 24. num. 25. & 26.

23. Sed & similiter auget dignitatem Senatorum Regij Patrimonij eorum ministerium circa decidendas grauissimas causas, & opulentissimas, vt iudicium apud eos pendeat, quod aliquando quatuor, & plus miliones excedat, & in contractibus cum negotiatoribus, quos dicimus, *asientos*, aliqui decem miliones superant, & illorum institutio

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Tom. I.

est circa causas ciuiles, quarum Iudices semper excellunt eos, qui criminalibus præpositi, vt Curia Prætores, qui præcipuè in eis versantur, & iurisdictionem superiorem circa crimina exercent, & præferendos esse Iudices Ciuiles, tenuerunt Antonius Vrsillus in tractat. de cur. Præsid. authen. cap. 10. Follericus in constit. Regni iusticiarij, col. 3. versic. in textu, ibi: *hinc est*, Franchis decif. 131. Maximus Freccia de subfeudis, lib. 1. tit. de officio Magistri Iustitiarij, cap. 25. 26. 27. quos refert Mastrillus de Magistratibus lib. 5. cap. 4. num. 65. 66. 67. Thoro in compendio decisionum, verbo officialis, col. 2. versic. 2.

Sed & maior auctoritas, qua munus Senatorum Patrimonij exercetur attendendo Senatui, & iudicia expediendo, non vero, vt Prætores Curia sceleratos homines, latrones, homicidas, & concubinaros persequentes vigiliis noctium valde inquieti, vt nemo non sit, qui cum ad officium Prætoris Curia assumeretur, si ei electio esset data muneris Senatoris Patrimonij id potius non eligeret, ex quo & suprema iurisdictione nulli summissa, Præter Principi, apud omnes maioris dignitatis, & vtilitatis habetur munus Senatoris Regij Patrimonij quam Prætoris Curia, & iuxta opinionem hominum maior dignitas iudicanda, vt ex l. Athletas, §. 1. ff. de his, qui notan. infamia tradit Bald. lib. 1. conf. 387. n. 1. vbi statuit eam maiorem dignitatem cense-ri, quam generaliter homines existimant esse maiorem, notarunt Boherius decif. 286. numero 8. Gratianus tom. 1. disceptationum, c. 111. num. 74. idem Bald. in cap. cum olim de consuetudine, & in l. 2. ad finem, Cod. de rescind. venditione, Seraphinus decif. 964. Riccius Collectanea 1446. Mastrillus decif. 130. num. 19. Bobadilla lib. 2. Politicæ, cap. 10. ex num. 48. & regulariter æstimandas res, pro vt vulgo, & communiter æstimantur, dict. l. Athletas, §. 1. comprobant Euerardus loco ab opinione vulgi, Corsetus in singularibus, verbo *opinio*.

Nec obstant quæ pro Prætoribus adducta, 25. nam eis facile responderi potest, nam quoad illud de quo num. 2. illorum iurisdictionem maiorem esse, quia eius exercitium est in hac Curia, & maiori numero personarum, quia in omnes procedit, quippe non ex numero personarum excellentia iurisdictionis consideratur; sed quia amplior, superior, vel in melioribus exercetur Senatus Regalis patrimonij amplior iurisdictione est, quia in omnibus Castellæ Regnis procedit non limitata vt iurisdictione Prætorum intra quinque leucas Curia, vt notarunt Casaneus in Catalogo, 4. p. consideratione 44. & post alios Menochius

nochius conf. 126. num. 15. & inde superior dignitas Senatorum iudicatur, vt latè probauimus; & quia à Senatoribus nullus est appellationis, vel supplicationis recursus, & adeò excluditur, vt nec supplicatio extraordinaria mille & quingentarum duplarum auri locum habeat, in Prætoribus verò Curia ordinaria est appellatio in causis civilibus ad supremum iustitiæ Senatum, & in causis criminalibus, in quo Prætorum iurisdictione superior existimatur ab ipso supremo Senatu solent causæ auocari & retineri, cum id expedire videbitur, & ideo nec in civilibus aut criminalibus causis nulla potest æqualitate considerari cum iurisdictione Senatus patrimonij, quæ in melioribus Hispaniæ exercetur, id est, omnibus qui Caltra vestigalia & donationes à Rege habent qui sunt ditiores & potentiores, & quamuis etiam Prætores procedant contra Magnates & Nobiles Regni, non ideo nobilior est eorum iurisdictionis exercitium, quod etiam procedit regulariter circa seditiosos, latrones, homicidas, & improbiore Reipublicæ; vnde ex eodem, quo in d. num. 2. expenditur excellentior, oportet censeri iurisdictione Senatus supremi Regalis Patrimonij, quia melioribus præest; & vltra supra relatos probarunt Baldus in l. quilibet, C. de decurion. lib. 10. Porcius Imolenis conf. 167. num. 29. Boherius in tractatu de ordine graduum vtriusque fori, num. 45. Menoch. 51. num. 11. & conf. 126. num. 15. & consil. 902. num. 16. & in specie notauit Baldus lib. 3. conf. 333. vbi probat ideo Prætores Florentiæ esse digniores Prætorum, quia præest maioribus, ex Signorolo idem tenuit Thufcus litt. D. conclus. 430 n. 13. & 14.

26. Sed illud quod pro Prætoribus adducebatur, esse iudices causarum Senatorum patrimonij valde futile est, vt in consequentiam trahi non debeat, quia de illis cognoscunt tanquam de litibus priuatorum, non verò vt de Consiliariis, & similiter cognoscunt de rebus omnium Consiliariorum supremi Senatus iustitiæ, status & belli, quos inde præcedere velle absurdum esset, quemadmodum si quilibet Corrector, aut eius locum tenens, quia iudicat de negotiis Senatorum; ideo contra illos præcedentiam intenderet, & illa non consideratur nisi ex suprema iurisdictione totius Senatus, quæ nullo modo prædicta consideratione comprehenditur.

27. Verum similiter in hoc considerari oportet quando Prætores Curia cognoscunt de aliquo negotio quod ad Regia vestigalia pertineat appellari ab eis ad Senatum patrimonij, in quo sententia confirmatur, vel re-

uocatur, aut causa retinetur, ex quo superior iurisdictione Senatus patrimonij arguitur, quia appellationes semper interponuntur de iudicibus inferioribus ad superiores, cum appellatio propriè sit de minore iudice ad maiorem prouocatio, l. 1. ff. de appellat. l. 1. C. vbi & apud quem, c. anteriorum, 6. q. 6. Ancharan. conf. 132. Gozadinus conf. 76. num. 6. & quia appellatio debet fieri ad superiorem, nec potest ad æqualem vel inferiorem appellari, Scaccia de appellat. artic. 1. Thufcus litt. A, conclus. 349. 350. 352.

Præterea quod expenditur num. 3. pro excellentia Prætorum Curia, illorum iurisdictionem ordinariam esse, nihil mouet, quia non extraordinaria, sed excellentiori iurisdictione præcedentia consideratur, aliàs quilibet Corrector, vt prædiximus, excelleret Senatorum patrimonij; & quamuis tempore Romanorum plures fuerunt Magistratus qui ordinariam iurisdictionem exercebant, tamè nullus æquari videbatur cum Procuratore Cæsaris, qui Res Principis iudicabat vt Senatus patrimonij, & quod delegato expenditur num. 4. procedit in delegato ad vnam causam, non verò quando est ad vniuersitatem causarum, quia tunc pro ordinario habetur maximè in tam ampla & excellenti iurisdictione circa administrationem Regij patrimonij.

Nec magis vrget quod de criminali iurisdictione expendunt num. 5. vt ea præcedat civilem, quanto magis æstimabilis est vita quàm bona, quippe iam supra animaduertimus vt excellentior iurisdictione civilis consideretur, quæ non solum consistit in causis bonorum iudicandis, sed etiam in gubernatione Reipublicæ, quæ longè omnes iurisdictiones superat, tum & Prætores Curia non habent supremam & absolutam iurisdictionem criminalem, quia solent grauiore causas criminales à Senatu supremo, cum expedierit auocari, vt prædiximus.

Multo minus mouebit quod de antiquiori munere Prætorum obiicitur, quia vltra quam Præfectus tributorum tempore Davidis & Salomonis antiquissimus fuit, & Procurator Cæsaris in quorum locum subrogatus Senatus Patrimonij, non ex antiquitate Magistratus, sed ex illius excellentia debet præcedentia regulari, vt l. 1. & 2. Cod. de officio Præfecti Prætor. l. 1. Cod. de Consulibus, lib. 12. l. 1. de albo scribendo, cap. Episcopos, 17. distinctione, cap. Episcoporum, 74. distinctione, cap. Itatuimus de maiortate, & obedientia, ibi: *qui maior est ordine, etiam si postea sit receptus, potiore esse volumus*, l. 1. C. vt dignit. ordo seruetur, vbi Ioannes Plarea tradit

trahit num. 2. in dignitatibus duplicem ordinem reperiri, vnum prioritatis temporis, alium maioritatis, honoris, & supra iam notauimus.

31. Denique quod de promotione Prætorum Curia ad supremum iustitiæ Senatum expenditur, multò minus procedit, quia magis regulare est, vt à Senatu Regalis Patrimonij ad illum assumantur, vt manifestè experientia comprobatur, quia cum hodie vnus tantum sit in supremo Senatu, qui ex Prætoribus Curia assumptus, quinque sunt ex Senatu Patrimonij, vnde ex eo multo magis illius Consiliarij præcedere debent; & quod de quinta aula Senatus supremi esse Prætores Curia tradunt, & cum eo incorporatos leuioris ponderis est, quia quamuis Prætores Curia assistant supremo Senatu ad eius decretorum executionem, & decorem, non tamen cum eo vniti, vel incorporati, quia cum supremum Consilium cum reliquis Senatibus incedit, nullus locus est Prætoribus Curia, qui separari à supremo Senatu non deberent, si pars eius essent, vel ei vniti, quæ admodum non separatur fisci Patronus supremi Senatus, quia eius pars censetur, nec supremus Senatus aduocaret causas à Prætoribus Curia, si eius aula quinta censeretur, sicut nunquam de vna aula ad aliam auocantur.

Hæc controuersia adhuc pender, nec à Rege nostro decisa, etsi in fauorem Senatus Patrimonij speretur decidenda, interim tamen iussu à Rege, quando in aliquo consensu concurrerent Prætores Curia & Senatores Patrimonij, qui prius peruenerit ad confessum, ille præcedat.



ALLEGATIO LIII.

Reformatio Priuilegiorum circa vestigalia ad Senatum Regalis Patrimonij pertinet.

1. Priuilegia exemptionis Gabellarum reformatanda ad culturam, & curam procedunt.
l. 11. tit. 18. lib. 9. Recopil.
Iudicium vbi captum ibi finiendum.
l. vbi captum, de iudiciis, & num. 4. & 5.
2. Fiscalis causa suos iudices semper habuerunt.
l. 2. C. vbi causa fiscales:

l. 1. §. 3. tit. 2. lib. 9. Recopil.

l. 2. §. 25. in additione, tit. 2. lib. 9. Recopil.

3. Fiscalis causa debent remitti ad fisci Senatum etiam si in aliis Senatibus pendeat.

l. 1. Cod. de officio Comit. sacri Palatii.

l. 1. Cod. de officio comit. rerum priuat.

4. Iudicium captum ibi finiendum, quando eadem questio qua in alio iudicio discutitur agitatur.

5. Iudicium aliquo modo diuersum non causat dependentiam ad illud.

6. Clerici qui exempti à Gabellis non gaudent exemptione in eis qua ex negotiatione procedunt.

Clericus an aliquis si dubitetur ad exemptionem vestigalium potest de facto Clericatus cognoscere secularis.

7. Litis pendente exceptio solum locum habet, vbi exceptio rei iudicata locum habet.

l. si quis cum totum, §. si ancilla, ff. de except. rei iudicata.

8. Totum qui petit, & postea partem ex eodem iure exceptione rei iudicata repellendus.

l. qui totum in principio de except. rei iudicata.

9. Exceptiones modificatiua admittuntur contra rem iudicatum & instrumentum.

l. tamen si, ff. ad S. C. Macedonian.

l. ex diuersa, 18. §. fin. ff. solut. matrimonio.

l. si fideiusor, 42. §. 1. ff. de fideiusor.

l. Neseimius Apollinaris, 41. §. fin. ff. de rei iudicata.

10. Contractus interpretandus ab eo qui fecit.

l. 2. §. postea ne diutius, ff. de orig. iuris.

l. in contractibus, §. fin. Cod. de non numer. pecun.

11. Fiscum quomodocumque causa contingat, & de contractibus ab eo factis priuatiue in Senatu Regalis Patrimonij cognoscendum.

l. nulli, Cod. de iudiciis.

De controversia iurisdictionis, & de ea qua pertinet ad supremum Senatū Regalis Patrimonij circa reformationem priuilegiorū exemptionis vectigalium.

PRIVILEGIUM quod habebat ciuitas, ne gabellas solueret, cum à fisci Patrono Regalis Patrimonij aduersus eam actio intenderetur, vt ex l. i. tit. 19. lib. 9. Recopil. priuilegium esset limitandum ad ea solum, quæ ex cultura & cura vicini in eo loco venderent, oppositum ab eis fuit super reformatione ipsius priuilegij iudicium pendere in supremo Senatu iustitiæ Castellæ, & iudicium non esse agendum in Senatu Regalis Patrimonij: nam vbi ceptum semel est iudicium, ibi finem accipere oportet, l. vbi ceptum, ff. de iudiciis, vbi communiter notatur, maximè à Bartolo, & Baldo Pereius lib. 1. regular. conclus. 22. Corsetus in singularibus, verbo *iudicium*, Alphanus collectanea, num. 685. Antonius Gabriel communium, tit. de iudiciis, conclus. 1. ideoque litem ad Senatum iustitiæ remittendam ex traditis à Bernardo Diaz regula 382. Afflictis decisione 254. Claudius Cautiuncula consil. 14. num. 19.

Verum eo non obstante iudicium de hac re pertinere ad Senatum Regalis Patrimonij, & in eo reos debere respondere petitioni fisci Patroni, probatur: nam iure communi, & Regni causæ Regalis Patrimonij semper habuerunt suos Iudices, qui de illis cognoscerent, l. 2. Cod. vbi causæ fiscales, ibi: *non animaduertimus cur causas ad officium Procuratorum nostrorum pertinentes ad Proconsulis notionem aduocare velis*. l. 1. §. 3. tit. 2. lib. 9. Recopil. ibi: *Primeramente de los negocios, causas, y pleitos que se mouieren y trataren en nuestro nombre contra qualesquier consejos vniuersidades, y personas particulares de qualquier estado, condición, o preeminencia, que sean que leuban, o cogen, o goçan pretendentener y llenar, y goçar las rentas, pechos, y derechos reales à nos pertenecientes de las quales dichas causas, y negocios conozcan y puedan conocer en la dicha nuestra contaduria mayor en primera instancia*, & in Gabellarum materia hoc probat expresse lex 2. §. 25. tit. 2. lib. 9. Recopil. ibi: *Y de todos los pleitos de iusticia entre partes sobre rentas reales pechos derechos, que se nos debieren, y fueren ocupados por qualesquier personas, y de todo lo anexo, y perteneciente*

a ellos, y de los pleitos sobre exenciones, que se pretendan de pagar alcabalas y tercias, pechos y derechos, y otras rentas nuestras.

Quod adeo verum est, vt quamuis super dictis rebus sit iudicium ceptum in alio tribunali non obstante litis pendentia debet remitti ad aliquod priuatiuè pertinet, vt constat ex l. 1. Cod. de officio Comitum Sacri Palatii, ibi: *Ad Palatinorum curam & rationalium officia omnium rerum nostrarum, & totius perpetuarij iuris exactio reuertatur*, iuncto, quod pro verbo *redire*, ego notauit 1. part. decis. Granat. 3. num. 17. & facit l. 1. C. de officio Comitum rerum priuatarum, ibi: *si quid negotiorum actitatum fuerit, in quibus aliquid commodi fiscalis appareat ad officium rei priuata tua grauitas acta transmittat*. Et ita ad nostrum Senatum Regalis Patrimonij quoridie plures causæ remissæ, quæ abhinc plus quàm triginta anni in aliis tribunalibus pendebant.

Deinde, quia etiam si regula dictæ l. vbi ceptum, posset locum habere in rebus, quæ pertinent ad Regale Patrimonium in quibus semper ad eius Senatum remissio facienda, etiam si in alio tribunali iudicium penderet, adeo tamen vltra id in hoc casu non potest locum habere decisio textus in d. l. vbi ceptum, quia non constat illud primum iudicium de eadem re institutum fuisse, & pendere: nam eius textus sententia procedit, quando in vtroque iudicio eadem res ipsa non aliqualiter diuersa deducta, sed ita identitas causæ consideretur, vt ex sententia in vna lata exceptio rei iudicatæ ad aliam nascatur, vt notarunt Iason in l. nulli, num. 3. C. de iudiciis, & in l. pecuniam, num. 6. Cod. si certum petatur, Alex. lib. 3. consil. 106. numero 29.

At verò quoties quæstiones, quæ in vtroque iudicio discutuntur, etsi in aliquo conueniant, non fuerint omnino similes, sed differunt, regula dictæ l. vbi ceptum non procedit, vt præter supra adductos tenuerunt Bart. in l. si pluribus, num. 1. ad finem, ff. de leg. 1. Iason, Alexander, Corneus, Socinus, Capicius, Antonius Gabriel, Innocentius, Felinus, & Decius, quos referi Petrus Barbosa in l. si quis posteaquam, num. 277. ff. de iudiciis, Afflictis decis. 30. num. 2.

Et in hoc casu identitatem deficere ex eo apparet: nam illud iudicium, quod in Senatu iustitiæ pendere allegabatur, etsi acta apparerent, sed solum primum decretum ad libellum datum, quod dicimus, *Provision de emplacamiento*, illud respiciebat, an priuilegium exemptionis esset obseruandum: at verò in Senatu Regalis Patrimonij hodie id inten-

intenditur, vt quamuis esset obseruandum, & re iudicata obtentum esse pro eius validitate, tamen exemptionem solutionis vectigalium esse limitandam solum ad ea, quæ ex cultura, & cura vicinorum, non quæ ex negociatione procedunt, vt generaliter similia priuilegia restringuntur in dict. l. 1. & etiam in Clericis, qui exempti sunt à Gabellis, exemptio non extenditur ad ea, quæ ex negociatione vendiderint, Felinus in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ num. 105. & Decius num. 57. de constitut. Bertachinus de Gabellis, 7. part. princip. num. 8. l. 17. tit. 18. lib. 9. Recopil. quæ ex Nauarro, Matienzo, Gironda, Lafarte, & pluribus exornat idem probans Gutierrez de Gabellis, quæst. 93. adde Salcedo in practic. cap. 55. adeo vt si dubitetur, an Clericus sit ille, de quo agitur, vt Gabellam soluat, huius rei cognitio potest esse Iudicis secularis, vt ex Gregor. Lopezio notauit D. Salgado 4. part. de Regia protectione, cap. 14. numero 104.

Et tunc solum exceptio litis pendentis vel rei iudicatæ locum habebit quando in secundo iudicio idem quod in primo deduceretur vt notauit Vlpianus in l. si quis cum totum, §. si ancilla, ff. de except. rei iudic. ibi: *quidem ita desuiri potest toties eandem rem agi quoties apud Iudicem posteriorem id queritur quod apud Priorem quæsitum est*, iunctis quæ notantur in l. cum quæritur, ff. eodem, & traditis à Cauallano, Giurba, Surdo Fabio de Ana. D. Salgado, & aliis quos ego retuli, 2. p. decis. 77. num. 10. ideo cum longe diuersum ius deduceretur in Senatu iustitiæ quam in Consilio Regalis Patrimonij nam in eo generaliter de valore priuilegij agebatur, in hoc vero vt etiam si absolute valeretur, exemptio gabellarum limitanda esset, nullo modo poterit locum habere exceptio litis pendentis vel rei iudicatæ.

Nec obstabit dict. l. si quis cum totum in principio, vbi qui totum petierit, excludendus exceptione rei iudicatæ à petitione partis quia respondendum est, eius textus sententiam procedere quando is qui totum petierit vult partem petere ex eodem iure, & causa ex qua totum petiit, secus vero si ex diuersa vt docuit Paulus Castrensis, in eo textu in principio, & probatur expresse in d. §. si ancilla, vers. in his igitur ibi: *Sed in cements, & tignis*, diuersum est, nam is qui insulam petiit, si cementsa vel tigna vel aliquid aliud suum petat in ea conditione est vt videatur aliud petere. Sic in nostro casu, non agitur de infirmando priuilegio ex nullitate iniustitia, non vsu vel defectu possessionis aut ex aliis causis quæ solent contra prædicta

priuilegia opponi, sed solum dicitur hoc priuilegium vt cumque sit validum, & in obseruantia exemptionem Gabellarum, quam concedit limitandam ad ea quæ ex vicinorum cultura proueniunt, ex d. l. 1. quod antea in iudicium deductum non est, postquam ab hinc paucis annis à fisci Patronis istæ actiones propositæ fuerunt vt priuilegia limitarentur.

Præterea quia licet non solum hoc iudicium penderet in Senatu iustitiæ sed etiam re iudicata in eo obtentum esset, priuilegiū obseruandum, adhuc nihil obstat nonæ actioni quæ à fisci aduocatis aduersus priuilegium, intenditur, quippe vltra quam res diuersa est vt prædiximus, licet aduersus rem iudicatam non admittantur exceptiones quæ illam destruant, vel in totum impugnent rectè verò admittuntur quæ limitant, modificant, vel restringunt, vt in nostro casu priuilegium esse limitandum in rebus quæ ex negociatione procedunt, & similes exceptiones in executione rei iudicatæ possunt de nouo opponi, & probari, arg. l. tamen si, ff. ad Macedonianum l. ex diuersa, 18. §. fin. ff. solut. matrimonio, l. si fideiussores 42. §. 1. ff. de fideiussores, l. Nefennius, Apollinatis, 41. §. fin. ff. de re iudicat. Iason in l. r. num. 18. C. de iuris & facti ignorantia plures refert Parladorus lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. 5. p. §. 11. num. 25. post plures Boërius decis. 43. num. 1. & 5. & idem est contra instrumentum stante statuto quod nulla exceptio admittatur, vt tradit Bart. in l. filius, ff. quod cum eo Iason in d. l. r. de iur. & fact. ignor. & hos referens Menalles ibidem, num. 39. Alex. & alij, quos refert & sequitur Auendano in l. 4. & 5. tit. de las excepciones, num. 28. versic. & licet ista opinio late Barbosa in l. maritum, 46. & 53. ff. soluto matrimonio.

Sed etiam ad Regalis patrimonij Senatus iurisdictionem spectat interpretatio contractuum, qui ab ipso fierent de rebus Patrimonij Regij, aut si quid ex ipso contractu procederet, quod eius extensionem, restrictionem, vel recessionem respiceret, & generaliter quælibet interpretatio facienda est ab eo, qui contractum fecit, quia vltra quam contractus fuit circa Patrimonium Regium interpretatio rectius facienda ab eo, qui celebravit, vt argumento l. 2. §. postea, ne diutius hoc fieri, ff. de origine iuris, ibi: *ut leges corrigerent, si opus esset, & interpretarentur*, notarunt interpretes ibi, & facit glossa, verbo Præses Prouinciarum in l. ab executore 4. ff. de appellat. vbi Bart. num. 5. late Ripa in rubrica, ff. solut. matrim. num. 48. l. in contractibus, §. fin. Cod. de non numerat. pecunia, & post

post plures ex antiquioribus, quos refert, notavit Couar. lib. 1. variar. cap. 4. num. 1. & videndus Additionator ad Decium in l. vinum, ff. si certum petatur, num. 11. lit. A.

II. Et generaliter de omnibus rebus, quæ fierent in Senatu Regalis Patrimonij non posse cognosci in Cancellariis legibus nostri Regni decretum est ex nouis ordinationibus huius Senatus, quæ editæ anno 1593. & constat cap. 74. Curiarum Matrini anno 1585. & in noua compilatione legum hoc inferum fuit, vt constat ex libello ei addito, lib. 2. tit. 5. & absolutè quotiescunque fiscum causa contingere potest, vel de eius præiudicio tractatur, ea discutienda in Senatu Regalis Patrimonij, quia non debet coram Iudicibus extraneis fiscus litigare, sed coram propriis ex toto titulo, Cod. vbi fiscales causas, & si quid ratione dependentiæ, connexitatis, aut coherentiæ possit ad illas causas pertinere iuxta l. nulli, Cod. de iudiciis, & quod notarunt Bald. ibi Boherius decis. 69. num. 24. Viuius decis. 136. num. 1. & Doctores in titulo, ff. de quibus rebus apud eundem Iudicem eatur in Senatu Regalis Patrimonij, de eo agendum

ALLEGATIO LIV.

Gabella soluenda de rebus quæ venduntur ad bellum.

1. *Fiscus non soluit gabellam.*
l. locatio, res exercitu, ff. de public. & vectig.
- l. si publicanus, §. earum rerum, ff. eodem.
- l. vniuersi, Cod. de vectigal. & commiss.
2. l. 11. in principio, tit. 11. p. 3.
3. l. 5. tit. 7. p. 5. & n. 10.
4. *Almoxarifazgo non soluebatur pro rebus quæ ad exercitum adducebantur.*
Gabella quando inducitur.
5. *Gabella soluenda de rebus quæ ad exercitum transportantur.*
l. 1. tit. 18. lib. 9. Recop.
- l. 38. tit. 18. lib. 9. Recop.
7. *Argumentum ab speciali validum est.*
Exceptio firmat regulam in contrarium.
l. nam quod liquide, ff. de pen. leg.
l. quod Labeo, de Carboniano edicto.
8. l. 38. tit. 18. lib. 9. Recop.
9. l. 3. 4. 8. tit. 18. lib. 9. Recop.
10. *Clam. fin. de rescriptis.*

c. cum capella, 16. de privilegiis.
Soluendam gabellam de rebus quæ ad exercitum venduntur Senatus decreuit. numero. 6.

Gabella vtrum debeat de rebus, quæ ad exercitum vendit & transportantur, pro explicatione l. 38. tit. 18. lib. 9. Recopil.

RT non deberi suaderi videbatur ex l. locatio, alias licitatio, §. res exercitu iuncta, l. si Publicanus, §. earum rerum, glossa penult. ad finem, ff. de public. & vectigalibus, l. vniuersi. Cod. de vectigal. & commiss. ibi: *vel ad fiscum inferunt*, & conducunt tradita à Peregrino in tractat. de priuileg. fisci, lib. 6. tit. 5. num. 2. 3. ibi: *item si res exercitui paratur.*

Sed tamen contrarium longè verius est, vt Gabella debeat pro rebus, quæ venduntur ad bellum & exercitum: nam licet vectigal debeat de rebus, quæ de vno Regno ad aliud inferuntur, & ita hoc ius vectigalis videatur non deberi de rebus, quæ ad exercitum in eodem Regno transportantur ex l. 1. in principio, tit. 11. part. 3. l. 5. tit. 7. part. 5.

Sed hoc intelligendum est, quoties res adducitur expensis, vel periculo ipsius Regis, vel Gubernantium dict. l. 5. vbi cum relatio fieret, de quibus vectigal non soluitur, id est, de rebus, quæ ad exercitum, vel ad fiscum deferuntur, hoc omne insinuauit, dum tradit non esse soluendum vectigal de rebus, quæ ad Regem adducerentur, & limitat, nisi is, qui res adduceret, venderet ipsi Regi, quia tunc vectigal soluendum, ex quo etiam in hoc vectigali dicendum solui oportere de illis, quæ ad exercitum ducerentur, quando postea ipsi Regi earum rerum venditio fieret.

Verumtamen quamuis certum esset vectigal antiquum non deberi pro rebus, quæ ad exercitum transportarentur, illudque hodie dici *Almoxarifazgo* tradit Parlad. lib. 1. rerum quotid. cap. 3. num. 16. 17. quamuis verè sit omne ius Portuorij, vt sunt in Castella, Aragonia, & Lusitania.

Sed licet hoc in vectigali antiquo admitteretur, tamen in gabella, quæ nouiter inducitur post dictas leges partitæ tempore Regis Alfonfi X. I. anno 1349. vt constat ex cap. 262. eius Historiæ, & addendi Zamalloa, Ioannes Mariana, Illefcas & alij, quos referunt Ioannes Gutierrez de Gabellis, quæst. 2. num. 2. & 3. Lafarte in eodem tractatu in præfatione

tionem num. 13. 19. & 20. Gironda de Gabellis in præludio, num. 8. quibus addendus Petrus Lupus de Aiala in Historia Regis anno 2. cap. 18.

6. Vnde quamuis de vectigali antiquo exemptio concederetur in rebus, quæ ad exercitum adducerentur, non potuit tamen hoc intelligi quoad Gabellam, quæ post dictam legem partitæ inducitur, cum ex l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil. expressè traderetur omnes teneri soluere Gabellam, & nullum excusandum, nisi priuilegium habuerit, quo eximatur à solutione Gabellarum, & regulæ standum est, dum liquidè de exceptione non constat, Bald. in l. 2. num. 5. Cod. de bonor. possess. secund. tabul. Molina lib. 1. de primogeniis, cap. 4. num. 34. Burgos de Paz conf. 18. num. 7. & 8.

7. Et nulla exceptio inuenitur in iure Hispano, qua exemptio non soluendi gabellam de rebus, quæ ad exercitum adducuntur, concessa sit, imo potius suadere videtur dict. l. 38. tit. 18. lib. 9. Recopil. vbi traditur non debere soluere Gabellam Fabros ferrarios instrumentis, quæ fecerint in Castris, vnde insinuat per argumentum ab speciali: quod validum est, vt notarunt Menoch. consil. 9. n. 10. Joseph. de Sesse decis. Aragonum, 97. n. 15. Euerardus, in locis legalibus, loco 68. Antonius Canarius, in tr. de insinuat. l. p. n. 46. & quia exceptio firmat regulam in contrarium, l. nam quod liquide, ff. de penu legata, Menoch. de arbitrariis, lib. 1. q. 30. n. 4. & conf. 4. n. 23. & conf. 148. n. 31. Valascus consultatione 45. n. 1. ad finem, Gonzalez Reg. 8. Cancellariæ gloss. 51. n. 2. & gloss. 54. num. 19.

8. Vt de reliquis rebus, quæ in Castris venduntur est soluenda gabella, alias enim, si regulariter non deberetur inuiliis esset dispositio dictæ legis, 38. contra regulam legis quod Labeo, ff. de Carboniano edicto.

9. Confirmatur vterius ex l. 3. & 8. dict. tit. 18. lib. 9. Recopil. vbi traditur eos qui cum Ecclesiis, vel cum Rege contractum fecerint quia eis vendiderint non esse excusandos, vt soluunt gabellam & necessario emptio eorum qui in exercitu venderent proponi, & exprimi deberent quemadmodum & ipsius Regis exemptio, vt quando vendit ne soluat gabellam exprimitur, in l. 4. in fine tit. 17. lib. 9. Recop.

10. Denique quia cum tempore dictæ legis, tit. 7. p. 5. ex qua contra desumi voluerunt etiam verè non probet vt prædiximus, prædicta solutio gabellarum inducitur non erat, omnes, qui vellent exemptionem rerum, quæ in exercitu venduntur inducendam, non poterunt villo modo extendere ad gabellam, quæ potestatem. Larrea Allegat. Fisc. Tom. I.

stea inducitur argumento Clementinæ fin. de rescriptis, & tradit in terminis glossa vnica in principio in c. cum capella 16. de privilegiis, Otalora de nobilitate, 4. part. cap. 5. num. 3. & 4. & ita fuisse iudicatum tradit Peregrinus de iure fisci, lib. 6. tit. 5. num. 22. circa finem, & non potest considerari exemptio soluendi gabellas, nisi expressa sit & comprehensa in tit. 18. & 19. lib. 9. Recop. & ita obtentum fuit & gabellam ex his rebus soluendam decretum.

ALLEGATIO LV.

Gabella debetur ex venditione mixtarum potionum cum aqua

1. *Aqua vsus communis nec pretio emittitur.*
2. *Gabella soluitur iuxta consuetudinem rerum ex quibus soluenda.*
l. fin. tit. 22. lib. 9. Recop.
3. *Aqua mulsa vnde dicatur, quomodo fiat & ad quos vsus deseruiat.*
l. si quis vinum, §. simili modo, ff. de vino trit. legat. n. 4. & 12.
4. *Potiones antiquorum varia, alica, mulsum, passum, zythum, canum, & alia.*
l. 1. §. 1. de rei vindicat.
l. adeo 7. §. cum ex alieno, ff. de acquir. rer. dom.
§. ecce, instit. de rer. diuis.
5. *Deorum potiones nectar, & ambrosia.*
6. *Gabella debetur ex venditione mixtarum potionum.*
l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopil. & n. 18.
Venditum quod sit intelligitur ex qualitate pretij.
7. *Mixti quod potentius proualeat.*
l. quaritur, ff. de statu hom.
8. *Imperium, ff. de iurisd. omni. iudic.*
9. *Mixtum instituit speciem separatam à simplicibus, & sub illis non comprehenditur.*
10. *Ratio diuersa aliud ius continet.*
11. *Actiones mixte quæ sint.*
l. 1. ff. finium regundorum.
§. sed si inter aliquos, instit. de oblig. quæ ex quasi contractu.
12. *Mulsum quomodo fiebat.*
l. idem Pomponius, §. idem scribit, ff. de rei vindicatione.
13. *Aqua dum miscetur amittit suam naturam.*

- c. non ut apponeret de Baptismo.*
14. *Aqua ideo gabella non soluitur quia communis, & nullius pretij.*
15. *Nivis vendit a gabella debetur.*
Nivium ad potum refrigerandum de usu antiquorum.
l. in argento potorio, 23. ff. de aur. & arg. legat.
16. *Nivem servandi modus.*
Nives nigra, carulea, flava.
17. *Aqua in aliquibus Regionibus vendi solet.*
l. 1. ff. de aliment. legat.
l. mella 14. §. quidam, ff. eodem.
18. *Gabella debetur venditionis aqua mulsæ.*
19. *Consuetudo non prodest ad gabellarum exemptionem.*
l. 1. tit. 15. lib. 4. Recop.
l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil.
Lex semper præsumitur in viridi observantia.
l. Arriani, C. de hereticis.
Facultativa solum possunt præscribi tempore prohibitionis.
l. 1. C. de servit. & aqua,
l. qui luminibus, ff. de servit. Urb. prædio.
20. *l. 14. tit. 18. lib. 9. Recopil.*
l. fin. tit. fin. lib. 9. Recopil. in libello,
Addito salutis hominum favore decretum ut ex medicinis mixtis gabella non solvatur.

Virum ex venditione aquæ mulsæ Hydromelis quam dicimus aloxa, gabella, debeatur.

T non deberi suadere videbatur quia aquæ nulla debetur gabella cum in ea quæ omnibus patet, & communis est non censeatur pretium verum, nec venditio contracta iuxta illud Ouidij lib. 6. *Metamorphos.*

Quid prohibetis aquas? usus communis aquarum est.

Et ideo Plautus, in *Asinar. act. 1. scen. 3.* inquit.

Aëra, aquam, solem, hæc argento non emo.
Ex Baconio, Hothomano, Brecheo, & Conano, notavit Osualdus in notis ad Donellum lib. 4. comment. c. 2. lit. D.

Et ideo ex aqua gabellam non solui probavit Lafarte de decima venditionis, cap. 2. num. 33. in quod etiam consentit Parlador.

lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 3. §. 2. n. 25. ex quibus, Humada, Gregorio Lopezio, & Gironda idem probavit Ioannes Gutierrez, de gabellis, quæst. 35. num. 32. & cum non fuerit consuetum ex aqua mulsæ exigere gabellam id debet admitti, quia gabella soluitur ex eis de quibus solui consuetum, l. fin. tit. 22. lib. 9. Recopil. iuncto Gutierrez de gabellis, q. 5. num. 25.

Verumtamen contra in hoc casu dicendum est quippe vera venditio, in ea intercedit, & non solum ex aqua constat sed melle & speciebus, eaque secundum Antonium Nebrisensem à Mauri inventa, quia *aloxa* Mauritanum nomen tradit, Græcum esse notavit Sebastianus Couar. in origine linguæ Castellane verb. *aloxa*, ubi adducit locum Hippocratis eis verbis: *dilutum seu decoctum prædulcium fauorum cuius parandi mos erat fauuum exprimentes, mel ipsum in purum lebetem aqua limpidissima plenum immittunt, deinde decoctum donec abunde suum laticem suum deposuisse in aquam vident, tunc seponunt vsuque reseruant quo deinde estiuis horis potus loco sitim extinguunt, & facit locus Plinij lib. 31. cap. 6. duminquit: Hydromeli quoque ex imbre puro cum melle temperabatur quondam quod daretur appetentibus vinum agris, & videndus Marcellus Virg. in Dioscor. lib. 5. c. 9. de quo memoratur Vlpianus in l. si quis vinum, 9. §. si mihi modo, ff. de vino, tritico, & oleo legato, videndus Brissonius verbo Hydromelis, & nominis Etymologia eius de notat essentiam à verbo Græco, *μέλι*, quod significat aquam, & Græco etiam, *μέλι*, quod melle denotat.*

Et similes poriones antiquis in usu fuerunt ut alica de qua Martialis lib. 13. Epig. 6. ubi modum eam conficiendi ex Plinio, Mercuriali, Palladio, & Ioanne Bruerino lib. 5. de re cibaria cap. 12. notavit Raderus d. Epigramm. 6. mulsam etiam fuit quod ex vino fiebat, & melle, Plinius lib. 22. cap. 24. & eius memorantur Iuris Consulti in dict. l. si quis vinum, l. 1. §. 1. de rei vindicatione, l. adeo, 7. §. cum ex alieno, ff. de acquir. rer. dominio, §. ecce, instit. de rerum diuisione, & Seneca epistola, 122. ibi: *dicuntur mulsam, & alicam poposcisse à balneo exisse, & Martialis d. Epigram. 6. & lib. 13. epig. 101. Macrobius lib. 3. cap. 11. quem ad explicationem Virgillij refert Ioannes Ludouicus de la Cerda lib. 1. Georg. versic. 34. nota 15. & de passo, Martialis ibidem quod ex vva passa cogebatur memorantur, Virgil. Plinius, Columella, & Nonnius, quos refert Raderus d. epigram. 101. alias etiã poriones retulit, Vlpianus in d. l. si quis vinum, ut zithum, camum, cereuisiam & de camo & acima*

& acimaticio vel aromaticio, vide post Halondrum Discordem, & Caurium, Alciatum lib. 1. prætermisso verbo *canum* quos refert Gothifred. in d. l. si quis vinum.

Et de mixtarum porionum apud antiquos, quæ ex Plinio, Catone, Dionysio Vticensi, Brodeo, Athenæo, & aliis notavit Zuingerus in *Theatro vitæ humanæ*, vol. 2. r. lib. 3. pag. 3799. & adeo gratissimas similes poriones antiqui existimant, ut etiam suis diis destinarent; nam eorum potum *nectar* fecerunt, & *Ambrosiam* cibum, licet alij contra fecisse, ambrosiam potum tenuerunt, *nectar* cibum, & id sensisse videtur Virgil. lib. 4. Georg. vers. 419. ibi:

Hæc ait, & liquidum Ambrosiæ diffudit odorem.

Et hanc differentiam ex Apollonio, Pindaro, Horatio, Athenæo, Sapho, Natali, & Nonio, notavit Ludouicus de la Cerda ad Virg. dict. vers. 419. not. 1. & ideo in proverbium abiit *nectar*, pro quavis re dulci & suavi, ut ex Martiali, Lucretio, Symmacho, Claudio Mario, & Lipsio probavit idem Cerda Bucolicorum, eclog. 5. vers. 71. nota 25. & idem tradit Ambrosium vt diuinum existimari, ad Virg. 1. *Æneid.* vers. 407. not. 3. & 4. de quo vide nouissimè P. Sherlogum in *Cantica Salom.* 3. tom. vestig. 35. sect. 3. n. 35.

Ex quibus apparet in his & similibus porionibus, quæ ex aliquarum rerum mixtura fiunt, gabellam esse soluendam, quippe ex ea ratione non deberi ex aqua tenerent supra dicti, quia cum communis sit, nullum eius pretium consideratur, nec venditio & potius pro facto aquatorum, qui eam conducunt, quam pro valore rei pretium detur, ut notarunt Lafarte & Gutierrez; vnde quando non solum aqua venditur, sed mel & species quæ illi miscuntur, vera venditio est, & gabella soluenda, ex l. 1. titulo 17. lib. 9. Recopilat. præsertim cum pretium quo venditur aqua mulsæ, maximum sit, nec correspondeat aquæ sed illam excedat, & ex qualitate pretij colligitur quæ res vendita sit, Alexander libro 5. cons. 48. num. 5. & consil. 68. num. 9. Zephalus consil. 505. n. 2. iunctis quæ notavit Afflictis decis. 68. num. 2. idem Alexand. in l. diuortio, §. ob donationes, n. 7. ff. solut. matrim. ex Ruino & aliis Hieron. Gabriel consil. 168. num. 30.

Tum quia in rebus mixtis illud quod maius & principalis præualeat, l. quæritur, 10. ff. de statu hominum, & ex Iafone pluribus, quos refert Hieronymus Gonzales, Rolandus à Valle, Tiraquellus, Menochius, Antonius Gomezius, D. Salgado, & aliis pluribus, ego notavi in disputationibus Granatenfis Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. tom. 1.

bus disput. 1. num. 9.

Et ultra ea condicit textus in Imperium, 8. ff. de iurisdictione omnium iudicum, ubi quod participat à iurisdictione appellatur mixtum imperium, non mixta iurisdictione, quia dignius est Imperium, & Iafon plura cumulat exempla in d. l. imperium, num. 3. & ita non debet censeferi venditio aquæ, sed earum rerum quæ miscuntur & digniores existimantur.

Deinde quia quod mixtum est ex diuersis speciebus constituit tertiam speciem separatam à simplicibus contrariam, aut diuersam naturam habentibus, vt in statutis & sub simplici non contineri probavit Tiraquellus, de retractu lignag. 2. p. declaratione 4. num. 3. & 4. & notant communiter Doctores in l. si ita scriptum, ff. de liber. & posthum. latissimè D. Castillo tom. 5. controuers. c. 89. maximè num. 160. & ita in aqua mulsæ, quæ ex illa & aliis speciebus mixta est idem considerandum vt ab aqua diuersa censeatur, & tunc sub simplicibus casus mixtus iudicandus, quando eadem ratio militat quæ in simplici, idem Tiraquellus de legibus connub. gloss. 3. verbo *contracter*, num. 69. & 70. latissimè probavit idem D. Castillo tom. 5. controuers. 2. p. c. 134. num. 34.

Vnde cum diuersa ratio militet, vt manifestè apparet in aqua mulsæ, quia omnino differt à simplicibus, ex quibus fit, dicendum est aliter accipiendum esse argum. l. si quis seruum, ff. de tritic. vino & oleo legat. Farinacius in fragment. verbo *mixtum*, num. 31. vsque num. 44. & sequentes.

Rursus quia licet species quæ miscuntur, videantur amittere suam naturam, & in aquam transfundi, non tamen ex eo amittit naturam, essentiam & effectum mixti, argumento textus in §. mixtæ, instit. de actionibus, ubi actiones communi diuidendo, & finium regundorum dicuntur mixtæ, licet principaliter sint personales l. 1. ff. finium regundorum, §. sed si inter aliquos, institut. de obligat. quæ ex quasi contractu nascuntur, explicat Alex. in l. 2. §. 1. de verb. obligat. Petrus Gambarus de autoritate legati, lib. 3. num. 384. adde quæ ex Antonio Fabro, Donello, Osualdo, Pace, Gregorio Lopezio, & aliis tradit Richardus in §. quædam actiones, in princ. instit. de action.

Sed & probatur expressè dicta lege si quis vinum, 9. ff. de vino, tritico, & oleo legato, eis verbis: *Sed si mulsam factum sit, vini appellatione non continebitur proprie nisi fortassis paterfamilias de hoc senserit.* & diximus mulsam ex vino & melle fieri, vt ex aqua & melle fit Hydromelis, & ex Pomponio red-

dit rationem Vlpianus nobis aptissime in l. idem Pomponius, §. idem scribit, ff. de rei vindicatione, ibi: *Si ex meo melle & vino tuo factum sit mulsum quosdam existimasse, id quoque communicari, sed puto verius (ut ipse significat) eius potius esse qui fecit, quoniam speciem pristinam non retinet*; de qua re ultra quæ de mulso notauimus, videndi Alciat. libro 9. Parerg. c. 2. Cuiac. lib. 24. obseruat. cap. penult. Forcatulus in penu iuris, cap. 8. etsi constituit diuersam speciem à vino mulsum, idem in Hydromeli vt diuersa censerit debeat ab aqua, dicendum, & in terminis gabellarum, quod omnis liquor proueniens ex vino vel aqua non dicatur vinum vel aqua, docet Iulius Ferretus de gabellis, n. 594.

13. Confirmatur, quia aqua dum miscetur, amittit suam naturam, & in alio casu probat text. in cap. non vt apponeres, & ibi Abbas & eius additio de Baptismo, Siluester in summa, verbo, *Baptismus*, 2. ad finem, ibi: *Sexid etiam, quia neque aliquo humore producto ab arte, sicut est aqua rosata, & aqua ardens, & generaliter lambicata ex aliquo mixto, vt cereuisia, & huiusmodi, quia huiusmodi species differunt ab aqua naturali*, explicat Nicolaus Plobe de Sacramentis l. p. cap. 1. num. 5. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 4. part. 1. glossa 2. ex Filhucio, Enriquez, Zanardo, Antonio Ferdinando, Ioanne de la Cruz, & aliis, Diana 3. p. tractatu 4. resol. 51.

14. Sed etiam ea ratione admissum ab Interprietibus aquæ gabellam non inductam, quia cum ea communis, & nullius pretij sit, non videatur venditio contracta, & admittunt, quando aquæ venditio fieret, tunc gabellam deberi, vt ex Lafarte, Gironda, Peguera tradit Gutierrez de Gabellis dict. quæst. 35. num. 33. & inde ex eisdem Parladorio tenuit idem Gutierrez num. 34.

15. Ideo ex niue gabellam deberi, quia licet communis & patens sit, ea reconditur ad tempus æstiuum, & propriam venditionem niuis contrahi, & de niuis vsu ad refrigerandam aquam antiquitus apud Romanos vsitatam notauit Martialis lib. 5. Epigram. 65. & lib. 6. Epigram. 86. & lib. 14. Epigram. 104. 105. 117. 118. Videndus Mercurialis lib. 1. variar. lectionum, cap. 8. qui antiquissimum vsum niuium potatorum ex Athenæo, & Athenæus ex Dexicrate, Eutiere, & Xenophonte declarat, & de niuis veterum luxu pluribus Stuchius lib. 3. pag. 301. ex Aristotele Agellius lib. 19. noct. Atticar. c. 5. Alex. ab Alex. lib. dierum genialium, cap. 25. vbi Græcos vsitasse tradit, addendus Cælius Rodiginus lib. 9. antiquar. lectionum, cap. 12. & de celo niuario mentionem fecit I. C. in l. in

argento potorio 23. ff. de auro & argento legato, & ideo etiam Pater Raderus ad lib. 14. Martialis Epigram. 94. qui adducit Turnebum lib. 17. aduers. cap. 18.

Et de arte qua niues in æstate seruantur, 16. Plutarchus problema. 6. ex Seneca; Plinio, Macrobio, Atheneo, D. Augustino, & aliis pluribus notauit Raderus dict. lib. 14. Martialis Epigram. 107. ex Suetonio, Plinio, Galeno, Auicena, Vcleriola, & Valefio, plura Bobadilla lib. 3. polit. cap. 4. num. 9. & 10. & velut singulare noto, quod de niue nigra, cærulea & flaua tradit Bartolomæus Leonardus in debellatione insularum Molucarum lib. 3. pag. 118.

Sed in aliquibus Regionibus venalem esse aquam probatur l. 1. ff. de aliment legat. ibi: *Si in ea Regione fuerit aqua, ubi venundari aqua solet*, facit l. mella 14. §. quidem, ff. eodem, eis verbis: *cum in ea Regione Africa, vel forte Ægypti res agi proponebatur, ubi aqua venalis est*, & ego expendo Martialem lib. 3. Epigram. 56.

Sit cisterna mihi quam vinea malo Rauenna, Cum possim multo vendere plures aquam. Et facetissimum iocum nota eiusdem Martialis in Epigrammate sequenti 57. *Callidus imposuit puper mihi Cauo Rauenna.*

Cum peterē mixtum, vendidit ille merū. Quasi fraudi & imposturæ tribuat ei venditum vinum merum, cum peteret mixtum, & dilutum aqua: nam vt in Epigrammate antecedenti tradiderit plures Rauennæ aqua æstimatur, quàm vinum, & adde quæ ex Strabone notarunt Raderus, & ex Sidonio Apollinari eruditissimus noster D. Laurentius Ramirez de Prado d. Epigrammate 56. & cum eo casu, quo venditur, ratio cesset ex qua gabella ex aqua non debeatur, debet cessare dispositio, & opinio eorum, qui contra tenuerunt.

Denique non obstant, quæ contra ad- 18. ducta, quia, vt prædiximus, omnia fundamenta, quibus interpretes moueri videntur, cessant in aqua mulsa, quia cum venditio eius fiat ex pretio, quod potest veram constituere venditionem, gabella debetur ex generali regul. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recop.

Nec in hoc casu excusare poterit quælibet consuetudo: nam ultra quam nulla prodest ad gabellarum exemptionem, l. 1. tit. 15. lib. 4. l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil. & lex semper esse præsumitur in viridi obseruantia, l. Arriani, Cod. de hæreticis, non potest in hoc casu consuetudo prodesse, quia aquæ mulsæ vsus paucis abhinc annis inductus in Hispania, & licet antiquus esset, deberet proba- 19. ri (vt

ri (vt consuetudo prodesse posset) aliquando petitam fuisse gabellam aquæ mulsæ, & quia allegarunt eos consuetudine non soluendi iuuari: ideo absolutos argumento l. qui luminibus, ff. de feruit. vrb. prædior. l. 1. Cod. de feruit. & aqua. & quod alibi notauimus, & certissimum est in rebus meræ facultatis solum à tempore prohibitionis ius adquiri, & latissime probat D. Castillo de terrenis cap. 32. per totam. Et similiter in gabella dicendum, vt tantum à tempore, quo intendere- tur non soluendam gabellam, ius ex illa consuetudine, si illa foret, adquiri posset.

20. Nec prædicta aliquo qualiter turbare poterit, quod etiam obiciiebatur, vt quod ex l. 14. tit. 18. lib. 9. Recopil. decretum erat debere gabellam Pharmacopolas ex medicinis, quas vendunt, id limitatum ex l. fin. tit. fin. dict. lib. 9. in nouo volumine Recopil. vt solum procedat in medicinis simplicibus: nam in mixtis, & ex variis speciebus factis aliter dicendum, & gabella non soluenda, quia inde ad res mixtas generaliter non potest fieri illatio, argumento l. Papinianus exuli, ff. de minoribus, l. 1. de constit. Principum, separata enim causa est, quia vitæ humanæ fauore, vt medicinarum compositioni officiales inducerentur à gabellarum solutione releuati sunt, vt notauit Lafarte de decima venditionis cap. 20. num. 72.



ALLEGATIO LVI.

De vectigali, illud imponi posse in mercede transportationis Epistolarum.

1. Concessione officij Cursoris maioris à Rege facta imponi adhuc potest collecta, in mercede epistolarum qua non taxata in concessione.
2. Princeps dato bono Cambio ex causa publica potest tollere ius partis.
3. Rex in Hispania sine consensu comitorum generalium non imponit noua vectigalia. l. 1. tit. 7. lib. 6. Recopil.
4. Vectigal in epistolarum mercede imponi potest sine consensu Regni iuxta huius casus speciem. Donationes à Principe factæ vassallis ob benemerita gratuitæ sunt, & liberales.
5. Donatio liberalis censetur qua à Principe

facta etiam interueniente pecunia si eam excedat concessio.

6. Beneficium Principis decet esse mansurum. c. beneficium de reg. iur. lib. 6. Princeps debet liberalis esse cum subditis. l. fin. Cod. de officio Præfecti Africa.
7. Donationes à Principe factæ possunt ex utilitate publica reuocari. Reges Hispani immoderatas donationes sæpius reuocarunt.
8. Tributæ noua tempore necessitatis imponere Princeps potest, nec consideratur tertij præiudicium. Accidentalibus non attenduntur, & n. 9.
9. Pontifex an possit legitimare spurium vt succedat in bonis temporalibus. l. 1. de autor. tutor. l. si quis nec causam, ff. si cert. petat. l. si ergo, ff. eodem. l. 3. §. fin. ff. de liberat. legat. l. quadam 62. ff. de adquir. rer. dom.
10. Officia publica potest Princeps augere vel minuere nisi aliud conuentum.
11. Preteritorum iusta taxatio pertinet ad principem. l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. Præfecti Urb. l. annonam, 6. ff. de extraordin. crimin.
12. Augmenti & decrementi eadem est ratio. Princ. instit. de his qui sunt sui.
13. Vectigalia qua post conductionem eorum imponuntur non pertinent ad conductorem. l. 1. tit. 22. lib. 9. Recopil.
14. Augmentum vectigalium debet Principi applicari. l. vinea tit. 31. lib. 9. Recopil.

An possit Princeps, & eius nomine comitia generalia Regni inducere tributum in mercedis pretio epistolarum qua à Course maiori transportantur, supposita concessione eius officij à Rege facta de qua allegatione 50. disputauimus.

N hac re cum ex Comitibus generalibus Regni ad bella quæ rebelles, & eorum fautores in nostrum Regem his temporibus excitauerunt tributa extraordinaria concederentur millies decies auroreum, quos nos

decem milliones, dicimus, & dubitaretur ut hæc summa colligi posset unde tributa solvenda, & ex quibus rebus desumi oporteret dubitatum fuit an in pretio transportationis epistolarum quod ordinarium est dimidij argentei an possit minui pretium ut quod ad ordinarium quod hodie soluitur superesset in tributum Principi cedat, vel illud augere & augmentum collectæ nomine huic decem millionum, Regni seruitio applicari valeat, quasi cum hoc officium à Principe concessum sit Comiti de Villamediana qui hodie eo fungitur, in eius præiudicium cedat noua collectaneam in epistolis transportandis imponi, & cum Rex noster decerneret aliquos Senatores congregari ut ab eis huius rei iustitia, & fundamenta discuterentur, & cum illis ego fuerim nominatus quæ pro iure imponendæ collectæ, & seruitij Regnorum excogitavi valde utile, & necessarium censui proponere.

Et imponi posse tributum in Epistolarum transportatione suadet sequentibus.

2. Primò, nam quamuis verum sit non posse Principem tollere ius parti quæsitum, aut aliquem suo dominio priuare, & quando id utilitas publica suaserit, debet interesse respondere (id est) quod dicimus dato bono cambio, Bartol. in l. vlt. §. i. ff. de pignorat. action. vbi communiter scribentes, Iason in l. Barbarius, num. 36. & sequent. ff. de officio Prætor. Menoch. conf. 103. num. 26. & consil. 156. num. 48. Craueta de antiq. tempor. part. 1. num. 17. vbi alios refert l. 31. tit. 18. part. 3. vbi latè Gregor. Lopez glossa 5. l. 2. tit. 1. part. 2. & Ibermosilla pluribus in l. 53. tit. 5. part. 5. glossa 1. & 2. num. 19.
3. Tamen omiſſa opinione eorum, qui existimantur vrgente belli necessitate, quando bellum iustum est, imponi posse tributa, quæ aliàs non imponenda, ut latè notauimus allegat. 59. num. 8. in hoc tamen casu, etsi aliàs Rex Hispaniæ debet cum consensu, & consilio comitorum generalium Regni noua indicere vectigalia, & sine hoc in Castella face-re non solet, l. 1. tit. 7. lib. 6. Recopil. Auedano in cap. Prætor 2. part. cap. 4. num. 2. & sequentibus, Girona, Parladorus, Azebed. & alij quos refert, & sequitur Bobadilla lib. 5. Politicæ, cap. 5. num. 3. qui probat idem in Anglia obseruari, & in Germania, & Gallia similiter, ut in Hispania decretum sine decreto Prouinciarum Regnorum noua tributa non indicantur, notauit Magister Marquez in Governatore Christiano lib. 1. cap. 29. pag. 129. & nos iustissimum esse probauimus dict. allegatione 59. num. 9. cum sequentibus.

Sed in nostro casu ipse Rex solus absque Regni consensu hoc potest inducere tributum: nam concessio, quam huius muneris fecit Comiti de Villamediana fuit de Regalibus, ut probauimus allegatione 10. per totam.

Et licet facta fuisset propter benemerita, & seruitia, quia illa debent Principi exhiberi, & Princeps non potest cogi ad eorum remunerationem, quando salarium Vassallis, aut Ministris dederit, & contractu non fuit ad prædictas concessionem adstrictus, idco eas merè liberales esse & donationem gratuitam & lucratiuam continere fere omnium Interpretum sententia comprobatur, ut constat ex Baldo in l. qui se patris, Cod. vnde liberi, vbi alios refert Alex. vol. 2. consil. 216. Egidius, Bosius titulo de Principe, num. 152. vbi tradit ita sapissimè iudicatum, & vide num. 323. idem in terminis Iulius Clarus lib. 5. sententiarum, §. feudum, quæst. 77. Costa de remediis subsidiariis, remedio 114. idque ut tradit Paulus de Castro in l. 1. Cod. de libertis, & eorum liberis, num. 3.

Etiamsi interueniret pecunia ex parte eius cui concessio facta fuit, si nimis excederet priuilegium pecuniam, quæ vltro Principi oblata, quia tunc & si mentio simul fiat de seruitijs, etiamsi merita dicantur esse quantumcumque grandia: verba sunt Bosij vbi proxime, num. 328. nam manet concessio in terminis gratuita, & reuocabilis, Socinus conf. 4. num. 6. vol. 3. Natta conf. 511. & 512. & 657. Grammat. decis. 46. num. 5. Paulo de Castro consil. 317. vers. sed in proposito, lib. 1. Amadeus in titulis, de his, qui feudum dare possunt, n. 98. Menoch. de præsumpt. lib. 3. cap. 29. num. 21. & innumerati relati à Pereira de manu Regia, tom. 1. cap. 6. n. 7. Surdus conf. 419. n. 9.

Et quamuis priuilegium & beneficium Principis decet esse mansurum, cap. beneficium de regulis iuris in 6. tamen hoc ad liberalitatem Principis spectat, quia Rex explendo officium suum debet se præbere gratum, & liberalem suis subditis vltra illorum merita, ex l. fin. Cod. de officio Præfecti Africæ, tamen de iuris rigore rectè poterit donationem gratuitam & liberalem reuocare, Ripa in l. si vnquam, Cod. de reuocandis donat. quæst. 14. in versic. ista decisio, & ibi Tiraquellus verbo donatione largitus, num. 106. versic. quarta declaratio, Surdus conf. 419. n. 46. & ex consilijs Gozadini, Curtij, Parisij, & Bruni Menoch. conf. 304. num. 19. & idem tenuit Gratus lib. 1. conf. 9. num. 174. Bellonus consil. 28. num. 9. idem Menoch. consil. 981. num. 14. & in hoc casu donationem ob benemerita à Principe subdito factam merè liberalem & gratuitam, & iustè posse reuocari probauit

probauit Ponte de potestate Præregis tit. 5. de extractis, num. 24.

7. Sed etsi quando per viam contractus fieret, contraria opinio communis sit, tamen etiam eo casu, si vel nihil reciprocum intercessit, vel utilitas publica suadeat reuocationem, admittunt Iason lib. 1. consil. 56. Aimon Craueta de antiquit. tempor. 1. part. principali, 2. particula, num. 38. Menoch. dict. consil. 81. num. 14. & ideo Rex Henricus, Reges Catholici & plures Hispaniæ Principes donationes ab eis factas reuocarunt, ut alibi latè notauimus allegat. 8. num. 54. quo fit, ut cum in hoc casu in cessione officij Curforis Maioris nihil vltro Principi daretur, sed propter benemerita, & seruitia eius in quem collatum concessio facta fuit, & intercedat publica utilitas in huius Collectæ impositione, ut palam est, meritò si totam concessionem posset Princeps reuocare, rectius in hac re aliquale seruitium imponere valebit.

8. Secundò, quemadmodum Princeps ex iusta causa, & vrgente belli necessitate potest imponere tributa, nec considerabitur, an inde præiudicium tertio sequatur, quia cum id accidentaliter eueniat, non est in consideratione, Innocentius & Antonius de Butrio in cap. de voto, Decius & communiter Doctores in cap. quæ in Ecclesiarum de constit. Anton. de Petra de potestate Principis, cap. 32. §. aliud quoque, num. 29.

Et ideo quamuis ex mutorum opinione Pontifex non potest legitimare spurium, ut in tertis Imperij succedat in bonis temporalibus, ut ex Innocentio, Abbate, & Butrio, Thoma Sancio, Peregrino, Ioanne Baptista, Lupo, Molina, Tufcho, & l. 4. tit. 15. part. 4. Fajardo, Hurtado, & alij.

9. Ego notauimus in decis. Granat. disput. 8. n. 33. tamen potest legitimando ad Ecclesiasticam, quæ ad eius potestatem spectant, habilem reddere spurium, qui semel legitimus factus est, ut postea succedat in bonis temporalibus, & ita similiter fit, quando dispensat Pontifex in radice matrimonij: nam tunc eius filij legitimi redduntur, ut in quibuscumque bonis succedere valeant, nec consideratur præiudicium eorum, quibus successio deferri posset, si ille legitimus non redderetur, quia id secundario, & accidentaliter prouenit, nec debet esse in consideratione, ut ex l. 1. ff. de author. tutor. l. si quis nec causam, vbi Doctores l. si ergo, ff. si certum pertatur, l. 3. §. fin. de liberat. legat. & alij, diximus latè 2. part. decis. Granat. 63. num. 5. nam quæ non principaliter fiunt, sed veniunt in consequentiam, attendi non debent, l. quædam 62. ff. de adquire. rer. dom. & notarunt præter ordinarios,

ibi Panormitanus consil. 85. Felinus in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 16. de constitut. Curtius Iunior consil. 1. num. 21. Ludouicus Gomez, & alij quos ego notauimus 1. part. decis. 8. num. 15. Ideo etsi præiudicium fieret Curfori Maiori eo quod aliquod tributum, vel Collecta imponeretur in præiudicio mercedis transportationis cartarum non debet impedire quin ad utilitatem publicam, & potestatem Regiam, quod spectat, decernatur.

Tertiò, quia si præiudicium Curforis Maioris esset in consideratione, ut impediretur collectam & tributum imponi, similiter dicendum esset venditis, vel concessis officiis à Principe in aliquo loco non posse alia officia instituere, eo quod fieret præiudicium electis in officiis, si alij plures extarent, qui idem munus obtinerent, quia utilitas muneris, & auctoritas minueretur, si cum pluribus aliis commoda officiorum comunicarentur, quod in muneribus decurionum, officiis tabellionum, & aliis similibus, sine dubio contra obtentum fuit, ut possit Princeps ad libitum, si aliquid contra non conuenient, officia minuere vel augere, & pertinet ad eius Regalia, quibus infixum est, & annexum eius supremæ potestati, glossa 2. in l. nullus, Cod. de cohortalibus, lib. 12. vbi Platea & reliqui scribentes, in his, l. probatorias 9. Cod. de diuersis officiis lib. 12. Lucas de Peña, in l. 1. nu. 18. C. de priuileg. scholasticor. eod. libro Guillelmus Benedict. in capit. Raynuntius, verbo duas habens filijs, num. 54. de testam. Tellus Fernand. in l. 26. & 29. Tauri, n. 10. Palacios Rubios, in reperit rubricæ de donat. inter, n. 7. & 8. Ioannes Franciscus de Ponte, vol. 2. conf. 137. num. 5. & decis. 28. num. 28. & sequent. & decis. 34. num. 16. Cauedo decisio. 33. 2. p. num. 1. Mastrillus de Magistrat. lib. 1. c. 13. n. 10. & latius, cap. 20. num. 2. & sequentibus. vbi ex Diuo Thoma, & pluribus Theologis rectè probat.

Quartò nam cum pretium transportationis cuiuslibet cartæ non taxatum sit, sed nimis quotidie augetur vsque ad dimidium argentei, potest Princeps, absque eo quod Curfor maior querelam proponere possit, ad iustam taxationem hoc pretium reducere nam ad Principem & eius Magistratus pertinet iusta pretiorum taxatio, l. 1. §. cura carnis, ff. de officio Præfecti vrbs, l. anno nam 6. ff. de extraordinariis criminibus, pluribus Auilesius in capitibus Prætorum, cap. 17. glossa, verbo araconables, num. 5. & 6. Didacus Perez in l. 6. tit. 1. lib. 2. ordinamenti, Azebedus & alij plures, quos refert Bobadilla lib. 3. Politicæ, cap. 4. num. 62. idque à Romanis factum à Cornelio Sylla Dictatore refert

refert Patrius lib. 3. de Republica, tit. 11. & à Theodorico Rege iuxta Cassiodorum lib. 7. variar. cap. 12. de Julio Imperatore, idem notauit Sozomenus lib. 6. Historiæ Tripartitæ cap. 40. quod à Pontificibus Britannis, Gallis, etiâque Turcis, & sæpius in nostra Hispania factû ex Petro de Aiála Episcopo Mindonēsi, Ioanne Mariana, Bertrando de Argentre, Ludonico Bauia, & Petro Nauarrete ego notauit decif. Granatenf. 11. à num. 2. 3. vsque 31.

12. Ex quo apparet pretium quod suo arbitrio imposuit, & percepit huc vsque Curator maior, posse ad iustam taxationem reformari, & quod decreuerit taxatione ab eo quod hodie omnes communiter soluunt huius tributi solutioni applicari, tum & quemadmodum potest Princeps pretium transportationis epistolarum minuere, poterit augere, quia augmenti & decrementi eadem est ratio argum. textus in principio instit. de his qui sunt sui, l. si ex toto in princ. ff. de legat. 1. Menoch. consil. 183. num. 37. Nata consil. 253. n. 4. Surdus consil. 255. n. 3. Rolandus à Valle in tractat. de lucro dotis. q. 100. per totam. Et illud augmentum cedat in utilitatem huius seruitij quod à Regno ex publica causâ, ad fidei & Regnorum defensionem Principi factum est.

13. Quinto, quia eo casu quo Princeps augmentum fecerit pretij, & mercedis conductionis, & transportationis cartharum non debet illud cedere in utilitatem donatarij aut gabellarij si forte Princeps hoc ius. locaret, vt constat ex textu expressio vbi aperte traditur in l. 1. tit. 22. lib. 9. Recop. eis verbis: *T como quiera que siendo los dichos derechos, que acrecentamos nuevos, y no a costumbres, antes alleuar esta claro, y sin duda que no se comprehenden en el asiento, & postea iterum subdit, toda via a maior abundamiento ordenamos y declaramos que todos los dichos derechos quasi de nuevo se acrecentan, y lo que demas, y aliende en virtud de los nuevos aranceles, declaraciones y aditamentos que en ellos se hizieren se acrecentare pertenece a nos y no a los dichos Almoraxifes.* & in hoc casu non potest procedere distinctio Angeli in l. at vbi 27. num. 2. ff. de petitione hæredit. vt quoties verba aperta sunt comprehendere augmentum tunc cedat ei cui res concessa locata vel vendita, fecus vero quando concessio limitatur vt tenuerunt Philippus Decius in c. cum M. Ferrariensis num. 13. & 14. de constitur. & conf. 4. num. 2. Menoch. consil. 34. num. 15. & 19. Peregrinus de iure fisci lib. 6. tit. 5. num. 34. Lafarte dedecima venditionis, c. 18. num. 84. & 85.

14. Sed verius est in vtroque casu augmentum

pertinere ad Principem quia habetur pro nouo iure, & sic sub veteri non contineri, & de consuetudine ita seruari tenuerunt Boërius decif. 180. num. 8. & ex alijs probat Rosenthal de feudis, cap. 5. de Regalibus conclus. 40. num. 3. & apud nos sine dubio obferuari oportet ex dict. l. 1. tit. 22. lib. 9. Recop. & ex decif. textus legis vnice in fine tit. 31. lib. 9. Recop. vbi augmentum Principi referuatur.



ALLEGATIO LVII.


Libertatem Ecclesiasticam non lædi rerum quas vendit Ecclesiastici gabellam solui ab emptore laico.

1. *Gabella solutio legibus nostris regulariter pertinet ad venditorem.*
Gabella olei quod Hispani venditur, soluenda à venditore & emptore pro dimidia. l. 3. & 4. titulo 17. lib. 9. Recopilat. & num. 8. & 9.
l. 3. tit. 18. libro 9. Recopilationum, & num. 8. & 9.
2. *Ecclesiastici exempti sunt à Gabella de rebus quas ex suis bonis vendiderint.* l. 6. & 7. tit. 18. lib. 9. Recopil.
Ecclesiastici debent Gabellam ex rebus negotiationis.
3. *Venditio tanto minori pretio faciendâ quanto res maiori onere grauata.* l. si venditor, 6. §. 1. ff. de seruis exportand.
4. *Priuegio vti debet coniunctus quando alijs priuegijs inuitile.*
Venditor & emptor correlatiui.
Correlatiuorum vni permissum, etiam alteri censendum permissum.
5. *Directè prohibitum etiam indirectè prohibendum.*
l. scire oportet, §. si mater, ff. de tutor. & curat. dat. ab his.
c. quod vna via, ff. de reg. iuris, lib. 6.
6. *Fisci emptores solunt vectigalia, licet fiscus immunis sit.*
l. locatio, alias licitatio, §. fiscus, ff. de public. & vectig. & n. 13.
7. *Ecclesia coloni & conductores non habent immunitatem Ecclesiasticam.*
8. *Accidentalia non attendenda.*
l. si manifestè, ff. de seruit.
9. *Consuetudo multum operatur in solutione Gabellarum.*

10 Em

10. *Emptor Ecclesiæ non habet priuegium.*
11. *Officiales testes magis idonei cum de pertinentibus ad officium deponunt.*
l. apparitores, C. de exact. tributis, lib. 10.
12. *Gabellam iure communi emptor soluere debet.*
l. debet, ff. de adilit. edict.
13. *Priuegium non transit mutata persona.*
l. Paulus per Procuratorem, ff. de adq. hæred.
l. maritum, ff. sol. matrim.
l. quia tale, ff. eodem.
14. *Exemptio qua datur Ecclesiasticis non soluendi vectigalia, & à solutione decimarum, personalis est, non realis.*
l. sordidorum, 13. C. de excusat. muner. li. 10.
15. *l. maximarum, 12. C. eod.*
16. *l. si tibi, 17. §. pactum, ff. de pactis.*
l. iuris gentium, §. pactorum, ff. de pactis.
l. idem in duobus, 25. §. 1. ff. eod.
17. *Realis vel personalis concessio quando censetur.*
18. *Ecclesiasticis priuegia concessa non transferunt ad colonos vel emptores.*
19. *licet, 11. de decimis.*
Vtile per inuitile non vitatur.
l. si Titius & Seia, ff. de fideiuss.
l. 1. §. item queritur, ff. de aqua quotid. & astiu.
20. *l. cum duo, fin. ff. de duobus reis.*
l. si debitor, ff. de fideiuss.
21. *Clericus licet non comprehendatur legibus vectigalium, tamen rectè potest comprehendere emptor laicus, quia clerico emit.*
22. *Gabella solutio est actus separatus à venditione.* l. 8. tit. 18. lib. 9. Recopilat.

An quoties ex statuto Gabella qua inter venditorem & emptorem soluenda diuideretur, si laicus emeret ab Ecclesiasticis, qui exempti sunt à Gabellis ex honorum suorum venditione, an hoc casu possit ab emptore exigere dimidium Gabella pro explicatione, l. 3. 4. tit. 17. l. 3. tit. 18. lib. 9. Recopil.

1.  *ÆG* quæstio discussa fuit in Senatu Regalis patrimonij circa venditionem olei, quod Hispani venditur, in quo legibus nostris decretum vt dimidiam quantitatem gabellæ, quâ regulariter totam solueres, spe-

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fise. Tom. I.

ctat ad venditorem, soluatur ab emptore, ita vt quod ex ea debeatur, inter vtrumque diuidatur, vt aperte colligitur l. 3. & 4. tit. 17. l. 3. tit. 18. lib. 9. Recopil.

Vnde dubium excitatum, an quoties Ecclesiastici venderent qui ex se, & bonis quæ extra negotiationem habuerint, immunes sunt gabellarum solutionis, l. 6. & 7. tit. 18. libro 9. vbi ex Salone, Medina, Lafarte, Gironda, Parladoro, & alijs pluribus probauit Azeuedo in dicta l. 6. num. 4. tunc debeat emptor laicus ex suo latere dimidium soluere quantitatis gabellæ, quæ non soluitur ab Ecclesiastico.

Et pro Ecclesia adducebatur videri esse contra libertatem Ecclesiasticam, quia tanto minus venderet quanto emptor ad solutionem gabellæ grauaretur: nam quo magis res exempta venditur, & onere non grauata, tanto maiori pretio vendenda, l. si venditor, 6. §. 1. ad finem, ff. de feruis exportandis, ibi: *Quoniam hoc minoris homo venisse videatur, & ideo contra libertatem Ecclesiasticam notarunt Albenf. consil. 8. num. 16. & 17. Landerschius de Imola consil. 103. num. 8. Menoch. consil. 136. num. 23. qui inde credit, priuegium Ecclesiæ priuegiatæ lædi & violari si onere gabellæ grauaretur qui cum ea contraheret, Surdus consil. 301. num. 80. vbi adducit Ioannem de Amicis, Rolandum, Riminaldum.*

Quasi coniunctus debeat gaudere priuegio coniuncti quando alijs priuegium esset inuitile, glossa in l. fin. Cod. de muneribus & honoribus, lib. 10. Iafon in l. si mancipati, num. 9. Cod. de collation. Natta consil. 1. num. 10. emptor & venditor sunt duo correlatiua in terminis nostri casus ex Baldo, Decio, Geminiiano, & alijs, pro immunitate emptoris, Menoch. consil. 136. num. 9. & 14. & in correlatiuis quod vni permittitur, permittitur alteri censendum, Iafon in l. vltima, num. 12. & 15. C. de indict. viduit. tollend. & lib. 1. consil. 112. Curtius Senior consil. 11. Crotus in l. omnes populi, num. 285. ff. de iustitia & iure, Decius in l. 1. num. 5. C. de in ius vocand.

Et cum aperte omni iure, & legibus nostris prohibeatur gabellam exigere à Clericis, ex venditione bonorum, & fructuum suorum quod directo prohibetur etiam per indirectum oportet prohiberi, l. scire oportet §. si mater, ff. de tutor. & curat. dat. ab his, c. quod vna via de reg. iuris in 6. & hanc sententiam, in fauorem Ecclesiasticorum tenuerunt Menochius pro eadem referens Geminiianum, Decium, & alios consil. 136. num. 14. Surdus consil. 301. num. 80. qui omnes sequuti

G g g fue

fuerunt Baldum, qui in terminis tenuit, vol. i. conf. 31. quibus adde quod pro hac re notatur idem Surdus: conf. 525. num. 17. Hieronymus, Gabriel lib. 2. conf. 156. n. 3. & conf. 161. num. 3. Bursatus conf. 25. Peregrin. de iure fisci lib. 6. tit. 5. num. 25. Diana i. p. resolut. moral. c. 49. tract. 2. *verf. at his non obstantibus.*

6. Sed nihilominus pro Rege nostro vt emptor laicus debeat soluere dimidiam quantitatem gabellæ; cum oleum emerit Hispali ab Ecclesiasticis videtur probari iuris communis fundamentis ratione ipsa, & legibus Regni quæ in aliquibus casibus re iudicata firmata fuerunt primo facit l. locatio alias licitatio 9. §. fiscus; & vers. mercatores, ff. de publican. & vectigal. vbi quamuis fiscus ab omnibus vectigalium præstationibus immunis sit; tamen mercatores, qui de fundis fiscalibus mercari consueuerunt, nullam immunitatem soluendi publici vectigalis usurpare possunt, & in eo textu notarunt Bartolus, & Castrensis; Platea in l. i. Cod. de nauiculariis lib. 11. Azevedo in l. 7. tit. 21. lib. 4. Recopil. num. 22. Didacus Perez in l. 1. tit. 5. lib. 1. ordinam. gloss. 1. & tit. 2. lib. 8. ordinam. in rubrica gloss. r. Parmensis tract. de priuilegiis; quæst. 4. princip. quæst. 16. Albanus, & Sehardus, in notis ad Bartolum in d. §. mercatores.

7. Secundo quia etsi bona Ecclesiæ, & fructus immunes sint ab omni collecta, & gabella, non tamen eadem immunitate fruuntur coloni conductores, & emptores ipsorum bonorum Ecclesiæ vt ex glossa, & Cardinali in Clement. Vnica de censibus Geminian. Franchus, Salicerus, Alex Decius, Tiraquellus, & aliis pluribus, probauit Menoch, dict. consil. 136. num. 5. & vltra ab eo relatos eiusdem sententiæ refert Parladori Lafarte, Girondam; & alios Gutierrez, qui tenet de Gabellis, quæst. 44. num. 5. vnde multo melius in hoc casu Ecclesiastici impedire non debent, ne dimidium gabellæ cuius solutio emptori iniuncta à legibus Princeps exigere valeat.

8. Tertio expresse videtur confirmari, dict. l. 4. tit. 17. l. 3. tit. 18. lib. 9. Recopil. vbi aperte deciditur vt in oleo quod Hispali à fisco venderetur etiam si Gabellam fiscus non debeat tamen adhuc emptores, dimidiam quantitatem soluant; vt probauit Azevedo in eis iuribus, vnde similiter in Ecclesiasticis dicendum est, quia id non respicit præiudicium libertatis Ecclesiasticæ sed commodum Principis cui vt gabella commodius soluatur inter venditorem, & emptorem diuisa fuit; & si quid damnum ex minoris pretij venditione Clericis posset euenire id non oportet consi-

derari quia ex accidenti prouenit non principaliter, arg. legis si manifeste, ff. de seruit. & l. Proculus, ff. de damno infect. Baldus vol. 4. conf. 496. col. 2. Ripa in l. quamuis, n. 25. ff. de fluminibus, Craueta conf. 4. num. 3. & in terminis nostri casus idem probauit Menochius conf. 136. num. 4.

Quarto, vrgent plures rationes, quia vt traditur in dict. l. 3. tit. 17. lib. 9. Recopil. id quod est diuidi gabellæ solutionem inter venditorem & emptorem ex consuetudine inueterata, quæ iam diu & semper inualuit, Hispali admissum fuit, quam dict. l. 3. obseruandam decreuit, & in solutione gabellarum plurimum operatur consuetudo; Alex. lib. 6. consil. 211. Iason lib. 1. consil. 20. Marta de iurisdictione, casu 112. num. 5. Beccius consil. 96. num. 1. cum sequent. Azebedo in dict. l. 3. & l. 7. num. 1. tit. 17. lib. 9. Recopil.

Quæ consuetudo obseruanda est, cum laicum emptorem grauare nihil lædit immunitatem Ecclesiæ, nec eius emptor aliquod habet priuilegium; vt præter supra adductos ex glossa, Cardinali, Bartolo, Decio, Saliceto, Ripa, Ruino, Tiraquello, Boherio, & aliis probauit Menoch. dict. consil. 136. num. 5. & notauit Marta dict. cap. 112. vlt. que num. 7. & 8. limitat, nisi ex onere imposto nimis Ecclesia grauaretur, & quando Ecclesia in modico non læditur, contra eius immunitatem non esse notarunt Iason lib. 2. conf. 20. num. 13. Durandus ad Bullam in Cœna Domini, lib. 2. Canone 18. quæst. 11. Diana 1. part. resolutionum, tractatu 2. resolutione 48. Squilanus de priuilegiis Clericorum, cap. 8. num. 26. & 27.

In hoc autem casu immodicè Ecclesiam non grauari eo ipso constat, quia solum in venditione olei Hispalensis hæc consuetudo inducta, quæ ab omnibus Ecclesiasticis probata, cum verè illi nihil soluant, & de exactiōe huius dimidiæ gabellæ ab emptore laico in venditione olei, quam Ecclesiastici faciunt, testantur omnes officiales ad quorum curam pertinet similis gabellæ exactio, qui magis idonei testes existimantur, quia deponunt de illis, quæ ad suum officium spectant iuxta l. apparitores, Cod. de exactoribus tributorum, lib. 10. vbi Baldus notauit, & aliis ommissis addi, & adde Farinac. de testibus, quæst. 56. num. 380.

Deinde, quia quemadmodum legibus nostris generaliter gabellæ solutio venditori iniuncta, l. i. tit. 17. lib. 9. Recopil. si eam deberet emptor, vt ex iure communi gabellæ solutionem ad emptorem pertinebat ex omnium sententia in l. debet. ff. de edictio edicto probauit Parladorus lib. 1. rerum quod

tidianarum, cap. 3. num. 5. §. 7. & eiusdem sententiæ refert Romanum, Tiraquellum, Palac. Rub. Castellum, Matienzum, Lafartem, Girondam, Azebedum, & communem sententiam tradit Gutierrez de gabellis, quæst. 46. num. 1.

13. In hoc enim casu nullus diceret eo quod emptor non priuilegiatus soluat Gabellam Clerico venditori & libertati Ecclesiasticæ præiudicium inferri, quia ex mutatione personæ priuilegium ad eam non transit, l. Paulus per procuratorem, vbi Bart. num. 3. ff. de acquir. hæredit. l. maritum, l. quia tale, ff. solut. matrimon. dict. l. licitatio, §. fiscus, Anchar. conf. 110. n. 2. ex Auendano, Antonio Gomezio, Didaco Perez, Boherio, & aliis pluribus probauit Gutierrez de gabellis, q. 44. num. 4. & ideo adementes oleum Hispali à Clericis multo magis non debet priuilegium transire, quia solutio dimidiæ gabellæ non est iniuncta venditori ex consuetudine, & nostris legibus, sicut non possunt Clerici venditores conueniri, quando omnis gabella iuxta sententiam, quam aliqui iure communi tenuerunt soluenda esset ab emptore, & non esse contra libertatem Ecclesiasticam venditori, qui vendit Clerico, iniungere solutionem gabellæ, vt in hoc casu dimidia grauatur emptor, qui à Clerico emerit, quia Princeps sæcularis potest contra subditos laicos leges cõdere, nec inde cõsiderari oportet libertatem Ecclesiasticam lædi, vt ex l. 8. tit. 18. lib. 9. Recopil. Azebedo ibi, Lafarte, Molina, Enriquez, Rodriguez, Thoma Sanchez & Thoro doctè probauit D. Petrus Noguero. allegat. 38. num. 13.

14. Vltèrius, quia hæc exemptio soluendi gabellæ vel decimas, quæ Religiosis & Ecclesiasticis competit, non debet iudicari realis, vt prætextu bonorum concedatur, sed personarum ratione & Ecclesiasticæ dignitatis, ac perinde non potest in quoscunque, & emptores in hoc casu transferri iuxta verba quæ aptissime nobis conueniunt in l. fordidorum 13. Cod. de excusat. muner. lib. 10. eis verbis: *nec enim potest esse perpetuum, quod non rebus, sed personis contemplatione dignitatis, atque militia indulgisse nos constat.*

15. Et quamuis Barbosa in l. quia tale, num. 4. ff. soluto matrimonio ad conciliationem l. maximarum 12. Cod. de excusat. muner. cum dict. l. 13. distinguat, vt priuilegium concessum dignitati, etsi concipiatur in personam, sit perpetuum, vt dignitas, & ita procedit dict. l. 12. secus verò quando concessio sit personæ solum, quamuis ratione dignitatis, vt in eo casu, loquatur dict. l. 13. non negamus perpetuum esse debere priuilegium in dignitate

Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. tom. 1.

Clericorum, vt ipsis competat exemptio gabellarum, sed solum restringimus bonorum exemptionem, dum ab ipsis possidentur, nec rerum priuilegia censemus, vt cum bona in quoscunque etiam non priuilegiatos trāseant, vt in emptores laicos debeant à Gabellis exempta iudicari.

Idque rectè explicauit l. si tibi 17. §. pactum 5. ff. de pactis, dum tradit, quando pactum in rem factum fuerit, etsi conceptum sit in personam, emptori prodesse, quod ita accipiendum, id est, fieri pactum in rem, quando rei causa sit, & ita cum ea ad quemcunque possessorem transit: nam licet concipiatur in personam, eam non restringendi, sed solum demonstrandi causa adiecta censetur, ex l. iuris gentium 7. §. pactorum, ff. de pactis, & ita notandum, quod tradit Paulus in dict. l. si tibi, §. 5. *vt emptori prodesset pactum in rem factum*, & ne impediret personam exprimi tradidit, *etsi in personam conceptum*, quasi cum ad rem dirigitur, ad quemcunque rei possessorem transeat, quod secus esset, si pactum non solum in personam esset conceptum, sed factum, quia tunc ad personam restringitur, nec rem comitatur, vt eius possessori proficit, ita conciliari debet textus in l. idem in duobus 25. §. 1. ff. de pactis, vbi personale pactum ad alium non pertinet, nec ad hæredem, nec emptorem, ita post Cuiatium, Duarenum, Othomanum, Antonium Fabrum eorum sententiis emissis interpretatur hæc iura, Osualdus ad Donellum lib. 22. Comment. cap. 4. in notatis, lit. L.

Et quando realis concessio, vel personalis existimanda, pluribus iuribus probauit in decif. Granat. disputatione 31. per totam, vbi ad saturitatem inueniet lector, vt tunc realis concessio censetur, quando ita prætextu rerum conceditur, vt ab ipsis rebus inseparabilis censetur, veluti insita qualitas, secus vero quoties personarum ratione rebus priuilegium conceditur, quia tunc extra eas personas, quando ab eis res non possidentur, exemptio non progreditur.

Quod in hoc casu euidenter apparet, quia bonis clericorum priuilegium concessum non debet extendi ad eorum emptorem, quia post emptionem iam non sunt bona ecclesiastica, vel clericorum, sed laici possessoris; & ideo hæc priuilegia non soluendi decimas vel gabellas, quæ personis ecclesiasticis aut clericis concessa non esse realia, sed solum Ecclesiasticorum possidentium, & ideo non transire ad colonos, vel emptores tenuerunt Seraphin decisio. 827. n. 2. Barbosa lib. 3. de iure ecclesiastico, cap. 27. num. 40. vbi tradit pluribus decisionibus Rotæ ita decifum ma-

G g g 2 ximè

- ximè in litibus Hispaniæ, & refert decisio- nem Pampilonensem, & aliam Placentinam.
13. Ac perinde Religiosi quamuis de suis fundis quos colunt, decimas non soluant, de his verò quos alij colendos tradunt, soluere debent, c. licet, r. de decimis, ex Azore, Suárez, & Tamberino tradit Barbosa vbi proximè, num. 39. & in gabella alios retulit Gutierrez dict. quæst. 44. num. 3. & 4. & cum in hoc casu venditor clericus & emptor laicus possint ad gabellam esse obligati in oleo quod Hispani venditur, iuxta nostras leges, quando duo in solidum rei constituuntur, vel duo fideiussores alius vtiliter & alter inutiliter, vt clericus qui exemptus à gabellæ solutione, obligatio in eo qui obligari potest, locum habebit, etiam si in alio qui inutiliter obligatus non procedat, quia vtile per inutile non vitiat, argum. l. si Titius & Seia, ff. de fideiuss. l. 1. §. item queritur, ff. de aqua quotid. & æstiuata, Gratian. discipat. tom. 4. cap. 644. n. 32. & c. 657. num. 9. cum sequent. Thuscus lit. V, conclus. 33.
 19. Quemadmodum etiam in duobus reis eiusdem obligationis potest alter ab obligatione eximi, & in alio manet integra obligatio iuxta textum notabilem, in l. cum duo, fin. ff. de duobus reis, cñi adde quod pro eius explicatione & conciliatione cum l. si debitor, ff. de fideiussor. ex Bart. Alberico, Castrensi, Cumano, Heringio, Ronquegalio, & aliis, notauit Genua, in conciliatione legum ad dictam legem fin.
 20. Vnde quamuis clericus non possit comprehendere legibus, quæ gabellæ solutionem iniungunt, nec ad eam obligari, rectè tamen poterit ex venditore & emptore obligatus remanere emptor laicus vt dimidiam gabellam soluat in hac quæstione.
 21. Nec contrà faciunt quæ supra obiecta fuerunt, quia iam prædiximus nihil hoc laedere libertatem Ecclesiasticam, & si quid minus vendit clericus oleum ex dimidia gabella quæ iniungitur emptori, hoc non attendendum, quia ex accidenti prouenit & consilium Baldi, quod contra expensum & aliorum sententias reprobant Alderanus, Mascardus de statutis, conclus. 1. num. 28. & in simili Gutierrez dict. quæst. 44. num. 3. & 4. Roland. à Valle vol. 4. consil. 61. num. 18. & 19. vbi tradunt, gabellæ solutionem esse actum separatum à venditione, & ideo emptores Ecclesiæ non gaudere immunitate gabellarum, ex communi & Tiraquello tenuit Treracinq lib. 1. var. tit. de iure fisci resolut. 5. n. 7. & emptorem Ecclesiæ nullum priuilegium habere notauimus in Marta de iurisdic. 4. p. casu 112. vsque ad num. 7.

Denique nihil etiam obstat consilium Menochij 136. vbi contra nostram sententiam pro Ecclesiasticis tenet, quippe longè diuersè procedit quoties ab ipso Principe clericis immunitas & eorum emptoribus concessa fuit, vt expressè refert idem Menochius n. 6. & 16. & ideo non potest d. consilium 136. argumentum inducere ad nostrum casum, iuxta d. leges Recopilationis, in quibus expressè iniungitur solutio dimidiæ gabellæ emptori, quod iustum esse supradicta fati confirmant. Sed non lædi libertatem Ecclesiasticam ex eo quod clerici dicebant minori pretio oleum suum vendendum quantum emptor pro gabella soluere deberet denotat expressè l. 8. tit. 18. lib. 9. Recopil. vbi iubetur laicos qui clericis res vendiderint, eodem modo soluere teneri gabellas, sicut quando venditio laicis fieret, & quamuis in ea lege Ecclesiastici eadem ratione dicebant esse contra eorum libertatem & exemptionem, nota verba d. l. 8. ibi: *Porque los clergos, e Iglesias, y Monasterios, y otras personas esentas compran heredamientos, y otros bienes, y pretenden que los vendedores no han de pagar alcavala, diciendo que si la pagasen, vendrian ellos à comprar mas caro, y que por esta rason los ha de aprouechar su priuilegio.* Et tamen contrà statuitur quasi non censetur, contra immunitatem ecclesiasticam, Principem suo iure vti, & gabellam exigere à venditore qui illam debet, vt notauit Azebedo in d. l. 8. n. 7. ita si ex consuetudine Hispanensis Regni gabella olei inter emptorem & venditorem diuiditur, non oportet censerì contra Ecclesiasticam immunitatem exigere dimidiam gabellam, quam debet ab emptore olei clericorum, vt prædiximus.

ALLEGATIO LVIII.

Concessio facta à Summo Pontifice ad petitionem Regis non debet detrahere iuri Regali nisi Rex remittat.

1. Decimas debent Religiosi iure communi. c. nuper, de decimis. Decimarum exemptio non valet nisi fiat derogatio, d. c. nuper.
2. Concilij generalis decreta habent clausulam derogatoriam ad ea quæ contra concederentur.

3. Rescri

3. Rescriptum quo aliquibus Religiosis communicantur aliorum priuilegia etiam si in eis continetur exemptio decimarum non valet nisi fiat mentio dict. c. nuper.
4. Regibus concessa priuilegia non censentur à Pontifice derogari.
5. Generali derogatione concessionum non comprehenduntur qua Principi facta. Authentico vt de cetero, commutationes Ecclesiasticarum rerum.
6. Principem non comprehendit quod in priuatis statuitur.
7. Priuilegium quod ante decimarum concessum, non videtur ex posteriori exemptionis derogatum nisi de primo mentio expressa fiat. c. veniens, 19. de rescriptis.
8. Priuilegia Principum semper conseruantur. cap. cum in generali de officio deleg. in 6. cap. ne aliqui de priuilegiis in 6.
9. Decimarum concessio non comprehendit eas qua eo tempore alius possidebat. c. statuto 2. de decimis, in 6. c. dudum, 31. de priuilegiis.
10. Littera ad beneficium impetrata qua de alterius colorata possessione mentionem non faciunt nihil valent. cap. cum nostris, 6. de concess. praebende.
11. Rescriptum sine mentione primi non valet. c. ceterum de rescriptis.
12. Principis concessio non derogat prima concessioni antea facta nisi expresse derogetur.
13. Priuilegium generale vt percipiuntur decima parrochia non derogatur secundo priuilegio quo aliquorum fundorum, in eisdem decimarum perceptio datur, nisi primum derogetur.
14. Decimarum concessio, & exemptio vt non soluantur ex quacumque causa non extenduntur ad eas qua antea concessa. l. emptor. §. Lucius, ff. de pactis.
15. Pontifex videtur habere scientiam iuris communis non iuris specialis.
16. Priuilegium ex causa onerosa concessum transit in contractum.
17. Loquentis persona excepta censetur. l. inquisitio, C. de solut.
18. Fauore alicuius factum non debet contra eum retorqueri. l. quod fauore, C. de legibus. Legatum cum onere datum etiam onere

19. Seruus in fuga à domino possidetur ad commodum non ad damnum. l. 1. §. per seruum de vsucapionibus explicat. l. serui, 17. §. illud, ff. de furtis.
20. Obligatio in diem incertum est condicionalis. l. quodcumque, 45. §. penult. de verb. oblig. l. si decem, 48. l. si ita quis, 135. in principio, & §. 1. de verb. obligat.
21. Concessio quis ex suis fundis soluat decimas non excludit, ne percipiat ex fundis quos conductoribus colendos dedit.
22. Decimarum concessio intelligitur de eis qua iure communi soluantur. l. qui insulam, 30. §. fin. ff. locati.
23. Exemptus à decimis non eximitur à tertiis antea concessis pluribus. Regalis Patrimonij Senatus decretis firmatum.
24. Concessio decimarum facta intelligenda, de eis qua tunc Ecclesia possidebat. c. cum ordinem, 6. de rescriptis.
25. Decimarum exemptio non extendenda vt non soluantur laico qui de decimis est infundatus.
26. Exemptio decimarum semper restringenda.
27. Obseruantia priuilegij illud interpretatur. Priuilegium per non usum amittitur. c. de terra, c. accidentibus de priuilegiis. l. 42. tit. 18. p. 3.
28. Superfluitas, argumentum futile. Superfluum non dicitur quod etiam in minimo potest operari. l. si quando de leg. 1.
29. Decimarum concessio quando potest extendi ad eas qua alius ante possidebat, ex Couuar.
30. Decimas quas Rex percipit ex indulto iure speciali consequitur.
31. Dispositione generali non comprehenditur quod est diuersa speciei. l. si mihi, 20. cum, l. sequenti de seruit. rusticor. l. ex facto agitarum, 19. de hered. instit.

Regni concessis decimis in aliquo territorio; & postea ad Regis instantiam exemptio generalis decimarum concessa Religiosis, an comprehendat etiam ut non soluant decimas in eo territorio in quo decima antea Regi concessa fuerant si in eo Religiosi bona habuerint, ex quibus fructus percipiant.

1. **R**o Rege vt quamuis Religiosi habeant exemptionem, vt ex suis fundis decimas non soluant adhuc debere soluere decimas quæ antea iure speciali Regi concessæ fuerunt videtur probari ex c. nuper. 34. de decimis ex quo omnes Religiosi tenentur vt reliqui soluere decimas iure communi, & qualibet exemptio quæ conceditur non valet nisi expresse eius textus dispositioni derogetur, id enim operatur esse decretum Concilij generalis, nam ex concilio Lateranensi, cap. 55. desumptum est, dictum, c. nuper.
2. Et quæ à Concilio generali decreta censentur habere clausulas derogatorias ad sequentia vt in terminis Marquesanus de commissionibus 2. p. pag. 596. num. 1. & l. 2. Campanellus, in diuersorio iuris Canonici rubrica 32. cap. 13. num. 154. Rota, i. p. diuersorum, decis. 122. & decis. 229. num. 3. inter decisiones Orani quas sequitur, & alios refert, D. Augustinus Barbosa de iure Eccles. lib. 3. cap. 27. n. 38. & vt explicaret vim, & efficaciam Bullæ Gregorij Decimi tertij quæ dicitur memorabilis qua concessa fuit exemptio decimarum Religiosis Societatis Iesu, & quantum plus potuit operari quam Bulla Pauli Tertij quæ iam antea eam exemptionem decimarum concesserat expendit Tamborinus de iure Abbatum i. tom. disp. 15. quæst. 18. n. 28. in Bulla Gregorij Decimi Tertij expresse derogatum textui in dict. c. cum nuper. & ideo ex ea valere prædictam exemptionem, quæ forte sustineri non posset ex Bulla Pauli tertij vbi prædicta derogatio noui fuit.
3. Vnde ex Marquesano, Puteo, Guterrio, Lefio, Riminaldo, & aliis pluribus, Monasteria regulariter teneri ad decimarum solutionem probauit idem Barbof. in collect. d. c. nuper. num. 2. & 3. nisi aliquo speciali priuilegio eximantur, imo ex Rotæ decisionibus

probat, num. 4. etiam si Pontifex concedat alicui Religioni communicationem priuilegiorum alterius quæ habet expressam exemptionem soluendi decimas etiam si mentio fiat de decimis in rescripto communicationis priuilegiorum, quia potest referri ad decimas extraordinarias quæ imponuntur ab homine non ad ordinarias, & prædiales quæ debent iure diuino, præsertim si non fuerit derogatio d. c. nuper. cuius dispositio vt conciliaris habet clausulas derogatorias ad sequentes dispositiones, & requirit derogationem specialem, vt probauit idem Barbofa vbi supra.

Rurfus nam priuilegia Regibus concessa non censentur à Pontifice derogari, Grassis decis. 9. titulo de restitutione spoliatorum, & in terminis, Hieronymus Gonzalez reg. 8. Cancellariæ gloss. 9. §. 2. num. 35. eis verbis: *Præcipue cum dicta indulta fuerint concessa ad instantiam imperatoris Caroli Quinti, & aliorum Regum, & Regina Hispania ac proinde minus est presumendum voluisse Papam illis derogare in læsionem dicti Imperatoris, & Regum supplicatium quibus propter eorum excellentiam, semper defertur, & præseruati censentur.*

Et idem tradit glossa 24. n. 154. & 155. statuens ex derogatione generali cuiuscumque concessionis, & priuilegij numquam censeri derogata priuilegia quæ Regibus concessa fuerunt, quia censentur excepta & ex n. 157. tradit vt licet iuris fundamenta derogationem persuaderent, tamen ex Regum excellentia iuris Regulas laxari, & solum derogationem generalem operari in priuilegijs priuatorum ex quibus ius habent acquisitum, ex auth. vt de cætero commutationes Ecclesiasticarum rerum nouella 55. §. de cætero vbi commutatio rerum Ecclesiæ quæ generaliter omnis prohibetur censentur Principes ab ea prohibitionem excipi vt in eis valeat permutatio.

Quia semper quod in priuatis quibuscumque statuitur ad Principem extendi non debet, & derogatio generalis solum ad priuatos refertur, Balbus de præscript. 3. part. 5. partis Principalis, quæst. 8. Boërius decis. 39. n. 12. Parisius lib. 1. conf. 101. num. 84. & lib. 4. conf. 25. n. 17. Auendaño responso 16. n. 1. Auilef. in procemio capit. Prætorum, num. 5. Velasquez, in l. 41. Tauri gloss. 1. num. 16. Gonzalez, ad regul. 8. Cancellariæ gloss. 32. n. 2. & 3. Burgos de Paz conf. 40. n. 11. relati per Antonium Gabrielem, communium titulo de præscript. conclus. 1. num. 27. vers. contrarium, Couarr. lib. 3. variar. cap. 13. n. 5. Mieres de Maioribus, 4. p. q. 30. num. 5. vnde

vnde cum in hoc casu in concessione nulla fuisset facta derogatio, nec mentio priuilegiorum quæ Regi concessa, nec textus in dict. cap. nuper de decimis & quamuis generalis derogatio fieret in Principe non procederet, merito nihil obstat Regi concessio Religiosis facta, vt decimas non soluerint quin vt ab eis quæ ex priuilegio anteriori illi concessæ fuerunt eximantur.

7. Sed & in terminis priuilegij vt aliqui decimas non soluerent, derogatum non videri anteriori priuilegio nisi expresse de eius abrogatione mentio fieret, cap. veniens, 19. de præscript. Grammat. decis. 20. Couarr. rubrica de testament. 2. p. n. 20.
8. Præsertim vt diximus quando concessum fuit Principi quia eorum priuilegia semper conseruantur ex ratione textus, in cap. cum ingenerali de officiis delegati, in 6. & facit textus expressus in cap. ne aliqui de priuilegijs, lib. 6. vbi in reuocatione indulgentiæ quæ quibuscumque personis cuiuscumque sint præminentia, dignitatis, conditionis, aut status, sub quacumque forma fuerint concessa, excipit tamen quæ Regibus, Reginis, & eorum filiis data fuerint & præsertim quando concessio decimarum facta fuit pro defensione Ecclesiæ, & fidei propagatione vt Regibus Hispaniæ concessa fuerunt, tunc numquam ea priuilegia videri reuocata tenent in terminis Gonzalez in dict. regula 8. gloss. 25. & 28.
9. Rurfus in terminis concessionis decimarum, quoties alicui concederentur, non extendatur nec intelligatur, de eis quæ alijs iam tempore concessionis possidebat probatur expresse, cap. statuto 2. de decimis, lib. 6. & idem in specie probauit textus, in c. dudum, 31. de priuilegijs, vbi cum Monialibus concessum fuisset priuilegium ex suis fundis decimas non soluere adhuc ex eo non fieri præiudicium priuilegio quod antea concessum fuerat Priori, & conuentui de decimis percipiendis in eo territorio: nota verba quæ hunc casum expresse decidere videntur ibi: *Decernimus iuri prædictorum Prioris, & conuentus super decimis non alium in quarum erant possessione tempore illo quo indulgentia Apostolica impetrata fuerunt aperte altera de decimis non alibus non soluendis non debere per eas non facientes de hoc aliquam mentionem præiudicium generari, & notarunt Innocentius, & Cardinalis in eo textu, Felinus, in c. causam quæ de rescriptis, num. 11. Oldraldus conf. 268. Castellianus, Cora in memorabilibus, verb. priuilegia, Couarr. lib. 1. variar. cap. 17. num. 14.*
10. Et in causis beneficialibus ita explicat textus,

in c. cum nostris 6. de concessione præbendæ; vbi non valent literæ ad beneficium impetratæ quæ de alterius colotata possessione facti mentionem non fecerint probarunt Innocentius, Zabarella, Ioannes Andreas, Imola, Ananias, Antonius de Butrio, Hostiensis, Ancharanus, Panormitanus, & alij in eo textu, Menoch. de arbitr. casu 201. n. 139. Nicolaus Garcia de beneficijs 10. p. cap. 1. n. 48. Gonzalez reg. 8. Cancellariæ gloss. 5. §. 1. num. 64. & 65.

Facit regula textus in c. cæterum de rescriptis vbi rescriptum sine mentione prioris non valet, c. cum ordinem 6. eodem vbi agitur de decimis, & statuitur quoties aliquibus fuerunt concessæ si postea aliud rescriptum in præiudicium priuilegij fuerit impetratum nihil obstat si de alio primo priuilegio expressa reuocatio non fiat, notarunt Bellamera, Barbacia, Ioannes Andreas, Anchar. Hostiens. Anania, Panormit. Bald. Felinus, & alij in d. c. 6. ex Mascardis, Cauedo, Brunoro à Sole, Gironda, Azébedo, & alijs Barbosa in collect. ad eundem textum num. 2.

Iuuat doctrina Bartoli in l. prædia, Cod. de locatione prædiorum, lib. 12. vbi notat si Princeps aliquid concessit, & postea alteri eius rei concessio fiat, hæc non valet etiam si motu proprio facta sit, cum non sit presumendum, velle Principem derogare primæ concessionem, de qua mentionem non fecit: comprobant Menochius, Rebuffus, Gracianus, Frædericus, Scotus, Gracianus, Putetus, & alij quos circa rescripta refert Barbosa in collect. ad c. cæterum num. 2.

Et in terminis si Pontifex alicui concessit priuilegium percipiendi decimas in tota Parochia, & postea alteri concederet, vt frueretur decimis aliquorum fundorum eiusdem Parochiæ, nec tamen mentionem fecit priuilegij anterioris, non ideo priori concessionem fieri præiudicium probauit Rodericus Suarez allegat. 18. n. 10. & reddit rationem, nam quod operatur possessio sola in dict. c. statutum, c. dudum, fortius operabitur in hoc casu possessio cum priuilegio indeque deducit vt quamuis generaliter derogaretur cuiuscumque priuilegio contratio adhuc nisi expresse eius reuocatio fieret nihil operaretur ex Cyno, Panormitano, & alijs idem Suarez numero 11.

Et quamuis in secunda concessione diceretur non soluere decimas ex quacumque causa adhuc non deberet excusari a solutione earum quæ specialiter antea concessæ, argument. textus qui fere eisdem loquitur verbis in l. emptor. 38. §. Lucius, ff. de pactis, vbi quauis liberatio contingeret, ex quacumque causa

causa deberetur itavt omnes cautiones ex quocumque contractu vanæ, & pro cancellatis haberentur non fit extensio ad debitum de quo antea specialiter prouisum fuit vt in eo liberatio locum non habeat, notarunt Doctores in eo textu communiter, & ego notauit, r. p. decis. 19. n. 10.

15. Tuat etiam celebris decis. Seraphini Oliuarii 1293. part. 2. vbi agit de collegio Societatis Iesu quod habebat exemptionem decimarum, & tradit eam tantummodo intelligendam in eis quæ iure communi soluebantur Ecclesiis, vel Parochis non vero in illis quæ iure speciali aliis concessæ fuerunt quia solum iuris communis videtur Pontifex scientiam habere non iuris specialis.

16. Tum quia si concessio alicui facta procederet ex causa onerosa, vt Regibus nostris vt Mauros ab Hispania expellerent decimæ concessæ fuerunt, tunc in vim contractus transit priuilegium, & est irreuocabile vt ex Roderico, Suarez, Barbosa, Antonio Gomezio, Burgos de Paz, Camillo, Borello, & aliis probauit D. Solorzanus 2. p. de India gubernat. lib. 2. c. 30. n. 18. & vide quæ idem notauit d. lib. 2. cap. 27. num. 54. & lib. 3. cap. 23. num. 46. & contractibus numquam videtur velle Pontificem præiudicium inferre argum. l. 2. §. merito, ff. ne quid in loco public. & in §. si quid à Principe vbi communiter notatur ex Abbate, Hostiensis, Tufcho, & aliis D. Solorzanus 2. tom. de Indiar. gubernat. lib. 2. cap. 16. num. 39. & cap. 27. num. 60. & concessiones generales non debent extendi ad ignorata arg. l. damni, §. si is qui, ff. de damno infecto, l. fin. §. i. ff. de leg. 2. Surdus cōf. 27. n. 6. Gratian. discept. cap. 98. num. 1. sed ad illa quæ ex rei natura continentur, & ita priuilegium Societatis Iesu, quoad exemptionem solutionis decimarum intelligit, & interpretatur D. Valenzuela conf. 71. num. 22. & sequentibus.

17. Deinde quia quantumuis allegaretur à Religiosis ad instantiam Regis, eis concessam fuisse decimarum exemptionem non est dicendum Regem petere exemptionem contra se ipsum, vt eximerentur ab illis quæ ei Pontificis indulto competebant, nam vltra illud quod vulgariter traditur semper in iure excipi persona, loquentis, l. inquisitio, Cod. de solut. Baldus, & Salicetus in l. i. ff. de Senatoribus, & pluribus comprobat. Menochius conf. 2. à num. 74. vsque num. 79.

18. Quod Regis fauore & ad eius instantiam Religiosis concessum fuit non debet contra ipsum Regem in eius damnum retorqueri, l. quod fauore, C. de legibus quemadmodum cum alicui legatum relinquatur vt aliquod

faceret adempto tamen onere legatum ademptum non censetur, & quamuis Bartolus contra tenuerit in l. alumna, 30. §. ab hæredibus, ff. de adimendis legatis, tamen eius opinio communiter reprobatum vt legatum adimi non censeatur onere subducto nam hoc quod est onus subducere respicit fauorem grauari, & non est ita interpretandum, vt legatum adimatur vt etiam si deficiat modus vel onus, sub quo relictum non deficiere legatum ex l. si fundum, §. per fideicommissum §. Iulianus de leg. 1. & aliis notarunt Baldus in l. i. c. re instir. & sublt. Bertachinus verb. onere, ibi alia adducit.

19. Idque procedit etiam si qualitas quæ in fauorem alicuius consideratur sit inhærens & inseparabilis vt damnum sequi debeat quem admodum etiam si in iure permissum sit seruuum qui in fuga est possideri à domino, vt per cum impleri possit vsucapio, l. i. §. per seruuum, ff. de vsucap. tamen vt tradit Vlpianus Iuliani sententia, in l. serui, 17. §. illud, ff. de furtis, si seruus qui in fuga est furtum commiserit, etsi videatur à domino possideri tamen ad implementum vsucapionis, & Domini fauorem tantum videtur possideri non vero vt ex eo Dominus damno afficiatur & furti actione teneri debeat.

20. Et quamuis cum in diem incertum conferretur obligatio, id faciat conditionalem, veluti si quis obligatus fuerit, cum Titius pubes erit argumentum legis quocumque 45. §. penultimo de verb. obligat. tamen si stipuletur cum petero, & similiter incertum sit quando, & an petam, tamen conditio non inducitur, l. si decem 48. l. si ita quis 135. in principio, & §. l. ff. de verb. obligat. nam cum eius adiectionis cum petero ille finis sit, vt celerius præstetur, contra foret si induceretur conditio, & in damnum stipulantis retorqueretur, & non est congruum finem rei euerri dict. l. quod fauore, quam exornant, Baldus, & Salicetus in c. indultum & c. quod ob gratiam de regul. iur. Iason. in l. legata inutiliter. de admin. leg. Seraphinus de priuileg. iuram 107. n. 10.

21. Et in terminis decimarum exemptiones probauit Farinacius decis. 240. pag. 120. nouissimarum quæ excusæ anno 1612. agens de priuilegio concessio Monialibus sororibus Sanctæ Claræ ne soluerent decimas de fundis quos colerent per se vel colonos, & quæstio fuit an si conducerent fundos, possent à conductoribus sorores decimas percipere, & exigere, & quamuis priuilegium erat non soluendi decimas, non vero exigendi adhuc Rota decidit posse moniales à conductoribus decimas exigere nam cum illorū fundorum decimæ

decimæ abrogentur à Patochis ad alimenta monialium, & in earum fauore priuilegium concessum contra illas retorqueretur si non possent decimas exigere, à conductoribus qui alias soluere debebant vt probauit latè Gutierrez de Gabellis q. 44. & alibi notauimus, & contemplatione monialium exemptio decimarum in eis fundis concessa, Roma in l. si cum dotem, ff. solut. matrimonio & conf. 32. num. 7. ita similiter si ad petitionem Regis vt ei gratiam faceret Pontifex exemptionem decimarum concessit non debet contra Principem ipsum interpretari vt à decimis ipsi concessis Religiosi eximantur, nam ea facile Princeps posset donare vel ab eis non percipere, & frustra à Pontifice peteret, quod ipse concedere vel donare in decimis valebat.

22. Vt etiam nam in concessione generali vt decimas non soluant, intelligitur de decimis quæ iure communi ab extra percipiuntur non ab ipso Principe qui petiit exemptionem, arg. textus, in l. qui insulam 30. §. fin. ff. locati, ibi: sed extraneam vim utrosque excipere voluisse, vt in contractu in quo excepta fuit vis fortuita propria non comprehensa, sed extranea, ac perinde si incensa villa fuerit à seruo Coloni tenetur non obstante pacto, quasi non intelligatur agi de eo qui contraxit, ita nec de Principe qui petiit à Pontifice exemptionem quia semper credendum est velle ius suum conseruare nec omittere nisi aperte exprimat iuxta vulgaria.

23. Idque aperte firmatur pluribus sententiis quæ in rem iudicatalam transferunt nostri Senatus supremi Regalis Patrimonij aduersus Religiosos Societatis Iesu qui cum habebant exemptionem soluendi decimas ex bulla memorabili Gregorij XIII. quam supra retuli intendebant non soluere Tertias quasi decimarum pars, quæ iam pluribus retro seculis, Regibus Hispaniæ à Pontificibus concessæ, l. i. tit. 29. lib. 9. Recopil. & Doctorem sententias retulimus supra allegat. 17. num. 3. sed tamen, Religiosi Societatis Iesu fuerunt condemnati ad solutionem Tertiarum, quia illorum exemptio circa decimas, non debebat extendi ad Tertias quæ Regi iam concessæ fuerant vt ab illis iam Regibus datis exempti non censentur.

24. Deinde quia concessio à Pontifice facta, intelligi debet de his in quibus ad Pontificem tunc spectabat dispositio quia tunc Ecclesiæ soluebantur, non vero de decimis quæ iam Regi datæ fuerant, quia in eius præiudicium, rescriptum intelligi non debebat, & pondero in terminis textum expressum in d. c. cum ordinem 6. de rescriptis eis verbis:

Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fife. tom. 1.

Si contra vos super decimis vel aliis qua. Ordini vestro sedes Apostolica indulsit non facta mentione Cisterciensis Ordinis litera fuerint impetrata per eas minime teneamini respondere: Quem textum plures retulimus eum exornantes supra num. 6. & videndus Barbosa in eius collectaneis, num. 6. vbi contra Ripam, & Beroium interpretatur.

Præterea facit etiam in specie doctrina 25. Ioannis Andreæ in cap. 2. de decimis, dum tradit priuilegium exemptionis decimarum non extendi vt non soluantur Laico qui decimis est infeudatus quod sequitur Peregrinus decis. 143. num. 19. & ad priuilegia videndus Maurus allegat. 40. num. 12. & allegat. 79. 2. part.

26. Maximè nam semper exemptio decimarum restringenda, quantum possit, quia difficulter conceditur, & ideo si Religioni concedatur communicatio priuilegiorum, alterius Religionis quæ habeat, exemptionem soluendi decimas, adhuc non extenditur hæc exemptio ad Religionem cui communicata fuerunt priuilegia, vt supra ex Barbosa in c. nuper de decimis, probauimus, quia numquã exemptio soluendi decimas censetur data nisi exprimat, quia difficulter conceditur, ex traditis à Baldo in l. fistulas 8. §. frumenta, ff. de contrah. empt. Butrius conf. 19. num. 9. Cremenli singulari 108. Seraphino decis. 591. & referens plures decisiones Hispaniæ videlicet, Valentini, Cordubensem, & Conquessem in causa decimarum, notauit idem Barbosa dict. lib. 3. de iure Ecclesiastico, c. 27. num. 41.

27. Pro Rege facit obseruantia subsequuta priuilegij Religiosorum, quæ validissima est ad eius interpretationem, vt ex Baldo, Decio, Peregrino, Mazario, Rota Florentina & Menochio Mastrillus decis. 256. n. 13. Craueta consil. 201. n. 11. & conf. 211. ad fin. Cuman. conf. 162. n. 4. & idem Mastrillus decis. 257. n. 11. & 12. Er ab anno millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, plus abhinc quinquaginta annis constat Religiosos, decimas quas Rex percipiebat, soluisse, ac perinde quamuis contra ipsum vti possent suo priuilegio, (quod vtrique negamus.) Et licet expressum esset concessione prædicta eximi à decimis, quæ Rex percipiebat, adhuc videtur amisisse priuilegium, c. de terra, c. accedentibus de priuilegiis l. 42. tract. 18. part. 3. & per non vsum, quanto magis per contrarium vsum priuilegia amitti tulerunt Doctores per textum ibi in l. i. ff. de nundinis, c. cum accessissent vbi Felinus, Abbas & cæteri Doctores de constit. idem Felinus conf. r. n. 23. Padilla in l. 2. n. 3. C. de diuers. rescriptis.

H h h Denique

28. Denique à Religiosis opponebatur superfluum esse, & inutile priuilegium exemptionis à solutione decimarum, quia non habebant prædia nisi in eo territorio, vbi Regiarum perceptio concessa, & semper vitandam esse superfluum, vel incompatible esse rescipitum, dispositionem vel contractum, argum. l. si quando 109. ff. de legat. 1. quia vitra quam futile & puerile existimandum argumentum à superfluitate vitanda, vt ex Cagnolo, Mantica, Alciato, & D. Castillo ego notaui in decis. Granat. 31. n. 57. Vbi nullo modo posset id procedere argumentum, probauimus quando etiam in minimo potest dispositio operari, quia tunc non superflua, nec inutilis existimanda, & in hoc casu quamuis Monasterium cum quolibet, solueret decimas quæ Rex perciperet, non maneret inutile receptum, exemptionis decimarum, cum eo gaudere possent reliqua totius Ordinis Monasteria cum pro vniuersa Religione exemptionem Rex peteret.

29. Quibus addendus est Couarr. lib. 1. var. c. 17. n. 14. vbi distinguit inter contrarias opiniones Innocentij, Cardinalis, Oldraldi, Felini & aliorum qui tenuerunt, ad explanationem, cap. priuileg. priuilegium concessum de decimis noualium non soluendis accipiendum de illis noualibus in quibus alter non est in possessione percipiendi decimas quasi eis noluerit Pontifex præiudicium inferre, tamen contra tenuerunt Panormitanus, Boatinus & Decius, vt priuilegium extendatur etiam ad prædia in quibus alius erat in possessione decimas percipiendi, & Couarr. ad earum opinionum concordiam distinguit vt si immunitas non soluendi decimas ex noualibus, potest effectum habere extra illa prædia in quorum possessione percipiendi decimas alius fuerit, tunc opinio Innocentij, & aliorum qui eum sequuntur recte procedat: secus vero, si aliter exemptio locum habere non potest quam si intelligatur in eis decimis quarum perceptionis possessio erat penes illum ad quem iure communi decimæ pertinebant cum huius possessionis scientia quia de iure communi presumatur satis Pontifici nota, vt ei velit derogare argum. c. 1. de constitutionibus in 6. tunc admittenda opinio Panormitani & aliorum.

30. Quod magis confirmat ius Regis nostri, quod tuemur quia nec etiam iuxta opinionem Panormitani, vt accipit Couarr. etiam si in nullo alio posset Religiosis exemptio data, in hoc casu non soluendi decimas nisi in eis quæ Principi nostro concessa, adhuc

iuxta opinionem Couarr. non habeat locum circa decimas quæ Princeps percipit, quia vt prædiximus tunc admittit opinionem Panormitani quando decimæ possidentur ab aliquo iure communi cuius scientiam Pontifex habere videtur, & voluisse ei derogare, & cum Rex noster non percipiat decimas iure communi sed speciali priuilegio, prædicta ratio cessat, vt etiam si in nullo alio exemptio Religiosis data locum habere possit, adhuc non præiudicat iuri Regali nec ei videtur Bonifex derogare, cui adde Innocentium, Zabarellam, Ioannem Andrearam, Buttium, Imolam, Anania, Panormit. Ripam quæ refert Barboss. in collect. 4. c. dudum. n. 1. Audacius rei confirmationem noto in quacumque dispositione etiam in generali non comprehendere quod est diuersæ qualitatis maius concessio quamuis sine illo non posset res expediri, & inde venire soleat quod alius non veniret, Bart. in l. 2. de iurisd. omni iudic. n. 1. Iason in l. fin. ff. de Heredit. instit. Romanus in l. illud ff. de acquir. hæredit. n. 1. & argumento, l. si mihi 20. cum l. seq. ff. de feruit. rustic. prædio. Donel. lib. 1. c. 6. men. c. 16. & ideo etiam ad expeditionem exemptionis Religiosis datæ necessarium esset vt in decimis quas Princeps ex Priuilegio percipit intelligeretur exemptio adhuc quia istæ decimæ sunt diuersæ qualitatis quam illæ à quibus exemptio conceditur quia iam ad Regem nostrum translata nullo modo in eis poterit exemptio locum habere nisi aperte de illis ageretur, & pondero textum in l. ex facto etiam agitur. 19. ff. de Heredit. instit. vbi quoties testator ita disposuit: si mihi Seius (quem non instituerat) hæres non erit, Sempronius hæres esto, quamuis substitutio quæ expresse facta supponat necessario institutionem, adhuc non valet institutio, quia nisi nominatim & expresse fiat non tenet, notarunt Aretinus in l. Gallus §. & quid si tantum n. ff. de lib. & posthumis, & ad institutionem non sufficere verba enuntiativa tenuerunt Bartolus, Oldraldus Romanus, Seraphinus, Parisius, Albenus, Bellanus, Goueanus, quos refert Neuius ad d. l. ex facto, ideo etiam si ad effectum exemptionis Religiosis factæ esset necessarium operari in decimis quæ antea Regi nostro datæ fuerant, & sine hoc non posset expediri exemptio adhuc in eis locum non haberet, quia diuersæ qualitatis sunt scilicet iam concessæ & vt comprehenderetur exemptio necessaria erat specialis concessio & derogatio Regalis priuilegij, vt prædiximus.

A L L E



ALLEGATIO. LIX.

Tributorum ratio.

1. Vectigalia & tributa ad publicam utilitatem pertinent.
l. 1. §. interdictum de loco publico fruendo.
l. 1. §. in causa de questionibus.
Novella 159. cap. 2.
2. Subditi pro regimine & defensione Principi debent tributa.
l. omnes Cod. de ammonis & tributis.
3. l. 8. tit. 1. part. 2. l. 11. tit. 28. part. 3. explic. Regis maior potestas in tributis imponendis, quam Imperatoris.
4. Iure diuino Regibus debentur tributa, lib. 1. Regum, cap. 8.
5. Apostolus ad Roman. cap. 13. cap. tributum 23. quest. 8. cap. peruenit, cap. quoniam, cap. innouamus 23. quest. 8. cap. tributum 11. quest. 1.
6. Tributa iusta debentur Principibus de iure diuino.
7. Tributorum maior ratio defectus reddituum Regalium.
l. neminem, Cod. de sacros. Eccles.
8. Necessitas defensionis & Reipublicæ conseruanda maxima & iusta causa tributorum.
cap. super quibusdam, §. præterea de verbor. signific.
9. Hispania Reges non imponunt noua vectigalia, nisi ex consensu Regni & subditorum.
Tributa consensum subditorum requirunt in Anglia, Germania, Batavia, & aliis Prouinciis.
10. Tributa ex consensu subditorum imponi Politici aspernantur.
11. Reges debent cum consilio facere leges.
l. humanum, Cod. de legibus.
l. 2. tit. 7. lib. 6. Recopil.
12. Atributa sunt alimenta Principis, & iuste percipit, cum subditi designant.
Rebelliones plures ex immoderatis tributis.
cap. 12. 16. & 19. lib. 3. Regum.
13. Regibus valde utile tributa ex subditorum consensu & suffragio percipere.
cap. 49. Genesis.
cap. 33. lib. 4. Regum.
14. Retentioni tributorum congruit ex subditorum consensu ea decerni.

Ioann. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. tom. I.

15. Princeps tributa cessante causa ex qua imposita iniuste exigit.
16. Tributa Principi debentur, cum necessitas urget.
17. Principi etiam ex culpa in necessitate constituto debent subditi succurrere.
18. Tributa, vt alimenta Principatus non possunt denegari Principi, et si culpa ad necessitatem deuenierit.
19. Tributorum ratio, quia Publica communi utilitati preferenda.
Lius publicum, ff. de pactis.
Cicero lib. 3. de finibus expenditur.
20. Princeps pro necessitate publica & defensione potest subditos dominio rerum priuare.
Princeps an teneatur sarcire dominium quod ademit.
21. Procuratores urbium nihil donant Principi, quando in nouis vectigalibus consentiunt.
22. Iudex peccat, qui ex arbitrio, non ex iustitia iudicauit.
23. Tributa quando iuste petuntur debita potius Principi non donata censenda.
D. Matth. cap. 22.
Reddere & dare differentia.
l. Stichum 39. §. si hæres, ff. de statu liber.
24. Tributum debet esse iuxta facultates subditorum.
cap. 49. Genesis.
cap. 23. lib. 4. Regum.
l. 14. tit. 5. part. 5.
25. Malum minus eligendum ex duobus.
cap. duo mala, cap. nerui, distinctione 13.
26. Respublica perire non debet, licet tributis opprimantur subditi.
Necessitas facit licitum, quod alias non licet.
Necessitati occurrendum cum imminet, l. fin. Cod. in quibus caus. in integ. restit.
27. Publicus status in totum periret sine tributis.
28. Princeps antequam præter ordinaria ad noua tributa imponenda deueniat, debet proprium expendere patrimonium. Principes boni potius sua expendere debent, quam noua vectigalia imponere.
29. Princeps, qui non potest aliter statum sustinere, noua vectigalia imponere potest, pluribus probat.
30. Ecclesiastici debent contribuere in extrema necessitate.
31. Princeps ad faciliorem exactionem in fructibus tributa percipiat non semper in pecunia.
32. Tributa ex operis subditorum faciliora.

H h h 2

De

De tributis quando iuste Princeps imponere possit.

- V**ESTIGALIA ad publicam utilitatem sustinendam spectare, l. 1. §. interdictum de loco publico fruendo, l. 1. §. in causa de quaestionibus, nouell. 159. cap. 2. notarunt Cicero lib. 2. ad Aticum epist. 16. Tacitus lib. 4. annalium Scipio Amiratus disertat. Polit. lib. 18. discursu 8. late Afflictis cap. 1. quæ sint Regal. in princ. num. 7. & 8. & passim Doctores infra referendi.
2. Et cum ad commune bonum spectet eorum impositio, ideo Principibus, quorum curam contingit reipublicæ defensionem, & gubernatio, congrue debentur, quia subditi, & populi tenentur Regi necessaria exhibere ad muneris sui dignitatem iuxta titulum, Cod. de indictionibus titulo, Cod. de super in dicto lib. 10. l. omnes, C. de annoniis & tributis, eodem libro Lessius lib. 2. de iustitia & iure c. 33. dubitatione 2. n. 13.
3. Et probatur l. 11. tit. 28. part. 3. & l. 8. tit. 1. part. 2. Vbi traditur plus Regibus, quam Imperatori tribui in vestigialibus imponendis, quia Imperator eligitur & nulla alia quam prædecessoribus data electione conceduntur, Rex vero postquam semel assumptus, cum populus ei & in eum omnem vim & potestatem transtulisset, liberè regimine uti, & quando iuste vestigialia exigere poterit, imponere valebit, & Regis maior potestas, quam Imperatoris circa hoc consideratur ex dict. l. 8. cui adde Matthæum de Afflict. in præludio ad constitut. Neapol. q. 13. per totam, Boerio decis. 178. n. 9. Burgos de Paz in præmio legum Tauri, n. 143. cum sequentibus, Azevedo in l. 1. n. 1. tit. 17. lib. 4. compil.
4. Et ideo ex iure diuino Principibus competit potestas imponendi tributa, lib. 1. Regum c. 8. vbi tenet Nicolaus de Lira, Soro lib. 3. de iustitia & iure q. 6. art. 7. Alfonso à Castro de lege penali, c. 10. Lessius vbi supra, Caietanus in summo, verbo vestigial, Diuus Antonin. in summa, 2. p. tit. 1. c. 13. §. 9. Syluester in summa, verbo gabella, 3. q. 5. Nauarrus in manuali, c. 17. n. 20. Menchaca lib. 1. controuers. Illustrium, c. 4. n. 29. Lafarte de gabellis in præfatione n. 2. & 30. ex Diuo Matthæo c. 22. Diuo Luca c. 12. Diuo Marcó c. 11. probauit Otalora de nobilitate, l. p. c. 3. n. 1.
5. Et facit illud Apostoli ad Romanos c. 13. reddite omnibus debita cui tributum, tributum, cui vestigial, vestigial, facit textus in c. tribu-

tum cum sequentibus 23. q. 8. c. peruenit & c. quoniam, c. innouamus de censibus, c. si tributum l. 1. q. 1. quibus adde Ioannem Garciam de nobilitate, gloss. 8. §. 1. ex n. 1. Sfortia de restitutione 2. p. q. 82. art. 4. n. 31. Ceuall. commun. opinionum tom. 2. q. 572. num. 2. Platea in l. omnes C. de annoniis & tributis, Oroscius in l. Princeps legibus, n. 20. ff. de legibus, Velluga in speculo Principis rubrica 46. §. donum, n. 1. Bobadilla lib. 5. Politicæ c. 5. n. 7. qui omnes à iure diuino originem trahere testantur, quod secutus fuit ius gentium, & ius civile: nam ex omnium gentium instituto ratio naturalis insinuauit Principem eligendum, & illum sine vestigialibus non posse imperare, vt prædicti notarunt.

Hoc tamen semper intelligendum est, 6. quando vestigialia iusta fuerint, id est, imposita ex iusto fine, & qualitate seruata, & in eis rebus, ex quibus vestigialia rectè exigantur, vt notarunt Theologi, Caietanus in summa, verbo vestigialia, Lessius de iustitia & iure, lib. 2. cap. 33. ex Gabriele, Vasquez, Nauarro, Molina & aliis pater Marquez in Gubernatore Christiano lib. 1. cap. 16. & ex Saluiano, Caietano, Castro, Soro, & Ledesma, qui alios referunt, idem Marquez dict. lib. 1. cap. 29. pag. 181.

7. Causæ igitur ex quibus imponenda tributa illæ ex iure à Doctoribus & Politicis designantur defectus reddituum ordinariorum, l. neminem in fine, Cod. de sacrosanct. Ecclesiis, Rolandus à Valle vol. 2. conf. 1. num. 67. Natta conf. 183. num. 1. Hipolytus, Riminaldus conf. 10. num. 2. Burfatus vol. 1. conf. 1. num. 16. VVesembeq. vol. 1. conf. 45. num. 16. Rebuffus in l. 1. Cod. de exact. tributorum, Rosental de feudis, cap. 5. conclus. 74. per totam, & conclus. 79. num. 1. vbi tradit id nullum habere, qui contradicat, Soraderus de feudis 5. part. num. 119. Surdus de aliment. tit. 7. quæst. 22. num. 6. Gail. de arrestis, cap. 10. n. 12. Sesse tom. 2. decis. 183. n. 12. Thomas Sanchez consil. Moral. lib. 2. cap. 14. dubio 2. num. 7. Escobar de ration. cap. 25. num. 23. & omnes Doctores passim hanc præcipuam, & impulsiuam causam constituant in dicendi tributa.

8. Vnde procedit illa vniuersalis causa necessitatis publicæ, quæ consistit in defensione status, si hostes grassentur, & inuadant, aut bellum omnino necessarium geratur, aut quæuis alia vrgens necessitas, quæ arbitrio iusto regulanda, Menoch. lib. 2. de arbitrat. casu 178. num. 2. & casu 181. idque argumento cap. super quibusdam, §. præterea de verb. signific. notant Doctores communiter, ibi: quia suprema lex est, vt publicæ necessitati occurratur

curratur, & conseruatio Reipublicæ legem habet necessitatis, vt ex Diuo Thoma, Cicero, Ofasco, Simancas, Conano, Iusto Lipsio, & aliis tenet D. Velencuela, quem & alios refert D. Castillo de Tertius, cap. 9. num. 25. ex pluribus D. Amaya ad tres libros Codicis in l. 3. Cod. de annoniis & tributis, num. 27. ad hoc referendum, quod de iusta causa necessitatis ad tributa imponenda notarunt Festasius de æstim. & collectis, 2. part. cap. 4. num. 48. Riminaldus conf. 667. num. 15. Rolandus à Valle dict. conf. 1. num. 55. & 67. & conf. 91. num. 3. Thomas Grammaticus conf. 98. num. 14. Thomingius lib. 2. conf. 18. num. 29. Bolognerus conf. 1. num. 23. Cacheraus conf. 31. num. 26. Aufrerius decis. 452. Capellæ Tolosanæ num. 3. Franciscus Marcus part. 1. decis. 471. num. 1. Natta conf. 487. num. 13. Alexander lib. 2. conf. 216. num. 27. Surdus conf. 210. num. 33. Parisius lib. 1. conf. 68. n. 31. Crauera lib. 3. conf. 439. num. 7. Menoch. conf. 461. num. 35. Mifinger. cent. 4. obseruat. 70. Barcius decis. 118. num. 7. ex nostris Paredorius lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 3. cum. 5. Azebedo lib. 1. num. 25. 63. 64. tit. 17. lib. 9. Recopil. Cancerius lib. 1. variar. cap. 3. num. 119. Diana 1. part. Mor. tractatu 3. resol. 25. Thomas Sanchez dict. cap. 4. dub. 2. num. 7. vbi num. 4. & 5. ex prædictis iustis causis omnibus Regibus non recognoscantibus superiorem concedi indicere tributa, idque specialiter Regibus Hispaniæ cõperere statuit.

9. Huic autem potestati, quæ generaliter omnibus Principibus non recognoscantibus superiorem ex munere concessa in nostris Regibus Hispaniæ quodam modo voluntariè subditi cesserunt: nam ex æquitate, quæ semper omnia quæ ad regimen pertinent, disponere solent, Reges Hispani constitutionem fecerunt, ne sine consensu subditorum, & suffragiis ciuitatum, quæ Prouinciarum, Metropolis, earum Procuratoribus, ad comitia generalia, in Curia vocatis aliter noua vestigialia, & collectæ non imponantur, nisi Procuratoribus Prouinciarum consentientibus, l. 1. tit. 7. lib. Recopil. Auendaño cap. 4. Prætorum, 2. p. num. 2. & sequentibus, Gironda de gabellis in præludio, num. 25. quos Parlador. & Auendan. refert, Bobadilla lib. 5. Politicæ, cap. 5. num. 3. & idem factum ab Eduardo I. Rege Angliæ, ex Polidoro, Virgilio, & Petro Gregorio probat ex Burgo de Paçe, & aliis Thomas Sanchez consil. moral. lib. 2. cap. 4. dub. 2. n. 5. adde Auendaño de metu, lib. 2. cap. 23. num. 49. & in Hispania, Germania, & Anglia similiter obseruari, & in Francia idem decretum anno 1338. tempore Philippî Valesi, & tempore

Caroli V III. in statibus, celebratis in Vrbe de Turf. vt tributa non indicerentur sine consensu populi, etsi aliter factum à Carolo VII. ex Philippo, Comineo, & Gallo, Politico, probauit Marquez in gubernatore Christiano lib. 1. cap. 16. & c. 29. pag. 179. & quoad nostram Hispaniam adde, quæ tradit Menchaca lib. 2. de success. creat. §. 17. num. 102. & confirmat Alex. ab Alex. lib. 3. dierum genial. c. 13. olim tributa & vestigialia tantum Kalèdis Martij populo auito, eiusque assensu instituta fuisse, & in Batavia idem vt sine consensu populi tributa non indicantur, tradit Hugo Grotius de antiquit. Reipublicæ Batav. c. 5. & de Gallis tempore Caroli Magni Aimonius lib. 4. cap. 116. & cap. 117. & in fere omnibus Regnis politicis Europæ id obseruari ex Mindano, Sleidam, & aliis pluribus probauit Domengius in Bibliotheca, verbo ærarium, num. 170.

10. Quod æquidem, etsi aliqui Politici adspiciuntur quasi quod Regiæ dignitatis est videlicet imponere vestigialia non debere subditorum arbitrio relinqui vt præcario regnet, qui fecerit, cum videatur Regni sui subditos Regem constituere, & neruos imperij id est ærarium non congruere rectæ regendi rationi in potestate, & voluntate populi esse, vt abpendeat augeri, nam plura subito Regibus occurrunt quæ necessarium est celeriter expediri, sæpe quæ secreta interest non vulgari, idque fieri congrue non valet, dum congregantur comitia, dum delecti Procuratores vocantur, & monentur de iustitia Principis ad tributorum petitionem, nec enim negotia hunc ordinem vel morè & moram possunt expectare, effluit ex ea rei gerendæ occasio, & ingruit malum, quod si statim ad stipendia tributa imponerentur repelli poterat, si autem Princeps velit hostem imparatum inuadere, & quæ olim ab ipso rapuit ab inopinato vindicare, quo casu expedit consilium non vulgari, vt nec vicinus intelligat, inter hanc tamen rationem recipiendi vestigialia, dum comitia congregantur à Ciuitate suffragia quaruntur, & populus consentit, vix consilia regi possunt, & arcana omnia in publicum proferuntur, & secretum quod est velut anima omnium expeditionum, & consiliorum, effuditur, & quamuis Princeps, velit hanc mollitionem sibi habere secretam, quas causas à populo insinuabit ad petendum nouum tributum, quo rerum festinatio, quæ bellicas expeditiones maximè perficit, (vt de Alexandro dicebat Alciatus emblema 3. vbi ex Homero, Hesiodo & Ouidio notauit Alciati Scholastes Broccensis ibi,) omnino destruitur & labitur occasio, cum si fortè

Regni Procuratores petitioni tributorum non annuerint, aut quamuis iusta consilia Principis non admiserint, quid aliud quam vel Principis odium, inobedientiam, & ludibrium inde sequatur, & ferendum non est. Ut si inique aut impetite Procuratores vrbium tributa denegauerint, populo ipsi & patriæ iugulum inferant, & vulnera imprimant, negatis stipendiis quæ Reipublicæ status efflagitat, & Regiam potestatem quæ omnium potissimam debiliorem reddi, & populo quodammodo subiici quibus rationibus Polyarchum Regem Galix, suadentem Hyanisbæ Mauritanæ Reginæ, in cuius regno nisi conuocato ex tota gente consilio tributis indicendis autoritas non erat, refert Ioannes Barclaius in lib. 4. sui Argenis.

11. Verumtamen contraria sententia quæ à nostris Regibus merito admilla ex benigno in subditos animo, æquitate, & iustitia qua semper regiminis rationem disponere solent verior, & statui publico, & regendi rationi congruentior est, quippe semper ex consilio suorum subditorum non solum tributa, sed etiam leges, & alia quæ ad gubernationem pertinent, Princeps statuere debent. I. humanum, Cod. de legibus, l. 2. tit. 7. lib. 6. Recop. Iason. in l. placet, num. 10. Cod. de sacrosanct. Eccles. Burgos de Paz, in procemio legum Tauri num. 447. Paris. de Ruteo de sindicatu titulo de rerum excessu, num. 18. Parladorius rerum quotidianarum, lib. 1. cap. 3. num. 13.

12. Sed & cum Princeps ideo tributa percipiat ut supra expendimus ex diuo Paulo ad Romanos, c. 13. quasi ad alimenta Principatus, & iustè hæc alimenta percipiet Princeps quando à Populo ipso tributa designantur, & cum nouæ & iniustæ exactiões semper seditionis causa fuerunt, & Antiochiensium rebellionem, propter vectigal iniunctum à Theodosio, ad bellum Maximi refert Theodoretus lib. 5. Historiæ, cap. 19. notauit Marquez dict. cap. 16. vbi refert Clementem, Alexandrinum lib. 5. Stromatum, & probauit Adamus Contzent lib. 7. Politicorum cap. 29. §. 9. & lib. 9. cap. 3. §. 2. Et vltra plura nullum maius exemplum quàm quod ex lib. 3. Regum, cap. 12. 16. & 19. colligitur quando decem tribus, contra Roboanum, Regem rebellauerunt, quia immoderata vectigalia instituire voluit, ex suoque tantum arbitrio non ex consilio subditorum inducere destinauit, id enim excluditur quando ex consensu Prouinciarum tributa indicuntur.

13. Rursus si vt communiter omnes Doctores tam Theologi quam Iuris Consulti testantur quadam proportione geometrica tri-

butum imponendum itavt pro modo facultatum populorum noua vectigalia instituantur vt probatur Genesis, c. 49. vers. 15. ibi: *vidit requiem quod esset bona, & terra quod optima, & supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis seruiens*, Et de Rege Ioachino, legitur, lib. 4. Regum, cap. 33. vers. 35. ad soluendum tributum, Regi Ægypti proportione quadam vassallos suos onerasse, alias enim iniustum tributum, & à Principe non iure exigendum notarunt plures quos referunt Caietanus super Genesim, cap. 49. Lessius dict. lib. 2. de iustitia & iure cap. 3. dubitatione 1. num. 6. ex Molina, Nauarro, & aliis, Marquez dict. cap. 16. qui & dicto cap. 29. probat iustissimam esse hanc consuetudinem Hispaniæ vt Reges sine suffragio comitorum generalium noua tributa non imponant quasi inde securius iuxta publicam vtilitatem imponenda quando in populo probantur, & melius subditorum vires pensantur, ex quibus tributa soluenda, & tunc certius, & securius subditorum obedientia firmatur, cum cognouerint nihil Principem ex bonis vassalorum velle adimere sed solum pro necessitate publica, & communi omnium bono, vectigal indicere, & cum Principatus communi gentium consuetudine admissus, & institutus esset, vt vi subblata quæ omnia ad Potentiores trahebat, ex naturæ, & rationis imperio res hominum agantur, & naturæ congruat, vt quisquis opibus industria sua partis fruatur, id euerti videtur, & ratio ciuilibus quoties pro arbitrio suo solum Princeps bona ademere, & vectigalia instituerit, ideo congruum est vt subditi necessitatem publicam cognoscant, examinent, decernant: hæc est sanctissima concordia, Regem, & Populum iungens, vtrinque ab iniuriis, & superbia arcebit luxurianturam dominationem, & potestatem.

Et quando Princeps petit tributa, si iniquè petat, aut si iustè ab initio petierit, & causa cessauerit, vel necessitas, tunc iniustè Princeps retinebit tributum, nec amplius exigere valet, vt ex communi omnium Doctorum sententia probauit Marquez dict. cap. 19. pag. 180. qui ex ea solum ratione, quamuis apud nos lege id non decideretur, tamen congruum optimæ regendi rationi, æquitati, & iustitiæ semper existimauit ex voluntate subditorum imponere, & exigere vectigalia, quo casu iustè percipiet Princeps quasi donatum, & & securè imperabit, idq; magis decet Regem Catholicum Hispaniæ.

Quando verò iustis rationibus & necessitate publica urgente vectigalia noua Rex peteret, nihil est, cur recusare possit, vel de-

beat subditis iustitiam petitionis insinuare, potius Regis intereat apud subditos non avari, sed liberalis nomen habere, iusti & benivolenti viribus cognosci, & nihil magis velle, quam quod necessarium ad Regni tutelam, arbitrium & voluntatem, sed in salutem publicam expendere vectigalia, quo casu nullo modo subditi, nec vrbium Procuratores poterunt denegare, quia quando iustè petitur, & necessitas urget, non potest à subditis tributum recusari, quia in necessitate putetur etiam si opus fuerit, exhauriendus est, vt notarunt Soto lib. 3. de iustitia & iure, quæst. 6. art. 7. Ægidius Roman. tractat. de donatione Ecclesiæ, part. 1. & 2. Hugo Victorino lib. 2. de Sacram. cap. 7. 2. part. & est communis opinio ex Iafone in l. quominus, ff. de fluminibus, Oroscio in l. 1. num. 7. de constit. Princip. Couar. lib. 3. variar. cap. 6. num. 6. facit l. 2. tit. 1. part. 2. & l. 31. tit. 18. part. 3. vbi Greg. Lopez ex Diuo Thoma, Medina, Driedo, Gabriele Vasquez, Syuestro, Angelò, Toletò, & aliis refert, & sequitur Magister Marquez in Governatore Christiano dict. lib. 1. cap. 16.

16. Quod adeo verum est, vt etiam si quis opponere velit Principem in necessitatem inductum ex culpa sua, quia nimis prodigus vectigalia concessa erogauit, aut non congruè propter bella iniusta, sumptus inuitiles, donationes excessiuas, quæ magis ad ambitionem, quam necessitatem respiciant, quo casu subditos non teneri nouas collectas Principi dare, iuxta quod notarunt Diuus Anton. 2. part. cap. 13. §. 2. Gabriel in 4. distin. 15. quæst. 5. art. 2. conclus. 3. casu 3. quippe nec dum si Princeps se in necessitatem iniiceret culpa sua, adhuc tenebantur subditi ei occurrere iuxta quod suadet ratio naturalis, & opinio Doctorum, qui hac de re melius egerunt, satis confirmat.

17. Ratio enim: nam tributa sunt velut alimenta Principis, & quocumque modo ei debentur, Diuus Thomas in Epistola ad Ducissam Brabantix, Syluester in summa, verbo gabella, quæst. 2. §. adde autem, Soto lib. 3. de iustitia, & iure, quæst. 6. art. 7. & nullus est, qui inficiari possit, vt subditi teneantur Principi subministrare necessaria ad eius dignitatem, & gubernationem: nam cum id respiciat causam publicam, si vera necessitas est, quamuis imputari Principi possit, adhuc tributa ei debentur, vt necessitati occurratur, vt tenuerunt Molina lib. 3. de iustitia & iure, tractatu 2. de tributis. disputatione 667. num. 4. & 5. Medina de restitutione, quæst. 13. Vasquez de restitutione cap. 6. dubitatione 2. num. 23. Lessius lib. 2. de iustitia & iure, cap. 33. dubitatione 6. num. 48. vbi mouet

quæstionem, vtrum si Rex sua culpa avarium exhauserit ludis, conuiciis, profusis largitionibus, bellis inconstitulis possit urgente necessitate noua tributa imponere, & respondit, rectè posse, *quia ratione publicæ utilitatis auertere non possit, quia subditi in publicâ necessitate tenentur opem ferre* & Idem Vasquez dict. cap. 6. de restitutione, dubitatione 2. num. 23. ibi: *quod licet Rex iniuste consumpserit Patrimonium, & debita contulerit, vel bello inutili, vel iniusto, sit in seruientis libidini, denique ob nullam Regni vtilitatem, potest noua imponere tributa, quia eius inopia est in perniciem Regni*, Azor. 3. part. lib. 5. cap. 23. q. 1. est Medina, Salone, Palatio, Rubio, Hostiens. & Henrico aliter probauit Thomas Sanchez lib. 2. Moralium, cap. 4. dubio 2. num. 8. si aliter Princeps sibi succurrere potest, quando sua culpa ad inopiam deuenit, quo videtur admittere licere, si aliter sibi non possit habere necessaria, non superflua & ambitiosa, & expresse ex Maldeio, Lessio, Turriano, Vasquez tenuit P. Diana, 1. p. moral. tract. 3. resolut. 4.

Sed cum tributa respiciant ad regimem sustinendum & publicam vtilitatem, debet cuicumque priuatæ anteponi, lius publicum ff. de pactis auth. res quæ C. communia de success. Doctores in c. quæ in Ecclesiarum de constit. & in c. plerique. de immunitate Eccles. Bartolus in l. 1. de constit. Principum & in l. Barbarius Philippus ff. de officio Prætoris, vbi Baldus & communiter interpretes notarunt Franciscus Typus de potestate Principis secularis §. 6. n. 1. & facit quod tradit Cicero lib. 3. de finibus ibi: *quia iure natura congruit, vt communis salus & communis necessitas, aut commune periculum non vnius dumtaxat aut alterius, sed omnibus impensis, iacturis, periculisque comparentur.*

Et ideo communi interpretum sententia admissum est Principem (de eo qui non recognoscit superiorem in temporalibus semper loquimur,) posse in casu urgente necessitatis quando publica vtilitas exoptulet, subditos dominio rerum suarum priuare, Iafon. in dict. l. quominus n. 5. Oroscio in d. l. 1. de constit. Principum n. 17. Capitius decif. 66. n. 6. Gail. lib. 2. obseruat. 16. per totam Couar. lib. 3. variar. c. 6. n. 6. Menchaca lib. 1. controuerf. Illustrium c. 1. n. 1. Menochius conf. 103. n. 26. & conf. 147. n. 26. & conf. 156. n. 48. Tapia in rubrica de constit. Principum c. 1. n. 59. Emanuel Costa in l. Gallus §. & quid si tantum 2. p. n. 175. Mieres 4. p. de maiorat. q. 1. limit. 5. ex n. 6. Ceuallos commun. opinion. tom. 2. q. 577. & tom. 4. q. 906. num. 358. Gregorius Lopez in glossa verbo

verbo, *otro*, legis 31. tit. 18. partit. 3. in numero retulit Petrus Surdus conf. 203. à n. 17. v. f. que 24. & quamvis ibi plures referat teneri Principem emendare, damnum tertij tamen quando ex publica utilitate rem privati auferit, nihil tenetur restituere postquam necessitas cessauit, vt ex gloss. in l. si locus, §. fin. ff. quemadmodum seruitur: admitt. Alber. & Castrensis in ea, & Cepola de seruit. Urban. prædio, cap. 24. in fine, tenuit idem Surdus, conf. 313. num. 99. sed circa iustitiam necessitatis attendant Principes, & eorum Consiliarij quia in hoc multoties cum graui Reipublicæ iustitia decipi possent.

20. Ex quo apparet quando necessitas expositulet, cum Principi nouæ collectæ, & vectigalia debeantur nihil donare Principi Procuratores prouinciarum, quando suffragium præstant, pro tributis imponendis, nec etiam illi donationem facere possunt, etsi velint de bonis priuatorum ex quibus vectigalia exiguntur, sed tantum velut iudices constituuntur vt examinent publicam utilitatem quibus Princeps, ex legibus nostris, volens id commisit dict. l. 1. tit. 7. lib. 6. Recopil. & vt inquit Pater Gabriel Vazquez, cap. 6. de restitutione dub. 5. n. 76. & 77. eis verbis: *Subrogantur in locum Principis à quo eis committitur iustitia noui vectigalis vel tributi examinanda, & Princeps in imponendis vectigalibus, hoc iure utitur.*

21. Vnde quemadmodum iudex necessario debet sententiam ferre pro eo qui iuste aliquid petit, & mortaliter peccauit si spreto iure partis ad libitum iudicauit, & restitutioni obnoxius erit, Nauarrus, Syluester, D. Antoninus, Burgos de Paz, Turrecremata, Burtius, Belluga, & alij quos refert Morla in emp. tit. 2. quæst. 7. num. 3. ita Procuratores Prouinciarum quemadmodum mortalis peccati culpam incurrunt si tributum iniustum concesserint, Molina dicta disputatione 667. num. 2. Caietanus, Syluester, Angelus, & alij quos refert, & sequitur Azor. in summa, 3. p. lib. 5. cap. 23. quæst. 2. ita etiam quoties tributum iuste petitur cum Principi debeatur id peccatum incurrunt, cum onere restitutionis Procuratores Prouinciarum qui pertinaciter negauerint aut distulerint, vt probarunt Gabriel, Syluester, Medina, Soro, Castro, & alij quos refert Azor. vbi proxime, cap. 22. quæst. 1. Molina de tributis disp. 674. num. 3. 7. & 8. Panormitanus in, c. innouamus de censibus Bertachinus, & alij quos refert, & sequitur Couarr. in reg. peccatum, 2. p. §. 5. n. 5.

22. Nam Principi tributa debentur in remunerationem regiminis, & laboris quem Princeps sustinet, in iustitiæ administratione, &

velut alimenta ad eius sustinendam dignitatem vt ex Abulensi, Bellarmino, & Ianzenio probauit Marquez, dict. cap. 16. pag. 91. explicans inde D. Matthæum, cap. 22. quando Pharisæi cum Iesum interrogassent, *licet censum dare Casari vel non?* quibus respondit, *reddite ergo quæ sunt Casaris, Casari*, vtens verbo *reddere*, quo debitum significatur, & excluditur donatio quam diximus non interuenire in iustis tributis Regi offerendis, & locum Bibliæ ad differentiam verbi, *dare*, quo Iudæi vsi fuerunt, & verbo *reddere*, quo Iesus respondit quo probatur non posse considerari donationem in tributis quæ Principi offeruntur sed debitum, & comprobo ex l. Stichum, 39. §. si hæres, ff. de statu liberis, ibi: *quia reddere ea magis quam dare videtur*, cui adde quæ ego notauit in decisionibus Granatensibus, 1. tom. decis. 3. num. 17.

23. Illud autem maiorem difficultatem iniciere potest, nam cum tributa proportione quadam ad facultates subditorum referenda vt amplius imponi non possit vectigalium quam quod Populus soluere valet, quippe ad impossibile obligari subditi non possunt, vt ex Genesis, cap. 49. versic. 15. & lib. 4. Regum cap. 23. versic. 35. ex Caietano, probauit Marquez dict. cap. 16. & ultra colligitur ex lib. 3. Regum, cap. 12. vers. 4. ex cap. 28. Prover. versic. 15. ex cap. 3. Micheæ vers. 2. & 3. & tenuit D. Thomas in epistola ad Ducifam Brabantie, Medina, de restitutione q. 3. §. tertium requisitum, Syluester verbo gabella, 4. quæst. 2. §. adde autē, Soto lib. 3. de iustitia & iure, quæst. 6. art. 7. vbi tradit vt quamuis Puteus cum opus fuerit exhauriendus, tamen à ratione naturali & prudentia dissonat scindere venas fontium, & probatur, in l. 14. tit. 5. eis verbis, *Que como quier que el Rey es señor de sus pueblos para mantener los en Justicia, y servirse de ellos, con todo esto guardarlos, debe de manera que no deffallezcan quando meneister los hubiere*, & tributum quod non respicit proportionem geometricam tam ad iustitiam causæ ex qua exponitur quam ad facultates, & bona subditorum vt soluere possint iniustum esse ultra eos quos supra retulimus ex Humada, Castro, Aragonio, Iacobo de Grassis, & aliis Azebedo in l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopil. num. 28. vsque 34. ex Salone, Enriquez, Turriano, Salas, Villalobos, Molfesio, & aliis probat, P. Diana 1. p. moral. tract. 3. resolut. 5. Thomas Sanchez lib. 2. moral. cap. 4. dub. 2. num. 8. ex politicis, adde Armiffem lib. 1. doct. Politic. cap. 16. & lib. 2. cap. 5. qui plures refert, & Doringium in Bibliotheca verb. ærarium, num. 99. inde videtur non posse subditos dominio priuari, & ultra

24. Verumtamen huic difficultati quæ semper maximè vrgebit, quoties subditi vectigalibus & tributis nimis grauati fuerunt eo tempore quo ageretur de nouis vectigalibus imponendis, occurrere poteris, si notaueris, quod prædiximus procedere quando vera vrgens, & iusta est Principis necessitas cum nouæ collectæ petuntur quippe si simul timeantur duo incommoda æquæ publica, tunc necessario occurrendum est medelæ maioris damni quamuis minus prætereatur, idque euenit cum facultates ex quibus vtrumque damnū redimendum non possunt suppetere vtrique, idque ipsa ratio naturalis, & experientia docuit, nam medicina corpus debilitat euacuationibus vt vitam tueatur, & membrum abscinditur ne cancer serpat, & totum corpus inurat: sed ex Theologorum sententia quam referi, & sequitur Vazquez in tractatu de scandalo dub. 1. admittitur posse consuli minus peccatum vt euitetur maius quod necessario perpetrandum, quasi animæ minus damnum esse vtile dum excusetur maius, & in iure omnium Doctorum receptissima sententia est, ex duobus malis qui excusari non possunt minus permittendum vt maius euitetur vt probatur in c. duo mala, c. nerui distinct. 13. ex quo tradit Thomas Sanchez lib. 2. de matrimonio disp. 39. num. 2. permitti meretricis, & accipiendū est iuxta quod tradit idem Sanchez num. 12.

25. Ex quo necessitas quæ impellit ad petendum tributum sit adeo vrgens vt nisi ei occurreretur posset timeri periculum in publico Regni statu, quo casu necessitas extrema dici poterit, iuxta quod tradiderunt Diuus Thomas, 2. 2. l. 9. art. 5. in corpore, Vazquez tractatu de elemosyna, c. 1. dubio 3. qui tunc extremam necessitatem iudicatur, quando cum ea aliquis sustineri non potest, vnde quoties vectigalibus non concessis in periculum adducuntur dignitas Regia & Regiminis solius status, huic primo occurrendum est, ex prædictis quibus ius publicum priuato præferendum probauimus, & quia necessitas facit licitum quod aliàs non liceret, l. cum ad felicissimam, C. de quibus muneribus vel præstationibus, lib. 10. c. remissionem, l. q. 1. sicut, c. quando de consecratione distinctione 1. c. secundo de consuetudine, & ideo Baldus, in l. datus, ff. de petitione hæreditatis, ex necessitate tradit cessare præcepta legis quia lex debet esse possibile vitare, & ideo Diuus Thomas, 1. 2. q. 96. articulo 6. tradit necessitatis proprium esse non subdilegibus, & facere licitum quod

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Tom. I.

iniustum carere lege, & propter eam iura ciuilia & naturalia transgredi pluribus probauit, D. Salgado de Regia protect. 1. p. c. 1. præludio. §. n. 103. alia congerit D. Castillo, de Tercijs, cap. 9. num. 28. D. Solorcanus 2. tomo de Indiar. gubernatione, lib. 1. c. 13. n. 25. & 26. qui interminis tradit hanc necessitatem non esse probandam de presentibus sed posse verosimiliter timeri, nec enim expectandum vt necessitas ad vltimam vergat miseriam, sed sufficere vt vrgeat, vel imminet, vt argumento fin. C. in quibus caus. in integr. restit. quia non etiam expectandum est, vt insularuat & sic deinde agi possit. ex Cicer. Bobad. & D. Valençuela qui alia congerunt probauit D. Solorzan d. c. 13. n. 24.

26. In subditis autem, etsi nimis vectigalibus grauati non potest considerari necessitas extrema, nec omnium, sed aliquorum nam quamuis in rebus victualibus, nouæ collectæ imponantur vt maiori pretio vendantur, non tamen subditis denegantur alimenta etsi maiori æstimatione comparent quemadmodum Principi denegantur quoties vectigalia necessaria non exhibentur, & multum differt, merces aliquas & victualia subditis grauari quam publicum statum & regimen perire si tributa non darentur, nam vt traditur in Euangelio D. Matthæi cap. 5. *Oculus eruendus & manus abscindenda vt corpus susciatur*, & vt tradit Polybius lib. 4. c. 1. quem refert Lucas de Penna in l. 8. n. 31. C. de exactoribus tributorum l. 10. *Populo quidem nihil utilius quam vt necessitas Principis impleatur.*

27. Manet igitur ex prædictis cum id ex necessitate procedat Principem antequam ad tributa indicenda perueniat proprium tene-ri excutere patrimonium & suum expendere ærarium vt tenuit Cynus in l. neminem, C. de sacros. Eccles. Ifernina in c. 1. n. 27. de capit. qui curiam vendidit, & in e. vnico quæ sint Regalia, n. 14. ad finem, Lucas de Pena in l. vltima C. de fundis limitroph. l. 11. n. 9. & 12. Guido Papæ, 9. 551. n. 10. Greg. Lopez in l. fin. gloss. 2. tit. 20. p. 2. omnes summistæ & plures quos cumulat D. Valençuela. tit. 1. consil. 99. n. 20. alias enim si ex proprijs bonis potest occurrere necessitati non videtur in ea esse & boni Principes semper ea expenderunt, antequam ad tributorum impositionem peruenirent, vt de Marco Antonino Philosopho, Nerua Imperatoribus & de Isabella Hispana Belgarum Dynasta notauimus, 2. tomo decis. Granat. 76. n. 19. & ex Liuio Bornitio Ælius Reulnerio non solū Principum sed Procerum sui Regni bona expendenda, & factum fuisse antiqui-

Iii tus

tus antequam subditi nouis tributis grauentur probant Doringius in Bibliotheca iurifconsultorum, verbo, Ararium. n. 69.

28. Sin autem in vera fuerit Princeps necessitate ut aliter non possit sui status decorem sustinere tunc noua tributa indicere valebit, ut notatur supra relati, quibus adde ad potestatem causas & modum indicendi tributa quae notarunt Archidiaconus in c. qui cognouimus. n. 3. & 10. q. 3. Lucas de Pena in l. vnica. C. de superindicto. lib. 10. n. 9. & 10. Giurba decif. 118. n. 5. Antonius Faber in Codice lib. 7. tit. 12. definitione 1. Petrus Gregorius de Republica lib. 13. c. 12. n. 14. & lib. 24. c. 3. n. 5. Ramires de lege Regia, §. 26. n. 6. Farinacius in praxi. 3. p. q. 172. n. 68. Caued. 2. p. decif. 44. & 49. Rosental de Feudis lib. 1. c. 5. conclus. 44. Camillus Borrellus de praestantia Regis Catholici, 11. n. 27. & 34. & c. 10. n. 38. & 39 & c. 25. n. 40. Nauarrus ad titulum de censibus cõf. 6. 7. & 8. & in manuali. c. 27. n. 61. Conradus in templo iudicum c. de Imperatore, §. collectas & gabellas, Aloisius de Leco ad tit. C. noua vectigalia institui non posse Capitius decif. 148. Mazolus conf. 56. Thobias Nonius conf. 47. n. 6. Mandellus Albenfis conf. 186. n. 30. Bofius in praxi sub tit. qui vectigalia imponere possit, Iosephus Ludouicus communium titulo de gabellis, Thuficus praestandarum verbo vectigalia, Ponte de potestate Proregis tit. 4. de Regalibus, imposit. n. 3. & §. 1. Sixtinus de regalibus lib. 2. c. 6. Mastrillus de Magistrat. lib. 3. c. 10. n. 119. & lib. 5. c. 6. n. 94. Marta de iurisdictione 1. p. c. 45. Mieres ad constitut. Catholoniae 1. p. collat. 2. c. 10. n. 18. Azebedo in l. 1. n. 6. & in l. 2. n. 1. tit. 7. et in l. 1. tit. 11. lib. 6. Recopil. & in l. 1. tit. 17. lib. 9. Recop. n. 24. Molina tom. 3. de Iustitia & Iure tract. de tributis, q. 660. cum sequentibus, plures congerit D. Amaya ad libros voluminis, tit. de annonis & tributis in principio, & in l. 3. n. 27. plurimos retulit D. Solorcanus tom. 2. de indiar. gubernatione lib. 1. c. 18. n. 7. & per totum, Castro de lege poenali. c. 1. Duardus in Bulla cenae Domini, canone 5. q. 2. num. 2. Viuius in Candelabro aureo ad explicationem bullae, casu 5. num. 36. Marius Alterius de censuris, tom. 1. disput. 6. Sairus in clauis Regia casuum conscientiae, lib. 9. cap. 16. num. 29. & 30. Vega in summa, verbo *Alcaualas*, tom. 2. casu 2. Basilius Legionensis 2. p. relectione 1. Diana moral. 1. p. tractatu. 3. resolur. 25. Laiman in Theologia moralis, lib. de Iustitia & Iure tractatu 3. c. 2. de tributis & vectig. n. 2. vers. altera conditio est ex Politicis, vide Bullengerum de tribu-

tis, & Domingium in Bibliotheca, verbo ararium, Petrus Gregorius lib. 3. de Republica, cap. 4. & 7. Nauarrete discursu politico 18. Adam Contrera lib. 8. Politic. cap. 7. cum sequentibus, Lipsius lib. 4. ciuil. doctrinae, cap. 11. Pater Vasquez, de optimo Principe, lib. 4. annot. 15.

Et plures ex praedictis probant adeo necessitatem vrgere, ut quando extrema sit, & non possint se defendere laici, nec illorum bona sufficiant ad sumptus belli, tunc debeant etiam contribuere Ecclesiastici, qui tenentur ad communem defensionem, quia necessitas fecit cessare illorum immunitatem, ut notatur ab omnibus in c. non minus, & in cap. aduersus, de immunit. Eccles. ubi in collectanea eorum iurium plures refert Augustinus Barbosa, & praeter eos & supra adductos, adde Petrum Gregor. lib. 2. syntagm. cap. 20. Remigium de charit. subsidio, 2. p. q. 260, Anastas. Germonium lib. 3. de Sacros. immun. c. 17. num. 19. Zabarella conf. 85. Barcius lib. 3. conf. 146. Hippol. Riminal. lib. 1. conf. 2. Franciscus Marcus decif. 458. cum seq. Molina tom. 3. de tributis disp. 674. & alij plures.

Denique illud monendum vellem Principes ut in tributis moderationem obseruet, ut ea non semper in pecunia numerata exigenda decernant, quia cum difficulter subditi conquirant pecuniam, & ea sola deseruiat ad comparationem eorum quae necessaria, si in his tributis imponantur, Princeps idem consequeretur, & leuiores a subditis soluenda redduntur & in pluribus Regionibus, partem fructuum subditi Principibus suis dependunt quos immensum esset recensere, & inde Praedia vectigalia & decimas frumenti refert Bullengerus de tributis, cap. 4. & cap. 9. & Iosephus in Aegypto prudenter ut praecauerat famem, non pecunias collegit ad necessitatem, sed quintam partem fructuum ab Aegyptiis exegit, Genesis cap. 41. & populum Romanum idem obseruasse ut prouinciales ex suis rebus collecta mitterent tradit Bullengerus ubi proximè, cap. 2. vers. quidam tributa, & alia plura exempla refert idem cap. 1. vers. vectigalia; id enim subditis tolerabilius, qui si pecunias non habent, praestertim ubi eius indigentia in Prouincia est, facilius & alacrius fructus praestabunt, ut Deo dependunt, & si opifici tributum aut donarium indicendum operas, aut ex suis mechanicis Principi necessaria ad proportionem indictionis praestet, nam si ex pecunia quae ab illo exigenda necessaria comparanda, facilius ea consequetur ab illo qui difficulter pecuniam habebit.

Quod

31. Quod non semper & absolute admittimus, quia pecunia Principes egent, sed quando eius indigentia fuerit apud subditos, vel in Prouincia & extraordinarie collectae imponenda, vel donatiua praestanda, & ad bellicam expeditionem, vel aliud quod Princeps petierit, cum possit ex ordinariis redditibus pecuniam colligere extraordinaria vero tributa ita distribuatur, ut quilibet subditorum aut operas, vel Principi necessaria, quae pecunia comparanda praestet, ex suis officiis & artibus, & sicut nummi viritim inter omnes per capitationem minutatim distribui solent, ita ut leuiter & facilius extraordinariae collectae exigantur, poterit inter omnes cuiusque officij quod necessarium fuerit, ad proportionem viritim distribui, ut facilius fiat exactio, quia vnusquisque promptior praestabit operas sui officij, & merces quam pecunias.



ALLEGATIO LX.

Principis assertioni standum circa necessitatem publicam.

1. *Sacrilegij instar de Principis assertione dubitare.*
l. reprehendenda, Cod. de institut. & subtit.
l. 2. C. ne fideiusor dot. dentur.
2. *Principis assertionis credendum.*
Clemen. 1. de probatio.
3. *Principi de facto suo affirmanti sine dubio credendum.*
c. nobilissimus 97. distinct.
c. 1. 8. q. 3.
4. *Officiali creditur in pertinentibus ad suum officium.*
5. *Principem nolle subditis damnum inferre praesumitur.*
Praesumptio est Principis voluntatem iustam censeri.
l. prohibitum, Cod. de iure fisci, lib. 10.
6. *Tributorum iustitia ex Principis assertione pendet.*
Belli dispositio ad Principem spectat.
7. *Principi etiam in praedictum alterius vel in eis ex quibus utilitatem consequitur, credendum cum deponit proprio facto.*
Regem non praesumitur velle aliquid in damnum Coronae, & subditorum.
l. vlt. C. de quadrien. praescript.
8. *Regnorum omnium consuetudine Principum assertioni creditur.*

Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. tom. I.

Regimini plura damna si Principi aliquid asserenti non crederentur.

9. *Princeps quando tributa sunt necessaria recte percipit quamuis Procuratoris, vrbium beneficiis demulceat vel metu compellat.*
c. quid culpatur, 4. 23. quast. 1.

De necessitate ut noua tributa concedantur, quomodo examinanda, & an sufficiat Principem asserere egere tributis ut ei debeant praestari.



In hac quaestione parum immorandum est, quia instar sacrilegij esset de Principis assertione dubitare, & ut alias reprehendit Imperator in l. reprehendenda, Cod. de instit. & subtit. eam quae praetulit lucrum concordiae maritali, & ut uxorem, monet Iustinianus in l. 2. Cod. ne fideiussores dotium dentur, & in l. 1. de pactis conuentis, ne dotis vadimonium a marito, sed de illo omnino confidat, quia cum se ipso marito committeret, debet etiam bona ipsius patri mariti arbitrio gubernari, nec dotis fideiussores petere, vnde perfidia in matrimonio & differentia inter coniuges noscatur, ut notauit in decif. Granat. disput. 7. per totam.

Sic nihil magis alienum a recta mentis ratione quam subditos se ipsos regimen, vitam & honorem Principi tribuere, & in bonis ex quibus vectigalium opus fuerit soluenda Principi non credere, sed amplius investigare de eius verbo dubitantes quo obedientia enervatur, amor frigescit, & confidentia deficiet, ideo ut indubitabile tenendum est Principi credendum esse quando aliquid asserit, ut ex Clement. 1. de probat tenent communiter Doctores, & quamuis loquatur de Pontifice extenditur ad Reges & Principes non recognoscentes superiorem ex pluribus Ant. Gabriel lib. 1. commun. tit. de probatione, conclus. 2. n. 12. Mascardus de probat. conclus. 139. n. 10. & conclus. 1233. n. 10. & 28. Farinacius de testibus q. 63. c. 3. n. 82. & probatur aperte l. 32. tit. 1. l. 1. in fin. tit. 7. p. 3. l. 5. tit. 1. p. 6.

Idque maxime procedit quando assertio est de aliquo facto proprio ipsius Principis, ut in hoc casu si diceret egere tributis & sine eis non posse Regni defensionem, & regimen sustinere & eius assertioni credi oportere tenuerunt Bart. in l. ambitiosa, ff. de decretis ab

Iii 2 ordine

ordine faciendis post glossam in c. Pastoralis verbo *exoneraret*, de officio delegati, Bald. in l. illud n. 13. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis, & in l. 7. n. 4. versi. ultimo oppono, Cod. de testament. militis, Iason conf. 227. Riminaldus iunior vol. 1. conf. 2. n. 13. Afflictis decis. 305. n. 14. & 16. Capitiis decis. 83. n. 1. Craueta de antiquit. tempor. 1. parte, §. propositum n. 15. & 16. Nicolaus Genua de verbis enunciatiuis lib. 2. quæst. 4. n. 9. versic. *declaratur primo*, Antonius Gabriel de probat. conclus. 2. n. 35. Natta. vol. 3. conf. 522. n. 31. Rolandus à Valle vol. 1. conf. 5. n. 22. vsque 26. Tiberius Decianus vol. 2. conf. 25. n. 39. Surdus conf. 469. n. 64. Mascardus de probat. conclus. 184. n. 11. Ioannes Gartia de nobilitate glos. 2. n. 22. & 29. Carolus de Tapia in l. fin. de constit. Principum 1. p. c. 1. n. 13. Menoch. conf. 1. n. 8. ex Socino Grammatico, Angelo, Imola, Corneo, Alexandro, Parisio & aliis, Idem Menoch. conf. 100. n. 23. & 24. & conf. 304. n. 28. faciunt verba textus in cap. nobilissimus 3. 97. distinctione ibi: *Et eis scit honestum fuit credidimus c. 1. 8. q. 3. eis verbis: Vnde quia de memorati viri testimonio dubitare omnino non possumus.*

4. Præterea nam quemadmodum creditur officiali deponenti de rebus quoad suum officium spectant, & eius solum testimonium sufficit pro plena probatione ut alibi notauimus allegat. 48. num. 9. & probarunt Corserus, Marfilis, & Neuzanus quos refert & sequitur Menochius conf. 60. n. 18. ex Baldo Iafone, Imola, Cyno, Hostiensis, Speculatore Ioanne Andrea, & aliis Mascardus conclus. 1138. n. 1. ita etiam cum ad Principis officium, munus, & dignitatem spectet regimen. sustinere Rempubicam defendere subditos in iustitia & pace conseruare, sufficit Principem asserere egere tributis ad Regium munus adimplendum quia de eis quoad eius officium spectat declarat.

5. Præsertim quia semper præsumptio est pro Principe, ut nihil iniuste faciat, aut subditis præiudicium inferat, ut tenet glossa Bart. & omnes in l. relegati, ff. de poenis, Felinus in c. quæ in Ecclesiarum n. 60. vbi Decius n. 27. de constit. Alex. vol. 2. conf. 216. Ruinus vol. 1. conf. 181. n. 9. pluribus Menochius de præsumptionibus lib. 2. præsumpt. 10. & Principis voluntatem iustam censeret ex glossa in dict. l. relegati & glossa in cap. si gratiosè verbo à Romano Pontifice de rescript. tenuit Decius conf. 241. & si aliqua dubitatio esse posset, de iustitia belli ad quod tributa petuntur, aut de vrgenti necessitate quam Princeps habere declarauerit, subditi non debent contra id inquirere sed subiici

senatuum decretis, & exequi quod salubre & vtile Regimini declarauerint, ex his quæ notauit Dominicus Bañez 2. 2. q. 40. articulo 1. dubitatione 6. vers. His positis, Valètia 3. tomo disputatione 3. q. 16. punct. 2. vers. 6. certum est. Ceuallos communium q. 568. n. 27. & q. 906. n. 161. faciunt verba textus in l. prohibitum C. de iure fisci lib. 10. ibi: *Officialibus volentibus ea capere, debet acquiescere, cum literis nostris cognouerit, non ex arbitrio suo Casarianos id est officiales ad capiendas easdem venisse facultates sed iustitie vigorem id fieri statuisse.* Vnde colligunt prædicti & Doctores in eodem textu vassallum teneri credere Domino non vero sibi formare conscientiam.

Denique quia in terminis ut Principi qui 6. subditis noua petierit vectigalia asserens de necessitate qua cogitur ad ea instituenda, id sufficere nec amplius quærendum, sed credi oportere tenuerunt Barbatia vol. 3. conf. 1. column. 3. ex Bartolo, Baldo, Castrensi, Innocentio, Andrea Siculo, Butrio, Ioanne Andrea, Speculatore & aliis, Natta vol. 3. conf. 487. n. 38. vbi probat debere credi Principi asserenti se imponere tributum, & collectam pro publica vtilitate, & necessitate, ex Bruno, Ruino, Grammatico, & aliis, solum verbo Principis deferendum in iustitia tributorum probauit Mascardus concl. 1233. num. 13. cum sequentibus, Festassius de collectis 4. p. q. 12. per totam, Arias de bello num. 188. quibus adde quæ notauit Cachéranus decis. 181. Octavianus, Bulpelus 2. p. de libertate Christiana n. 30. & 48. Remigius de charitat. subsid. q. 57. Alex. conf. 226. vol. 2. Oldrad. conf. 258. Rolandus vol. 2. consil. 1. num. 58. & 90. D. Valença 1. tom. consil. 990. num. 1. Cassaneus in consuetud. Burgundia, rubrica 1. 4. p. num. 26. Ceuallos dict. quæst. 906. num. 72. Robitus in consultatione pro Regia Camera, num. 2. Guillelmus Benedictus in cap. Rainutius de testament. verbo & uxorem, decis. 5. num. 474. Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 18. Surdus conf. 210. num. 35. & Principi in eis quæ ad illum pertinent esse credendum ex Theologis probarunt Victoria in relect. de iure belli, num. 30. & 31. Bellarminus lib. de laicis, c. 5. Vasquez 1. 2. disput. 62. cap. 6. §. 3. dubio 5. num. 69. 76. & 77. & 79. Navarra lib. 3. de restit. cap. 1. num. 264. Corduba lib. 3. quæst. 8. conclus. 4. Azor. tom. 3. lib. 3. cap. 22. quæst. 7. Molina de iust. & iure, tom. 1. tract. 2. disput. 113. & in terminis tributorum, ex Parisio, Landerchio, Thoma Grammatico, Corseto, Bobadilla, & aliis, idem admittit Pater Diana 2. p. moral. tit. 3. resol. 11.

11. & de hoc plura omittimus; nam quod certissimum est probatione potius offenditur quam defenditur & ut inquit Seneca epistola 40. *quæ veritati operam dat oratio incomposita debet esse & simplex* & ut idem ille ait epistola 49. ex Euripide Tragico, *Veritatis simplex oratio est, ideoque illam implicare non oportet.*

7. Nec id poterit in dubium reddi ex illorum opinione qui tenuerunt Principis assertioni non standum in tertij præiudicium, & in his quæ libere disponere non potest vel in eis ex quibus vtilitatem consequitur ut post Panormit. in dict. Clement. 1. de probat. pluribus Farinac. dict. quæst. 63. num. 149. & sequentibus, Mieres de maiorat. 4. p. quæst. 1. limit. 6. num. 55. & sequentibus, Anton. Gabriel lib. 1. communium, tit. de probationibus, conclus. 2. num. 65. quippe id non procedit quando de facto proprio, & necessitate sua vrgenti asserit Princeps ut pluribus supra probauimus, & cum non possit præsumi Regem velle aliquid in præiudicium suæ Coronæ vel Regni, l. vlt. in principio, C. de quadrien præscriptione, nec iactare bona Regni sine causa, Afflictis decis. 307. num. 23. Mieres vbi proxime, num. 246. & pro hoc assitat Principi præsumptio iuris Carol. Ruin. lib. 1. conf. 41. num. 4. & 10. Antonius Gabriel d. conclus. 2. num. 61. nec contra facit non credendum ei qui non potest sine causa aliquid facere si de illa non constat quia id procedit in inferiore, non vero in Principe ut tenuerunt Natta conf. 487. num. 38. & conf. 625. n. 7. Rolandus lib. 2. conf. 1. n. 84. Surdus conf. 120. num. 34. & 35.

8. Vnde merito consuetudine vniuersali omnium Regnorum in quibus assertiones Principum plenæ probationis loco sunt, Baldus lib. 1. conf. 327. num. 10. quem sequuntur Grammaticus decis. 65. num. 65. Iacobinus de Sancto Georgio in inuest. feudali verb. & dicti vassalli pro dictis rebus, num. 27. Menoch. conf. 100. num. 26. & 27. Mascardus conclus. 1233. num. 119. Farinac. d. quæst. 63. num. 134. Fontanella de pactis nupt. claus. 4. gloss. 10. p. 2. num. 28. quo casu omnes limitationes Doctorum, ad dict. Clement. 1. cessare suprascripti tenuerunt, quia non admittendum ut de mendacio Princeps arguatur alias si de eo subditi non confidunt, & ei crederent, nihil aliud quam discordia, & seditionis semina inde procederent, & in Hispania vbi sine comitiorum generalium consensu nõ posse à Rege indici tributa, animaduertimus, in allegatione præcedenti, num. 9. cum seq. non ex eo detrahi videtur ut credatur Principi quia nostri Reges ex benigni-

tate ut magis subditis innotescat iustitia tributorum, huic legi suis constitutionibus se subdiderunt, nec Procuratores comitiorum generalium aliquid detrahunt Principis assertioni, sed examinant in quacumque Prouincia quid vires subditorum ferre possunt. ut quantitas seruitij decernatur, & iuxta qualitatem locorum in quibus rebus imponenda, & quomodo tributa exigenda, nec vnquam Hispani suis Regibus necessaria tributa denegarunt.

Et adeo hoc pendet ex vera Principum 9. necessitate quam nemo ut ille potest cognoscere, & testari, ut cum tributis egeat publicus Regni status, & conseruatio, quamuis Rex Procuratores comitiorum generalium beneficiis alliciat aut metu reuerentiali aut quouis alio grauamine compellar ad tributa concedenda, adhuc iuste in conscientia percipere posse; nec Principem teneri ad restitutionem ut ex Basilio Pontio de impedimentis matrim. causa 31. quæst. 1. §. 11. probauit, & sequitur P. Diana 1. p. moral. tract. 3. resol. 25. quia quando ex vrgenti periculo necessaria sunt tributa Principi debentur in conscientia, & peccare qui denegauerit supra probauimus allegat. præcedenti, num. 21. caueant vero Principes ne iniusta exigant aut minus necessaria cum illorum conscientia hoc relictum cum belli necessitas Principis arbitrio commissa ut tradit Diuus Augustinus in c. quid culpatur, 423. quæst. 1. eis verbis: *Ordo tamen ille naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit ut suscipiendi belli auctoritas atque consilium apud principes sit, & ut tradit Soto de iust. & iure lib. 4. quæst. 6. art. 4. agens de tributis vbi res fuerit dubia tunc iudicium non pertinet ad subditos sed recurrendum ad Principem quia ex sententia Cornelij Taciti lib. 4. Annal. Principibus summum rerum iudicium Dei dederunt subditis obsequij gloria relicta est.*

ALLEGATIO LXI.

Prouincias & Regna extera quæ subiacent Hispaniæ defendere pertinet ad vrgentem necessitatem.

1. *Bellum quod iustum dicatur.*
c. Dominus 2. 23. q. 2.
2. *Bellum iustum est ad compescendos Hereticos.* l. 11. tit. 23. p. 2.
3. *Necessitas extrema quando dicitur.*

4. *Necessitas vrgens & magna est defendere Regna qua Hispania subiacent, exillant.*
5. *Fama & opinio Principis semper seruanda fama conseruatio maxime conducit.*
6. *Necessitatem extremam esse Principis vitam aut decorem conseruare. Fama vita preferenda. l. isti quidem, ff. quod met. caus. l. iusta, de manumiss. vindict.*
7. *Principis decor & fama subditis necessaria. c. non sunt audiendi. 11. q. 3.*
8. *Fama priuati sibi prodest Principis omnibus.*
9. *Princeps potest imponere noua vectigalia, quando non potest bellum excusare & non habet unde soluat stipendia.*
10. *Opinio probabilis sufficit ad noua vectigalia.*
11. *Iudex poterit in iudicando sequi opinionem probabilem omissa probabiliori. c. in quibus, 22. q. 2. c. cum dilectus de consuetudine. c. sacro, de sent. excommunication.*
12. *Rebellio est maxima iniuria qua fit Principi. Bellum propter iniurias vindicandas iustum est. Princeps potest armis iniurias vindicare extraneis qui sunt rebelles.*
13. *Ecclesia Hæretici bellum facere debet. c. si Ecclesia, 23. q. 4. c. rescante, 24. q. 3. l. 4. C. de Hæreticis. l. 1. C. de Apostatis. l. 1. tit. 26. p. 7.*
14. *Hispanus Rex ut Catholicus, debet hæresim extirpare. Clementina unica, §. porro, de iureiurando. Hæretici Turcis & Sarracenis deteriores.*
15. *Vectigalia noua possunt institui pro pace publica.*
16. *Pauli Orosii singularia verba pro tribus expend.*
17. *Ecclesia pro pace publica ad bellum succurrere solita. c. tributum, 23. q. 8. Lusitani Ecclesiastici argentum Ecclesie ad bellum contra Castellam Regi obtulerunt.*
18. *Tributa grate compensantur cum pace. Bella grauiora qua cum finitimis.*
19. *Tributis Gallia valde oppressa.*
20. *Monarchiæ caput & membra non separanda.*
21. *Bellum extra Hispaniam geri valde interest.*
22. *Tributa iudici pro vicino Hoste exterminando. l. quod sape, §. ult. de contrahen. emptione. l. si cui fundum deleg. 2. l. fin. C. de agricol. & mancip. lib. 11.*
23. *Belli timor idem operatur quod bellum ad tribut. imponenda.*
24. *Necessitas probabilis sufficit ad iustitiam tributorum. l. habitatores, 27. §. 1. ff. locati. l. pedis, de incend. ruinis & naufragiis. l. postliminium, ff. de captiuis.*
25. *Regna Hispania subiecta defendenda probauit Gabriel Vasquez.*
26. *Rex Hispania an debeat illi extra Regnum ad bellum proflire vel per duces gerere.*
27. *Hispani semper Regi offerunt tributa libenter. l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib. 10. Authent. ut iudices sine quoquo suffrag. c. illud, §. oportet collat. 12.*
28. *Praesumptio pro Principe in tributorum iustitia est iuris, & de iure, qua non admittit probationem in contrarium. Tributa imponi posse pro conseruandis prouinciis extra Hispaniam pluribus fulcitur.*
29. *Gallia ab Hispanis primo incolata.*
30. *Hispania habuit iurisdictionem Gallia tempore Iberorum, & Gothorum.*

An quoties inuaduntur Regna qua adiacent Monarchiæ Hispania, eorum defensio ex necessitate vrgenti, & extrema sit habenda, ut possint imponi vectigalia qua aliàs iuste non imponerentur.

IN quo casu quando Hostes Hispaniæ inuaderent Regnum Neapolitanum, Siculum, aut Milanensem Ducatum, vel si Belgium infestarent, ut opem ferrent hæreticis rebelibus nostri Regis, tunc vrgentissimam esse necessitatem nemo dubitauit, quia bellum iustum

- iustum censetur, & omnes habet qualitates quas Theologi, & Doctores requirunt, iuxta textum, in c. dominus 2. 23. qu. 2. & quod notauit Diuus Thomas 2. 2. quæst. 40. art. 1. VVertus à Sonleuille in alphabetico Curiositatis lib. 2. de bello rite à Christianis gerendo, cap. 1. Victoria relectione de iure belli à num. 27. Vasquez 1. 2. disp. 64. cap. 3. ex D. Augustino, & pluribus Sacræ Scripturæ locis Magister Marquez in Gubernatore Christiano lib. 2. cap. 35. 36. & 37.
2. Et facit quod norauit Ancharr. conf. 140. num. 4. Baldus conf. 439. vol. 5. & celebris textus in d. c. Dominus noster 23. quæst. 2. & 1. tit. 23. partit. 2. vbi qualitates proponuntur quas requirit bellum iustum quibus adde plura, quæ ex variis bonæ notæ authoribus pluribus iuribus notauit, Grotius lib. 3. de iure belli, cap. 3. per totum, Adamus Contzen. lib. 10. Politicorum, cap. 6. & 7. plures relati à Cauedo 2. p. decif. 44. & præsertim quoties ad hæreticorum perfidiam repellendam bellum inferitur quia tunc sine dubio iustissimum est.
3. Illud autem considerari oportet an necessitas adeo vrgens vel extrema dicatur ut in hoc casu possint tributa imponi quæ alias non iuste imponerentur, nam cum necessitas extrema dicitur quando absque eo quod petitur id est tributum, non potest Regnum sustineri videtur recte posse sine Regnis adiacentibus Hispaniam sustineri, nam quamuis egregium sit opus, hæresim confundere, & hæreticos ad Catholicam religionem reducere, tamen id non pertinet ad necessitatem extremam, quia alias teneretur Rex Hispaniæ ut Catholicus, omnes Prouincias quæ à nostra Religione alienæ sunt, conuertere quod nullus admittet.
4. Verumtamen in hoc casu quando Rebellibus Hæreticis, & alijs inuaduntur Regis Prouinciæ, tunc necessitatem non solum magnam sed vrgentissimam esse ut tributa quæ aliàs non imponerentur possint imponi sequentibus suadetur rationibus.
5. Prima, quia negari non potest ad opinionem regis nostri decorem & authoritatem pertinere regna sua & ea quæ patrimonij sui sunt, ut Belgiū conseruare, nihilque magis necessariū existimari potest quam famam Principis conseruare cum in quocunque priuato crudelitati tribuatur famam negligere ex Diuo Augustino quem referens Adam Contzen, lib. 8. Politicorum c. 4. §. 3. ita inquit. *Famam etiam Priuatus qui negligit crudelis est, Princeps vero tam famam quam salutis sua custos esse debet, nam reuera homicidij genus est famam impetere: qui vero Reipublice famam corrumpit crimine Maiestatis tenetur.*
- Et quemadmodum nullus dubitaret, necessitatem extremam & vrgentem esse si Princeps periculo vitæ aut libertatis subiceret, ut ad eum liberandum iuste possent noua vectigalia imponi, ita similiter pro tuenda fama, honore, & opinione Principis, quæ aliàs læderetur, tributa indicenda sunt; nam semper vitæ honor & fama præfertur, l. isti quidem, vers. quod si dederit, ff. quod metus causa, l. iusta, 9. ff. de manumiss. vendit.
- Et quantum opinio & authoritas Principis semper tuenda, Ioannes Cotzier Thefaur. Politic. lib. 2. cap. 9. & ea vitæ præferenda, Nicolaus Bello de statu politico, lib. 2. discursu 37. & facit ratio Diui Augustini, lib. de bono viduitatis, cap. 22. extat in iure in cap. non sunt audiendi, 56. 11. quæst. 3. ad fin. ibi: *Qui vitam suam custodit sibi bene facit, quisquis autem etiam famam & in aliis miseriors est, nobis necessaria est vita nostra, aliis fama nostra.*
- Et quamuis in quocumque priuato fama sibi profit, in Principe autem tota publica est ad statum sui & subditorum defensionem, de qua re videndus aliis omissis, Adamus Contzen dict. lib. 8. Politicorum cap. 4. §. 3. ibi: *Plura opinione quam re geruntur: quid enim si de se tanta opinio ut presentia bella dissipet, ut inimicus lacebere non audeat, ut solo terrore bella conficiat.* Et vterius idem addit hæc verba: *Laborandum est itaque Principi ut fama publica voculas priuatorum opprimat celerime, paratur amissa non re ascenditur, semel firmata etiam intra vitia perdurat. Salomon opinione sapientia Regnum iam degener tenuit tamen, & si Roboam prima Regnandi præcepta discere voluisset filio quoque integrum tradidisset, & fama virtutis comes Dei beneficium cuius respectu fere Regna dantur, & auferuntur: Cur enim Maiestatis tam ad virtutem pertinet quam Politicam qua sine Maiestate esse non potest.*
- Sed & quoties Princeps etiam si necessitate extrema non vrgatur tamen quando non potest iuste bellum excusare tunc recte valebit noua imponere vectigalia, Guido Papa q. 450. & cum Speculatore, Baldo, Matthæo de Afflictis, Natta, Rolando, Aluerico, Anania, & alijs Surdus conf. 210. num. 33. & iustissimè tunc imponi vectigalia tradit.
- Sed circa necessitatem ad exigenda noua tributa sufficere Principi sequi opinionem, probabilem omissa probabiliori tenuerunt Syluester verbo Gabella, 3. q. 14. in 1. parte quæstionis Corduba quæst. 95. ad Primum dubium, Nauarra lib. 3. de restitutione, cap. 1. num. 265. Lessius lib. 2. de iustitia & iure. c. 33. dub.

dub. 6. num. 42. qui omnes in nostris terminis loquuntur, & alios referunt.

11. Idque firmatur, nam iudices, quorum munere funguntur Procuratores in concedendis tributis vt notauimus alleg. preced. n. 20. & 21. in iudicando omnia probabiliori opinione sufficit sequi probabilem vt argum. cap. in quibus 22. quæst. 2. c. cum dilectus de consuetudine c. sacro de sent. excommunicat. tenuit Ancharr. ibi num. 10. Bartolus, & Doctores in l. 2. Cod. de pena iudicis qui male iudicauit, Decius in l. iuris ignorantia, Cod. qui admitti Baldus in repetitione legis Celsus, ff. de vsucap. Alex. lib. 5. conf. 66. Menoch. lib. 2. de arbitrar. centuria 4. casu 349. num. 19. Turrecremata, in c. illud 11. q. 3. Burgos de Paz, in procemio legum Tauri n. 193. Morla in emporio, tit. 2. quæst. 2. Syluester Tabiena, Rosellus in summa Angelica, in summis, verbo opinio, & in terminis tributorum ex Sanchez, Lorca, Martinez, Del Rio Ioanne Sanchez, & aliis tenuit P. Diana 1. p. moralium tractat. 3. resol. 20. qui tradit eandem opinionem, & sententiam vt in tributis imponendis sufficiat si qui probabilem opinionem probare Suar. Lessium, Nauarrum, & alios.

12. Vnde cum non solum probabile sed probabilius sit posse in hoc casu Principem tributa indicere id sufficiat, & probabilius esse sequentibus suadet, Primo nam quoties Hostes Hispaniæ rebelles, nostros excitant, eis opes, & opus ministrant, vt in Principem legitimum, & dominum insultent, grauem iniuriam inferre videntur Regi nostro quia nulla maior sit Principatui quã rebellio eamque sustinere, & rebellibus adiuuare vt notatur per textum ibi in extrauag. qui sint rebelles ex Bartolo, Oldraldo, Ancharr. Afflicto, Gigante, Deciano, Bossio, Socino, Grammatico, & Peregrino, notauit Farinacius in praxi 4. p. quæst. 112. inspect. 5. num. 206. ideo Princeps omnino tenetur vindicare, & bellum indicere, pro sarcienda iniuria iustissimum est vt ex D. Augustino, Lactancio, & aliis probauit Grotius de iure belli lib. 2. cap. 1. num. 1. ad finem & ex Gedeone, Iosue, & Dauid qui ob vindicandas iniurias bella fecerunt, & iustissima fuisse ex Abulensi, Caietano, Alfonso de Castro, Gregorio de Valença, Couarr. & aliis notauit Marquez dict. lib. 2. cap. 37. & adducit Diuum Augustinum quæst. 10. in Iosue qui refert Principem iniurias ei factas posse iustissime armis vindicare.

13. Secundò id maiori ratione procedit, quia rebelles isti hæretici sunt & ab Ecclesia Romana & Religione Catholica, iam à longo tempore separati, & inimici illi se exhibue-

runt, & nulla iustior causa belli inferendam pro Religione aduersus hæreticos & eorum fautores qui ex Bulla in Cœna Domini cap. 1. maiori censura excommunicantur, & ideo Ecclesia ipsa debet bellum indicare hæreticis ex Diuo Augustino in c. si Ecclesia 23. q. 4. cap. refecante, 24. q. 3. l. 4. C. de hæreticis, cap. ferrum, cap. cum secundum leges eodem titulo, lib. 6. l. 1. Cod. de apostatis, & schismaticis, l. 1. tit. 26. p. 7.

Idque præcipue spectat ad Regem Hispaniæ qui cognomine Catholicus, in sua coronatione iurat hæreticos persequi & eorum perfidiam extirpare, Clement. vnica versicul. Porro de iure iurand. extrauagant. ad certitudinem quæ est inter communes, tit. de sententia excommunicationis: & hæreticos longe deteriores esse Turcis & Sarracenis, ex Bruno, Villadiego, Couarr. Petro Gregor. Deciano, Maiolo, Simanca, & aliis, probauit D. Solorcanus, lib. 2. de iure indiar. c. 19. n. 52. qui in eo & n. 5. pluribus tradit necessariam esse hæreticorum extirpationem, & eis indicare bellum ne potentia & numero crescant, & eorum pessimo exemplo prauisque suasionibus Christiana Respublica maius inde nocumentum accipiat, idque præferim ad Regem nostrum pertinet, à suis subditis hæresim exterminare, & in fide Catholica sustinere, vnde sine iactura muneris Regis & cognominis Catholici omittere non potuit, vt ad hoc videatur in necessitate Rex constitui.

Tertio deinde quia valde difficile est internam Prouinciarum Hispaniæ pacem sustineri nisi confinium inuasionibus occurratur, & succedit doctrina Doctorum vt pro conferuanda pace publica non solum liceat noua indicere tributa sed aliquem bonis suis priuare vt hosti in pretium pacis offeratur & argumento. l. Lutius, ff. de euct. l. item verberatum §. 1. & rei vindicatione ex Bartolo, Baldo & aliis probauit Ioannes Igneus in repetitionibus legis donationibus C. de donat. inter. cui rei adiungenda verba Magni Hispani Pauli Orosi quem plures inter diuos referunt, vt tradit Cano lib. 11. de locis c. 16. §. Prima lex (inquit enim Orosius in lib. de ornessa mundi loquens de nostris antiquis Hispanis ibi: maiores nostri bella gesserunt, bellis fatigati pacem petentes tributa obtulerunt, tributum pretium pacis est nos tributa pendimus ne bella patiamur, ac per hoc in portu ad quem illi tandem pro euadendis malorum tempestatibus confugerunt confestim & manemus, igitur nostra tempora viderimus vtrum felicia, certe felicitiora illis duimus quoniam quod illi vitimo dilexerunt, nos continuo

continuo possidemus, inquietudo enim bellorum, qua illi astricti sunt, nobis ignota est, in otio autem, quod illi post imperium Cesaris, natiuitatemque Christi tenuiter gustauerunt, nos nascimur & senescimus quod illis erat debita pensio seruitutis nobis est libera collatio defensionis, tantumque interest inter præterita præsentiaque tempora. Et quod Roma in usum luxuriæ suæ ferro extorquebat, à nostris iam in usum communis reipublicæ conferat ipsa nobiscum.

17. Et facit textus notabilis & expressus in c. tributum 22. 23. q. 8. vbi Pontifex tradit ex bonis temporalibus Ecclesiæ succurrendum esse Principibus sæcularibus, & addit rationem ibi: pro pace & quiete quanos tueri & defendere debent Imperatoribus persoluedum est, idque magis pluribus exemplis confirmabitur, si vltra plura quæ ferri possunt nobis præstâr testimonium historiæ Lusitanæ, nam in bello, quod Rex Ioannes Primus intulit Castellæ cum esset illegitimus, & Regnum Lusitanum vsurpasset, adhuc Ecclesiæ sui Regni obtulerunt sponte omne argentum & aurum quod iuri diuino deseruiebat, vt monetam cuderet ad stipendia militibus persoluedam, vt refertur in epitome Historiæ Lusitanæ 3. p. c. 11. n. 95.

18. Prudenter enim præviderunt Lusitani illa magis bella præcauenda, quæ ex finitimis Regnis proueniunt, & cum illis pacem curandam, nam vicinorum bella grauiora sunt, & vt eis occurratur, quæcumque tributa grauiora non censuerunt, vt argumento legis finalis. C. de bonis quæ liberis ex Hestido Cardinali & aliis probauit Vldericus Zasius in l. 2. de origine iuris n. 11. & quæcumque tributa cum pace gratam compensationem habebunt.

19. Et quamuis Hispania adeo eis grauetur, maioribus enim vectigalibus & collectis Gallia onerata, & iam retro abhinc mille annis semper oppressa, & vt notauit Saluanus Episcop. Massiliensis lib. 5. de prouidentia tradit in capita pauperibus tributa indicta, & quauis soluerent, & bonis priuarentur, vt satisfacerent indictioni, adhuc autem collectis maioribus, & grauioribus onerabantur, accipe notanda verba: Plerique Pauperulorum atque miserorum spoliati reculis suis, & exterminati à gabellis suis, cum rem amiserint, amissarum tamen rerum tributa patiuntur, cum possessio ab eis recesserit, capitatio non recedit.

20. Maximè rursus facit, quia sicut inter caput & membra corporis humani inseparalis est connexio, vt inuicem diuidi non possint, sed caput membris, & membra capiti de-

beant suffragari, ita Hispania, vt caput Monarchiæ debeat Regnis, quæ illi adiacent, vt membris succurrere, aliàs quies & pax in Hispania non posset conseruari, nisi hostes ab eius internis limitibus arcerentur, vt tradit Titus Liuius lib. 3. eis verbis: nulla magna ciuitas diu quiescere potest: si foris hostem non habet, domi inueniet, vt prænata corpora ab externis causis tuta videntur, sed suis ipsa viribus onerantur.

Ideo, quia valdè statui publico conducit bellum geri extra Regnum, ne ad illud accedat, ex cap. Iulianus 94. 11. quæst. 3. eis verbis: producite aciem pro defensione Reipublicæ, & Alberico in l. de quibus, num. 167. ff. de legibus notauit Gregor. Lopez in l. 7. glossa 1. tit. 19. part. 2. teneri subditos proprio sumptu sectari Regem extra Regnum, Afflicti decif. 165. num. 50. Ponte decif. 3. num. 10. & idem Gregor. Lopez in l. 17. glossa 3. tit. 18. part. 2. ex Ifernia & Curtio uniori tradit id procedere, quando hostes infestarent Regnum, vel posset timeri, aut alias expediret, & pro defensione Regni facere Regem censetur, quando extra Regnum bellum gerit, nolens in domo sua inimicum expectare, & quomodo teneantur etiam exempti ad conuocationem Regis venire, & illum sequi, Meirer ad consil. Cathalonæ, tom. 2. collat. 11. cap. 4. num. 28. cum sequent. sæpissimè enim probatur extra Regnum bellum transferre, vt de Scipione in Africam transfulisse refert Seneca lib. 1. de ira, cap. 11.

Conducit, quod tradit Oldraldus conf. 104. incipit circa propositam num. 3. vbi arg. l. quod sæpe, §. vt. ff. de contrahend. empr. l. si cui fundum, ff. de leg. 2. statuit esse iustam causam petendi charitatiuum subsidium, & imponendi tributa ex graui duri, & potentis inimici elongatione, & confirmat l. fin. Cod. de Agricolis & mancipiis lib. 11. eis verbis: qui forte consortibus suis grauis & molestus stat, & addendi Ifernia in cap. 1. num. 41. tit. quæ fuit prima causa benef. amit. lib. 1. tit. 4. in feudis, & alij relati ab Schradero de feudis, part. 6. cap. 6. num. 13. Rosental de feudis c. 8. conclus. 15. & faciunt verba Thucididis lib. 4. histor. ibi: non ita demum cuiusque ciuitatis libertas firma retinetur, si ad sit potentia, quæ hostibus finitimis populisque resistere possit.

Vnde quod in bello præsentis permittitur etiam in timore belli permittendum, & ita pro Regnorum connexorum Hispaniæ defensione quod in ipsa Hispania, quia si Prouinciæ Imperio Hispaniæ subiectæ nõ defendantur bellum internum in Hispania sperari possit ex quo timore belli recte poterunt no-

stra collecta & tributa imponi vt in terminis probarunt Nata conf. 557. n. 7. Surdus conf. 210. n. 33. Isernia, in cap. 1. §. sed nec alia iustior, num. 41. tit. quæ sit prima caus. benef. amit. vbi tradit tunc dici esse bellum in Regno quando timeri potest ne bellum grassetur intra Regnum: adde Vincentium de Ana allegat. 21. num. 24. dum æquiparat casum belli, & eius timorem, Imola conf. 7. n. 1. & 2. Decium in l. 2. n. 3. Cod. de transact. & conf. 555. num. 9. Leonardus conf. 117. num. 169. inter consilia Bruni, vol. 1. Bursat. lib. 1. conf. 81. num. 5. Natta conf. 157. num. 8. & 9. & conf. 380. & d. conf. 557.

24. Et sufficit necessitatem timeri probabiliter vt tributa imponantur vt notant Doctores per textum ibi: in cap. licet hædi, de feriis, & de præparatione vt bellum euitetur idem quod de bello iudicandum argum. l. habitatores, 27. §. ibi: si moris causa, ff. locati, l. pedius, 4. ff. de incend. ruina, & naufrag. l. postliminium, 19. ff. de Captio, & postlim. reuers. l. diuortio, 8. ff. solut. matr. notarunt Bald. in c. 1. §. pacem titulo de pace tenenda Ancharr. conf. 88. Decius conf. 555. num. 9. Natta conf. 610. num. 11. Palacios Rubens in c. per vestras notabil. 3. §. 27. n. 10. Cauedo 2. p. decis. 44. num. 3. vbi admittunt collectarum impositionem, etiam si Princeps non sit in extrema necessitate constitutus si timeri possit constituendum nisi subsidia præstentur.

25. Quæ omnia vt probemus iustè imprimi tributa ad defensionem Regnorum quæ adiacent Monarchiæ Hispaniæ, videtur recte expressisse Patrem Gabrielem Vasquez de restitutione c. 6. §. 3. dubio 1. n. 7. & 8. eis verbis: *atqui dicit aliquis: relinquat Flandriam, deserat Italiam vno suo antiquo Regno contentus maneat, quod & sibi & nobis maiori futurum erit vtilitati. Sed nunquid iura Regni patiuntur vt Rex magno cum dedecore timore inimicorum antiqua Regna quæ vel iure hereditario vel iusto bello capta ad eum pertinent relinquat, maiores inde animos inimicorum commoueat, vt & Regna etiam nostra bello & armis oppugnare non dubitent: nonne salubrius erit etiam si facultates in hoc omnes assumamus, vt inimicorum tela longè à nostris Regnis confringantur, ibique belli impetum non tamen tam prope sentiamus: quod si animo quisque perperderet nobis ubique & omni tempore impune licere terram excolere, messem colligere, fructibus terra in pace, & tranquillitate vesci, vnumquemque, & uxore, & filio securo animo frui, è cõtra vero vbi belli furor sentit incolas terram excolere labore magno seminare vt hostes colligant, num domum flagrare incendio, num uxore,*

rem, & filias raptas filios occisos spectare, & propriam vitam quotidie discrimine expositam habere quis non magis faciat eam qua fruatur pace? quis non vltro Regi tributa offerat vt pacem conseruet? Conseruatam auget? Sed contra fieri videmus vt homines non perpendentes, ex alio vero parte considerantes nouam exactionem, & agrè ferant, & contra Regem obmurmurent sine causa tamen, & iniuste. Hæc Gabriel Vasquez, qui perpendit vt prædiximus Maiestatis regiæ authoritatem, & Hispaniæ securitatem eo quod extra illam bella gerantur, & nisi Regna quæ nobis subiecta defendantur hostes ad nostram expugnationem profiliant et si pro Flandria, & Italia tributa iuste possunt imponi iustius exigenda vt finitimi, & confines hostes arceantur, & opprimi possint.

Maximè quia si Galli nostrum Regnum impeteret, non posset dubitari pro defensione publica necessitate vrgentem esse & noua vectigalia posse imponi, quid non mouebit quado Princeps noster ipse bello assistere destinauit, & si opus fuerit extra Regnum in Italiam transire, quod nisi in grauioribus periculis admittendum non est, & ita in simili bello, cum Rege Galliæ, cum vellet in Italiam migrare Rex Catholicus Ferdinandus Quintus contra eius sensum & opinionem consilium præbuere D. Enricus Enriquez eius auunculus, Gundisalvus Ferdinandus, Magni Ducis cognomento, Aluarus de Portugal Præses consilij Regalis, Gutterus de Cardenas Commendatarius maior Castellæ, Garcia Lassus de la Vega, Antonius de Fonseca & Ferdinandus de Vega, qui robore mentis & corporis, consilio virtute & experientia grauioribus & illustres viri Hispaniæ erant, qui constanter tenebant pluribus rationibus validissimis quas refert Zurita, 1. tom. Italiæ expeditionum, lib. 5. c. 4. non debere Regem extra suum Regnum ad bellum proficisci sed per Duces & Ministros bellum gerendum.

Vnde aperte liquet quantum instet necessitas & vrgeat periculum, quod Regem nostrum contra tot insignium virorum sensum compellat è Regno propter bellum exire & in Italiam si opus fuerit migrare, ideo subditi Hispani qui non solum ex corpore sed ex corde Regis sunt, quidquid ad eius tutelam & authoritatem fuerit necessarium, prompti & alacres offerre debent ita vt de eis dici possit, quod in l. nemo carcerem C. de exact. tributorum, lib. 10. ibi, *omnes enim credimus proniores, ad soluendum ea quæ ad nostri vsum exercitus pro communi salute possunt, & libenter ex causa adeo iusta soluenda vectigalia*

galia, probatur authentico vt iudices sine quo quo suffragio. c. illud videlicet. §. oportet, collat. 2. & notauit Clemens Romanus lib. 4. constitutionum Apostolicarum, c. 13. & lib. 7. c. 17.

28. Et cum semper Principi credendum est cum edixerit se necessitate cogente, tributa indicere, vt probauimus alibi, & notarunt Soto lib. 4. de iustitia & iure, q. 6. art. 4. Nauarr. lib. 3. de restitutione c. 1. n. 264. Azebedo in l. 1. tit. 19. n. 64. lib. 9. Recopil. & multis probauit Surdus conf. 210. n. 34. adeo efficacem esse præsumptionem pro Principe & iustitia tributorum vt iuris & de iure censeatur vt non admittat probationem in contrarium. quo fit, vt cum prædiximus sufficiat opinio probabilis ad tributa imponenda & sufficiat Principem testari de sua necessitate quando prædictæ rationes mouere possunt cum poterit probabiliter iudicium concedentium vectigalia inducere vt ex probabilitate educatur in eis casibus in quibus euidentis ratio contra non apparet vt notauit Diuus Thomas, 2. 2. q. 2. art. 9. ad 2. & ibi omnes Theologi, & pro defendendis Regnis & Prouincijs vnitis, etiam si extra Regnum sint possint noua imponi tributa tenuerunt Oldrad. conf. 104. & Guido Papæ quem refert, & sequitur Guillelmus Benedictus in repet. c. Raynuntius verbo, & uxorem, n. 10. Cauedo 2. p. decis. 44. num. 11. & in terminis Prouinciarum, quæ extra Hispaniam nobis subiacent probauit Andreas Georgius in allegatione feudali, 1. part. cap. 57. num. 36. 40. & 42. qui tradit ex communi doctorum sensu id procedere & adducit Diuum Antoninum, Medinam, Salonem, Azorem, Armillam, Tabienam, Ricardum: & in bellis, quæ pro conseruandis statibus Flandriæ à Regibus nostris geruntur, probauit D. Castillo de tertiis, cap. 9. num. 31. adductis in comprobationem, Luca de Pena, Syluestro, Angelo, & D. Valenguela, & idem D. Castillo eodem tractatu, cap. 41. vbi innumeros adducit pro causis & iustitia tributorum, & num. 80. & 81. expresse hanc eandem sententiam tenet, & idem in specie probauit D. Gabriel Vasquez in opusculo de restitutione, cap. 6. §. 3. dubio 1. num. 7. vbi respondet eis, qui opponere possent, Rex noster relinquat Flandriam, deserat Italiam, vno suo antiquo Regno contentus sit, quod & sibi & nobis maiori futurum erit vtilitati, quia tradit iura Regnorum id non pati; vt Rex cum dedecore & timore inimicorum antiqua Regna, quæ vel iure hereditario, vel iusto bello capta ad eum pertineant, derelinquat, & hostes conseruet.

Ioan. Bapt. Lavrea alleg. Fisc. tom. 1.

tra nos insultent, vt supra retulimus, quem refert, & sequitur P. Diana 1. part. Moral. tractatu 3. resolutione 3. addendi Magerus de Aduocat. Armat. cap. 1. 1. num. 69. 6. ex Baldo, Ioanne Andrea, Capito & aliis Ponte de potestate Proregis tit. 4. §. 1. num. 47. & decis. 3. Rosental de feudis, cap. 8. conclus. 2. 1. Fabius de Anna singul. 560. Menchacalib. 1. controuerf. Illustrium, cap. 6. num. 4.

Quod equidem maiori ratione locum habent, si Galli hostes fuerint, & nostras Prouincias impeterent, à quibus maior, quàm ab aliis nobis iniuria irrogatur, cum Galli debeant Hispanos non solum amore, sed honore prosequi: nam vt tradit Seneca lib. de consolatione ad Eluiam, cap. 8. ab Hispanis primò incolata fuit Gallia, & denotat eis verbis: *Et inconditis Gallia populis se interposuerunt, transferunt deinde Ligures, in eam transferunt & Hispani, quod ex similitudine ritus apparet, eadem enim tegumenta capitum, idemque genus calceamenti, quod Cantabris est, & verba quadam, et si alij de insula Corsica accipiunt.*

Sed etiam eo magis vrgere debet quælibet iniuria à Gallis facta, quasi in nos insultantes, qui antea Hispano Imperio subiecti fuerunt, quia Hispania bis Galliæ dominauit, & Metropolis Gubernationis Galliarum in Hispania fuit, semel tempore Hiberorum, & iterum cum Reges Gothi dominarunt ex Tito Liuio, Herodoto, Strabone, Plinio & aliis notauit idem Ioannes Apuente lib. 3. cap. 2. & quamuis contra tentauerit Iacobus Guterrius lib. 2. de officio domus Augustæ, cap. 7. contendens Præfectum Galliarum Hispaniam dominasse satis & rectè confutat eruditus meus collega D. Franciscus de Amaya in libris voluminis tom. 1. ad legem vltimam; Cod. de Canone largitionis, lib. 10. num. 8. vsque 32.

ALLEGATIO LXII.

Vassalli quando ad bellum debeant Regem sequi.

1. Vassallus quando teneatur ad bellum dominum sequi plures egerunt.
2. Distinctiones Doctorum inter vassallum feudalem vel iurisdictionis.
3. Vassalli quod facere debeant cum domino conclusionibus explicatur.
4. Vassallus qui à Rege habet stipendium iurisdictionem vel donationem ad bellum

Kkk 2 debet

- debet Regem sequi.
Vassallus feudalis suis expensis cum domino ad bellum ire tenetur.
Vassallus qui promisit vel iuravit auxilium, Dominum ad bellum sequi debet.
l. 1. tit. 4. lib. 6. Recopil.
5. Vassallus iurisdictionis non tenetur regulariter suis expensis militare.
Vassallus iurisdictionis tenetur militare suis expensis cum modica fuerint & brevis temporis.
Vassalli omnes tenentur suis expensis succurrevo, Patria vel Castello quando inuaderetur ab hostibus.
l. 7. tit. 19. p. 2.
l. 17. tit. 18. p. 2.
6. Vassalli quando Princeps non habet unde stipendia soluat debent qui diuites, pro communi defensione suis expensis militare.
7. Bellum quod in conscribis est in Regno esse censetur.
l. arbor. ff. comm. diuid.
8. Princeps si habet unde soluat stipendia non debet cogere subditos ut militent suis expensis.
c. omni timore, cap. si nulla, 23. q. 8.
l. suo victu de oper. liberto.
9. Princeps prius debet excutere proprium Patrimonium & crumenam, quam cogat vassallos suis expensis militare.
10. Vassalli cogi possunt à Principe iure subiectionis, ad militiam ire.
11. Vassalli feudales, vel qui apud nos debent lancos, debent suis expensis militare, etiamsi Princeps possit stipendia solvere.
c. igitur, 23. q. 8.
12. Bizcaini non coguntur suis expensis dominum Bizcayæ ad bellum sequi nisi intra limites Prouincia.
l. 1. tit. 5. fori Bizcayæ explicatur.
13. Bizcaini receptis stipendiis, etiamsi nobiles sint, debent ex suis foris dominum sequi ad bellum etiam ex Bizcayæ.
Nobiles in Castella non compelluntur, nec ad bellum.
l. 16. tit. 1. fori Bizcayæ.
14. Foros & consuetudines Bizcayæ non detrahere Regis seruitio, quia egestas Prouincia tributorum solutionem non admittit.
15. Bizcaini cum inuaderetur eorum Prouincia, aut timeri possit, debent Dominum sequi suis expensis pro defensione si Dominus non habeat unde stipendia soluat.
Ludouicus Dorleans Gallus in notis Cor-

- nelij Taciti pro Bizcainis expenditur.
16. Necessitate extrema urgente omnis immunitas debet cessare.
l. omnes Prouinciarum, Cod. de oper. public.
l. 1. C. de indictionibus, lib. 10.
l. maximarum, Cod. de excusat. muner. lib. 10.
l. 1. & 2. Cod. de quibus muner. vel prestat. lib. 10.
l. placet, l. iubemus nullam, l. neminem.
l. ad instructiones, Cod. de sacrosancta Eccles.
l. 3. Cod. de priuileg. domus Augustæ, lib. 11.
cap. 2. cap. aduersus 7. de immunitate Eccles.
cap. tributum, 22. 23. q. 8.
17. Necessitas caret lege.
Priuilegia omnia exemptionis, etiamsi per contractum concessa, cessare debent ubi necessitas.
18. Bizcaini cum necessitas urget, immunitates pro defensione Hispania & Domini seruitio dimiserunt.
19. Tributum nouum quando ratione belli possunt iuste imponi.
20. Nobiles quando ad bellum possunt vocari, & compellantur ire.
Mulieres tenentur in casu rebellionis Regni viris deficientibus ire ad bellum.
21. Mulieres multoties in casu necessitatis pugnarunt, præsertim in Hispania.
22. Femina Bizcaina villa de Fuenterrabia illam defenserunt à Gallorum expugnatione, anno 1638.
l. 3. tit. 19. p. 2.
l. 9. tit. 19. p. 2.

An si Rex Hispania ad bellum personaliter procederet, & proficisceretur, teneantur Vassalli illi comitari, & cuius expensis?



Hæc à pluribus Doctoribus tractatur, Bart. in l. Meuia, §. 1. de annuis legatis, Baldus, Innocent. Ioannes Andreas, Archidiacon. Panormit. Albericus, Franciscus Curtius, Lucas de Pena, quos refert Gregor. Lopez in l. 7. tit. 19. part. 2. glossa 1. Ioannes Blanc & Ioannes Reyner, quem adducit Iacobinus de Sancto Georgio de feudis, versic. & promiserunt, num. 6. 16. & 17. Iacobus de Arzidone

Arzidone de feudis, cap. 68. Ildarico Zasio de feudis 10. part. num. 24. Martinus de Selima de feudis, tit. quibus feud amittatur, n. 142. Paris de Puteo de re militari, vers. an dominus possit, num. 2. ex Baldo, Aluaroto, Corrafio, Petrus Bellinus de re militari 2. part. tit. 4. & tit. 6. Bonus de Curtius de nobil. 5. part. num. 47. Restaur. Castaldus de Imperatore, quæst. 57. Iacobus de Nouello de iure Protomisco, §. 4. num. 78. Ioannes Garcia de expensis, cap. 12. num. 82. Hugo de Celso in repertorio, verbo vassallos, & pluribus disputat Cuedo 2. part. decis. 44. per totam, ad quem seremittit Fontanella de pactis nuptialibus 1. tom. claus. 4. glossa 16. num. 9. idem Ioannes Garcia de nobilit. gloss. 2. ex num. 33. Menchaca quæstionum Illustrum, cap. 9. num. 19. cum Baldo, Decio, Yfernina, & aliis Menochius conf. 65. num. 28. cum Iacobo Bellouisso, Afflicto & aliis idem Menoch. conf. 281. num. 32. & conf. 1003. num. 72. & conf. 1273. num. 18. vbi refert Baldum, Afflicto, Alexandrum, Boerium, Seraderum, Arnoldum, & alios, de qua re etiam Alciatus responso 161. num. 9. Surdus conf. 561. num. 35. Dominus Valengueta conf. 32. num. fin. Bobadilla lib. 2. Politicæ, cap. 16. num. 151. ex Rolando à Valle, Didaco Perez, Auedano, Guillelmo Ameta, & pluribus aliis Azebedo in l. 5. num. 5. & 6. cum sequentibus, tit. 4. lib. 6. Recopil. aliquid notauit D. Castillo tom. 7. de Terriis cap. 18. num. 56. & 62. Magero de aduocacia Armata cap. 14. num. 365. ex pluribus latè & doctè D. Solorcanus tom. 2. de Indiar. Gubernatione, lib. 2. cap. 23. per totum, ex Cepola, Borello, & aliis Augustinus Barbosa in collect. cap. militare 5. 23. quæst. 1.

2. Qui omnes Doctores varias rationes, & distinctiones adducunt inter vassallum feudalem, aut iurisdictionis, si vassallus promisit Principi seruitium, auxilium, & suppetias, vel solum est sub eius imperio, si recipit stipendia à Principe, si intra Regnum est bellum, aut extra, si bellum excitetur ad defendendum Regnum, vel alienum inuadere & iustum, & vassallus habeat bona, vt suis expensis deseruire possit, si Princeps est in necessitate extrema, tam vt ab hostibus opprimatur, quam indigentia pecuniarum, vt stipendia soluantur, & etiam dubitant, an vassallus ipse necessariò ad bellum proficisci teneatur, vel possit aliquem pro se substituere.

3. Hæc omnia, quæ à prædictis Doctoribus comminiscuntur facile poterunt tribus traditionibus explicari, vt conueniant rei de qua agitur.

4. Primo omnes vassalli qui habent à Principe stipendia siue donationum causa quæ eis à Principe factæ vel qui aliqua bona aut iurisdictionem eo grauamine à Principe obtinuerunt, qui omnes, & Domini vassallorum qui sub rege sunt tenentur illum comitari ad bellum etiamsi extra Regnum suum in aliud proficiscatur, idque infinuat l. 1. tit. 4. lib. 6. Recopil. & in vassallo feudali suis expensis id facere teneri ex, cap. 1. de noua forma fidelitatis, cap. de forma 22. quæst. 5. ex Bartolo, Panormitano, Afflicto, Andrea Siculo, Luca de Peña, Guidone, Curtio Seniore, Auilefio, Menchaca, & aliis probauit Cauedo 2. p. decis. 44. num. 1. & 4. & plures ex eis Doctores quos supra retulimus tenuerunt illos qui à Rege habent iurisdictionem, & terras redditus, & donationes ad minus teneri dimidium reddituum quos à Rege habent expendere vt ipsum ad bellum comitentur, & similiter sine dubio tenetur vassallus qui domino iuravit vel promisit auxilium exhibere, quia ad id obligatus ex pacto vt notarunt Gregorius Lopez in l. 7. gloss. 1. tit. 19. partit. 2. Azebedo in l. 1. num. 5. & 6. tit. 4. lib. 6. Recopil. & in his casibus distinguendum non est an bellum sit in Regno vel extra regnum quia dict. l. 1. traditur: Que aian de servir donde los mandaremos venir.

Secundo quod attinet ad vassallos qui solum sunt iurisdictionis leges Regni infinuant solum debere Principi seruitium exhibere in bello, quatenus potuerint vt probatur dict. l. 7. partitæ eis verbis: Poniendoles plaços enque se puedan guisar para venirle à servir e tanto tiempo, quanto entendiere que conuiene aquel fecho e lo puedan ellos sufrir: & quamuis hæc verba dubitari possunt an sint referenda quid possit ferre eorum salus vel sustinere facultates bonorum, & communiter teneant Doctores vassallum iurisdictionis non teneri seruitium in bello Principi exhibere suis expensis vt ex Baldo, Boerio, Luca de Peña, & aliis tenuit Cauedo dict. decis. 44. num. 2. & 6. & alios pro eadem re notarunt Greg. Lopez, & Azebedo, vbi supra, & arg. l. si quis in hoc, Cod. de Episcopis, & Clericis l. 2. §. sin autem, Cod. de his qui Latron. & aliorum probauit D. Solorcanus tom. 2. de Indiarum gubernatione lib. 2. cap. 23. num. 52. cum sequentibus nisi esset modica impentia breuis temporis, & repentini incurfus hostium qui portum vel Castellum inuadunt vt in casu l. 17. tit. 18. p. 2. quo casu omnes qui possunt tenentur occurrere suis expensis pro defensione patriæ vt notauit Gregorius Lopez, vbi gloss. fin. ex quo, & Alberico probauit D. Solorcanus vbi proxime, num. 56.

6. Tertio in bello iusto, vbi vrget necessitas & Princeps cogitur personaliter suam curiam derelinquere, & extra illam pro defensione migrare dubitum non erit omnes vassallos teneri sine aliqua distinctione, & differentia Regi inferuire: & qui diuites fuerint suis expensis assistere, quippe nullus dubitaret si finitimi hostes, nos inuaderent, Regem ad bellum comitari pro communi defensione subditos teneri, vt notauit Gregorius Lopez in dict. l. 7. gloss. 1. ibi: *Aut Dominus inuaditur, & tunc si timor est subitaneus, & improuisus omnes apti ad pugnam tenentur, Quod similiter procedit, etiam si non in ipso Regno inuasio fiat sed in confinibus, & connexis Regno, vel si Princeps velit nolle expectare inimicum in Regno sed illum inuadere, tunc quidem dicendum est ex eodem Gregorio Lopez, vbi proxime eis verbis: Quid in casu huius legis quando Rex inuadit hostem extra Regnum, Albericus tamen in l. de quibus, quest. 62. & vt dixi supra in titulo 1. in l. 17. vult quod subditi tenentur sequi Regem tali casu & suo sumptu, quod ego crederem verum quando esset fauor Regni, vel cum hostes infestabant Regnum, vel alias expediret Regno.* Et paulo infra iterum eis verbis: *Nam pro defensione Regni dicitur, quando veliret extra Regnum nolens expectare inimicum ad domum suam, secundum Andream de Yfernia.*
7. Et bellum quod est in confinibus idem ac si esset in eodem Regno iudicatur, vt argumento legis Arbor, ff. communi diuidendo, tenuit Lucas de Peña, quem refert & sequitur Gregorius Lopez in l. fin. gloss. 2. tit. 20. partit. 2. & notandum est, omne quod in iure admittitur pro defensione proprii Regni, vt compellantur vassalli Regem ad bellum sequi suis expensis, similiter procedere pro defensione alicuius Prouinciæ vel Regni, quod aggregatum fuit, vt ex Guillelmo Benedicto qui plures adducit, tenuit in terminis Cauedo dict. decis. 44. n. 11.
8. Hoc autem quod nuper notauimus, ita accipiendum est si patrimonium Principis exhaustum sit, vt redditus Regni ad stipendia militum non sufficiant, quia etsi Princeps debeat de suis bonis soluere, vt notarunt plures, quos refert Augustinus Barbosa in collect. c. 5. 23. q. 2. si tamen non habent & in comitiis generalibus, testatus fuit eius aerarium exhaustum nec stipendiis belli sufficere illius facultates, tunc cessat omnis interpretum controuersia, nam prædicti auctores quin aliquibus casibus tenuerunt non posse compelli vassallos suis expensis, ad bellum cum Rege proficisci, limitant tamen quando Rex non habet vnde stipendia soluat, quia tunc

debet vassallus qui potuerit suis expensis inferuire, vt ex c. omni timore, 9. c. si nulla, 2. 3. q. 8. cum Syluestro, Panormitano, & aliis, Cauedo in terminis vbi supra num. 2. & argumento legis suo victu de operis libertorum, ex Iafone & Alberico, quamuis velint maxime differre vassallum iurisdictionis à libertis adhuc in subsidium cogendum vassallum iurisdictionis ad bellum ire suo sumptu, tenuit Gregorius Lopez in l. 17. gloss. 3. tit. 18. partit. 2. ex Francisco Curcio, & Panormitano in dict. l. 7. gloss. 1. tit. 19. p. 2.

Idque procedere quando Princeps prius 9. in suis bonis excussionem fecerit, & inuenierit consumpta, Baldus, Cynus, Guillelmus, Andreas de Yfernia, quos refert & sequitur idem Gregorius Lopez in l. fin. gloss. 2. tit. 20. p. 2. vbi tenet Principem primo debere expendere de proprio marcupio, & ex Bruno, Socino, Guidone Papæ, Alciato, & aliis, Principem teneri antea excutere propriam crumenam, & deinde à vassallis auxilium postulare probauit Menoch. conf. 32. num. 49. & ex Iacobo, Leonardo, & aliis, idem Menoch. casu 72. num. 12. quod cum in hoc casu manifestè procedat, & proprium Principis patrimonium sit omnino exhaustum pro fidei & Regnorum defensione, sine dubio, aut aliqua distinctione dicendum est teneri vassallos suis expensis ad bellum Regem comitari, quod vltra prædictos in terminis ex Abbate, Iacobo de Arena, Iafone, Luca de Peña, Yfernia, Boherio, Menchaca, Loazes & Magero probauit D. Solorzanus dict. lib. 2. cap. 23. num. 56.

Præsertim, quia subditi ad militiam iure subiectionis possunt vocari, Bald. in l. etiam, num. 29. Cod. de execut. rei iudic. Tuschus practic. lit. B. in princip. Raudésis variat. resolut. cap. 73. num. 3. Bellonus de re militari, 2. part. tit. 2. num. 7. & tit. 6. num. 7. & tit. 7. num. 6. Laudensis de bello, quest. 41. Flores de Mena lib. 2. variat. quest. 21. num. 124. Sixtinus de Regalibus lib. 2. cap. 1. num. 28. quod Doctores ius sequelæ dicunt, quasi vassalli teneantur sequi dominum suum, adde Peregri. de iure fisci lib. 1. tit. 1. num. 14. Colemus conf. 1. quest. 22. num. 263.

Et semper Princeps, cum Regna inuaduntur, vel pro eorum defensione vult hostes repellere, potest præcipere subditis, vt congregentur, & ipsum ad defensionem prouinciæ, vel Regni sequantur, quod solum in metu incursum probauit textus in cap. igitur 23. quest. 8. & notarunt Lucas de Pena in l. 1. Cod. ne rustici ad nullum obseq. Afflictis in rubrica, quæ sint Regal. num. 73. Surdus conf. 289. num. 5. Cassaneus in consuetud. Burgundiæ,

Burgundiæ, rubric. 1. §. 4. in princip. num. 37. consil. 1. num. 1. Cauedo dict. decis. 44. num. 9. & cum hac defensione necessaria sit, nec aliquid iterum omitti potest, & Princeps non habeat, vnde stipendia soluat, omnes vassalli, qui suis potuerint expensis illum sequi, obligati censentur: quæ distinctio, an Princeps habeat vnde stipendia soluat, vel non, non procedit in vassallo feudali, qui ex eo suis expensis debet ad bellum dominum sequi, vel quando ex pacto, promissione, aut decreto Principis id expressum in concessione iurisdictionis Castri, aut donationis, vel qui ex dignitate tenetur, vt apud nos, qui debent præstare lanças.

12. Quod apud meos Bizcainos expressè definitum extat suis consuetudinibus, & foris, vt constat l. 5. tit. 1. libro fori Bizcainæ: nam ibi traditur omnes incolas Bizcainos semper consueuisse comitari ad bellum dominum suum vsque ad certum locum expensis vassallorum, & sine stipendio, at verò vltra non teneri traditur, nisi recepto stipendio, nota verba notanda fori: *Siempre acostunbraron ir cada, y quandoque el señor de Bizcainos llamase sin sueldo alguno por cosas, que à su seruitio los mandase llamar, pero esto facta el arbol Malato que es en la laando; pero si el señor con su Señoria les mandase ir allende del dicho lugar su Señoria les deuè mandar pagar, el sueldo de dos meses, si huuieren de ir aquende los puertos è para allende los puertos de tres meses, y asidando el dicho sueldo ende que los dichos caualleros escuderos hijosdalgo usaron è acostunbraron ir con su Señoria à su seruitio do quier que les mandase, pero no se les dando el dicho sueldo, en el dicho lugar nunca usaron, ni acostunbraron pasar del dicho arbol Malato è que la dicha escencion, y libertad les fue siempre guardada por los Señores de Bizcaino.*

13. In quo notandum, etiam si omnes incolæ Bizcainæ nobiles sint, qui apud nos dicuntur hijosdalgo lib. 16. dict. tit. 1. fori, & in Castilla ex priuilegio Comitis Sancij nepotis Comitis Ferdinandi Gonzalez nobiles haberent immunitatem, ne ad bellum ire cogentur, vt ex Roderico Archiepiscopo Toletano ex Epitome Regum Hispaniæ, & Otalora refert Bobadilla lib. 4. Politicæ cap. 2. num. 79. tamen Bizcaini, quamuis nobiles sint, & maioribus priuilegiis, quam reliqui Hispanorum potiantur, tamen nunquam recusarunt dominos suos ad bellum sequi, imo in prædicta lege fore expressè testantur semper consueuisse, quando extra limites suos extraherentur datis stipendiis dominum suos sequutos ad bellum comitari teneri.

14. Vt illorum priuilegia, quæ multorum

animos pungunt, appareat nunquam publicæ defensionis, obsequio, fidelitati, & Regum seruitiq; detrahere, quia quod spectat ad immunitatem collectarum, etsi suis seruitiis à Regibus foros & consuetudines suas confirmari meruerint, tamen quod pertinet ad earum immunitatū defensionem, & tutelam quam in eis plures pertinaciam existimant, & Regum in eos liberalitas & clementia magis ad necessitatem spectant, quippe Bizcaya, quæ angustioribus limitibus circumcluditur & decem leucas non excedit, omni genere fructuum caret nam in ea frumentum, vinū aut oleum non colitur, omnis terra siluis, saltibus, & inaccessis rupibus, plena culturam non admittit, sed etiam carnes arietum ex Castilla in Bizcayam invehuntur, & quando ad incolas vinum oleum & carnes transportantur collectæ antea impostæ in transitu soluuntur, & victu alia longe cariora sunt ex transportatione longinqua Castellæ, vnde facultates non habent, vnde tributa iterum in ipsa Bizcaya soluant & merito Reges nostri tam ex illius immunitate quam necessitate & egestate incolarū collectas & tributa remittunt, cum etiam suis expensis absque aliquo sumptu & stipendio Regio plures porus maris plusquam decem ab hostium inuasionibus semper Bizcayni fortiter & viriliter defendant.

Sed tamen circa intellectum prædicti fori, l. 5. tit. 1. distinguendum est vt quod traditur Bizcainos, non teneri suis expensis ad bellum Dominum sequi & comitari nisi vsque ad arborē Malato intelligatur quando ad bellum dominus proficere vt opem ferret Regibus Castellæ, & Legionis vt antiquitus multoties factum, aut inuaderet inimicum vltra terminos Bizcayæ quemadmodum cum Mauris & Saracenis multoties fortiter dimicauerunt vt de eorum ad bellum robore testatur Gallus interpres Dorleans ad Cornelium Tacitum lib. 4. Annal. §. Italianam, nota 5. ibi: *hodie vocamus Bizcainos gens docta ferre soles, & aquilones, famemque & quidquid diri Mars vehit; addo quod ingeniosa & pugnae magnisque virtutis clara.* Igitur si ad bellum quod pro voluntate Dominus Bizcayæ suscipere tunc subditi iuxta forū non tenerentur suis expensis illum sequi: si vero Prouincia inuaderetur, aut ne inuasio fiat extra limites hostibus occurrere necessarium sit Dominusque non habeat vnde stipendia soluat tunc vltra limites fori & extra Prouinciā tenentur Bizcaini pro defensione communi suis expensis ad bellum Dominum sequi: quia cum vrget necessitas extrema omnis immunitas debet cessare l. omnes Prouin

Prouinciarum C. de operibus publicis. l. i. c. de indictmentibus. lib. 10. l. maximarum. 12. C. de excusatio. munerum lib. 10. l. 1. & 2. c. de quibus muneribus vel præstationibus nemini liceat se excusare Cod. lib. 10. l. placet, 5. l. iubemus nullum, 10. l. neminem, 21. ad fin. l. ad institutiones, C. de sacros. Eccles. l. 3. C. de privileg. domus Augustæ, lib. 11. c. 2. de immuni. Eccles. & cum agitur de communi defensione publica necessitas fuit excepta à iure diuino & à iure naturali præuenta, c. aduersus, c. aduersus 7. de immunit. Eccles. c. tributum 2. & 23. q. 8. ibi: *pro pace & quiete*, Doctores communiter in dict. l. iubemus, Ancharr. conf. 96. Alexander lib. 2. conf. 216. Crotus in l. omnes populi, num. 108. ff. de iustitia & iure, Romanus conf. 436. Menochius conf. 137. num. 9. Felinus in c. causam quæ num. 18. de rescriptis plurimos refert Bobadilla lib. 2. Polit. c. 18. n. 217. 296. cum pluribus seq.

17. Cum igitur necessitas careat lege, c. sicut, de consecrat. distinct. 1. cap. licet, de feriis, l. 2. C. de patribus qui filios distaxer. cum multis congestis à D. Salgado de Regia profect. 1. p. cap. 1. præludio 3. num. 103. & vltra eum Gail. lib. 1. obseruat. 102. num. 8. Zeuallos tom. 4. commun. q. 906. num. 50. Thusus lit. N. conclus. 19. Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 3. disput. 10. num. 27. Escobar de ratiocin. cap. 14. num. 10. ideo debent cessare priuatæ leges privilegiorum & immunitatum quando imminet publica necessitas, cui non poterit subueniri, nisi etiam exemptis etiam per contractum tributa imponantur, quia tunc omnes tenentur, Socinus Senior in l. si ex toto, ff. de legat. 1. & in d. l. iubemus, Parisus lib. 1. conf. 68. num. 31. Rolandus lib. 2. conf. 76. num. 25. & lib. 3. consil. 13. num. 63. Craueta lib. 3. conf. 439. num. 7. Natta conf. 6. num. 21. Decianus lib. 3. conf. 51. num. 31. Alexander lib. 2. conf. 716. Purpuratus lib. 2. conf. 580. num. 26. & 27. Menochius conf. 461. num. 37. Cæsar Barcius decif. 118. num. 7. cum seq. Minsinger. cent. 4. obseruat. 70. adde quod ex Iafone in d. l. si ex toto, refert Azebedo in l. 7. num. 5. tit. 4. lib. 6. Recopil.

18. Id autem semper Bizcaini obseruarunt, nam cum publica vrget necessitas, & Regis Domini sui. seruitium, quidquid pertinet ad foros & suas immunitates abiecerunt, & vltra plures milites quos ad Belgium & Italiã libenter & sponte obtulerunt, cum Gallus obsedit castrum Fontisrapidi, quod longè distat à Biscaia finibus plus quam viginti iucas mille & quingentos milites suis expensis armatos, vestitos, ad exercitum Regis

nostri miserunt, stipendiis ex propriis bonis oblati, in quo ferè centum millia aureorum expenderunt, & semper Domino suo alacres & prompti inferuire intendunt, & solum Regi insinuarunt in Prouincia tam limitibus coangustata, non posse extrahi milites, qui deficiant rebus necessariis, & defensionem Prouinciæ, quæ eget incolis ad sui tutelam & Regis seruitium.

Generaliter autem quando existente bel- 19. lo extra Regnum, possit collecta imponi agricolis, & eis qui bello non assistunt, ad militum stipendia videndi Lucas de Pena in l. fin. C. de quibus muneribus vel præstation. lib. 10. q. 3. num. 2. & 3. cum sequent. Georgius inter repetitiones feudales cap. 57. ex num. 36. & 40. & aliis Rosental de feudis, c. 8. concl. 21. Vincentius de Ana singular. 560. Ponte de Potestate Proregis tit. 4. §. 1. num. 47. & decif. 3. num. 10. Borrellus de præstant. Regis Catholici, cap. 20. num. 53. & cap. 32. D. Valenzuela conf. 99. num. 3. 12. & 13. Magorus de aduocacia armata cap. 11. num. 696. pluribus D. Castillo qui extendit ad Ecclesiasticos in casu necessariæ defensionis in tract. de Terriis cap. 9. num. 31. & cap. 41. num. 80. addendus ex Turriano; & Gabriele Vazquez confirmans Diana 1. part. tract. 3. resol. 3. vbi ex causa belli noua tributa imponi posse tradit.

Denique quando Nobiles possint ad bel- 20. lum à Rege vocari, & qui possint excusari, vide l. 17. tit. 18. l. 7. tit. 19. p. 2. Syluestrum in summa, verbo *bellum*, 1. num. 7. Rosental d. c. 8. conclus. 20. & c. 10. conclus. 16. Auiles in cap. 9. Prætorum, glossa 1. Otalora de nobilitate, 2. p. c. 6. num. 4. & 5. Ioan. Garcia eod. tract. gloss. 2. in princ. & num. 28. Guierrez lib. 1. practic. quæst. 3. Canonista & Barbosa in cap. peruenit, de immuni. Eccles. Bobadilla lib. 2. Politicæ, cap. 16. num. 152. l. 1. & 7. tit. 4. lib. 6. Recopil. vbi in d. l. 7. n. 2. tradit, vt quamuis mulieres sint à militia excusatæ, tamen ad excludendam rebellionem intra Regnum, & Rex iret ad bellum, tunc deficientibus viris, mulieres tenerentur ad bellum procedere, & adducit l. 3. tit. 19. p. 2. & glossam ibi, verbo *las mugeres*, quod valde notandum & in casu necessitatis mulieres pugnasse, siue virtutis robore & fortitudine, mentito sexu tradiderunt Alexander. ab Alexandro lib. 1. dier. genial. cap. 24. versic. *circa Meotim*. vbi Tiraquellus, nota litera D, adducit Pomponium Melam, Herodotum, & Stobeum, Diodor. Sicul. lib. 3. cap. 4. Sabellicus lib. 4. Æneadis 1. Ludouicus Viues lib. 18. Diui Augustini de ciuitate Dei, Polienus libro 8. Celius Rodiginus lib. 14. antiq. lectio.

ctio. cap. 1. & lib. 13. cap. 33. Ælian. lib. 12. variaz histor. Pausanias in Mesenicis & Arcadicis, Saxo Crammaticus lib. 7. de rebus Danicis, Cranzius lib. 1. Noruegiæ, cap. 27. & 33. & lib. 1. Vandaliz, c. 12. Ioannes Magnus lib. 7. cap. 10. & lib. 17. cap. 4. Hector Boëcius de rebus Sueciæ, lib. 3. & 4. & apud Gallos de Ioanna Lotharinga, Pucella dicta memorantur Æmilius lib. 10. Poldorus lib. 23. Bonfinius lib. 8. decad. 3. Paulus Iouius in vita Selimi, & Sforcia, Zurita de bello Nigri-Ponti, lib. 18. Annalium, cap. 34. qui plures feminas referunt quæ arma viriliter induerunt, & egregia facinora perpetrarunt, vt de Semirami, Artemisia, Tomiri, Candace, Camilla, Cloelia & aliis Historici tradunt, & pro defensione patriæ arma exercuisse mulieres plura exempla referunt Volaterranus lib. 23. Anthropologiæ, & Cranzius lib. 1. Sueciæ c. 7. Fulgos. lib. 3. c. 2. Plutarchus de virtutibus mulierum.

21. Sed in nostra Hispania mulieres pro defensione ciuitatum, & in bello viriliter pugnauerunt: de Lusitanis aperto Marte in acie pugnasse anno 480. tradit Faria in epitome Historiæ Lusitanæ 1. part. cap. 4. num. 7. & hoc bellum *expeditionem mulierum* Lusitani dixerunt: & de foeminis Salmantinis tradit Plutarchus de claris mulieribus illas sub vestibus arma contexuisse, vt maritos ab Annibale captiuos liberarent & custodibus trucidatis liberarunt, refert Pineda in Monarchia Ecclesiastica lib. 8. cap. 7. §. 3. ad finem, de foeminis vrbis Menraliæ, vulgo *Murcia* in Turdetania, vt à Maurorum oppressione se eximerent lanceis, & galeis armatas in muris apparuisse tradit Casteas in Historia Murcia, discursu 1. cap. 4. de mulieribus Palentinis ex historia Palentina refert Magister Ægidius Gonzalez in vita Regis Henrici 1. l. 1. cap. 3. ad finem, cum Angli & Dux de Alencastre ex matrimonio cum Constanza filia Regis Petri intenderet ad illum pertinere Regna Castellæ, peruenit ad urbem Palentinam, quam obsidere intendebat eo tempore, quo viri Palentini in expeditione erant extra illam, vt suppetias ferrent villæ *de valderas*, tunc mulieres Palentinæ viriliter cum hostibus pugnauerunt pro defensione ciuitatis, ne ab Anglis caperetur, & propter hoc facinus Rex Ioannes I. concessit foeminis nobilibus Palentinis, vt in velamine capium, & in vestibus Balteum induerent, quasi ipse in defensione vrbis pro equitibus Baltei, id est, *Caualleros de la vanda* pugnassent, & de vxore Præfecti Propugnaculi villæ Tuccini, id est, Martos in Regno Genensi traditur in Historia Genensi, cum Præfectus abesset à Ioann. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. tom. 1.

Propugnaculo cum militibus expeditionis causa, cum Dux Maurorum, qui in opposito vicini erant, certior fieret à Propugnaculo Præfectum absentem, voluit illud capere, & multis Mauris plus quam quatuor mille congregatis ad expugnationem processit, vxor autem Præfecti, cum sola esset cum mulieribus militum, & eis, quæ ex sua familia, omnes exuere foemineum habitum, & induere virilem suavit, & loricas lanceis, & galeis in muris mulieres Mauris opposuit, & illi credentes Præfectum & milites esse ad expugnationem paratos, ab expeditione recesserunt, sed de domina Maria Pacieca Tendelij Mendoza filia refert Paulus Iouius lib. 19. Historiar. cum eius vir Padilla, quia seditionum Dux fuerat captus à Præfectis Caroli V. Imperatoris securi percussus, illa vexillum, ne concitaret multitudinem Dux deesset gerendo bello, sustulit, sed valde notum est, quod ex priuilegiis Regum Catholicorum constat pugnasse pro defensione vrbis Tauri, vt eam Regi Ferdinando traderet Antoniam Garciam ex quo priuilegium nobilitatis concessum eius descenditibus, de quo egerunt Otalora de nobilitate 4. part. cap. 5. num. 19. & eius memoratur Ioannes Garcia de nobilitate, glossa 1. §. 1. num. 45.

Denique nostro tempore anno 1638. no- 22. tum est egregiam operam mulieres Cantabras nauasse in Propugnaculo Fontisrapidi id est, *Fuenterabia*, contra Gallos qui cum fortiter Castrum illum expugnarent & septuaginta diebus graui obsidione omnibus bellicis tormentis, & instrumentis ad deditioem premerent, foeminae id ignem liquefacta pice, & resina quæ ad naues instruendas in villa erat, supra Gallos qui scalis adscendebant proicientes, semivstos ab expugnatione retrahebant, & illæ excubias in nocte in muris agebant vt viri qui quatuor centos non excedebant, & cum viginti & quatuor millibus, strenuis militibus Gallis obsidiantibus continuo pugnabant, nocte quiescerent, vt prompti ad pugnam in die redirent, & in multiplici conflictu pugnae tot dierum viris præstantibus, foeminae iuxta illos in muris cum mouerent se hostes, subministrabant armam militibus, tela suggerentes, cibum & potum petentibus administrabant, vulneratos excipiebant, quod de mulieribus Spartanis refert Plutarchus in Pyrrho, quando Lacedæmones aggressus Pyrrhus Spartam obsedit, quo mei Cantabri Bizcaini, & Guipuzcuani se ab hostium imperu defenserunt, fortes Gallos debellatos ab obsidione fugantes, vt merito vsurpari possint verba eiusdem Plutarchi, vbi proximè: *Pulchrum esse*

esse in conspectu Patria vincere, & in matrum coniugumque manibus occumbere gloriosum, cadentes ut deceret Spartas, vbi Biscainos reponendum ex hoc casu. Vnde Rex noster Philippus IV. iuste inter alia plura priuilegia, quæ concessit Fuenterrabia, illud elargitus, vt eius mulieres gauderent militum stipendiis, & illa consignauit, quia vt fortes milites pugnarunt in defensione villæ, & propugnaculi, & fœminas teneri in bello, si viri defuerint, pro defensione patriæ, vel quando in Regno excitatur rebellio, probat l. 3. tit. 19. part. 2. & eo casu nullum vassallum prætextu priuilegij excusandum ex illo textu colligitur, & quando Princeps personaliter extra Regnum ad bellum procederet, omnes vassalli, qui ad bellum apti Regem sequi debent, l. 9. dict. tit. 19. part. 2.



ALLEGATIO LXIII.

De obedientia Regibus debita à vassallis.

1. Seruitia, & merita non discussa non debent premiis condonari.
2. Fiscali incumbit inobedientes Principi accusare, & n. 4.
Obedientia Regibus est in qua essentia principatus consistit.
l. lex, l. cuiusque, 4. ff. ad l. Iuliam Maiest.
3. Inobedientia contra Regem est impræscriptibilis.
Rex numquam poterit à se abdicare Regalia.
4. Fiscalis munus est Regalia Principis defendere.
l. 12. tit. 18. p. 4.
5. Vassalli debent Regibus obedire.
D. Paul. epist. ad Titum, c. 3.
D. Paul. epist. ad Roman. c. 13.
D. Petrus epist. 1. Cano. c. 2.
c. 1. ex libro Iosue.
c. 20. Prouerbiorum.
6. Iure naturali, & gentium debetur obedientia Regibus.
l. veluti de iustitia, & iure.
7. Iure Canonico, & ciuili Regibus obedientia conciliatur.
c. 2. de maiorit. & obed.
c. omnis anima de censibus.
c. qui resistit. 97. n. 1. q. 3.
8. Subditi cum Regem elegerunt ad obedientiam obligati.

- l. 2. ff. de legibus.
l. non videtur, 136. §. qui iussu de reg. iur.
l. de constit. Princip.
9. Voluntas per obedientiam mactatur.
l. velle, 4. de reg. iuris.
l. ad ea 200. ff. eodem.
c. 1. §. voluntatem, 15. q. 1.
c. sciendum, 8. q. 1.
 10. Hispano iure obedientia subditis iniungitur.
l. 1. tit. 13. p. 2.
l. 16. tit. 13. p. 2.
 11. Regibus celeriter, & sine examine obediendum.
 12. Ecclesiastici vassalli debent in rebus iustis Regi obedire.
c. petimus, 11. q. 1.
c. Princeps, 23. q. 5.
c. administratores, 23. q. 5.
c. Regum, 23. q. 5.
l. 65. tit. 5. p. 1.
l. 3. tit. 7. p. 3.
l. 29. tit. 4. lib. 4. Recopil.
l. 13. tit. 3. lib. 4. Recopil.
Authent. nullus, Cod. de Episcop. & Clericis.
(Hispania praxis vt Episcopi, & Ecclesiastici ad Curiam vocentur per consilium Regium.)
 13. Ecclesiastici vt pars populi sunt vassalli Principis secularis.
 14. Ecclesiastici qui Regibus iurant fidelitatem sine dubio censentur eorum vassalli.
c. si quis laicus, 22. q. 5.
 15. Statutum quod irritat alienationem factam in non subditum non comprehendit alienatum in Ecclesiasticos quia subditi, & vassalli censentur.
Ecclesiastici quamuis quoad iurisdictionem non sint subditi Principum secularium sunt tamen vassalli quoad protectionem & obedientiam.
 16. Reprobatur Diana qui Ecclesiasticos negat vassallos Principum secularium.
Ecclesiastici in Politicis debent Regibus obedire.
Ecclesiastici solent in bello contra infideles personaliter in Hispania interesse.
l. 52. tit. 6. p. 1.
 17. Ecclesiastici naturaliter & originarie dicuntur subditi Principum in cuius terris nati.
c. de capitulis dist. 10.
c. quis nesciat distinct. 10.
c. Sacerdotibus, 1. q. 1.
 18. Obedientia Principum est Politici status essentia.

19. Inobe

19. Inobedientia Principum acriter vindicanda.
20. c. 1. lib. Hester.
21. c. 15. lib. 1. Regum expend.
22. c. 20. Numerorum.
23. Athenienses damabant eos tantum qui vnam legis siluam transgressi.
Regibus, vt Deo in rebus iustis obediendum.
24. Inobedientia vindicata plura exempla.
25. Inobedientia supplicium apud Persas erat panæ capitis, & dextera amputatio.
26. Henricus 3. Castella pactus cum Regno sine eius consilio nullum bellum suscipiendum nisi contra inobedientes.
27. Principum edicta obseruanda.
28. Reges, & Principes quasi adorandi.
l. 1. c. de silentiariis, lib. 10.
29. Regimen Regni sine obedientia sustineri non potest.
30. Rex potest cogere vassallos vt munera accipient.
l. fin. §. iudicandi de muner. ad honorem.
l. si quis Magistratus, ff. eodem.
l. ex omnibus domibus, Cod. de decurion. lib. 10.
l. ad Magistratus, Cod. eodem.
Aduocatus potest compelli suscipere patrocinium.
l. prouidendum, §. 1. Cod. de postulando.
31. Rex potest cogere subditos belli munera suscipere.
l. limites, Cod. de re militari, lib. 10.
l. Inbemus, Cod. de officio Magistr. officio.
32. Officia publica conferre recusantibus non ambientibus Reipublica interest.
l. si quamquam, Cod. de Episcop. & Cleric.
33. Inobedientia pœna apud Israelitas mortis erat.
c. 14. lib. 1. Regum.
c. 2. de maiorit. & obedient.
34. Inobedientia pœna regulariter est arbitraria.
c. 7. lib. 1. Esdra.
l. 11. tit. 13. p. 2.
Inobedientes Regibus dicuntur largo modo rebelles.
35. Arbitraria pœna potest excurrere vsque ad mortem.
36. Inobedientia ex eius qualitate potest mortis pœna puniri.
37. Nobiles inobedientes Regibus magis puniendi.
Ioann. Bapt. Larrea Allegat. Fife. Tom. 1.
38. Rex qui pro seruitiis stipendia dedit vassallo, nec antidotali obligatione pro seruitiis tenetur.
39. Vitia grauiora qua sub regimine virtutis sunt.
40. Voluntas melius declaratur factis quam verbis.
l. non tantum, l. Paulus, ff. rem ratam haberi.
l. pro herede, ff. de acquir. heredit.
l. si tamen, §. ei qui, ff. de edilit. edicto.
l. reprehenda, Cod. de instit. & substit.
41. Probatio maior qua ex rei euidencia.
l. fin. §. item rescripserunt, ff. ad municipal.
42. Regum iniusta mandata non timenda sed non sunt contemenda.
43. Culpa maior est culpam deprehensam defendere.
44. Regia dignitatis illusio acriter vindicanda.
Clement. Vnica de renunciatione.
c. bona memoria, 2. de postal. Prælat.
c. 1. de alien. iudic. mutan. caus. fact.
c. cum olim. de re iudicat.
c. suggestum de appellat.
o. dilectus de prabendis.
Clem. Vnica de rer. permutatione.
45. Inobediens Regiis beneficiis priuandus.
Inobediens damna inobedientia sarcire debet.
l. 11. tit. 13. p. 2.
46. Regem videtur non timere qui eius præcepta contemnit.

Regibus quomodo debeant in mandatis iustis obedire vassalli, & qua pœna inobedientes puniantur.



Ex noster Hispanus nobili ex suis bellicam expeditionem commisit, & præparatis, quæ petierat, nobilis munus acceptauit, & manum Regis quasi profecturus osculauit, postea moras nectit, & impedimenta obiicit, & de beneficiis; quæ à Rege ei præstandis, quaestionem proponit, nam licet plura lubes Princeps concederet, contendit tamen vassallus hæc declaranda conferri pro seruitiis, quæ in alio munere vnde venerat, exhibuerat, non profutura expeditione, & cum à

L 11 2 Rege

Rege diceretur pendere visitationem, & syndicatū administrationis primi muneris, nec adhuc constare, an pro debito in ea se gesserit, iustitiæ, quæ obistere nondum discussa merita condonare præmiis, quæ forte possent pœnas mereri, pertinax in eo plures confessus Ministrorum congregati, vt ad expeditionem proficisceretur, in quibus multoties se nihil velle, nisi Regi obedire, & munus acceptare testatus, & statim profecturum, & cum iam instabat expeditionis tempus, rediit ad pertinacem & iniustum conatum, vt antequam proficisceretur, oporteret declarari Regis beneficia respicere præterita seruitia, non futura, & tandem conuictus se ad expeditionem præparauit, & profectus ad portum, in quo classis illum excipere debebat, sed tamen nihil de præparatione belli curauit, & leui causa porius affectata, iterum ad Curiam Regis rediit, vbi eius mandato arce inclusus, vinculis detentus.

2. Huius rei & inobedientiæ vindicta ad muneris fisci Patroni curam spectat, nam suprema, & maior Principis præeminentia est subditorum obedientia, & in qua essentia Principatus & regiminis consistit, imo sine ea Rex non esset, regimen, nec Principatus, ex quo de Regalibus existimatur, vt argumentum l. 3. & l. cuiusque, 4. ff. ad legem Iuliam Maieft. ex Bartolo Peregrinus de iure fisci, lib. 1. tit. 1. num. 13.
3. Adeo vt inde inobedientiam Regibus impræscriptibilem censeat, & non posse abdicari ab ipso Principe supremam potestatem, quamuis ab eo concedatur, quasi infixæ sit folio Regio, & nisi cum eo deponi nullo modo possit, & Princeps quamuis contractibus obligatur, nunquam tamen poterit exuere Regalia, vt ex Baldo, Angelo, Orosio, Mandello, Albenfi, Mastrillo, Barbosa, & aliis ego probaui, 1. part. decis. Granat. 18. num. 14.
4. Cum igitur ad munus fiscale pertineat Regalia Principis defendere, illibata tueri, & ab vsurpantibus vindicare, imo ad hoc fiscale officium inductum, vt omni iure constat, & probatur l. 12. tit. 18. part. 4. vbi ad fiscalem pertinere traditur defendere, & vindicare omnia iura, quæ ad Reges pertinent, & ideo causas Regalium fiscales esse late probauit D. Alfarus de officio fisci, glossa 20. per totam, Peregrinus dict. tit. 1. & rectè ex Auileffio, Bobadilla, Petro Gregorio, & Mastrillo D. Franciscus de Amaya Pintiana Cancellariæ meritißimus Senator in rubrica, Cod. de iure fisci, num. 24. & plura singularia de officio fisci instituto, necessitate, & exercitio D. Solorcanus dict. lib. 4. cap. 6. per

totum, & in terminis nostri casus per fiscalem vindicandam inobedientiam Principi factam, & eius supplicium petendum notauit Calistus Remires de lege Regia, §. 16. n. 52. ibi: *Et si subditus tale mandatum contempserit, aut alias fuerit inobediens, ad instantiam Procuratoris fisci accusari, & puniri solet.*

Ideo pro muneris iniuncti exercitio, onere, imo honore, quia maximus subdito semper erit Principi suo debitam obedientiam conciliare, huius criminis accusationem inflitui, quia omni iure subditi debent Regibus obsequi: nam vt Diuus Paulus Epist. ad Titum, cap. 3. admonet subditos esse Principibus, & Potestatibus, & edicto obedire, & Epistol. ad Romanos, cap. 13. *Omnis anima Potestatibus sublimioribus subdita sit, & iterum ibi: itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem adquirent, & Diuus Petrus Epistola 1. Cano. c. 2. iubet ibi: subiecti esto omni humana creatura propter Deum sive Regi, quia præexcellenti, semper enim debet subditi respondere Regibus, quod Iosue responderunt Israëlita, vt traditur in lib. Iosue, cap. 1. ad finem, eis verbis: *Responderrunt itaque ad Iosue, atque dixerunt: omnia, quæ præcepisti nobis, faciemus, quocumque miseris, ibimus, sicut obediimus in cunctis Moysi, ita obediemus tibi,* aliàs inobediens contra se excitabit leonis rugitum, sic dicitur Rex prouocatus in Prouerbiis, cap. 20. vers. 2.*

De iure naturali & gentium, l. veluti, ff. de iustitia & iure, vbi ex ratione naturali procedere vt patriæ & parentibus pareamus, & ita Principi qui illam regit quod mentibus hominū adeo inesse traditur, veluti erga Deum Religio ex Diuo Augustino & aliis sacra Scripturæ locis late probat Adamus Contzen lib. 5. Politicorum, cap. 8. §. 15. vbi respondet argumentis impiorum qui Principibus & eorum legibus obedientiam negarunt, & in conscientia subditos non esse obligatos, & plurima de obedientia singularia, quantum valeat apud Deum & Principes, & illis esse obediendum eruditè & nouiter notauit Patet Baëza de Christo figurato, tom. 4. lib. 8. cap. 3. §. 14. 15. 16. 19. 31. & cap. 8. §. 13. & cap. 27. §. 3.

De iure Canonico eandem Regibus & superioribus obedientiam suadent cap. 2. de maioriore & obedientia, c. omnis anima, de censibus, cap. qui resistit, 97. 11. q. 3. similiter omnes iuris ciuilibus traditiones & statuta suffragantur, nam leges 12. tabularum subditis iubeant: *Iusta imperia sunt, eisque ciues modeste, & sine recusatione parento:* Verba referunt

referunt Cicero lib. 3. de legibus. Tiraquellus de nobilitate, cap. 28. num. 5. Camillus Borrellus de Magistratibus lib. 3. cap. 4. num. 39. & Concius in earum collectione.

8. Facit l. 2. ff. de legibus, ibi: *lex est cui omnes homines debent obedire,* & iterum, ibi: *Principem Ducem esse,* quasi legis cui obediendum Princeps, Dux sit, & Superior, In non videtur 136. §. qui iussu, ff. de reg. iuris, ibi, *quia parere necesse habet, & iuuat ratio text. in l. 1. ff. de constit. Princip. eis verbis: Populus ei, & in eum omne imperiū suum, & potestatem contulerit,* quasi subditi ipsi cum Regem instituerunt ad hanc obedientiam sint obligati.
9. Quod adeo iure ciuili procedit, vt velle non dicatur, qui obsequitur imperio Patris vel domini, l. velle 4. ff. de reg. iuris, quasi & naturali ratione & ciuili hæc obedientia magis necessaria, quam voluntaria, videl. ad ea 200 ff. eodem; & quamuis cum textum post glossam plures restringant ad pœnalia, tamen rectè generaliter accipit Decius ibi n. 2. & in omni actu in quo voluntarie quid fieri requiritur, non censeatur ex voluntate procedere, quando quis obsequitur domino, nam ex volente fit, quod ex libero mentis arbitrio pendet, cap. 1. §. voluntatem 15. quæst. 1. & per obedientiam propria voluntas mañatur, cap. sciendum 8. quæst. 1. nec potest dici ex voluntate facere eum, qui facit obtemperans illi, à quo poterat compelli, vt ex Baldo, Ioanne Andrea, & aliis probauit Decius in dict. l. velle, vnde colligitur adeo necessarium esse obedire dominis, vt subditis nullum in eo maneat arbitrium, nec aliquomodo censeantur illi ex se facere sed iuris præcepto.
10. Hispano iure huius rei documenta exhibentur, l. 1. tit. 13. p. 2. eis verbis: *Otro si los que no le quisieren ser obedientes para guardar sus posturas, è sus mandamientos, deben hauer tal pena segun fuere à quella cosa, en que le desobedecieron,* l. 16. eodem tit. & part. ibi: *mas deben ser obedientes en todas las cosas, que el mandare asi como de venir a su Corte, o a su Consejo los que el imbiasse, o para facerle buefste, o para darle quenta, o para facer derecho a los que dellos faciesen querrela: ca estos son las maiores cosas en que vassallos deuen venir obedeciendo al mandato de su Señor: essa misma obediencia deben hauer para ir do los imbiare asi como en mandaderia, è en buefste, è en guerra, è en otro lugar de los mandasse, è sin esto deben otro si obediencia para estar de los pusiere asfi como en frontera, è en terra, è en bastida de villa, è de castillo, è otro lugar do el Rey entendiesse que mas estavian a su seruicio.*
11. Hæc igitur obedientia sine repulsa & exa-

mine, quasi velatis oculis Regi præstanda, quemadmodum Abraham sine cunctatione ad sacrificium filij vnigeniti se præparauit, & vt tradit D. Chryostomus in Genes. cap. 22. *non cogitabat, nõ ratiocinabatur secum cur hoc? quid mihi præter omnem expectationem beneficium exhibuit, qui paulo antè dixerat, in ipso vocabitur tibi semen, nunc diuersa præcipit,* non enim prudentis, sed subdoli, imo serpentis est de præceptis disputare, ita ex Genes. cap. 3. mater nostra Eua elusa generi humano exitium parauit, quia admisit quæstionem de præcepto ibi: *cur præcepit vobis Deus, ne comederetis?* & rectè improbitatem recusantium obedire, & petentium rationem præceptorum denotauit D. Bernadus ad fratres de eremo eis verbis: *Porro imperfecti cordis è infirma voluntatis indicium est statuta Seniorum studiosus excutere, herere ad singula que iniunguntur, exigere à quibuscumque rationem, è male suspicari de omni præcepto cuius causa latuerit:* Est igitur prompte, & alacriter Regi obediendum iuxta quod traditur Diui Matthæi, cap. 23. *quacumque dixerint vobis facite.*

Sed nec solum laici vassalli, debent mandatis Regiis obsequi, verum in rebus iustis etiam Ecclesiastici quamuis in eis iurisdictionem Princeps non exerceat ratione, tamen Principatus ei obediri debent, cap. petimus 11. quæst. 1. c. Princeps, c. administratores, & c. Regum 23. q. 5. gloss. verb. *Ecclesia,* in c. tributum, 22. q. 8. l. 65. tit. 5. p. 1. ibi: *Fueras ende si lo mandasse el Rey venir ante si,* l. 8. tit. 7. p. 3. l. 29. tit. 4. l. 13. tit. 3. lib. 4. Recopil. vbi pœna iniungitur Ecclesiasticis qui non paruerint Regis mādatis ex authentica nullius Cod. de Episcopis, & Clericis notat Greg. Lopez in l. 65. gloss. 8. tit. 5. p. 1. vnde tradit processisse praxim vt Ecclesiastici in Hispania vocentur ad Curiam per Consilium Regis ex Decio, Antiboli, Marienço, Azebedo, & aliis probauit Bobadilla lib. 2. Politicæ, c. 18. n. 61. lit. E.

Id enim prouenit quia vt vassalli subditi sunt Ecclesiastici ratione Regiminis, & domini Principis secularis, ita ex Patre Victorio Dominico Soto, Decio, & aliis probauit Aluarus Valafcus, consultatione 100. num. 2. cum Oldraldo, Baldo, Ancharrano, Cardinali, Felino, Camillus Borellus de præstantia Regis Catholici, cap. 7. 1. num. 14. & 15. quia ciues, & pars populi, & corporis Politici dicuntur Ecclesiastici, vt notantur Franchis decis. 691. ex Narra, Marfilio, Francisco Marco, Tiraquello, Surdo, Burgo de Paz, & aliis pluribus D. Salgado de Regia protectione 1. part. cap. 1. præludio, 2. num. 58. cum multis

sequentibus Mastrillus 1. p. decis. 49. per totam ex Festaffio & aliis Oterus de iure pacificendi, cap. 9. num. 6. D. Castillo de Tertius, cap. 8. num. 23.

14. Præsertim ubi iurant fidelitatem Prælati & Ecclesiastici Regibus, sæcularibus in Curia quando ad Regnum assumuntur vel iuramentum exhibetur Principibus ad Regni successione, quia tunc subditos & vassallos iudicari & crimen læsæ Maiestatis committere ut arg. c. si quis laicus, 22. q. 5. ex Arnaldo, Ioanne Bernardo, & Albertino, probavit Caucedo 2. p. decis. 83. num. 3. & generaliter vassallos Principis sæcularis censeri debere Ecclesiasticos, & Maiestatis crimen posse committere ex D. Augustino, Tertuliano, Oldrado, Abbate, Barbatia, & pluribus sacre Scripturæ locis tenuit Thesaurus Iunior. lib. 4. Forensium quæst. 22. n. 8. cum sequentibus ubi expendit quod traditur ab Apostolo omnem animam potestatibus superioribus & Regibus subditam esse oportere, tam respectu Ecclesiasticorum accipiendum, & facit quod ex Bartolo, Farinacio, Maceratenfi Albaroto, Præposito, Guillermo, Benedicto, Andrea Gaillio, Petro Gregorio, Robito, Cenallos, Calixto, Ramirez, & aliis probavit D. Solorcanus tom. 2. de Indiarum gubernatione, lib. 3. cap. 27. num. 26. & 27.

15. Iuuat etiam nam si statutum fieret quod annullarentur alienationes quæ in non subditum fierent, alienatio in Clericum, & Ecclesiasticum facta non comprehenditur statuto, quia illi subditi, & vassalli reputantur ut ex Felino, Alberico, Fabiano, de Monte, Ripa, Croto, Socino seniori, Bruno, Bossio, Socino Juniori, Tiraquello, Couarr. Julio Claro, Ploto, Loazes, & Horatio Carpano, probavit Menoch. conf. 878. n. 10. qui verior opinionem sine dubio censet, & numquam visum huius prætextu alienationem irritam: declarari quod procedit quia licet Clerici quoad iurisdictionem non censeantur subditi Principum temporalium, tamen quoad protectionem, fidelitatem, & obedientiam, & ut ciues populorum, & pars Regni illis subesse dici oportet, & tenuerunt præter supradictos Emanuel Rodriguez in summa, tit. 4. cap. 168. num. 1. Soufa, in Bulla Cœnæ cap. 26. disp. 84. n. 9. & D. Solorcanus d. cap. 27. num. 26. tradit negari non posse Clericos esse Regis vassallos, & sub hoc nomine comprehendendi.

16. Vnde non admittenda sententia R. Patris Dianæ 5. part. tractatu 1. de immunitate Ecclesiar. resolut. 19. qui nouissimè Martam sequutus tenet Ecclesiasticos nullo modo posse dici Regum vassallos, quia ab illorum iurisdictione exempti sunt, quippe fori sæcularis exemptionem fatemur, sed tamen ratione incolatus bonorum protectionis, obedientiæ, & fidelitatis debent censeri vassalli, quippe ex omnium sententia in politicis Regi obedire debent, ut satis supra probatur, & communis opinio est ratione feudi, & iurisdictionis, quando à Rege habuerint, vassallos censeri, & tunc teneri Regi Hispaniæ auxilia, & milites ad belluam exhibere, imo & suis personis cum potuerint interessè in bello contra infideles, apertè deciditur l. 52. tit. 6. part. 1. adde plures quos referunt Bobadilla lib. 2. politicæ, cap. 15. num. 20. & cap. 17. num. 18. ex Carolo de Grassis, Regal. Franciæ, Azebedo in l. 1. num. 54. tit. 4. lib. 6. Recopilat. Guido Papæ decis. 551. Capiblanco de Baronibus, Pragm. 1. anno 38. Borellus in in summa decis. tit. 34. num. 274. Pater Thomas Sanchez lib. 2. respons. moral. 14. dubio 57. à num. 9. ideo non ferendus Marra, qui de iurisdictione, centuria 2. casu 188. etiam quando habent Ecclesiastici feuda, & iurisdictiones Principibus sæcularibus eos vassallos negat: nam illa opinio est contra omnem traditionem.

Sed Carolus de Grassis, qui adeo Clericorum exemptionem firmavit in tractatu de effectibus Clericatus in præludio, num. 363. & 364. etiam si retulerit opinionem illorum, qui contra voluerunt, tamen postea ex Bursato, Decio, & communi Doctorum sententia in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ de constitutionibus, tradit nihilominus non posse dici omnino non subditos, & forenses Clericos à iurisdictione Principis sæcularis, quia naturaliter, siue originariè, dicuntur esse de dominio & iurisdictione illius Principis in cuius terris nati sunt, cap. de capitulis, cap. quis nesciat, distinctione 19. cap. sacerdotibus, ibi, *dominantur* 11. quæst. 1. & comprobatur ex Victoria, Soto, Julio Claro, Felino, Aluaro, Valasco, Bossio & aliis.

Manet igitur ex prædictis vassallos & subditos, siue Ecclesiasticos, vel sæculares in eis, quæ ad statum cuiusque pertineant, teneri obedire Regibus, aliàs politici status regimen sustineri non posset, nam ut tradit Seneca lib. de Clement. cap. 4. *Illud enim est vinculum, per quod Respublica coheret, ille spiritus vitalis, quem hæc tot millia trahunt, nihil ipsa per se futura, nisi onus, & præda, si mens illa imperij subtrahatur: & ut Cicero lib. 3. de legibus: Sine obedientia domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse Mundus potest, & ideo rectè Iustus Lipsius lib. 2. ciuilibus doctrinæ, cap. 1. certi ordinis in iubendo*

18. Manet igitur ex prædictis vassallos & subditos, siue Ecclesiasticos, vel sæculares in eis, quæ ad statum cuiusque pertineant, teneri obedire Regibus, aliàs politici status regimen sustineri non posset, nam ut tradit Seneca lib. de Clement. cap. 4. *Illud enim est vinculum, per quod Respublica coheret, ille spiritus vitalis, quem hæc tot millia trahunt, nihil ipsa per se futura, nisi onus, & præda, si mens illa imperij subtrahatur: & ut Cicero lib. 3. de legibus: Sine obedientia domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse Mundus potest, & ideo rectè Iustus Lipsius lib. 2. ciuilibus doctrinæ, cap. 1. certi ordinis in iubendo*

iubendo, & parendo tantam vim, & necessitatem esse tradit, *ut hoc vnum fulcrum sit rerum humanarum.*

19. Et hanc obedientiam Principibus debitam & neglectam acriter vindicandam tradiderunt Bartolus, Baldus, Marfilus, Zaffius, Thuscus, Antonius Petra, Calixtus, Ramirez, Menoch. Didacus Perez, Magerus, Gregorius Lopezius, & alij, quos refert D. Solorcano tom. 2. de Indiarum gubernatione, lib. 2. cap. 23. num. 77. cum sequentibus, ex Angelo, Cardinali, Innocentio, Platea, Iafone, Alexandro, Guidone Papæ, Paride de Puteo, Mantaluo, Hipolyto de Marfilis, & pluribus Auilesius in cap. 1. Prætorum, verbo *mandamientos*, adde quæ notarunt Baldus lib. 3. consil. 155. Abbas & Henricus Boic. in cap. cum non liceat de præscript. Bellamera conf. 10. num. 16. ex Craucta, Montaluo & aliis D. Valençuela de ration. stat. & belli, 2. part. cap. 7. num. 9. & conf. 4. num. 79. Cephalus conf. 461. num. 1. Hortensius in summa tit. de officio ordin. num. 2. Hugo tractat. de officio qualiter Prælati, 5. part. tit. de obedientia inferioris ad superiorem, Farinac. in praxi, 3. part. quæst. 97. num. 44. Nauarrus in cap. nouit de iudiciis, num. 166. ex Grammatico, Tiraquello, & aliis Testay allegatione 7. num. 60. Dominicus Iason in Pragm. de arte facta, versic. 2. obseruat. 1. num. 3. D. Michaël. de Luna lib. singul. lect. iur. ad l. non sunt, ff. de statu homin. quæst. fin. n. 22. vide Carolum Scribonium in politicis Christiano lib. 2. cap. 7. qui hanc obedientiam firmat, & quamuis excludat in rebus iniustis à malo iussis eum deuiandum, non obuiandum, vel resistendum vi persuadet.

20. Sed istas Doctorum traditiones debent confirmare exempla, & semper sacre Scripturæ documenta reliquos lucem præbent, & inter alia illud maximum, quod extat libro Ester, cap. 1. nam cum iuberet Assuerus, ut ad conuiuium ingrederetur Regina Vasti, & cum illa renueret Regis imperium, & iuxta quod præceperat, venire contemneret, ex sapientum suorum consultatione Regno exuta fuit, & illius loco Ester subrogata, ne & subditis renuendi præcepta Principis præberetur exemplum, & vxoribus ne maritis ex Regiæ facta obtemperarent.

21. Et lib. 1. Regum, cap. 15. cum per Samuelem iuberet dominus Sauli, ut percuteret Amalech, & demoliri vniuersa eius, & cum peperisset Saul aliquibus populis, & optimis gregibus armentorum, & adduxit, ut sacrificaret domino, qui postea loquitur ad Samuelem: *pœnit et me, quod constituerem Saul Regem, quia dereliquit me, & verba mea ope-*

re non impleuit, & ideo translatum est Regnum de domo Saul ad Dauidem, & obiurgans Samuel Sauli nobis aptissimè edixit: Numquid vult dominus holocausta, & victimas, & non potius, ut obediat voci Domini? melior est enim obedientia, quam victima, & auscultare magis, quam offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.

Iussit Dominus Moyfi Numer. cap. 20. 22. *Tolle virgam, & congrega populū tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas, illi fecerunt, & obiurgarunt populi nequitiam, & incredulitatem, dixerunt: audite rebelles & increduli, num de petra hac poterimus aquam elicere? ex quo facto Deus comminatus, quia non obedierunt, nec crediderunt, ne introducerent populum in terram promissam, de quo valde & variè Doctores fatigantur, sed aptissimè Abulensis dist. cap. 20. Numer. quæst. 5. tradit: ideo factum propter inobedientiam, nota verba, ibi: quia deuiauerunt à forma mandati Dei, mandauerat enim, quod loquerentur ad petram, ipsi autem relicto hoc inceperunt increpare multitudinem, quasi ex facto Araonis & Moyfis, etiam si Deo gratius esse crederent, quod faciebant, adhuc puniti, quia omnino iuxta formam præcepti non paruerunt.*

Facit; quod Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 5. de Atheniensibus tradit, qui damnabant reos, non si totam legem, sed vel si vnam syllabam transgressi fuissent, & rectè conueniunt verba Maruli lib. 4. cap. 3. qui in mirabili casu, quia Columbanus Abbatis præceptum formaliter non obseruatum tradit ibi: *didicit mandati non rem solum, sed etiam verba singula diligentius esse perpendenda, & quod in mandatis Dei expendimus, congruet Regibus, cum dicat Apostolus Epistola ad Ephes. cap. 6. obedite sicut Christo, & ad Romanos cap. 13. qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, alia exempla inuenies dist. lib. 1. Reg. c. 13. lib. 3. cap. 2. 7. & 20. Ieremiæ, cap. 38. 43. Danielis cap. 4. & quam plurima alibi.*

In Principibus Astiages Macedoniani Rex 24. eo quod Harpagus Cirum nepotem, quem occidi iusserat, non interfecisset, filium Harpago tredecim annorum patri epulandum posuit Herodotus lib. 1. adeo Reges etiam iniuri facti inobedientiam vindicant, Iulius Cæsar, quando milites non parere animaduertit, militare imperium sibi vindicans nocentes exauctorabat, neque ante pristino honori restituebat, quam de fontibus pœnas sumpserat, ex Suetonio, & Plutarcho, Fulgos.

Fulgof. lib. 2. cap. 2. & Valentinianus Imperator Roſoanum Eunuchum, quod eius præceptum contemneret in Hipico viuum cremari iuffit, iuxta Suidam, & valde notandum, quod refert Auentinus lib. 4. annalium Boiorum, nota verba: *Anno 916. noſis Octobris, Conradus Imperator Reginoburgi concilium Procerum & Episcoporum coegit: ibi Arnulphus, quidam proſcriptus fuit, eidemque Sacerdotes male ſunt precati: quoniam Arnulphus, & ſocij eius Regi & Principi ſuo parere detrectant, inferis perpetuo deuoti ſunt, nec ullo unquam piaculo ſoluuntur, cum Iuda proditore, cum malis genitibus ignis aeterni carniſcina excruciantur.*

25. Et apud Perſas inobedientes Regi pœna capitis, & manus dextræ amputatione puniri ſolebant, vt tradit Briſonius de Regno Perſarum lib. 2. pag. 243. verſic. *plerumque, quaſi caput, quod parere, & obtæperare Regi detrectaſſet iudicium de inobedientia ſumens, & dextra, quæ eius præcepta non exequuta, abſcindi deberent, & omnium ſæculorum monumenta Hiſtoriiſ paſſim teſtimonia propinant, vt immenſum eſſet, & nimis faſtidioſum recenſere, & tam in pace, quàm in bello pœnas inobedientiæ Principibus, & ſuperioribus percipere ex Iosepho de bello Iudaico, lib. 17. c. 3. Aliano lib. 14. var. Hiſtor. Xenophon. lib. 3. rerum Græcarum, Diodoro lib. 1. cap. 6. Liuius decade 1. lib. 8. Plinius lib. de viris illuſtribus, c. 31. Eutropius lib. 2. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 4. & lib. 6. cap. 3. Alexand. ab Alexand. lib. 1. cap. 20. lib. 2. cap. 23. lib. 6. cap. 18. Frontinus lib. 4. cap. 1. Sabellius lib. 4. Æneid. 4. Oroſcius lib. 3. cap. 22. Auentinus lib. 2. annal. Boiorum, Marulus lib. 4. cap. 3. Galfridus Britannicæ Hiſtoricæ, lib. 8. Chronicon Francorum anno 1489. & ex noſtris Hiſtoriiſ quam plurima exempla ex hiſce annis refert D. Solorcanus diſt. lib. 2. cap. 23. num. 82. in cauſa contra D. D. Federicum à Toletio Oſſorio Marchionem de Valduza, qui Regni exilio condemnatus eſt, & pœnis pecuniariis multatus fuit, quia Regium iuſſum recuſauit circa ſuſcipiendum munus Ducis generalis ad Braſſilicam expeditionem.*

26. Et quod nec ille, & alij non referunt, ego vade notandum cenſeo, quod ex Chronica noſtri Regis Henrici III. refert eius Hiſtoriographus cap. 7. pag. 20. nam in primis Comitibus, quæ in Caſtella à Rege celebrata cum Regnis pactus fuit, & promiſit nulla bella intendere, niſi ex Comitiorum conſilio, præterquam ſi hoſtes Regna inuaderent, vel aliquis ſuis præceptis, aut Senatus non paruiffet, quia id neceſſario, & abſque eo quod

egeret conſultatione vindicandum.

Conducunt, quæ circa legum obſeruantiam, & editorum tradiderunt, Cicero lib. 3. de legibus, & Verrina 7. Alex. ab Alex. lib. 3. dierum genial. cap. 5. Cælius Rodiginus lib. 10. antiquar. lectionum, cap. 6. ex Valerio Maximo, & aliis Petrus Herodius lib. 6. rerum iudicatarum, c. 3. Gellius lib. 1. noctium, cap. 13. Fulgof. lib. 9. c. 5. & quod ex iuris Doctoribus paſſim notatur in l. 2. ff. de legibus per textum, ibi, & refert D. Valençuela conf. 83. num. 153. D. Solorzanus tom. 3. de Indiar. guber. lib. 1. cap. 4. num. 73. & lib. 2. cap. 30. & alij, quàm plures, quibus addenda l. 1. de conſtit. Princip. vt quod Princeps iuſſerit, edixit, vel ei placuit, legis habet vigorem.

Hoc ad reuerentiam Principibus debitam ſpectat, quam adorationem dixit, l. 1. Cod. de Silentariis lib. 10. & Diuus Auguſtinus quaſt. veter. teſtam. 2. part. quaſt. 91. de Rege tradit: *adoratur in terris, quaſi vicarius Dei, & vt Quintus Curtius, eſt ingenta gentibus erga Reges veneratio.* adde Iuſtum Lipſium lib. 4. ciuil. doctrinæ, cap. 9. Chopin. de dominio Franciæ, lib. 3. tit. 30. num. 11. Bullengerum lib. 1. de Imperator. cap. 16. Iaſon in l. quæcunq; ff. ſi quis in ius vocatus non ierit, Tiber. Decianus lib. 7. crimin. c. 5. n. 34. Nauarrus in cap. nouit de iudiciis, num. 166. Befoldum de Magiſtrat. num. 42. Gratianus diſcept. 1. tom. c. 184. à n. 55. vſque ad finem qui agit de honore debito Magiſtratus propter Principis repræſentatione, Maſtrillus de magiſtratibus lib. 5. cap. 3. num. 40. D. Valençuela in diſcurſu ſtat. & belli 2. p. confid. 2. à n. 48. Bobadilla in Politic. lib. 5. cap. 1. num. 55. ex aliis Magiſter Marquez in Gubernatore Chriſtiano lib. 1. c. 18. §. 2.

Sed non ſolum ex reuerentia procedit verum etiam ex neceſſitate quia vt animaduertimus ſine obedientia, & reuerentia regimen ſuſtineri non poteſt, nec Princeps ſine illis populum regere valebit, Baldus vol. 3. conf. 155. & de iure obligantur ſubditi Regiis præceptis obedire, D. Valençuela 1. tom. conf. 4. num. 79. ex Felino, Gregorio Lopezio, & aliis pluribus D. Solorcanus diſt. cap. 23. numero 77.

Vnde Regi competit ſubditos compellere vt acceptent officia quæ ipsis contulerit ſiue ad regimen, & iudicandi munus, l. fin. §. iudicandi, ff. de muner. & honor. vbi iudicandi neceſſitas inter munera perſonalia conſideratur, l. ſi quis magiſtratus, ff. eodem, lex omnibus domibus, l. ad Magiſtratum, Cod. de decurionibus, lib. 10. cum Abbate, Baldo, Salluceto, Luca de Peña, Angelo, Alexandro, Romano, Decio, Cagnolo, Marſilio, Caſſaneo Viui,

Viui, Marienço, & aliis Maſtrillus de magiſtratibus lib. 1. cap. 30. num. 64. cum ſequent. gloſſ. verb. *arbitrium*, & ibi Bartolus in l. Sancimus, Cod. de aduocat. diuerſ. iudic. Seraderus de feudis, p. 10. ſect. 10. num. 34. Magerus de aduoc. armat. cap. 9. num. 756. Befoldus de magiſtratibus, num. 3. Carleuallius de iudic. quaſt. 1. ſect. 1. num. 20. quia munera quæ reſpiciunt publicam vtilitatem, omnes ſubire debent, & ideo quia aduocationis munus, officium publicum eſt, & ob eam cauſam adiuuentum poteſt aduocatus compelli patrocinium ſuſcipere, l. prouidendum §. 1. Cod. de poſt. ex Baldo, Couarr. Minſing. & aliis probauit Menoch. de arbitrar. cent. 4. caſu 369.

31. Sed in quibuſcumque muneribus Regiminis, & belli poteſt Princeps cogere vaſſallos vt muneribus ad eius ſeruitium, & publicam vtilitatem fungantur, vt notatur in l. milites, Cod. de re milit. lib. 12. & in l. iubemus Cod. de officio Magiſt. officio, & tenuerunt Bart. Andreas, Siculus, Lucas de Peña, Afflictis, Curtius Iunior, Minchaca, Auileſius, Gregor. Lopez, & alij plures quos refert Caueo 2. p. deciſ. 44. num. 1. & 2. ad quem ſe remittit Fontanella de pactis nuptial. 1. tom. clauſ. 4. gloſſ. 16. num. 9. & eos ſequitur Maſtrillus de magiſtratibus lib. 3. cap. 10. numero 167.

32. Imo & nihil magis expediet regimini quam eligere non ambientes ſed renuentes cogere, & ad munera publica compellere, vt ſuadebat D. Bernardus, Pontifici Eugenio, de conſideratione ad illum lib. 4. eis verbis: *Ita non volentes nec currentes aſumito, ſed contentantes, & renuentes etiam cogere illos, & compelle intrare in talibus enim requieſcet ſpiritus tuus.* Nam ex D. Auguſtino lib. 9. de ciuitate Dei: *Locus ſuperior eſt adminiſtratur vt decet indecenter tamen appetitur.* Et vt traditur, in l. ſi quemquam, 31. Cod. de Episcop. & Clericis qui ad regimen eligendus *Tantum ab ambitu debet eſſe ſepoſitus vt queratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat.* Vt recte ex ſententia Martiani quam in eius nouella refert Gothifredus in not. d. l. ſi quemquam: *Felicem fore rempublicam ſi à nolentibus, & actus publicos repulſantibus gubernetur.* Et id conducere optimæ regendi rationi, & non ambientibus ſed munera publica recuſantibus conferantur, & electi cogantur acceptare notant Xenophon. de Cyri minoris expeditione, Ariſtoteles lib. 8. politico, cap. 1. Plato Dialogo 1. de iuſto vbi Traſimachum ſuadet, vt nemo ad gubernandam rempublicam accurrat, & ſuadetur ſacra pagina Exodi cap. 4. & lib. 1. Regum, cap. 10. & quod tra-

Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fiſc. tom. 1.

dit Euſebius lib. 12. de præparatio. Euang. c. 4. adde Magiſtrum Marquez de gubernatore Chriſtiano lib. 1. cap. 9. & 10. & quæ recte notauit Petrus Gregorius lib. 4. de Republica c. 5. num. 4.

Hiſ igitur conſtitutis Principibus obedire teneri vaſſallos, & poſſe compellere munera publica acceptare nimiam duritiem iſtius inſinuat, & quia noluit mandatis Regiis obſequi oportet acriter puniri, nam pœnam vaſſalli inobedientis fuiſſe mortis apud Iſraelitas ſuadet, lib. 1. Regum, cap. 14. quando aduerſus Ionathã filium ſuum Saul mortem exequi voluit quia præceptum Regis violauit dum iuſſerat vt nullus comederet panem vſque ad veſperum donec vlciferetur de inimicis ſuis, & Ionathas ignorans (cum populo quidem non erat quando Pater legem dixit) & veniens in ſaltum in quo erat mel ſuper faciem agri extendit Ionathas ſummitatẽ virgæ quam in manu habebat, & intinxit in fauum mellis, & conuertit ad os ſuum: ſed ex eodem libro Regum refertur in c. 2. de maiortate, & obedientia: *Qui non obedierit Principi morte moriatur.*

Quamuis regulariter pœnam eſſe arbitrariam ex Baldo, Craueta, Fulgofio, Platea, Barbatia, Auileſio, & pluribus probauit Menoch. lib. 2. de arbitrariis caſu 365. per totum. Quod etiam videtur confirmari lib. 1. Eſdra cap. 7. ad finem eis verbis: *Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem Regis diligenter iudicium erit de eo, ſiue in mortem, ſiue in exilium, ſiue condemnationem ſubſtantia eius vel certe in carcerem.* Iuxta qualitatẽ in obedientiæ pœna augeatur vel temperetur quod etiam ſuadet l. 11. tit. 13. p. 2. vbi tradit puniendos eſſe inobediẽtes Regibus iuxta qualitatem rei in qua obedire noluerunt vt ex eo confirmetur Doctorum ſententia pœnam inobedientiæ eſſe arbitrariam, vt probat idem Menochius lib. 5. præſumpt. 44. num. 20. ex Baldo, Felino, Gregorio, Lopezio, Didaco Perez, Tuſcho, Magero, D. Valençuela, & aliis D. Ioannes de Solorçano tom. 2. de Indiar. gubernat. lib. 2. cap. 23. num. 78. vbi ex Calixto, Remirez, & aliis probat eos qui Principis præceptum ſpernunt, dici largo modo rebelles.

Vnde fit vt quamuis pœna regulariter fit arbitraria, tamen iuxta qualitatem inobedientiæ pœna exacerbanda, tum quia arbitrium poteſt excurrere vſque ad mortem, ex Baldo, Floriano, Decio, Felino, Menchaca, Iaſone, Ripa, Alexandro, Craueta, Socino, & aliis pluribus Menochius lib. 1. de arbitrariis q. 86. num. 5. & 20. Antonius Gomez tom. 3. var. c. 6. num. 8.

M m m Tuna

36. Tum quia in terminis nostri casus posse inobedientem mortis poena plesti probant Lucas de Pena, in l. r. vers. *at in mandatis*, C. vt dignitatum ordo seruetur, lib. 12. Camillo Borrello lib. 3. de Magistrat. cap. 4. num. 24. ex Grammatico, & aliis Menoch. dicto casu 367. num. 7. vbi ex Cremonsi, Lino, Plutarcho, Gellio, Ferreto, & aliis exemplis Romanorum probat qui mortis supplicio vindicarunt inobedientiam, quibus adde quod ex Puteo, Boffio & Iulio Claro notauit Farinac. 3. p. praxis crimin. q. 97. num. 2. vbi adducit exemplum Ducis Galeaci Sforcie, qui suspendi fecit Prætozem Barisij, eo quia non fecerat statim suspendere hominē quem Dux iusserat, etsi Galeacio Vicecomiti tribuat Paulus Iouius, in cuius vita & Prætozem securi percussum referat, tradiderunt Hieronym. Giacharius, Didacus Perez, & alij, quos refert D. Augustinus Barbosa in collect. c. 2. de maiorit. & obedientia, numero 4.
37. Idque magis comprehendere Nobiles, qui vt reliquis subditis exemplo sunt, & dignitatis suæ vinculo maiori nexu adstringuntur obedire Regibus, & ideo grauius plectendos, & instar sacrilegij inobedientiam censerit ex Tiraquello & Grammatico probauit Testay allegat. 7. num. 60. & 62. quibus addendum quod prædicti non referunt, & tradit Sabellicus lib. 1. Æneid. 1. Ninum Assyriorum Regem, Pharnum Medorum Regem, quia eius mandato non statim paruisset, cum vxore & septem liberis cruci miserabiliter affixisse.
38. Quæ omnia maximè in nostro casu procedunt, vt grauiori poena fit hæc inobedientia vindicanda, quia Nobilis iste magnis beneficiis à Rege cumulatus alia petebat, cum tamen seruitia Regi exhibita in munere, ex quo vassallus stipendium percepit, vt in hoc casu nullam inducunt apud Regem obligationem, nec antidoralem, Tiraquellus in l. si vnquam, verbo *donatione largitus*, num. 106. C. de reuocandis donat. Pinellus in l. 1. C. de bonis maternis, 3. p. num. 59. 60. Afflictis decif. 307. num. 13. & ibi Vrsilis n. 8. Grammaticus decif. 21. num. 1. ad finem, Cauedo decif. 36. p. 2. Robitus conf. 99. num. 9. & 10. Ponte de potestate Proregis, tit. 5. n. 24.
39. Sed adhuc pluribus honoribus & beneficiis acceptis à Vassallo ille asserbat eum velle Regi obedire, & semper obedientiam & affectum expeditionis frustraui, vt tempus anni continuis Ministrorum confessoribus consumeret in quibus testatus munus acceptare, & Regis præceptum obedire, postea moras neccendo, & impedimenta obijciens

non solum inobediens extitit sed illufor Regiæ dignitatis, ex quo acrius puniendus quasi pertinaciæ suæ delictum velle apparenti obedientiæ virtute obumbrare, & nihil aliud intenderet quam fallere regem, & Ministros vt aliàs iuuenalis satyra. 14.

Fallit enim vitium specie virtutis, & vmbra.

Quasi obedientia vmbra, & ficta duriciæ & inobedientiam celaret tanto minus deprehendenda nisi rei exitus ostenderet iuxta Horatium de arte.

Decipimur specie rectori.

Et iuxta Cicerorem de oratore: *Cernendum utique diligenter est ne fallant ea nos vitia quæ virtutem videntur imitari*: & vt tradit Seneca Pater lib. 3. controuers. *Nec mirum si difficulter apprehenditur vitio tam vicina virtus*. Et Seneca filius Epistola 45. ibi: *Vitia nobis sub nomine virtutis obrepunt*. Et Ouid. de arte amandi:

Et mala sunt vicina bonis errore sub illo:

Pro vitio virtus crimina sepe tulit.

Et rectè Albertus Magnus in procemio Moralium, in princip. *Vitia virtutum nomine colorari*; & vt notauit Calixtus Ramirez de lege Regia, §. 8. num. 13. *Totius iniustitia nulla est capitalior quam eorum qui tunc cum maximè fallunt, id agunt, vt boni viri esse videantur*. Vt in hoc casu qui graue duritiem, inobedientiam & contemptum voluit prætextu obedientiæ dissimulare.

Sed tamen istum noluisse Regi obedire, ipsa res manifestè probauit & negotij exitus, nam cum magis & melius voluntas facto declararetur quam verbis, l. non tantum, l. Paulus, ff. rem ratam haberi, l. pro hærede, ff. de acquir. hæred. l. frater, §. ei qui, ff. de adilitio edicto, l. reprehendenda, C. de instit. & substit. Decius in c. dilecti filij el. 2. de appellat. ex Abbate, Iafone, Gozadino, Socino, Menochio, Cerneo, Riminaldo, Cephalo, Tiberio, Deciano, Marco Antonio Eugenio, & aliis pluribus probauit D. Castillo, 5. tom. controuers. cap. 7. num. 14. & 17. ex Castrensi, & Aimone potentiorē esse voluntatem quæ declaratur factis quam verbis notauit Gratianus, 1. tom. disceptationum, cap. 181. num. 9. cum sapius contra intentionem aliquid dicatur quod non contingit in facto.

Et cum nulla sit maior probatio quam ea quæ ex illius euidētia suaderet, l. fin. §. item rescripserunt, ff. ad municipalem, l. eos penult. cum ibi notatis, ff. finium regū. Innocentius, in c. proposuisti de probat. Afflictis decif. 107. num. 6. Tiraquellus de retract. lignag. §. 4. gloss. 1. n. 36. Farinat. 2. p. nouiss. decif. 407.

- decif. 407. Mascard. de probat. q. 8. num. 45. cum seqq. ideo euidenti probatione constat de inobedientia cum tanto tempore moras neceret, & plura impossibilia peteret, & roties illuderet Regis decreta, & consultationes factas à consiliariis, quibus huius rei expeditio commissa.
42. Et denique postquam munus iniunctum acceptauit, euentus docuit nunquam voluisse obedire Regi, cum sine causa ab executione desisteret, vt effectū ipso doceretur inobedientia & perfidia, quamuis Regum iniusta mandata timenda non sunt, nunquam tamen contemnenda, vt dignitas Regia illudi videatur, iuxta quod de legatis Pontificis rectè notauit D. Bernardus de confid. ad Eugenium lib. 4. col. 4. eis verbis: *minas Principum non paueant, sed non temnant*, & videntur, quæ doctè & eruditè notauit Magister Marquez de gubernatore Christiano, lib. 1. cap. 10. per totum.
43. Nec reum poterit defendere semper illum obedientiam obtestatum, & pluries dixisse velle Regi obedire, quia nihil magis dolum arguit, quam obedientem se ore iactare, corde vero & factis contumacem, & inobedientem ostendere, & multo magis & periculosius peccat, quia peccata defendit: nam culpam deprehensam pertinaciter tueri, alia culpa est: quid enim indignius, quam postquam tot consiliarium concessus fatigauit, contempsit, illudit, munus acceptando, altera die iniusta & impossibilia petere, & denique ab iniuncto munere deficere, semper pertinaciter edicere, velle Regi obedire, & à mandatis defectum honesto obedientiæ nomine velle decorare, istius dolus fugiendus, acriter vindicandus, vt sine exemplo subditis hæc Regis inobedientia innotescat capitali supplicio exacerbata, & viperino veneno similem hanc cautelam censet Sesse tom. 2. decif. in Epistola ad Regem, num. 69. eis verbis: *Porque no ay maior infidelidad, que engañar a aquel quien se debe guardar se, & ex Matienzo & Menchaca tradit Guirba conf. 1. num. 9. Demones itaque non homines appellandos, qui vitia induunt mensuris virtutum nominibus*, & magis quam ipsa delicta hæc in illis perfidia vitanda, vt notauit Æneas Robertus lib. 1. rerum iudicatar. cap. 7. versic. *beneficiorum*.
44. Id equidem nihil aliud est, quam non solum Regi non obedire, sed opprobrium Maiestati obicere, idem enim illufio, quam opprobrium dicitur Ecclesiastes cap. 27. & Psalmo 78. & quod magis debet abominare iuxta illud Prouerb. cap. 3. ad finem, *quia abominatio Domini omnis illufor*, & vindicta cri-
Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fife. Tom. I.

minis abominationi connectenda, nam vt traditur in eisdem Prouerb. cap. 9. *si sapiens eris, tibi met ipsis eris, si autem illufor, solus portabis malum*, & valde semper in iure excratur illufio, Clement. vnica de renunciatione, maximè in mandatis Pontificum, & Regum, cap. bonæ memoriæ 2. de postulatione Prælat. cap. 1. de alienatione iudicij mutandi, causa facta, cap. cum olim de re iudicat. cap. suggestum de appellat. cap. dilectus de præbendis, Clement. vnica de rerum permutat.

Vnde meritò iste, qui tam subdola obedientia pertinaciter inobediens, imo illufor Regij decoris & dignitatis, non solum omnibus beneficiis priuandus, quæ à Regia manu obtinuerit, quasi Principis indignatione incurreret, vt ex Baldo in cap. 1. §. porro, quæ fuit prima causa benef. amittendi, Bartolo, Iafone, Marfilio, Zasio, Barbatio, Menochio, Gregor. Lopezio, & Auilefio probauit D. Solorcanus dict. lib. 2. c. 23. num. 81. & constat l. 11. tit. 13. part. 2. vbi non solum beneficiis & feudis priuantur subditi, qui Regi nõ obedierint, sed & damna inobedientiæ Regi ex propriis bonis resarciant, vt rectè notauit D. Solorcanus vbi proximè, num. 77.

Verumtamen poena capitali afficiendus, qui illufor Maiestatis eius præcepta cum damno publico contempserit iuxta plurium Doctorum resolutionem, & exempla, quæ retulimus, inobedientiam poena mortis esse vindicandam secundum qualitatem sceleris, & nullæ grauiores circumstantiæ in aliqua inobedientia possunt concurrere, & cum semper velle obsequi testaretur, postea verò illuderet, & tot mens confessus Consiliorum frustraret, & postquam munus acceptauit, & Regi manus oscularetur, & ad expeditionem profiliret, ab ea desisteret, & sine licentia Principis ad curiam rediret.

Conuenit accusatio illa, quam cuiusdam Oratoris Romani refert Quintilianus lib. 6. instit. cap. de conclusionē, dum apud Cæsarem accusabat Cosutianum Capitonem hominem arrogantem, etiam vultu præferentem confidentiam, *Erubescit*, inquit, *Cæsarem timere*, & addit Quintilianus, *Cæsar ea erat potentia, vt merito fuerit à quouis metuendus, at illi reo tantum aderat arrogantia, vt sibi turpe duceret, si videretur timere Cæsarem*, quod merito in hoc casu vsurpari potest in Rege Orbis potentissimo, & in contumace & superbo subdito, qui nisi non timens Regem ita potuit eius mandata illudere ex quo graui & condigna poena afficiendus, &c.

ALLEGATIO LXIV.

Inobedientiæ crimen potest Rex vindicare in vassallo etiam exempto.

1. Equites ordinum militarium vere censentur Religiosi.
2. Equites ordinum militarium faciunt vota etsi à Pontificibus limitata. l. 12. tit. 16. lib. 2. ordinam. l. 14. tit. 5. lib. 3. Recopil.
3. Religiosi vocantur Equites ordinum à summis Pontificibus. Religionis formalis status à Pontifice pendet.
4. Equites Ordinum militarium persona Ecclesiastica censentur.
5. Equites militares à foro seculari exempti.
6. Fori exemptio equitum ordinum militarium, pluribus probatur.
7. Fori exemptio non solum competit Equitibus professis sed etiam nouitijs. l. 14. tit. 15. lib. 3. Recop. l. 9. tit. 18. lib. 9. Recop.
9. Equites ordinum militarium circa inobedientiam Regis non gaudent fori privilegio.
10. Magistratus potest inobedientes compescere. l. 1. ff. si quis ius dicent. non obtemper.
11. Iudex potest exemptum etiam clericum qui eius turbauerit iurisdictionem multa & pœnis pecuniarijs afficere.
12. Miles exemptus si deliquerit in causa qua pendet coram iudice ordinario potest ab eo puniri.
13. Miles non potest fori privilegio renunciare. l. ius publicum ff. de pactis. C. si diligenti de foro competent.
14. Renunciatio qua non admittitur in milite & exempto est voluntaria, non vero qua ex iuris necessitate & dispositione prouenit. c. dilecti de foro competent, c. Romana. §. contrahentes de foro competent, in 6.
15. Magistratus etiam si fori exemptus potest pro male gestis in munere puniri à Principe qui consulit.
16. Inobedientia causa potest procedere Princeps secularis contra clericum mul-

- tis pecuniarijs ut officio seculari priuet & Regno expellat.
17. Reges Hispania ad munera publica regiminis eligunt Equites ordinum D. Iacobi Calatrava & Alcantara.
 18. Iurisdictione alicui data omne cum ea necessarium datum videtur. l. ff. de iurisd. omn. iudic.
 19. Iurisdictione alicui data omne cum ea necessarium datum videtur, & illud in quo est iudex incapax, si illud necessarium ad iurisdictionem.
 20. Obedientia necessaria ut iurisdictione exercentur. Iudex potest turbantem iurisdictionem eius compescere. l. unica. ff. si quis dicentius non obtemp. c. 1. de officio ordinarij. c. 1. de officio delegati. c. 1. de pœnis in 6. c. dilecto de sent. excommunicat. in 6.
 21. Iudex potest procedere contra eius iurisdictionem impediendum quamuis illius fori non sit sed exemptus. l. additis C. de Episcop. Audien. c. si clericus de pace tenenda. l. quicumque C. de Episcop. & cleric. l. 5. tit. 1. lib. 3. ordinamen. l. 1. 2. & 3. tit. 8. lib. 1. l. 4. & fin. tit. 1. lib. 4. Recop.
 22. Inobediens impedit iurisdictionem eius cui non vult obedire.
 23. Inobedientia casus excipitur casus inobedientia ut equites ordinum militarium non gaudeant privilegio fori.
 24. Concordia Comitum de Ossorno debet obseruari.
 25. Magister Ordinis Dini Iacobi, D. Aluarius de Luna, fuit capite punitus à Rege Ioanne 2. Regem Ioanem secundum petisse absolutionem à Pontifice pro supplicio Magistri non liquet & fuit tempore quo nondum facta concordia. Rex Hispania de consuetudine procedit in casibus concordia contra Equites ordinum militarium.
 26. Concordia Comitum de Ossorno inserta est in ordinationibus Cancellaria Pintiana & Granatensis.
 27. Ordinatio & lex præsumitur esse in obseruantia. Magistratus debet obseruare ordinationes quas iurat cum ad officium assumitur. l. rem non nouam. C. de iudic.
 28. Bulla exemptionis Equitum militarium non admissa in Hispania, in casibus exceptis. Lex & Bulla Pontificum non ligant nisi usu

- usu recipiantur in Regno.
29. Leges Ecclesiastica non ligant nisi usu recepta. c. in istis, §. leges, 4. distict. c. de Siracusana, 28. distict.
 30. Principes nolunt leges obligare, nisi à subditis recipiantur maxime cum sequeretur scandalum.
 31. Privilegia nisi usu confirmentur, robur non habent. c. de terra, c. accedentibus, de privilegijs. l. 1. de mundanis. l. 42. tit. 18. p. 3.
 32. Privilegij obseruantiam debet probare qui eo utitur.
 33. Privilegia non valent qua aliquem eximunt à suprema Principis potestate.
 34. Princeps si non posset punire Equites Ordinum militarium inobedientes, magnum scandalum excitaretur. Privilegium rescinditur cum incipit esse nocuum. c. suggestum, de decimis. c. quanto, de censibus. l. 5. tit. 20. p. 1. l. 43. tit. 18. p. 3.
 35. Princeps secularis non potest reuocare privilegia concessa à Pontifice, potest tamen non admittere quando nocua fuerint regimini.
 36. Excepta censetur persona loquentis. Faure alicuius aliquid concessum non debet ei nocere.
 37. Officium acceptans subiicitur iurisdictioni eius qui consulit.
 38. Ordinum Senatores non possunt de Regalibus decernere.
 39. Rex Hispania ut Magister Ordinum militarium, potest quibus voluerit, causas Equitum delegare. Laicus ex delegatione Pontificis potest de causis Ecclesiasticis iudicare.
 40. Actus censetur factus prout fieri debuit.

Inobedientia vindictam Princeps an sumere potest de vassallo, etiã exempto prætextu privilegij ordinum militarium Hispania.

1. **I**N quaestione præcedenti, Nobilis, qui Regi obedire recusauit, intendit declinatoriam exceptionem à iurisdictione Ministro- rum, quos Princeps pro huius causæ cognitione designauit, quasi esset ordinum milita-

rium eques, & deberet ad Iudicem Ordinis remitti, idque illis fundamentis fulcitum.

Primum, quia isti equites milites verè censentur Religiosi propter institutum, & tria vota Paupertatis, Obedientia, & Castitatis, quamuis à Summis Pontificibus hæc vota aqualiter reformata sint, vt in terminis tenuerunt Couar. de sponsalibus, 2. part. cap. 3. §. 5. num. 18. Velascus consultatione 108. num. 27. & consultatione 131. num. 4. Nauarr. de redivibus, 1. part. monito 55. & 56. & ad tit. de Regal. conf. 10. & 11. Phebus decif. 68. num. 2. part. 1. Gutierrez lib. 2. practicarum, quæst. 111. num. 2. Nicolaus Garcia de beneficijs, 1. part. cap. 4. num. 16. D. Valençuela conf. 95. num. 9. Cenedo ad decretales, collect. 29. num. 4. Mota de confirmat. Ordin. D. Iacobi, cap. 1. & 2. & omnium optimè D. D. Ferdinandus Picarro in discursu Apologético pro Ordinibus militibus, num. 19. cum sequentibus, vbi num. 71. tradit id firmari iure nostro, l. 12. tit. 16. lib. 2. ordinam. quæ est l. 14. tit. 5. lib. 3. Recopil. & Azbedus ibi multos pro hac sententia refert.

Et confirmatur pluribus summorum Pontificum Bullis, in quibus Religiosi dicuntur, Alexandri II. Gregorij X. Alexandri IV. Innoc. IV. & VIII. Martini V. Clement. VI. & Gregorij X. Leonis X. & aliorum, de quibus mentionem fecere Pater Suarez tom. 4. de Religion. tractat. 9. de varietate Religion. lib. 1. cap. 4. num. 11. Reinolfo obseruat. 1. num. 37. Mastrillus decif. 290. num. 45. & D. Picarro vbi proximè, & cum à Pontifice pendeat formalis status, & essentia Religionis, sufficit ab ipso Religionem dici, ac si ita vocaretur in aliquo textu & Canone, vt tradit Mastrillus vbi proximè, num. 57. Suarez dict. num. 11. Thomas Sanchez in summa lib. 4. cap. 16. num. 11. ex Hieronymo de Zeuallos, Basilio Pontio & alijs Diana 1. part. Moralium, resolut. 50.

Secundum, quia etiam, qui dubitarunt, an essent verè Religiosi equites Ordinum militarium, admiserunt ceteri personas Ecclesiasticas, cum ad seruitium fidei, & Ecclesiæ illorum institutio respiceret, & ideo tenuerunt Nauarr. Velascus, Garcia, Sanch. & Suarez, supra Pereira decif. 58. num. 2. Mastrillus dict. decif. 290. num. 88. & 89. & ideo tanquam Ecclesiastici debent ceteri exempti à iurisdictione seculari, cap. 2. de iudicijs, & quæ ibi communiter notant Doctores, præsertim suffragantibus tot Bullis Pontificum, qui hanc fori exemptionem concesserunt, quas non longum esset recensere, vide apud D. D. Ferdinandum Picarro ante dictum discursum Politicum, pag. 193.

& eorum memorantur Mota de confirmatione Ordinis Diui Iacobi 2. part. cap. 2. Mastrillus dict. decif. 290. num. 45. cum sequentibus, & supra relati.

5. Et vtrumque fundamentum siue ex Religione, aut quia Ecclesiastica personæ censentur ex Maceratenfi, Pereira, Narbona, Flores, Diaz de Mena, Azore, Diana, & aliis nouissime, & doctè refert D. Franciscus de Amaya ad tit. Cod. de incolis lib. 10. in l. fin. num. 15. & inde exempti censerentur.
6. Tertium inde equitum Ordinum militarium exemptionem à iurisdictione seculari testantur Bartol. in l. semper, §. fin. ff. de iure immunit. Oldraldus conf. 300. num. 1. Dinus conf. 52. Antonius de Butrio in cap. 2. de foro compet. vbi Felinus, & reliqui Ordinarij, Fortunius in consilio pro militia Sancti Iacobi, quem refert Greg. Lopez in l. 1. tit. 7. part. 1. glossa 1. Nauarro dict. conf. 10. & 11. de Regular. Velasco & Nicolaus Garcia vbi proxime, Menchaca controuerf. illustrium, cap. 105. & lib. 3. de success. creat. §. 30. limit. 34. num. 300. Marta de iurisdictione 2. part. cap. 32. Phebo decif. 108. num. 21. part. 2. Pereira dicta decif. 58. num. 3. Reinoso obseruat. 4. num. 6. & 7. Mota dict. lib. 2. cap. 29. Castro in praxi Lusitana, lib. 2. cap. 1. num. 12. plures quos referunt D. Valençuela conf. 95. num. 1. & 54. Bobadilla lib. 2. cap. 19. num. 11. & 12. Azebedo in l. 14. tit. 5. lib. 3. Recop. num. 4. Oterus diuers. quæst. 1. part. quæst. 10. num. 4. Girona de Gabellis 7. part. in principio, n. 47. & 48. Mastrillus, Sanchez & Suares in locis supra relatis, Emanuel Rodriguez tom. 2. regul. quæst. 62. articulo 13. Azor instit. Moral. lib. 3. cap. 13. quæst. 3. Valentia 3. tom. in 2. 2. disputatione 10. quæst. 4. punct. 2. Molina de iustitia & iure, tom. 4. tractatu 3. disputatione 50. ad fin. ex Bonacina, Caranea, Filliutio, Carolo de Grassis, Gipsio, & aliis, Diana 1. part. Moral. tractatu 2. resolutione 73. & ex Riccio, Barbosa & aliis idem admittit in equitibus sancti Lazari, & sancti Stephani & in Fratribus sancti Ioannis, qui portant mediam crucem albam, idem Diana 3. part. tractatu 1. resolutione 51. & 61. cum Henriquez & Episcopo Ambrosio, Machino, idem probat nouissime 5. part. tractat. 13. resolutione 44.
7. Et non solum in militibus professis, sed etiam in nouitiis procedere fori exemptionem tenuit Diana dict. 5. part. tractat. 1. resolutione 18. cui addendi Nauarrus, Scaccia, Hostiensis, Ioannes Andreas, & innumeri relati à D. Picarro dicto discursu Apologético, num. 95. lit. O, & de inconcussa praxi Hispaniæ testatur Carleualius de iudiciis, &

foro compet. lib. 1. tit. 1. disputatione 2. quæst. 6. sectione 3. num. 428. vbi plura Principum rescripta, & casus cumulat.

Et hanc exemptionem videntur insinuare 8. leges nostræ, maximè l. 14. tit. 5. lib. 3. Recopil. vbi prohibetur militibus Ordinis sancti Ioã. munera Regalia obtinere, & solum permittitur equitibus Ordinum Diui Iacobi Alcantaræ, & Calatrauæ, & prohibitio, & permissio necessariæ non essent, si à iure exempti non censerentur à iurisdictione seculari, & prædictorum equitum immunitatem denotat l. 9. tit. 18. lib. 9. ex quibus etiam in quibuscunque prauissimis criminibus equites Ordinis debent censerentur immunes à seculari Regum iurisdictione, & ita videbatur etiam in hoc casu inobedientiæ ad suos Iudices remittendum reum.

Sed contraria sententia vt in hoc casu 9. quando equites deliquerint in officio, & Regum præceptis obedire noluerint non videri illos gauderi fori exemptione suadet ex sequentibus.

Primo quia omnibus Magistratibus permissum est suam iurisdictionem defendere 10. poenali iudicio, l. 1. ff. si quis ius dicenti non obtemper. Barbosa in l. 2. §. fin. num. 56. ff. de iudiciis, Camillo Borello, de Magistratum edictis, lib. 3. cap. 4. num. 20. Sese de inhibitionibus, cap. 4. §. 1. num. 18. Ant. Fab. ad tit. Cod. de iurisdictione, definitione 16. Liclama lib. 3. benedictorum, cap. 6. Cauallus 1. tom. crimin. casu 85. num. 1. Cutellus decif. 20. num. 100. quod enim cuiuscunque iudici permittitur multo magis permittendum Principi vt vassallos in debita obedientia contineat.

Secundo quia id procedit etiam contra 11. exemptos, qui iudicis turbauerint iurisdictionem vel coram eo deliquerint, nam etiam Clericum qui mandata iudicis secularis impedit potest iudex multa, & poenis afficere pecuniariis, ex Casaneo, Grassalio, Ioanne Garcia, Grammatico, & Tiberio, Deciano, probauit Bobadilla lib. 2. cap. 18. num. 89. ad finem, & quod ex Baldo, Aulfrenio, Guillermo, Benedicto, Maranta Afflicto, & aliis pluribus notauit D. Salgado de Regia protectione 4. part. cap. 14. num. 90. & 91. cum seq.

Tertio quilibet exemptus, siue miles vt in 12. hoc casu sunt equites Ordinum militarium vel Clericus, (si referas vt equites militares sint personæ Ecclesiasticæ) si deliquerint in causa quæ pendet coram iudice ordinario & seculari potest ab eo puniri ex, l. nullum, Cod. de testibus & quod in militibus docet Aiala de iure belli lib. cap. 8. num. 5. ex quo, & Cauallo

Cauallo notat Carleuallus de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 6. sect. 4. num. 478. & in Clerico, ex gloss. in d. l. nullum, verbo præscriptionem probarunt Cynnus, Salicetus, & Baldus ibi, num. 8. & in l. 1. Cod. quomodo, & quando Iudex, Alex. in addit. ad Bartolum in l. 1. opposit. 2. ff. de iudic. Marfil. in l. fin. num. 152. ff. de iurisd. omn. iudic. Siccardus in d. l. nullum, n. 9. verfic. *Quid autem iuris sit in Clerico*: Lanfrancus in tractat. de confessionibus num. 13. verfic. *subiungit etiam*, Monticulus tractat. de testibus, verfic. *Testis punitio per quem*: Fredericus de Senis conf. 168. Socinus conf. 99. vol. 3. Guillermus Benedictus in c. Raynaldi de testam. verbo vxorem nomine Adelesiam in 2. decif. num. 146. Aufredius in Clement. 2. de officio ordinarij, regul. 1. Falencia 14. num. 22. Surdus conf. 396. num. 2. vbi ex Afflicto, & aliis probat.

13. Nec prædictum impedit esse prohibitam fori renuntiationem in milite quasi non personæ sed militiæ sit concessa fori exemptio ex iure publico, l. ius publicum, ff. de pactis Cauallanus, Cauallus Paschalius quos refert & sequitur Carleuallus dict. sect. 4. num. 464. cum sequentibus. & in clerico vulgaris est textus, in cap. si diligenti, de foro competenti, cum ibi notatis Barbosa in l. 1. art. 3. num. 179. ff. de iudiciis, D. Anguian. de legibus, lib. 3. cōtrouerf. 26. num. 8. & in terminis militis Religiosi non posse illum fori priuilegio renuntiare, ex Aretino, Pereira & Cochier tenuit Carleuallus d. q. 6. sectione 3. n. 452.

14. Sed dicendum adhuc posse Principem inobedientem in hoc casu punire; nam prædicta renuntiatio non admittitur quando ab eo fit, & mera voluntate procedit, at verò cum exemptus delinquit vel contrahit admittenda, quia tunc exemptum alterius Iudicis iurisdictioni se submittere, non prouenit ex voluntate exempti, sed ex iuris dispositione, quæ in his casibus iudici tribuit iurisdictionem, vt ab eo quem offendit reus puniatur, vt argum. c. dilecti, de foro compet. c. Romana, §. contrahentes, eodem titulo, in 6. & vt prædictæ difficultati responderent, notant Marant. de ordine iudiciorum, 4. p. distinet. 12. num. 24. Barbosa in l. 1. art. 3. num. 222. & in l. hæres absens, §. 1. num. 61. cum seqq. ff. de iudiciis, Rolandus à Valle vol. 2. conf. 12. num. 27. & nouiter, & doctè Augustinus Barbosa de pensionibus, cap. 3. per totum.

15. Quarto quia cum hic nobilis esset Regis minister, & consiliarius munusque vltra expeditionis acceptauerit in eiusque exercitio deliquerit non obediendo, debet Principi cui deseruit subesse vt etiã in Ecclesiasticis probat, c. sacerdotibus 2. c. Clericis in sacris,

ne Clerici vel Monachi, Bobadilla lib. 2. Politicæ cap. 18. num. 99. & num. 139. vbi in terminis de militibus Ordinum delinquentibus in officiis eis commissis ex Baldo, Marfilio, Felino, Aufretio, Casaneo, Benedicto, & Bertachino, Marta de iurisd. 4. p. cent. 2. casu 127. & 148. & cent. 1. casu 39. Couarr. in practic. cap. 33. num. 6. Zeuallos de violentiis q. 23. & 71. Iulius Clarus q. 36. num. 25. Surdus conf. 396. num. 9. & 33. Camillus Borellus, Anguianus, Suarez, Layman, Cenedo, & alij quos refert pro hac sententia Diana 1. p. tract. 2. resol. 19. in principio, Ioannes Garcia de nobilitate, gloss. 9. num. 33. Decianus lib. 4. crim. cap. 9. num. 65. ad fin. Franchis 3. p. decif. 479. Ossatcus decif. 27. num. 18. Pereira decif. 58. num. 16. Pisanelius ad Afflictum decif. 56. Mastrillus decif. 147. num. 24. & 25. & 26. Ponte decif. 36. num. 11. Giurba decif. 82. Riccius collectan. 2305. & 2312. Folerus in praxi crim. verbaudiantur accusatores n. 138. Vincentius de Ana singul. 48. Cauallus resolut. crimen casu 64. Marchesanus de commiss. tom. 2. p. 2. de commiss. super Eugeniã cap. 11. §. vnico, Ioannes Maria Nouarius in praxi electionis, & variationis fori per totum, Afflictis ad constitutiones Neapol. in constitutione statuimus de officio Magistri Iustitiarij, Carpanus, ad statuta Mediolani tom. 1. cap. 47. num. 103. cum seqq. Toro, in compendio, decif. verb. *forus*, Linea 2. & verb. *officialis*, Narbona ad l. 26. tit. 1. lib. 4. Recopil. gloss. 20. ex num. 20.

Vnde rectè poterit Princeps contra vassallum inobedientem in munere sibi commisso procedere, etiamsi esset exemptus miles Religiosus, vel Ecclesiasticus, præsertim quia in hoc casu de eo agebatur, vt beneficiis à Rege concessis, & muneribus publicis priuaretur, & à Regno expelleretur, & ad poenas pecuniarias ex prædictis nullus dubitauit posse Iudices seculares contra Clericos in officiis delinquentibus procedere, & illos à Regno expellere propter bonum Regni, vt expresse contra Dianam, qui aduersus Cutellium cōtra tenuit ex Patre Molina, Salas, Taneno, Zeuallos, & Bobadilla probauit D. Castillo de Tertis, cap. 41. num. 190. & in terminis militis Hierosolymitani, & Clericorum, vt possit Prorex à Regno expellere ex iurisdictione œconomica, quemadmodum quilibet priuatus in domo sua potest Clerici & Monachi ingressum prohibere, ne eius pacem turbent, ex l. quicumque, Cod. de Episcop. & Clericis, Castrensi, Casaneo, Auilefio, Mexia, Couar. Auendaño, Peguera, Henriquez, Cenedo, & aliis pluribus probauit Giurba conf. 49. n. 16. & sine causa cognitione,

- ne, & ex sola suspitione delicti Principem id facere posse pluribus probat num. 26. cum sequent.
17. Quinto, quia vt late notauimus cap. precedenti, sine obedientia Princeps Imperium & Magistratus iurisdictionem exercere non valent, & cum Rex Hispaniæ regulariter in omnibus muneribus pacis & belli, regiminis & militiæ eligat Ministros, ex istis equitibus Religiosis Ordinum militarium eius omnino euacuaretur potestas & regimen, si contra illos non posset procedere, quando in officio delinquerent, vel Regis præceptis nolunt obedire, indecorum enim esset, si cogereetur Princeps querelam proponere coram Iudice Ordinis, vt vassallus, qui eius mandata illustrerit, vel in muneris administratione delinqueret, puniretur.
18. Et cum Principi competat suorum Regnorum iurisdictione, & imperium necessarium habere debet vindictam aduersus inobedientes, & Ministros suos, quasi id necessarium ad iurisdictionem & imperium exercendum, arg. l. 2. ff. de iurisd. omnium Iudicum, iunctis, quæ vltra ordinarios in ea notauit Felinus in cap. præterea, num. 4. de officio deleg. Menochius & Petrus Barbosa, quos refert August. Barbosa in collect. eius tex. num. 2. & 4. Marfilis sing. 176. ex Iafone, Angelo, & aliis Thuscus lit. I. concl. 549.
19. Et in terminis, quando illi, cui datur iurisdictione, & incapax est accessorii, vt adhuc cum iurisdictione, quæ illi conceditur, videatur etiam concessa in eo, quod necessarium, etiam si incapax sit, contra Angelum tenuit Iason in dict. l. 2. num. 1. ad medium, & exemptum, qui deliquit in re non exempta, vt in obedientia Principi, à qua nullus eximitur, non posse vti exemptione notauit in terminis glossa in cap. tuarum 11. verbo priuilegij beneficij, de priuilegiis, & facit, vt in exemptos extendatur iurisdictione, quando ad eius expeditionem sit necessarium, vt circa excommunicationem Regularium ab Ordinario faciendâ, licet quoad illam ab eo sint exempti ex Genuensi, Riccio, Macerateni, & aliis Augustinus Barbosa de officio Episcop. allegat. 78. num. 25. Serola in praxi Episcop. 1. part. verbo excommunicationis, §. 4. Henriquez in summa lib. 7. cap. 25. §. 7. adde Etasium Kochier de iurisd. in exemptos 1. tom. part. 3. quæst. 29. qui ex Concilio Tridentino, sess. 24. de reformatione, cap. 11. tradit exemptionem reuocari, quando perturbatio in regimine sequeretur, & ex publica vtilitate, & videndus idem dict. 1. tom. 3. part. quæst. 12. & 13.
20. Sexto, nam cum sine obedientia non possit iurisdictione Principis, & imperium exerceri, vt animaduertimus, non debet Regi denegari, quod cuicumque Iudici permittitur, vt possit turbantes eius iurisdictionem comprimere, & pœnis condignis afficere, vt ex cap. 1. de officio delegat. cap. 1. de officio Ordinarij, cap. 1. de pœnis, lib. 6. cap. dilecto de sententia excommunicationis eodem libro, l. vnica, ff. si quis ius dicenti non obtemperant communitate scribentes, & Andreas Gail. lib. obseruat. 39. num. 5. Auiles in cap. 3. Prætor verbo *iurisdictione*. num. 1. 2. & 3. & verbo *vsurp.* per totum Menoch lib. 2. de arbitrariis, cent. 2. casu 438. Bobadilla lib. 2. cap. 17. num. 87.
- Quod procedit, non solum, quando qui turbat, vel impedit iurisdictionem, est alterius territorij, & aliàs non subditus Iudici impedito & turbato, vt rectè notarunt Bart. Alexand. num. 6. & Iason num. 16. in dict. l. vnica, §. is videtur, §. si quis ius dicenti non obtemper. Menochius vbi proximè, num. 4. & 5. Auiles num. 8. & 9. dict. verb. *iurisdictione*. Farin. lib. 1. decif. 93. num. 3. vbi admittit. Sed etiam si turbantes & impediens iurisdictionem omnino sunt exempti, vt sunt Clerici à iurisdictione temporalis Regum, nam propter impedimentum possunt puniri pœnis pecuniariis, l. addictos, Cod. de Episcop. audientia, vbi glossa verbo *vindictetur*, Guillelmus Benedictus, & alij, quos supra retulimus, num. 11. quia licet sint exempti Clerici, Episcopi vel Religiosi, cum velut membra corporis politici Reipublicæ debeant in temporalibus Principi, vt eius capiti, obedire, si fuerint inobedientes possunt puniri, & à Regno expelli per textum in cap. si Clericus de pace tenenda, & eius viatoribus, l. quicumque 14. Cod. de Episcop. & Clericis, l. 5. tit. 1. lib. 3. ordinam. l. 1. 2. & 3. tit. 8. lib. 1. l. 4. & fin. tit. 1. lib. 4. Recop. & multis late probant Benedictus & Auileus vbi proximè, Auendano de exequend. mandat. 2. part. cap. 6. num. 12. D. Couar. præct. cap. 35. num. 3. Salcedo in annotat. ad praxim Bernardi Diaz cap. 54. num. 18. Azebedo in dict. l. 4. Recopil. num. 12. Bobadilla dict. lib. 2. cap. 18. num. 60. cum sequent.
- Et non potest dubitari inobedientem turbare iurisdictionem eius, cui parere noluerit, quia dicitur iurisdictionem impedire, qui factò aut verbo ei resistit, Felinus in cap. licet causam, num. 11. de probat. Alex. lib. 3. conf. 52. num. 3. Brunus conf. 160. Cephalus conf. 661. num. 70. cum sequentibus, Ancaranus in cap. cum personæ de priuileg. in 6. num. 5. Rolandus à Valle vol. 2. conf. 89. Menoch. conf. 230. num. 116. Franciscus de Ponte de

- re decif. 18. late Cancercius 3. part. resolut. cap. 10. & c. 13. Cæsar Ruginellus in præct. quæst. cap. 47. num. 3. & 31. ibi: *turbat enim qui iurisdictionem alicuius reuocat in dubium, aut eam negat, ita Gabriel dict. conf. 116. num. 5.* quia quodammodo declarat eam iurisdictionem nullam & inefficacem, qui non vult obedire, Zephalus vbi proximè à num. 1. versic. *Primo, quia.*
23. Septimò; id enim quasi necessarium, vt sine obedientia Princeps subditos regere non possit expressè exceptum, & in concordia Ordinum: nam in ea quam fecit Imperator Carolus V. Hispaniæ Rex cum capitulo generali Ordinis Diui Iacobi die 23. mensis Augusti anni 1527. quam vocat el Conde de Ossorno, quia tunc Præfens erat Consilij Ordinum, in qua confirmans priuilegia exemptionis Equitum militarium expressè excipiuntur sex casus, in quibus amittunt fori priuilegium, in quibus comprehenditur casus *Violationis Regionum Rescriptorum, aut securitatis Regiæ, aut inobedientia Regionum præceptorum*, vt in terminis refert Carleuallius de iudiciis, lib. 1. tit. 1. disputatione 2. q. 6. sectione 3. num. 433.
- Vnde habemus expressum fundamentum ab ipsis Equestribus, & militaribus Ordinibus probatum, vt in casu inobedientiæ Regis præceptorum non gaudeant fori priuilegio.
24. Nec obstat, quod solent regulariter opponere, Equites Ordinum militarium à prædicta concordia Comitis de Osorno fuisse supplicatum per Ordines, vt testantur Gregorius Lopezius in l. 1. tit. 7. part. 1. glossa 1. Emanuel Rodericus 2. tom. Regul. quæst. 62. artic. 13. Bobadilla lib. 2. cap. 19. num. 10. Carleuallus vbi supra, num. 433. quia nihilominus concordia est obseruanda, cum semper vsu & executione sit confirmata, & nihil magis probet iurisdictionem, quam illius vsus, & patientia, cap. cum olim, dict. l. Censibus, & ibi D. D. tradit Baldus conf. 420. & 468. num. 3. lib. 3. & in cap. cum causam de probat. Abb. conf. 52. dubio 3. n. 7 ad finem, lib. 2. Craueta in responso pro Republica Saluiani num. 83. Albertus Brunus conf. 34. n. 11. & 13. Ioannes de Puteo de redintegratione feudorū fol. mihi 169. n. 9. & multoties in casibus exceptis videmus Equites Ordinum militarium à Iudicibus secularibus punitos, vt pluribus exemplis huius temporis confirmatur, & in causa inobedientiæ recens extat D. D. Federici à Toletto, qui Eques, & Commendatarius Ordinis Diui Iacobi, de quo in cap. precedenti, & ille, & reliqui, qui Regi nostro in muneribus pacis & belli in-
- feruebant, nunquam declinatoriam propter Ordinem opposuerunt, & multo ante post hæc sæcula tempore Regis Ioannis II. capitali supplicio affectus D. Aluarus de Luna Magister Ordinis Diui Iacobi.
- Et quamuis ex Montaluo, Nauarro, & 25. D. Michaële de Maranon referat Carleuallus dict. disputatione 2. quæst. 6. sectione 3. n. 430. Regem petisse absolutionem à Summo Pontifice, quasi incurreret excommunicationem exercens iurisdictionem contra Magistrum, & pœnam sanguinis irrogando, exempto, & Ecclesiæ ex Ordine militari, quia nihil obstat, cum eo tempore non essent factæ concordia, quæ postea centum annis celebrata, vel Rex voluit ad cautelam, quamuis non necessariam absolutionem obrinere, nec etiam, vt nostro tempore vsu inualuerat, vt contra vassallos inobedientes, vel qui in officiis deliquerunt, etiam Equites Ordinum militarium Rex procedat, quemadmodum hodie obseruatur, quamuis semper Reges Hispaniæ contra illos exercuisse iurisdictionem testatur Gregorius Lopezius in l. 1. tit. 7. part. 1. glossa 2. col. 3. eis verbis: *Præterea in istos Commendatores Sancti Iacobi de Spata de consuetudine antiqua Rex Hispania vsus est sua iurisdictione, & in tali est possessione, & licet contra Clericos talis consuetudo non valeret, eo quia exemptio Clericorum est de iure diuino, vt tradit Rota decif. 840. in antiquis sub tit. de consuet. contra istos, qui non sunt Clerici, licet exemptionem haberent à Papa, talis exemptio esset iuris postiuui, & contra eam præscriberetur, & valida erit talis consuetudo.* Videas Ioannem de Imola in Clement. penult. col. 2. de sententia excommunicat.
- Sed hanc concordiam obseruari suadetur, 26. quia in ordinationibus Cancelliarum inserta est prædicta concordia, vt Regij Senatores eius tenorem sequi teneantur, vt constat ex ordinationibus Pintianæ Cancellariæ lib. 1. tit. 1. pag. 8. versic. *que si los Commendadores, & ex ordinationibus Granatensibus lib. 1. tit. 7. §. 4. pag. 47. eis verbis: O rebeldes, y desobedientes a nuestros mandamientos Reales y en qualquier manera, que fueren culpantes, y causantes en ellas, que las nuestras audiencias, y justicias seculares los puedan punir, y castigar libremente por que estos casos se reservan priuatiuamente de la orden contra qualquier personas, de qualquier estado, y preeminencia, o dignidad que sean, que cometieren los dichos delictos, o alguno de ellos, o en qualquier a manera fueren culpantes en ello.*
- Et cum Rex noster in ordinationibus, quas 27. constituit suis Magistratibus, vt iudicent cō-
- N N n tra

tra Equites ordinum militarium prædictam concordiam pro regula statuerit, cum in obseruantia esse dicendum est maxime, quando vsu & exemplis, vt in nostro casu firmata, iuxta quos retulimus, quia tunc semper statutum, & legem esse in viridi obseruantia præsumi ex Bartolo, Socino Seniori, Gozadino, & Socino Iuniori probauit Menoch. lib. 2. præsumpt. 1. nu. 3. & 4. & Regij Magistratus & Senatores tenentur iuxta prædictam concordiam iudicare, quia cum ad officia & munera admittuntur iuramentum præstant de obseruantia ordinationum Cancellariæ & secundum illas sententias ferre, ideo obseruare debent, atq. l. rein non nouam, C. de iudic. Borrell. de Magistrat. lib. 1. c. 14. Ripol. variarum, cap. 10. num. 32. Ofuald. ad Donellum lib. 24. cap. 3. Scradero de feudis, p. 10. sect. 11. num. 105. Langleus lib. 1. Semestrium, cap. 2. Befoldo de iure iurando disp. 1. num. 26. Bullengerus de imperatore, lib. 2. cap. 15. & nisi esset in viridi obseruantia frustra iniungeretur Magistratibus vt iurarent secundum prædictam concordiam iudicare.

28. Oñauo nihil hanc sententiam poterunt elidere tot Bullæ Pontificum quas supra retulimus ad instantiam, & petitionem nostrorum Regum expeditas quibus exemptio equitum ordinum militarium à iurisdictione sæculari confirmatur, quia prædictæ Bullæ non fuerunt admittæ, & receptæ in Hispania in casibus præsertim quoad inobedientiam Regiorum præceptorum, cum aliter Princeps Regnum gubernare non possit, sine obedientia, & bullæ & decreta Pontificum, quæ pertinent ad ius positiuum vt exemptio prædicta, non aliter obligant nisi à Populo admittantur & vsu comprobentur, vt notarunt glossa. Innocentius, Gofredus, Ioannes Andreas, Calderinus, Butrius, Panormitanus, & Felinus, in cap. 1. de tregua & pace, ex Præposito, Immola, Ancharrano, Syluestro, Gemino, Bartolo, Baldo, Alexandro, Iafone, Luca de Peña, Orosio Montalio, Guillelmo Benedicto, Segura, Zauallus, & Gutierrez, probauit Felicianus de censibus, lib. 1. cap. 9. n. 2. vers. tamen magis vt defenderet iuste in Hispania, admissum non fuisse motum proprium Pij V. & Extravagantæ circa constitutionem censuum & Curii Matrini anno 1581. declaratum fuit non admittendum.

29. Tum quia prædicta priuilegia exemptionis non possunt habere maiorem vim quam leges, Ecclesiasticæ quæ nisi admittantur à populis vim non habent, cap. in istis, 3. §. leges, 4. distinct. ibi: *Confirmantur cum moribus veterum approbatur: sicut enim moribus veterum*

nonnullæ leges hodie abrogatæ sunt, ita moribus veterum ipse leges confirmantur, & loquitur in constitutione Ecclesiastica edita à Pontifice, & in eodem casu loquitur text. in cap. de Syracusanæ, vers. illud autem Gregorij 28. distinctione, vel quia Ecclesia illa cui Diaconus ille ministrauerat, nondum contentia votum susceperat in diaconis & reliquis Ministris, & in legibus tenuerunt præter supra relatos Menochius, Natta, Couarr. Acebedo, Flaminius, Paris, Zerola, Gratianus, Emanuel Rodericus, Valentia, Azorius, Sayrus, Salas, Reginaldus, Bonacina, Layman, & alij quos refert Augustinus, Barbosa in collectanea dicti capituli in istis, num. 4.

Quibus adde quod ex Nauarro probauit Suarez de legibus, lib. 3. cap. 19. num. 13. dum tradit legem quæ in commune bonum edita nolle Principem obligare, quando à maiore parte Populi non admittitur & obseruatur, idque maxime, quando scandalo & turbationi causam præberet, vt in hoc casu si propter inobedientiam Princeps vassallos suos, & equites Ordinum militarium punire non posset, & videndum etiam Suarez de legibus lib. 4. cap. 16. vbi refert Driedum, Angelum, Armillam, Couarr. Nauarr. Felinum, Henricum, & alios qui tam legis Canonice quam ciuilibus essentiam dependere à receptione subditorum tradiderunt.

Nono nam quod in legibus vniuersalibus & constitutionibus Pontificum procedit, multo magis in istis Ordinum militarium Priuilegiis admittendum, quia illorum natura est vt nisi confirmantur vsu, robur non habeant, & per non vsu omnino amittantur Priuilegia, c. de terra, c. accedentibus, de priuilegiis, l. 42. tit. 18. p. 3. l. 1. ff. de nundinis Abbas lib. 2. consil. 91. num. 7. Felinus in c. cum acceperint, num. 25. de constit. & ibi Decius num. 65. Georgius de priuilegiis lib. 3. c. 15. n. 23. Carolus de Tapia in l. fin. de constit. Princip. 2. p. cap. 1. num. 1. cum seqq. Menoch. lib. 6. præsumpt. 41. num. 16. Gratianus tom. 3. discept. 492. num. 20. Anton. Faber ad Codicem lib. 7. tit. 13. definitione 10. Pater Suarez de legibus lib. 8. cap. 34. num. 2. Padilla in l. 2. num. 3. Cod. de diuersis rescriptis Molina de Hisp. primog. lib. 2. cap. 7. ad finem vbi eius additio. num. 70. adducit Hippolytum, Riminaldum, Tiberium, Decianum, & alios, adde Gaillium lib. 2. obseruat. cap. 60. Mastrillum lib. 1. decif. 96. Gamam decif. 262. num. 3. Phebum decif. 32. num. 10. Farinac. in fragmentis 2. p. lit. L. num. 7.

Sed etiam si admittamus opinionem vt quia allegat priuilegium non obseruatum, teneatur

teneatur probare quasi aliàs pro priuilegio præsumatur, c. accedentibus de priuilegiis, ibi: *Quod si in probatione defecerint.* Rota per Crescentium decif. 4. de priuilegiis, num. 9. & decif. 67. num. 3. cum seqq. Menoch. casu 65. num. 4. Hondedeus lib. 1. conf. 4. num. 19. & expresse tenuit Gregorius Lopez in d. l. 42. gloss. 1. Ioannes Garcia de nobilitate, gloss. 6. num. 35. Fontanella de pactis, nuptial. claus. 3. gloss. 2. num. 2. 1. & alij quos refert Additio ad Molinam d. num. 70. etsi contra admitti posset vt primo qui priuilegium allegat cum in eo obseruantia requiratur debeat comprobare qui priuilegio vt velit cum aliàs facta non præsumantur, de quo vltra prædictos videndi Menoch. lib. 2. præsumpt. 2. num. 2. & 3. Mascardus de probat. conclus. 1338. Pacianus eodem tractat. lib. 2. cap. 27. num. 141. Gracianus tom. 1. discept. 14. per totam, Monaldus vol. 2. conf. 14. num. 19. 20. & 21. vt qui allegat priuilegium debeat eius vsu, & executionem probare tenuerunt Socinus Iunior lib. 3. conf. 32. num. 44. Bursatus lib. 1. conf. 55. num. 20. Ioseph Ludouic. decif. Perul. 98. num. 2. Duenas regul. 38. Bertrandus lib. 1. conf. 149. num. 2. & lib. 2. conf. 130. n. 3. Mandosius in tractat. de priuilegiis ad instar, gloss. 15. num. 56. Thuscus pract. lit. P. conclus. 247. num. 6. 8. & 14. Farinac. fragmentorum 2. p. lit. L. num. 8. versic. contrarium, tamen in hoc casu inobedientiam nunquam prædicta priuilegia exemptionis equitum Ordinum militarium fuisse obseruata imo semper contrarium admissum vt manifestum est, & recenti exemplo, D. D. Federici de Toledo confirmatum, & concordia Ordinum aperte expressit, ideo multo minus circa nostrum casum exemptio, & obseruantia priuilegiorum admittenda ex his quæ supra retulimus notarunt, & communiter Doctores in dict. c. accessissent.

33. Decimo quamuis prædicta priuilegia in casibus exceptis in vsu essent, in nostro casu inobedientiam non essent obseruanda nec valerent, quia si non posset Princeps equites ordinum militarium, si ei non obedierint punire, videntur suis exemptionis priuilegiis eximi à suprema potestate quo casu priuilegia non valent, vt notarunt Aretinus, in l. is qui præstat, num. 4. ff. de acquir. hæredit. Bursatus vol. 2. conf. 160. num. 79. & conf. 225. num. 48. Menchaca lib. 1. contro. uers. illustrium cap. 4. num. 9. & in qualibet concessione ex Reminaldo, & Surdo, probauit Mastrillus de Magistrat. lib. 1. cap. 12. num. 51. & 52. quia nihil valet priuilegium, & concessio quæ aliquem eximit à suprema Principis potestate.

Io. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. tom. 1.

Sed etiam cum ex eo quod vassallos inobedientes, & suos Ministros Ordinum militarium Princeps punire non posset, magna contentio in Regno, & discordia excitaretur succedit regula vt priuilegium cum incipit esse nociuum non obseruandum, vt notatur in lex facta de vulgari, cap. suggestum de decimis, cap. 5. decensibus, l. 5. tit. 20. p. 1. l. 43. tit. 18. p. 3. post Bartolum, Castrensis in l. 2. §. vlt. ff. de aqua pluua arcend. Alexand. lib. 2. conf. 178. n. 6. 16. & 20. Decius conf. 135. n. 3. Ancharr. conf. 83. Riminaldus conf. 59. num. 72. Surdus conf. 236. num. fin. Tufchus lit. P. concl. 275.

Abque eo quod obstat id procedere vt ipse qui concedit priuilegium reuocet quod in Principe sæculari considerari nullo modo potest vt annullat priuilegium concessum, & confirmatum à Pontificibus quos ea priuilegia posse reuocare non dubitatur, Abbas in dict. c. suggestum, num. fin. Socinus Iunior lib. 3. conf. 60. num. 58. Nauarr. lib. 2. conf. 397. num. 13. Rolandus vol. 3. conf. 13. num. 69. quia facile occurri potest si consideres nos nunquam admittere vt Princeps reuocet priuilegia quæ non concessit, nec suæ potestatis est equites Ordinum militarium facere Religiosos, & Ecclesiasticos sed solum posse iuste illorum obseruantiam in casu inobedientiam recusare, quia eo ipso quo priuilegium incipit esse nociuum non obseruandum iuxta prædicta.

Nec etiam obstat ad petitionem Dominorum Regum Castellæ prædictam exemptionem concessam esse à Pontificibus, & ideo non posse recusare obseruantiam cum ei consenserint, & priuilegia approbauerint argumento, l. Pomponius 9. ff. de negot. gestis ibi: *Quia reprobare non possum quod semel probauit.* Quippe semper in eo qui aliquam concessionem fieri petiit aliorum fauorem excipitur persona loquentis, l. inquisitio C. de solut. c. quisquis de præbendis, Baldus & Salicetus in l. 1. ff. de senatoribus, Ruinus lib. 5. conf. 83. ad fin. Gozadinus conf. 765. n. 14. Menochius consil. 2. n. 74. nec quod fauore Principis concessum, ad eius petitionem Equitibus ordinum militarium debet in grauè illius præiudicium retorqueri, l. quod fauore C. de legibus, Boherius decif. 48. n. 11. Mantica de tacitis & ambiguis conuentio lib. 2. tit. 12. n. 27. Seraphinus de priuileg. iuram. 107. n. 10. Surdus decif. 195. n. 5. & in terminis exemptionis concessæ Religiosis ad petitionem D. Regis Philippi Secundi, vt ex ea iuri Regali non videatur præiudicium inferri, probauit allegatione 58. per totam vbi etiam si Rex decimarum exemptionem petat

N n n 2 pro

pro religiosis non tamen inde omittit vel remittit ius in decimis ipsi Regi concessum.

37. Undecimò, Equites Ordinum militariū, qui in officiis Regis seruiert, non posse declinatoriam intendere, quando in eis deliquerint, & inobedientes fuerint, inde suaderetur, quia munus acceptando, eius exercitio & iurisdictioni Regis se submitunt, l. Imperatores, ff. de de iure fisci, ibi: *ipse se huic p̄na subdidisti*, quasi administrationi muneris inesse videatur de inobedientia vindicta, & pro eo textu adde, quæ notauit 2 part de cil. Granatensi 98. num. 23.

38. Sed & cum in hoc casu Patronus fisci peteret reuiri priuari beneficiis, & honoribus à Principe, vt à Rege concessis, ferri non posset, vt coram iudicibus Ordinum id peteret, imo & dubitari posset, an ipsi de hoc decernere valerent, quia vt Iudices Ordinum de illis, quæ ad eos spectant, decernere possunt, non verò de eis, quæ Regalia, idque quamuis Rex noster sit Magister Ordinum militarium, quia diuersa iura Magistri, & Regis consideranda, argumento l. tutorem, ff. de his, quibus vt indignis, l. accipiuntur, ff. de author tutor. l. fistulas, §. i. ff. de contrahend. empt. Belluga in speculo Princip. rub. 46. §. quamuis, num. 1. pluribus eruditè D. Amaya ad tit. Cod. de delatoribus in princip. num. 27.

39. Denique duodecimò, quamuis omnia prædicta non procederent, sed in crimine inobedientie Regiorum præceptorum possent Equites Ordinum militarium priuilegio exemptionis gaudere, tamen in hoc casu nullam difficultatem hæc causa habere videbatur, cum ipse Princeps sit Magister Ordinum Militarium postquam tempore Regum Catholicorum, ex Bulla Adriani VI. expedita die 31 Maij anno 1513. Magisteria Ordinum Militarium in corona Regum Castellæ incorporata fuerint, quam Bullam refert D. D. Ferdinandus Pizarro in Historia trium Ordinum ante Apologeticum, vnde cum confessus Ministrorum, qui de causa huius Equitis cognoscebant à Rege Magistro Ordinum designatus esset, confessusque constaret ex Ministris, qui erant Equites Ordinum Militarium, & ego Sancti Iacobi Ordinis esse in pro fisco Patronus, & Rex noster habebat Bullam Pontificis Leonis X. vt possit, quibus velit, delegare causas Equitum Ordinum Militarium cum potestate puniendi capitaliter iuxta facultatem Regi concessam, quam refert Didacus à Mota de confirmat. Ord. Dñi Iacobi lib. 1. cap. 4. §. 35. cuius memoratur Carleuallius lib. 1. de iudic. disputatione 2. quæst. 6. sectio-

ne 3. n. 435. quando verè (quod negandum) necessarium esset, vt in hoc casu Iudices Ordinis de hac causa cognoscerent, rectè possent prædicti Ministri ex delegatione Magistri, & quia omnes Equites Ordinum Militarium, hanc causam iudicare, tum quāuis Equites non forent, vt Iudex laicus potest ex delegatione Pontificis de personis Ecclesiasticis cognoscere, ex cap. in Synodo 36. distinct. cap. valde 94. distinct. ex Abbate, Mantica, Decio, Couar. Nauar. & aliis tenent Morla in emp. tit. de iurisdic. quæst. 22. ex pluribus Barbof. in collect. cap. præter, num. 4. distinct. 32.

Ita isti Iudices ex Regis delegatione, vt Magistri de inobedientia huius Equitis rectè cognoscerent, & quamuis etiam necessariū esset (quod absit) in delegatione exprimi eam Regem dare, vt Magistrum Ordinum, nec id apertè expressum esset, tamen semper actus censetur factus omni meliori modo, quo potest, quamuis simpliciter, & indistinctè fiat, Abbas post Calderinum in cap. cum super, de officio deleg. vbi etiam Decius, & cum posset Princeps hanc causam delegare, vt Rex, & vt Magister Ordinis in dubio censetur factum, provt fuerit vtilius deleganti, vt ex Alex. lib. 5. consil. 55. num. 2. probauit Thuscus prætic. lit. A, conclus. 137. num. 3. & adde, quæ notauit in conclusione præcedenti, & semper actus intelligendus eo modo, quo fieri solet, vt ex Baldo, Pannormitano, Menochio, Craueta, & aliis ego probaui 2. part. dec. Granat. 55. Præsertim in Principe, quem semper iuste, & ritè aliquid agere præsumitur, vt pluribus probaui Menoch. lib. 2. præsumpt. 10.

Qua sententia retenta, iuxta quam obtinui, nihil obstant contra expensa, quia siue Religiosos existimes Equites Ordinum Militarium, de quo dubitarunt plures, quos supra retulimus, & cumulat D. D. Ferdinandus Pizarro in Apologetico pro Ordinibus Militaribus, siue personis Ecclesiasticas censeas, & exemptionem habere ex suis priuilegiis, id non negamus, sed contendimus priuilegia non admissa in casibus exceptis, præsertim inobedientie, ipsorum Ordinum concordia id comprobatur ex iustis causis, quæ ad bonum publicum conducunt iuris sententiis & rationibus suffragantibus, quas concessimus, ex quibus hanc opinionem non solum verissimam censeo, imo necessariam ad optimum Principum regimen, aliàs si non admitteretur, gubernare non possent, maximè cum ageretur in hoc casu, vt reus beneficiis & muneribus à Rege concessis priuaretur, & à Regno expellatur.

ALLEG



ALLEGATIO LXV.

Coniurationis sola scientia puniendi nisi detegatur.

1. Hispani Regibus suis fidelissimi.
2. Seditionibus celeriter occurrendum.
3. Princeps potius occurrat delicto quam puniat.
4. Capitali supplicio puniendus qui non detegit scientiam coniurationis.
5. c. 22. lib. 1. Regum expenditur.
6. Coniurationem contra Regem non manifestare est crimen Maiestatis.
7. Vassallus, quamuis iniuste Princeps procedat, debet quam scit coniurationem contra illum declarare.
8. Coniuratio contra Alexandrum Magnum quia non detecta à Philota, cui denuntiata, acriter vindicatur.
9. Credenda vt timeantur etiam vana & falsa, vt saluti Principum consulatur.
10. Silentium non est quod ad tutelam Principis spectat, ex sententia Nicolei Regis.
11. Silentium vassallorum quando pro Principe exclamandum, animos ab eo alienos insinuat.
12. Seditio dubitare occurrere pro coniuratione habendum.
13. Dissimulatio coniurationis arguit participem dissimulantem.
14. Principis ad salutem que pertinent tacere, arguit complicem proditoris tacentem.
15. Capitale est non indicare Principi quod ille voluerit denuntiare.
16. Coniurationem cognitam non denuntiare, est capitale in Italia & Florentia.
17. Galli capitali p̄na punire solent coniurationem cognitam non indicare.
18. Coniuratus habetur qui consilium coniurationis cognouit, nec statim detegit. Triremium p̄na nostris legibus Hispanis morti similis. l. 10. tit. 24. lib. 8. Recopil.
19. P̄na mortis punitus qui salum habuit affectum occidendi Regem Gallie. Coniuratio in Confessionis sacramento reuelata, detestata.
20. Bironius Dux ter interrogatus à Rege Gallie de coniuratione, negauit, & capitali supplicio punitus.
21. Coniurationem audire crimen meritò indicatur. Rex Gallie Carolus Septimus edicta de-

creuit, vt nemo audiret Ludouicum eius filium, qui contra eum coniuerauit.

21. Crimina diuersè puniuntur in vna Prouincia quam in alia. l. aut facta, §. euenit, ff. de p̄nis.
22. Hæreticorum fautores censentur qui aliquid de hæreticis sciunt, nec denuntiauerint.
23. Coniurationem tacere in Belgio crimen capitale existimatur. Comes Egmontius in Belgio capitali supplicio affectus quasi coniuerauit, quia famulum coniuerauit domi retinuit.
24. Ioannes Austriacus Philippi Secundi Regis fratris benevolentiam adeptus, quia filij Caroli factum contra patris voluntatem denuntiauit.
25. Coniurati fugiendi ne si cum illis familiaritas, vel amicitia suspicio participationis sumatur.
26. Cathalonie mulierum exemplis confirmatur esse fugiendum à coniuerauit.
27. Ferdinandus Daualos Piscarius Marchio coniuerauit Italia Imperatori Carolo Quinto detexit.
28. Conspiratio contra Principem grauisimum crimen. Conspiratis acquiescere à Pontificibus & Conciliis damnatur.
29. Edictum Regis Resiuncti contra eos qui silenter oppugnauerint.
30. Hostis Reipublice qui coniuerauit quam scit, non detegit. Patria infidos quocumque periculo debet quis præcauere, ex Platonis sententia. (Ministri Principis maiori quam ceteri vassalli obligatione ei denuncti.
31. Conspirationem contra Prælatum si non indicauerit Religiosus intra triduum, excommunicationis p̄na punitur.
32. Gubernatoribus Prouinciarum iniunctum denuntiare quod in Prouinciis necessarium fuerit Principem admonere. Crimen committere videtur qui potest prohibere, & non prohibet.
33. Furem fautor censetur qui sciens furem occultum non denuntiauerit. l. idem, 4. §. si tibi indicium, ff. de condit. ob turpem causam. Indicium erat premium quod dabatur ei qui furem vel seruum fugitiuum indicabat. Paulus lib. 2. sententiarum, tit. 32. l. solent, ff. de præscript. verbis. Præmia & p̄ne sustinent statum Reipublice. l. 1. ff. de iustitia & iure. Furem qui non detegit grauius quam ipsum furem puniendum Plato dicebat.

Nnn 3 34.Fa

34. *Facere videtur qui non facit quod facere debet.*
l. qui non facit, 163. ff. de reg. iuris.
Negligentia dolo comparatur in crimine lese Maiestatis.
l. 1. ff. de offic. Praefect. vigil.
Disimulatio detestabilis.
c. officij 24. q. 1.
35. *Vassallus celare videtur conpirationem, eam non denuntiando.*
l. 2. §. venditor, ff. de actio. empti emendatio.
Culpa in committendo grauior quam qua in omittendo.
l. fin. §. Diui quoque, ff. de publican. & vectig.
36. *Lea qua, 43. §. fin. de contrahend. emptio- ne explicatur.*
l. qui libertatis, §. sed & si quis, ff. de euiction.
l. 1. §. scientiam, ff. de tribut. actio.
Consentire videtur qui aliquid scit & non protestatur.
l. de atate 11. §. nihil interest, ff. de inter- rog. act.
37. *Vassalli scientia in eo quod est contra do- minum nocet vassallo si non denuntiet.*
tit. qua fuit prima causa benef. amitten- di, §. praeterea vassallus.
38. *Crimen lese Maiestatis diuina & huma- na aequarantur.*
c. vergentis, de hereticis.
aut Gazaros, C. de hereticis.
Haereticis crimen tenetur quis denuntiare.
39. *Reipublica inimicum debet quis denuntia- re, alias puniendus pena capitali.*
l. Metrodorum, ff. de pœnis.
Falsa moneta crimen est lese Maiestatis.
l. si quis, C. de falsa moneta.
l. 1. tit. 2. p. 7.
Falsa moneta crimen non solum debet quis denuntiare, sed inquirere delinquentes.
l. 1. C. de falsa moneta.
Conspiratio grauius crimen est quam falsa moneta.
40. *Vxor qui conpirationem contra Principem non denuntiauerat, poterat à marito re- pudari.*
Authent. ut liceat matri & auia, §. quia vero plurimas, collat. 8.
41. *Vxor debet denuntiare viro quod ei immi- neret, sub pena repudij.*
Denuntiare damnum non sufficit si aliter ei occurrere potest.
l. 1. §. non tamen, ff. ad Senatuscons. Sil- lanian.
l. 1. C. de his quibus ut indig.
42. *Conscij qui puniuntur intelligendi qui*
- scierint delictum, & non denuntiaue- runt.*
l. unica, §. pœnis, vers. ceteros autem, C. de raptu virginum.
l. vtrum, 6. ff. ad l. Pompeiam, de parricid.
§. alia deinde, instit. de public. iudic.
Conscius criminis dicitur etsi eius non particeps, si crimen scierit & non denun- tiauerit.
l. 2. ff. ad legem Pompeiam, de parricid. & num. 70.
43. *Conscios criminis parricidij subiici pœna ordinaria probatur.*
44. *Parricidium censetur conspiratio contra Principem ut in Patrem patriæ.*
l. 1. l. quisquis, Cod. ad legem Iuliam Maiest.
45. *l. quisquis, §. id quod, Cod. ad l. Iuliam Maiest.*
46. *Conscius intelligitur de eo qui criminis ha- bet scientiam.*
l. familiæ, 5. ff. si famil. furt. fecisse di- catur.
l. item si cum exceptione, 14. §. aliquando, ff. de eo quod met. caus.
l. sed etsi, l. 25.
l. ait Prator, §. quod ait Prator, ff. qua in fraud. credit.
l. 1. §. in causa, ff. de quaestio.
47. *Sententia contra reum suspendi non debet etiamsi dixerit habere illum aliquid quod pro salute Principis diceret.*
l. si quis fortè, 6. ff. de pœnis.
48. *Hispano iure proditor habetur qui conspi- rationem quam scit, non detegit.*
l. 6. tit. 13. p. 2.
l. 9. tit. 13. p. 2.
l. 23. tit. 18. p. 2.
49. *Hispani in suorum Regum & Principum admisione, iurant nihil contra eos per- mittere directè vel indirectè, si aliter fa- cerent, proditores sint.*
l. 21. tit. 4. lib. 4. fori.
50. *Proditionis praesumptæ indicium est ad ini- micos extra Regnum, arma, equos, aurum & argentum transferre.*
l. 38. tit. 6. lib. 3. Recopil.
51. *Maiestatis lese reus est, qui Piratas vel Mauros portibus Hispaniæ non denun- tiauerit.*
l. 16. tit. 26. lib. 8. Recopil.
52. *Fidelitatis forma est, omne damnum Domi- ni praecauere.*
tit. de forma fidelitatis in feudis.
c. de forma, 22. q. 5.
53. *Crimen lese Maiestatis qui scit & non de- tegit, eius pœna tenetur.*
54. *Denuntiare qui debet crimen, non tenetur accusatio*

- accusationem iudicalem proponere.*
55. *Seditionem non denuntiantes, pœna mortis puniri praxim esse receptam Italia, plu- ribus exemplis probatur.*
56. *Monetarios falsos qui non detegerit, pu- niendus.*
57. *Latrones non denuntiantes puniendi.*
58. *Conspiratio contra Principem etiamsi non possit probari, detegenda.*
Accusare qui excusatur in conpiratione qua probari non potest, non excusatur à denuntiando ut damno occurrere possit.
59. *Conpirationem detegere debere cum qui scit praeter Confessarium, decisione Sena- tus Belgij confirmatur.*
60. *c. felices, de pœnis, lib. 6. explicatur.*
Furca suspensus in ciuitate Argentina, qui cognouit conpirationem & non denun- tiauit, quamuis eius non particeps.
61. *Denuntiare deberi conpirationem plurium opinione confirmatur.*
Monitoria de denuntiando obligant de- nuntiare hereticos.
62. *Praxi non recedendum ab opinione ut pu- niatur capitali pœna qui conpirationem non denuntiauit.*
63. *Tertullianus expenditur ut nunquam Christiani contra Imperatores Roma- nos excitarent conpirationem, vel occul- tarent.*
64. *Conpirationem sine effectu fuisse non ex- cusat non denuntiantem.*
65. *Belgium anno 1635, virtute & robore D. Infantis Ferdinandi Gubernatoris de- fensum.*
66. *Princeps admonendus de omnibus que ti- meri possunt.*
67. *Coniuratio in Anglia detecta, quia pericu- lum etsi dubium, denuntiatur.*
68. *Coniuratio detecta sine aliqua dilatione.*
l. 1. C. de falsa moneta.
tit. qua sit prima caus. feud. amitt. §. præ- terea vassallus.
l. fin. C. de his quibus ut indignis.
l. 38. tit. 6. lib. 3. Recopil.
69. *Conspiratio non detecta à fidei ut de ea certionaretur, adhuc in periculo eum coniecit.*
70. *Conspiratio, & que pertinent ad salutem publicam denuntianda à Patre contra fi- lium, & econtrà.*
l. 16. in fin. tit. 18. p. 3.
71. *Pater debet exhibere filium delinquentem.*
l. qui cum uno, §. qui filium suum, ff. de re milit.
l. militis, §. desertorem, ff. de re mili- tari.
72. *Maiestatis crimen diuina vel humana,*
- debet denuntari à Patre contra filium à marito contra uxorem, & econtrà.*
73. *Conspiratio etsi non possit probari, detegen- da absque periculo pœna calumnie.*
Turpilliarum non habet locum in crimine lese Maiestatis.
l. 20. tit. 1. p. 7.
74. *Coniurationem esse detegendam quamuis ea probari non possit, verior sententia ex pluris opinione.*
75. *Coniuratio si non esset denuntianda nisi probari posset, plura damna sequerentur, ut nullus denuntiaret.*
76. *Denuntiantes crimen nisi concludant con- demnari quem denunciarit non habentur pro accusatoribus.*
l. 27. tit. 11. p. 7.
l. ab accusatione, 6. §. nunciatores, ff. ad S. Conf. Turpil.
77. *Accusare qui non debet iudicialiter tene- tur tamen denunciare.*
78. *Principem non admonere de periculo nulla opinio admittere potest.*
79. *Turbatio Rei interrogati est indicium ad torturam.*
80. *Obluio non praesumitur in re praesenti.*
c. cum illorum de sent. excommunicat.
81. *Mora purgatio non conceditur in denun- ciatione postquam diu tacuit, qui denun- ciare debebat.*
l. auxilium, ff. de minoribus.
l. 1. §. cum quis, ff. de quaestioibus.
82. *Mora committitur statim quo factum po- tuit & debuit fieri & non est factum.*
l. si stipulatus essem à te, l. continuus, §. cum ita, de verb. oblig.
l. haec conditio si in capitolium, ff. de cond. & demonst.
Mora potest committi ex vnius hora trans- cursu.
l. si quis inficiatus, ff. de positi.
83. *Moram modici temporis non nocere certis regulis constringi non potest, quia mini- ma dilatio in aliquibus solet nocere.*
l. 1. §. si rem, ff. de positi.
84. *Denunciare qui debet delictum non potest moram purgare.*
l. de atate, 12. §. qui interrogatus de in- ter. actio.
85. *Confessionis impunitas que ab statuto con- ceditur non gaudet qui tarde confessus vel in confessionem non persistit.*
l. non debet in fine cum l. seq. ff. de dolo.
l. 2. C. de iuris & facti ignor.
86. *Dux Bironius quia tarde confessus, suppli- cium non vitauit.*
87. *Magnus apud Regem Danic veniam obti- nuit quia coniurationem confessus.*

In coniuratione seditionis, qui eius scientiam habuit, & non reuelauit Principi, vel ab eo interrogatus, illam negauit, qua poena puniendus.

1. **V**M Rex noster de coniuratione in Regnis extra Hispaniam certioraretur, nam in Hispanis nullam perfidia expertus, quippe semper Hispani circa Principes suos fidelissimi, & etiam in extraneos, ut quod ad salutem, & incolumitatem Sertorij refert Plutarchus in eius vita, & Iulius Caesar, cum Orbem subegisset, Romam reuersus suae salutis causa Hispanorum custodes elegit, quos cum dimisisset, fide Romana fretus, paulo post occisus est, ut tradit Suetonius, qui etiam refert Augustum Caesarem in sui custodiam Calaguritanos Hispanos elegisse, ut ex eodem Suetonio in eius vita refert Matineus Siculus lib. 4. rer. Hispaniae

2. Igitur, ut breuiter & opportunè occurreretur seditioni: nam, ut inquit Thucydides lib. 3. Histor. eius initia sunt periculosissima, & nisi extinguantur, ad alias Reipublicae Vrbes, atque etiam vicinas emanant, & Polybius lib. 5. *coniurationis initiis mature totis viribus resistendum, ne illa conualecant, & Cornelius Tacitus lib. 4. Annalium eis verbis: Defectionis, seu rebellionis subditorum initiis maxime occurrendum, minimeque eam, vel per ignauitiam, vel per conuentionem alendam, difficile enim postea seditio, defectioque aduulsa extinguitur, & idem Tacitus lib. 12. Annalium subditorum rebellionem, antequam confirmetur, est primo quoque tempore obuiam eundum.*

3. Ideo Rex noster à Magnate illarum Provinciarum interrogauit de seditione, cum sciret cum eo improba consilia communicata, & primos auctores coniurationis illius, confanguineos, & amicos existere, quasi si ille veritatem fateretur, veniam ei & reliquis praebere, & imminenti damno occurrere, iuxta illud Cassiodori lib. 1. variar. Epistola 30. *Benignissimi quippe Principis est, non tam delicta velle punire, quam tollere, ne acriter vindicando, estimetur nimis, aut leniter agendo putetur improvidus, sed vassallus, à quo Princeps de coniuratione interrogauit, illam negauit, & tripliciter monitus noluit verum fateri, unde Rex noster vinculis in Castro includi iussit, & vassallus postquam*

captus, confessus illum scuisse coniurationem, & ne damnum afficeret, confanguineos, & amicos reos seditionis praeparata non reuelasse, & veniam petit. Inde quaestio, qua poena puniendus, qui Principi aduersus illum coniurationem aliorum non reuelat, vel interrogatus negat, ut in hoc casu.

Et poena capitali esse puniendum plura 4. documenta ostendunt ex historiis, sacra pagina, Conciliis, Iure Canonico, civili & legibus Hispaniae cum doctorum communi sententia.

Sed ut omnia melius comprobentur, illud 5. maximum argumentum, & semper praecedere debet quod defumitur ex sacra pagina, lib. 1. Regum, cap. 22. ubi refertur cum fugerit Dauid de persecutione, & ira foceri Saulis qui cum sciret generum esse in Monte Areth, congregauit milites suos, & in nemore Ramatha hastam manutens ad suos loquutus eis verbis: *Quare coniurastis omnes aduersus me? & non est qui renunciet mihi, maxime cum & filius meus factus inierit cum filio Isai.* Omnium censuit coniurationem non denuntiare facta inimici & in verbo, renuntiet, ex litera Hebraea legitur, *aperiat aurem meam, & Abulensis, in d. c. 22. Regum, quaest. 13. tradit ut quamuis factum Regis Saulis esset iniustum, tamen vassalli cum Rex diceret, & non esse securum nisi denuntiarent facta Dauidis, tamen iuxta leges humanas facere debebant.*

6. Progreditur ulterius sacra pagina referens verba Saulis dicentis, *non est qui vicem meam doleat ex vobis, nec qui annunciet mihi, eo quod suscitauerit filius seruum meum aduersum me insidiantem mihi usque hodie,* cui cum responderet Doeg Idumaeus, qui assistebat Regi, & erat primus inter seruos Saul, illum vidisse filium Isai in Nobe apud Sacerdotem Achimelech, qui consuluit pro eo Dominum, qui cibaria dedit ei, sed & gladium Goliath Philistaei, misit Saul ad accersendum Achimelech Sacerdotem, & omnem domum Patris eius, Sacerdotum, qui erant in Nobe, & cum venissent vniuersi Sacerdotes, dixit Rex ad Achimelech: *quare coniurasti aduersum me tu & filius Isai, & respondens Sacerdos, nullum sicut Dauid ex tuis seruis esse fidelem, gloriosum, subdit haec verba: num hodie capi pro eo consulere Dominum? absit hoc à me, nec suspicetur Rex aduersus seruum suum rem huiusmodi in vniuersa domo patris mei, non enim sciuit seruus tuus quidquam super hoc negotio, nec modicum, vel grande.* Et Pater Ioannes Mariana in scholiis dist. cap. 22. quaerit rationem, ex qua respondit

spondit Achimelech pro domo patris sui, & tradit, quia periculum erat commune, & ideo pro omnibus respondit: nam insidias contra Regem (de quibus contra Dauid querelem proponebat Saul) celare, & non denunciare, erat crimen laesae Maiestatis, & non solum Achimelech poenis subiacebat, sed omnes ex domo sua, ideo respondit nihil scire, nec modicum, vel grande, quasi quando aliquid sciret, non posset à culpa excusari, eo quod non denunciaret, tunc dixit Saul, *morte morieris Achimelech tu & omnis domus patris tui, & conuertens ad emissarios suos, iussit, ut interficerent Sacerdotes Domini, & cum serui Regis recusarent in eos manus extendere, conuersus ad Doeg Idumaeum ait illi: irruere in Sacerdotes Domini, qui trucidauit in illa die octuagintaquinque viros vestitos.*

7. Et maxime expendenda ex Sacris Litteris causa, propter quam Saul illos fecit occidere, nota verba: *Nam manus eorum cum Dauid est, scientes quod fugisset, & non indicauerunt mihi, ut eo solum, quo scirent fugere Dauid, & non indicarent, insidiarum participes, & reos mortis iudicaret, si ergo id censuit Rex circa Dauid, cuius virtutes, & fidelitas semper claruerunt, & ubi nullae insidiae, & coniuratio in Regem, sed illius aemulatio in generum, & inuidia animum concitabat, quid non dicendum, ubi vera coniuratio, & vassallus non solum eam sciens non reuelauit, sed negauit interrogatus, nec enim probamus factum Regis Saul, & mortem Sacerdotum, quia iniustum omnes Sancti censuerunt, tamen ex doctrina Abulensis, quam proximè retulimus, etiam si iniuste Rex procederet, ex legibus humanis debet vassallus Principi denunciare, quae contra illum parantur insidiae, & expendimus causas, quibus Saul illos coniuratos habebat, qui scientes, quas falso cogitauerat insidias, ei non denunciauerunt, & notandum responsum Summi Sacerdotis Achimelech, nihil de eo scuisse, nec modicum, vel grande, quasi cum sciret, & non denunciaret, non posset à culpa immunis censer.*

8. Huic rei confirmatio adiungenda ex facto alterius Regis sapientis & fortis magni Alexandri Macedonis, & ex illius sententia id comprobari videtur in Regno Macedonum, & Imperio Medorum, Assyriorum, & Babilonum, quae subiugauit Alexander, contra eum facta coniuratio quam Dymnus aperuit suo fratri Zebalino, isque cum non posset ingredi in Aula Regia, (solum enim id licebat eis qui Aulici erant, & circa Regem aliquod ministerium exercebant,) mansit circa eam, ut

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fijc. Tom. I.

aliquis eorum qui poterat ingredi veniret, & Philotae filio Parmenionis, & dilectissimo Alexandri coniurationem aperuit ut statim Principi referret, & non denunciavit, & Philotas interrogatus à Zebalino an fecisset respondit ex aliquibus negotiis non potuisse, & tunc Zebalinus obtestatus ut Regi denuntiaret & adhuc non fecit, quo Zebalinus dolum suspicans rem aperuit Memnoni Armigero Alexandri à quo periculum coniurationis cognouit, Euocato igitur coram Alexandro Philota verba nobis aptissima refert Quintus Curtius lib. 6. de rebus Alexandri ubi: *Rex Philota venire in Regiam iussit: Zeballinus inquit vltimum supplicium meritis esset si in caput meum praeparatas insidias biduo tacuisset, huius criminis reum Philotam substituit ad quem protinus indicium detulisse affirmat quo propiori gradu amicitiae me contingis hoc maius est dissimulationis tuae facinus:* Et tormentorum quaestioni suppositus Philotas in eis mortuus, nec solum ille, verum Pater Parmenio vltimo supplicio affectus nam statim Alexander ad Prouinciam Mediae cui erat Praefectus misit qui eius caput scinderet eo solum quod filius coniurationem quam non cognouerat patari ut in hoc casu ab ipsis coniuratis, sed ab alio relatum non aperuit nec interroganti Regi negauit ut in praesenti.

9. Et quamuis Philotas se excusaret apud Alexandrum non curasse de re quam falsam censebat, sed contempisse ut ex Diodoro, Iustino, Ariano, & eodem Curtio refert Pineida in Monarchia Ecclesiastica lib. 7. cap. 5. §. 3. eis verbis: *No creyo ser digno de ser puesto en plastica lo que vn capado decia, y que le suplicaba tubiesse quenta con los seruicios que antes le abia becho trabajando mas que con aquel deservitio que con ignorancia cometio callando,* Et similiter vassallus in nostro casu cum à Principe veniam peteret dicebat eum nec credidisse nec timuisse coniurationem, quia adhuc puniendus ut Philotas ex singularibus verbis Quinti Curtij ubi proximè quae Alexandro retulerunt eius Consiliarij ibi: *In suo quaque periculo magnum animum habere cum de salute Regis timeretur credulos esse debere vana quoque deferentes admittere:* Quasi qui libet in suis rebus possit non credere, & periculum quod timeretur contemnere, quando vero salus publica, & Principis in quo consistit posset in discrimen adduci, etiam vana, & quae parui momenti viderentur praecauenda ut recte explicuit qui vitam Ducis Bironij, Hispano sermone scripsit eis verbis: *No conuene creer las cosas ligeramente mas donde concurre la salud del estado, las cosas*

O o o mas

mas dudosas no deben ser rechazadas ny despreciadas deben se conuertir las opiniones en credito, las fabulas en verdades, las apariencias en seguridad, la incredulidad de las cosas in diferentes nodas sino al incredulo mas en intereses de estado por no creer se adelanta la ruina, se favorece a la coniuacion no es incredulidad sino infidelidad no creer ninguna cosa cada uno en sus intereses debe conseruar su credito firme, y no dexarse llevar de opiniones vanas, mas quando interuiene la salud del Principe conuiene creer lo todo, y oir a los mismos que refieren cosas que parecen vanas, y que el tiempo descubre por falsas.

10. Sed & huic Magni Alexandri sententiae, & facto adiungendus sensus alterius Principis Nicoclei Regis Chipri moratione 2. quam eius nomine fecit Isocrates, ibi: *Nec silentio pratereatis si quidquam indigne se contra dominatum meum gerere videritis sed reprehendite potius eademque pena dignos existimetis & Magistratui meo vim facientes, & huiusmodi iniuriam contegentes.*

11. Ex Regno Macedonum ad Romanum Imperium, & eius Rempublicam transeamus, vt suis Historiis nobis fundamentum praestet, quamuis postea in comprobatione legali plura ex Iuriconsultorum Responis, & Imperatorum Rescriptis referenda, & valde notandum, quod tradit Cornelius Tacitus lib. 2. Historiarum, cum rediret Vespasianus ex Oriente cum suis legionibus eo tempore, quo Vitellius ad Imperium adspirabat, & Vespasianus illum sequutus, vt coniuurationem legionum contra Vitellium insinuaret cum ipse Vespasianus preccationes pro Vitellio Diis faceret, & sacramentum fidelitatis. Tacitus eis verbis: *milites ipsi adeo parati, vt praecuntem Sacramentum, & fausta Vitellio omnia precantem per silentium audierint, quasi in nullo magis cognosci posset subditos esse contra Imperatorem quam per silentium audire illud in quo pro Vitellio deberent exclamare, & non solum tradit Tacitus milites paratos ad seditionem pro Vespasiano, sed adeo paratos, vt tacerent in rebus Vitellij, vbi loqui deberent, & vocibus pro illo deprecationes facere, illudque silentium & taciturnitas maximum erat indicium coniuurationis. Vnde Vespasianus in spem Imperij arreptus, cunctans & dubitans, causam dedit Mutiano, vt eleganti Oratione, quam refert Cornelius Tacitus dict. lib. 2. occasionem Imperij adipiscendi proponeret, & persuaderet, & faciunt verba, quibus in causis coniuurationis, & rebellionis dubitationem, haesitationem, & deliberare pro rebellionem, accipit, ibi: *sed meliorem in bel-**

lo causam, quam in pace habemus, nam qui deliberant, desciuerunt, & vt in Taciti nostra lingua Hispana traductione scribit Suarius, & alij: *porque los que piensan, consultan, o entran en acuerdo sobre determinar se en materia de rebellion ya se rebelaron*, quanto magis in nostro casu particeps seditionis censendus vassallus, qui per multum tempus in Proincia, in qua de coniuuratione agebatur, illos, qui patrauerant, alloquutus, eorum confanguineus, sciens tacuit, & non denunciavit, sed etiam negavit a Principe interrogatus, cum idem Tacitus lib. 15. Annalium, §. 23. tradiderit eis verbis: *latatum erga coniuuratos, si fortuitus sermo, & subditi occursum, si coniuuium, si spectaculum simul inissent pro crimine accipi.*

Et ex eodem Tacito lib. 1. Histor. circa coniuurationem aduersus Galbam, quando Otho Imperium arripuit, traditur, adeoque parata apud malos seditio, apud integros dissimulatio fuit, videlicet, quod in aperte & publice coniuuratis seditio, idem in eis, qui illius complices non erant, dissimulatio fuit, & quia Tribunus Iulius Martialis magnitudine sceleris corruptus, & corruptis Castris non se opposuit, & si contra tenderet, exitium metuens, praebuit conscientiae suspicionem, quasi particeps esset seditionis, quam non vitauit, & huic rei merè conducunt verba Taciti, vbi proximè, ibi: *Isque habitus animorum fuit, vt pessimum facinus auerter pauci, plures vellent, omnes paterentur*, quod in nostro casu euenisse videtur, vt in praeparata seditione plurium dierum aliqui eius auctores existerent, & omnes, qui illorum amici, & confanguinei, vt noster reus, non solum vellet, & pateretur, sed etiam taceret, & Reginegaret, cuius rei culpam insinuat, quod refert idem Cornelius Tacitus d lib. 15. Annalium, §. 27. vt Imperator Nero in coniuuratione, quam contra eum Piso patrauit, vt reum faceret Consulem Vestinum inquisitionem fecit, an particeps fuerat, & notitiam eius haberet, & illum excusat Tacitus eis verbis: *sed coniuurati consilia cum Vestino non miscuerant.*

13. Post Rempublicam & Imperium Romanorum ex Graecis Imperatoribus, aliud etiam fundamentum subiungamus ex Amiano Marcellino, quem refert Petrus Herodius lib. 8. rer. iudicat. tit. de maleficis, & Mathematicis cap. 12. cum enim tempore Imperatoris Valentis de futuro Imperio & successore inter aliquos quereretur, eas litteras viginti quatuor pulueri scripsisse, his singulis granum hordei apposuisse, deinde gallum galinaceum immisisse, qui recitatis quibusdam

dam carminibus, ex quibus litteris grana decerpit, his iunctis inuicem nomen Theod. indicauit, & cum Thodosius, qui successore fuit, re vera indicabatur Theodoro tributum, & aptissime nobis nota verba: *Tandem & contra Theodorum dicebatur sciuisse, quod ad salutem Principis pertinebat, neque indicasse: is contra fatebatur se rem per Euserium cognouisse, sed cum vellet Valenti renunciare Euserium semel atque iterum prohibuisse, propterea quod affirmabat se non appetitu aliquo Regni occupandi, sed ratione quadam inenitabilis fati quesiuisse, quod vltro ac sponte futurum sperabatur, atque eadem Euserius sane confirmabat: & postea rectè subiungit, ibi: *facillime enim ab huiusmodi votis ad scelera transire, itaque à Iudicibus consulto Imperatore, qui hunc & alios omnes sub eorum proloquio occidi iussit, gladio punitus est.* Itaque et si Theodorus ignorans facti, quia vaticinium cognouerat, nec indicauerat, et si alium rei auctorem designaret, & iste fateretur prohibuisse denunciare capitali supplicio affectus, & vt probat Herodius dicto cap. 12. qui tacuerit pertinentia ad salutem Principis teneri crimine Malefatis, & in hoc casu patientiam pro conscientia haberi.*

14. Sed tempore eodem & Imperatoris Valentiniani, qui erat Imperator Occidentis, & frater Valentis ex Diuo Hieronymo refert Baronius tom. 4. Annal. anno Christi 372. n. 15. in nono anno Imperij Firmium Presbyterum fuisse occisum, quia Octavianum Proconsulem, quem ab Imperatore absconderat, non denunciavit, & quamuis Baronijs censetur mortem fuisse iniustam, quia non apparuit de aliqua proditione. Proconsulis, tamen omnium gentium opinione confirmatur, vt capitale sit non indicare Principi, quod ille voluerit denunciari.

15. Nec plura Turcarum & aliorum exempla Barbarorum adducimus, quia eorum argumenta non sumenda, vbi feritas Tyrannidis, vis, & metus gubernat, verum proprius ad nostra tempora & Prouincias accedendo, de Italia refert Guichardinus lib. 3. & 13. Historiarum, capitalem poenam esse non denunciare anni rationem, quam quis imminere, & factam cognouerit, & Thuanus tom. 1. Histor. Gallia anno 1550. lib. 23. pag. 710. tradit cum in Florentia detegeretur coniuuratio, necessum fuisse, vt ab eius poena eximeretur Linius Francus probaret nihil de praedicta coniuuratione eum cognouisse, nec aliquam ad eius peruenisse notitiam, vt posset declarare, & quando cum illo loquuti coniuurati de ea consilium non indicauerunt, sed solum ab eo generaliter pe-

Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fijc. tom. I.

tierunt, vt si eius auxilio in aliquo egerent, opem ferret.

16. Addenda igitur sunt tria Galliae exempla, quae referunt tres Galli Historici, vt appareat, quod nimiam scrupulositatem Hispanorum circa suos Principes aliqui censent, vt tribuatur crimini id solum, quod agnitam coniuurationem non manifestauerint, et si illius non participes, nec complices, cautius apud Gallos obseruari, qui grauius punire solent eos, qui non indicauerunt coniuurationem, quam solum intellexerunt, aut eius tantum cogitationem habuerunt, vel eam Principi negarunt, cuiusque rei subiungam exempla.

17. Et primum non denunciata coniuurationis colligitur ex Thuanus lib. 26. Historiae Galliae tom. 1. anno 1560. pag. 803. referens casum leuiorem, quia non agebatur de seditione Prouinciarum & Regnorum, sed cum occurrerent pugnatuæ classes Galliae, & Argeritana, cui Dragurus Praefectus erat, Hispanus, qui in Lepri Magna, id est, Tripoli fuerat captiuus cum Draguro pactus incendium classis Gallicae, & subiungit Thuanus haec verba: *sub id tempus detecta duorum Hispanorum coniuuratio, quorum vnus Tripoli captiuus fuerat, & puluerem tormentarium, atque annonam incendere, pretium pactus Draguri receperat, qui mox in furiam actus, & socius eius, quod consilium non reuelasset, remo addictus fuit, vbi triremium supplicio, quod nostris legibus morti simile, l. 10. tit. 24. lib. 8. Recopil. punitus fuit, qui et si in pacto incendij classis non interuenit, tamen cum sciret, non denunciauit, & valde notandum, cum expresse dicatur vnum solum, qui Tripoli fuerat captus, pactum & coniuurationem fecisse, tamen inquit, detecta duorum Hispanorum coniuuratio, quasi qui consilium improbum celauit, nec statim detegit, vt coniuuratus haberi debeat.*

18. Aliud exemplum etiam mortis poena puniri non solum effectum proditionis in Regem, sed tantum affectum, etiam nulli expressum, refert Petrus Gregorius Tolofanus lib. 26. Reipublicae, cap. 7. num. 9. nota eius verba: *memorable traditur huius rei exemplum cuiusdam nobilis Normandia, qui cum decreuisset necare Franciscum I. Regem eius nominis Francorum, & penitentia ductus, id ipsum fuisse in Sacramentali Exomologesi culpam Minoritae confessus, & Sacramento absolutus, tamen denunciatus per Minoritam Regi, & à Rege ad iudicium subendum in Curiam remissus, vltimo supplicio addictus fuit, censuit enim (quamuis male & stulte) qui in confessione periculum Regi imminere cog-*

O o o 2 nouit

nouit, tacere non debere, sed denunciare, & nouo exemplo mortis poena irrogata illi, qui solum interitus contra Principem machinavit, etsi poenitens cogitationis: adeo enim cautè se gerunt Galli de salute Regum ex multis Tragœdiis, quas in suis Principibus experti.

19. Posterius exemplum eius qui à Rege interrogatus de coniuratione, ut in nostro casu eam tripliciter negarit, defumitur ex Rodulfo Botereio, in commentariis rerum Gallicarum, tom. 2. lib. 9. circa Bironium Ducem & eius prodicionem refert eis verbis: *Rex acceptos de illo rumores explicat, admonetque ut vera confiteatur, existimationis, dignitatis securitatem, vitæque incolumitatem pollicetur, vice versa si fateri renuit, & perneget, vel propria manu reum perempturum, nec ultra fore locum venia, Bironius minus demisse respondens se infontem non venisse ut crimen depelleret sed ut de delatoribus sibi constaret.* Postea Rex alia die iterum monuit Bironium, & ab eo interrogauit, sed ille negans, sibi mortem parauit. Nota verba Botereij: *Rex in intimum Lararium se abdixit, in quod paulo post accito Bironio, omnibus semotis, clam obrestatur, ut omnem noxam aperiat, condonare illam, nullique errata proditurum, obsecrationibus non mouetur, fallaci fiducia nihil à Fineo detestum.* Sed adhuc tertiam instantiam cum Bironio exprimit, & eius pertinaciam, ibi: *ac denuo seorsum abductum Bironium de cognitione veri pramonet, sed frustra surdo canit.* Vnde vinculis detentus Bironius, & capitali poena affectus.

20. Iuuat etiam, quod refert Polydorus Virgil. lib. 23. Histor. Angliæ, pag. 489. referens coniurationem, quam fecit Ludouicus Princeps Galliarum, quem vocant *Delphinum*, contra patrem Regem Carolum VII. nam edicta publicata per omnes vrbes Galliarum, ut nemo audiret Ludouico, nota verba: *quapropter primum litteris pro parte Caroli, quoquo uersum ad ciuitates scriptis precipitur, ut nemo homo sit Ludouici dicto audiens.* Ita enim censuit posse mederi, & crimen iudicauit, etiam à filio Regis de coniuratione audire, quanto magis censendum ab aliis cognoscere, tacere, tanto tempore non indicare, & à Rege vassallus interrogatus negare.

21. Sed ne reus dicat quod in l. aut facta, §. euenit, ff. de poenis ibi: *Euenit ut eadem scelera in quibusdam Prouinciis grauius plebantur;* Et hæc seditio præparata fuit à Rebilibus, & hæreticis Hollandiarum circa Prouincias fideles, & Catholicas Belgicas ut eas sua perfidia inquinaret, & inquietaret ideo de ipsius Flandriæ Prouinciis exëpla tubiungenda.

Et facit quod refert Valentinus Vander de initiis tumultu Belgicorum lib. 1. pag. 111. edicto anni 1555. publicatum à Domino Rege Philippo secundo circa modum procedendi in causis Inquisitionis fidei ubi eodem modo ac si fautores hæreticorum iudicantur qui aliquid de illis scierint, & tacuerint nec denunciauerint: nota verba edicti: *Et si aliqui pertinaciter non recusantes poenam pecuniariam in sua recusatione persistant nolentes coram Inquisitoribus deponere, si laici fuerint ut fautores hæreticorum punientur poena in edictis Casaris contenta, Et crimen læsæ Maiestatis diuinæ, & humanæ eisdem regulis in hoc procedere in comprobatione legali postea fatis constabit.*

22. Vterius in terminis Belgicæ seditionis facit quod refert Famianus Strada de bello Belgico lib. 7. pag. 389. nam in ea coniuratione de qua anno 1568. in qua reus fuit Comes Egmontius, & à Duce Albano, capitis poena punitus illud præcipue imputabatur scientiam habuisse nec denunciasse, & retinuisse in suo seruitio quem cognouerat seditiosis fœderatum, nota verba Strada: *Fœderis non modo conficius fuisse sed etiam ab Egmontio Casembrocium à secretis intimum qui ei aperuerat se nomen fœderi dedisse domo non eiectum imo ad omnia uti solebat adhibitum;* Si enim scire coniurationem nec denunciare, & domo retinere familiarem forte necessarium ad sua negotia, crimini capitali tributum, quanto magis tribuendum postquam coniurati suæ factionis notitiam dederunt huic vassallo nostri Regis tandiu reticere, non denunciare cum magno publico discrimine, sed familiariter, & arctiori vinculo cum seditiosis alloqui, & illorum amicitiam frequentare, & à suo Principe interrogatus negare.

23. Huius rei documentum exhibuit Magnus ille ex nostris Principibus Dom Ioannes Austriacus Frater Regis Philippi secundi, cum ex fratre Nepos Carolus Princeps ei aperiret consilium proficiscendi ad Belgium propter matrimonium quod in Germania ei destinatum, & vellet fugere sine permisso Patris, timens licentiam illum non concessurum, statim Ioannes Regi denunciauit ut refert Famianus Strada lib. 7. de bello Belgico pag. 378. eis verbis *Præsertim veritus ne silendo fuga particeps videretur.* Et de eodè Ioanne Austriaco illud deleuisse æmulationes Aulæ Regiæ quibus aliqui cum Rege fratre ipsi insidiabantur tradit idem Strada lib. 9. pag. 616. eis verbis: *Offensionem Regis festinato obsequio non parum leniuit nec post multo plane deleuit cum noua Caroli Principis consilia ipse ante alios aperuit patri:* Docens non solum in peri

in periculosissimo cõiurationis casu, sed etiã in quocumque illud quod possit Principis voluntatem offendere esse declarandum.

25. Debat enim vassallus Regi seditionem denunciare quo primum poterat, & eius consilia intellexerat, & à coniuratis fugere nec cum ipsis amicitiam copulare vel profectui iuxta quod ex historiis Scotiae refertur in Theatro vitæ humanæ volum. 18. lib. 2. pag. 3305. nam cum aduersus Regem Dongallum plures nobiles ex seueritate coniurarent, & compellerent Alpinum filium Regis Aethaij ut Regnum arriperet pluribus tumultuariis congregatis Alpinus cum primum potuit ab illis fugit ad Regem Dongallum ut notam seditionis deleteret.

26. Et in tumultibus Barcinonensibus cum plures à Regis Ioannis II. Aragonum obedientia descuerunt, refert Martinus Siculus lib. 17. Historiæ Hispaniæ nobilem Matronam nomine Cartellanam ab vrbe discessisse obtestantem degerere nolle, ubi ciues à Regis fidelitate descicerent, & de alia tradit cum desponsaretur cum Equite, qui ex seditiosis erat, cum sponfus illam interrogaret, quid de re sentiret, constans & fidelis respondit illam adorare vnum Deum in celo, & obedire in terris Ioannem Regem, & cum sponfus in sua perfidia mortuus esset, noluit ei facere exequias, nec ponere pro illo vestes lugubres, etsi à consanguineis, qui id suadebant, luctus offerretur: sed similiter de alia nobili & diuite nominata Isabella Montana refert idem Marineus, cum eam cogèrent ciues Barcinonæ seditioni consentire, nocte aufugit, & inclusa in Castello Castri sui, ibi à ciuibus obfessa, auxilium ei Rex Ioannes misit, & liberauit, egregium Regis factum & Principum excellentium Aragonum, & sufficiant ex Hispania tria hæc exempla, quibus foemina in fragilitate sexus viros docuerunt fugere quidquid Regibus obesse posset, & coniurationem non tacere, imo à coniuratis aufugere.

27. Sed factum Ferdinandi Daualos Marchionis Piscarij, & Ministri nostri Regis, etiã ex sanguine Hispano valde iuuat, de quo Prudentius Sandoualuis in Chronica Caroli V. lib. 13. §. 23. nam cum post conflictum Ticini Rege Francisco Galliarum capto plures gloriam, potentiam & famam Casaris æmularentur, & inter omnes Principes Italiae contra eum facta confœderatio, quibus colligati Rex Angliæ, Veneti, & Pontifex prætextu libertatis Italæ censuerunt, si Marchionem, Ducem fortissimum & magni nominis ab eo separarent, facile tractatum consequi posse, illum Piscario proponere com-

miserunt Hieronymo Maroni viro sapienti, sagaci & diligenti, qui causam egit, & promisit Marchioni Regnum Neapolitanum, ut Rex esset, supremam Præfecturam militarem Italiae & Ecclesiæ, & cum Ferdinandus dissimularet, quasi annuens, ut melius colligatorum animos percilleret, statim missio Nuncio ad Imperatorem colligationem denunciauit, & ab eo responsum accepit, cum eis conuiuere, ut melius improba consilia colligatorum percilleret, & ille dissimulans omnia cognouit, & denunciatis colligatorum consilia, potuit eis annuere, ut Regis sui incolumitatem conseruaret, non vero quem admodum in nostro casu occultans coniurationem, & negans à Rege interrogatus.

28. Sufficiant hæc exempla, ne ex allegatione in volumen integrum pluribus, quæ possent cumulari, transcamus, & conducant verba Epistolæ 2. Calixti Pontificis, ubi exacerbens enormitatem criminis conspirationis, dum scriberet Episcopis Galliarum, contra quos subditi solebant conspirare, tradit ibi: *Tu circo huiusmodi criminis reos non solum Ecclesiæ, sed etiam seculi damnant leges, & non solum conspirantes, sed etiam consentientes eis, & iterum ibi: & non solum facientes, sed & eis consentientes.* & comprobatur Petrus Crespetius in summa Catholice fidei, verbo *conspiratio*, & in Concilio sexto Toletano, Canone 17. traditur idem esse contra Principem conspirare, aut acquiescere conspiranti, nota, ibi: *aut ipse in alium acquiescat, quod in hoc casu fecit hic reus, qui per plures menses acquieuit conspiratis, cum sciens eorum delictum, etiam imminente periculo status publici noluit denunciare, sed cum illis amicitiam prosequi.*

29. Iuuat etiam edictum Regis Recisuntini relatum in Concilio Toletano; 8. canone, 12. ubi constitutus poenas contra eius violatores tradit eis verbis: *Nam si quis huiusmodi legis seriem ex officio Palatino maleuolè detrahendo, lacerare voluerit, aut euacuandam quãdoque vel silenter mussitans, vel aperte resultans proloqui detectus extiterit, quasi idem sit silenter mussitare vel aperte & maleuolè legem lacerare.*

30. Quibus aut horitatibus addenda Platonis qui in terminis de legibus dialogo 9. tradit duo genera esse hostium Reipublicæ, alij qui aperte illam armis debellare intendunt, alij vero qui coniurationem aduersus Rempubliam, etsi non participes non detegunt: nota singularia & nobis aptissima verba ibi: *Secundus ille hostis est, qui quamuis particeps huius sceleris non sit, tamen cum amplissimis fungatur in ea Magistratibus eas coniurationes*

nes non animaduertit, & si animaduertit, timide quadam Patria non succurrit: quare unusquisque vir, qui modo alicuius pretij ciuis fore studet, hæc iudicibus referat, eumque in iudicium trahat, qui Patria insidiatus vi ad iniquam gubernationem uertere, illam conatur. Igitur censet hostem Reipublicæ, qui in eam conitrationem non animaduertit, & totis viribus depellere conatur, & ut valde conueniat sententia Platonis, dum loquitur de illis, qui amplissimis funguntur Magistratibus, notandum est hunc vassallum, qui Regi coniurationem, quam rescierat, negauit esse eius Consiliarium status, & belli, & Prouinciæ Præfectum, vnde maior illius obligatio, ut statim dicemus.

31. Confirmatur prædictum, & quantum debeant subditi superiorum damna auertere, vitare, & ipsi denunciare ex eo, quod tradit Ioannes Trullus in tractatu de Ordine Canonicorum Regularium lib. 2. cap. 27. & in specie conspirationis eis verbis: *Item Capitulum Prouinciale Papiense apud Sanctum Petrum in caelo aureo celebratum anno 1340. mense Augusto, sic decreuit de Canonicis conspirationibus: statuerunt etiam, & ordinauerunt, quod nullus subditus conspirationem aliquam faciat contra suum Prælatum, quod si fecerit, vel eam non reuelauerit infra triiduum dicto suo Prælato, quo triiduo elapso sit excommunicationis vinculo innodatus, id ipsum decreuit Benedictus XII. in constitutionibus Monachorum Nigrorum cap. 38. & quod ad vnius Religionis conseruationem decretum, multo magis ad salutem Principis, & Regnorum admittendum.*

32. Cum ergo Consiliarius Regis nostri & Præfectus Prouinciæ esset hic vassallus, multo magis debebat Principi denunciare conspirationem suæ Prouinciæ iuxta illud Casiodori lib. 6. variat. Epist. 21. de formula Rectoris Prouinciæ: *constat esse fidei tuæ commissum Principi renunciare, quod in Prouinciis probatur emergere: nam ut tradit Cicero in Pisonem: neque vero multum interest præsertim in Consule, utrum ipse perniciosus legibus improbis conditionibus Rempublicam vexet, an alios vexare patiatur.* Et idem Cicero in Bruto non alienam culpam, sed potius propriam censet eius, qui potest delictum prohibere, & non facit, eis verbis: *aliene igitur culpa me reum facis non prorsus aliena, si prohibere potuit, ne existeret, ut proprium delictum sit, non alterius prohibere, quod possit, & loquens de Regibus, quibus adaptari oportet, quod Magistratus & Supremi Consiliarij, & Ministri facere debent, tradit Saluianus lib. 6. de Regibus: Potestas magna, quæ*

prohibere scelus maximum potest, quasi probat debere fieri, si sciens patitur perpetrari, & idem Saluianus inquit: In cuius manu est, ut prohibeat, iubet agi, si non prohibet admitti, & Diui Augustini sententia, qui definit obuiare, eum potest, consentit, & Thucididis lib. 1. magis ille facit, qui potest prohibere, & alia plura ad idem refert Hugo Grotius de iure belli, lib. 2. cap. 21. vnde hic vassallus, qui denunciando conspirationem, potuit eam impedire, & Consiliarius, & Gubernator potuit prohibere, & non fecit, imo tacuit, & Principi negauit, non potest aliquatenus excusari.

Et ex iuris comprobatione suffragatur traditio ut quis scierit vbi fur occultatur, & non denunciauerit eius fautor censetur in l. idem 4. §. si tibi iudicium, ff. de condit. ob turpem caus. & id. iudicium erat enim præmium quod dabatur ei qui indicabat furem vel seruum fugitiuum dictum ab indicando, de quo egerunt Paulus lib. 2. sentent. tit. 32. l. solent, ff. de præscrip. verb. ex Apuleio, Luciano, & aliis Brisson. & Kalinus verb. iudicium: igitur si alicui daretur ne furem vel fugitiuum proderet quasi ex turpi causa acceptum cum debeat indicare datur conditio ut præmio illius qui denunciauerit indicio dato, & pœna conditionis contra eum, qui non fecerit status Reipublicæ sustineatur non solum metu pœnarum sed exhortatione premiorum, l. i. ff. de iustit. & iure, & Plato in sua Republica inducit grauius puniendum illum qui cum furtum sciret ab aliquo factum non denunciat, quam ipsum furem, nam hunc potuit necessitas ad furandum impellere, alius vero qui protegit nec declarat, nisi ex magna malitia, & dolo non faceret: ita non minori pœna dignus quam conspirator qui, etsi non particeps conspirationis eam cum sciret, tacet, protegit, & negat, quia conspirati ad improbum facinus potuerunt impelli ambitione, ut indicta iniuriarum, aut aliis causis quæ cum non considerentur in eo qui conspirationis non sit reus maxima pollet malitia cum publico periculo illam tacere, & Regi negare.

Facit regula, l. qui non facit 163. ff. de regul. iur. ibi: *Qui non facit quod facere debet videtur aduersus ea quia non facit: Quasi in hoc casu solum omittere facere censeatur factum, & hoc procedere in causis pœnalibus cum Alexandro probauit Decius in eo textu & in terminis criminis læsæ Maiestatis plures tenuerunt negligentiam æquiparari dolo, Martinus Laudensis de crimine læsæ Maiestatis. q. 38. & in casu conditionis Tiberius Decianus tract. crim. lib. 7. cap. 29. num. 8. quem refert Gigas de crimine læsæ Maiestatis.*

tit. de proditor. q. 1. num. 13. addendi Alexander per textum ibi, in l. 1. ff. de officio Præfecti. Vigil. & in l. Diuus, ff. de officio Præfidiis Laudensis vbi proxime, quæst. 33. & hæc dicitur dissimulatio detestabilis quando taceretur delictum quod denunciatum posset vitari, ut ex cap. officij 24. quæst. 1. probauit Guimier. 1. tom. Pragm. Sanctionum Galliæ in Procemio, §. quæ omnia verb. *dissimulare.*

35. Et ultra plura in terminis quæ postea expendenda ut vassallus, in hoc casu videretur celare conspirationem eam non denunciando & admonitus negando noto, textum in l. 1. §. venditor, ff. de actio. empti, vbi agens I. C. de obligatione venditoris admonendi vitium, quod scierit rei venditæ tradit: *Sed scire venditorem & celare sic accipimus non solum qui admonuit sed et si negauit, de quorum verborum contextura dubitarunt, cum Salmanticæ essem, classici eius scholæ Doctores: nam cum negationis culpa, quasi in committendo consistat, grauior sit, quam ea, quæ non admonendi, respicit solum omissionem, l. fin. §. Diui quoque, ff. de publica. & vestig. & ex Baldo, Castrensi, Iafone, Alexandro, Aretino, Corneo, Ancharano, Decio, & aliis pluribus probauit Tiraquellus de pœnis temperand. causa 44. num. 24. cum sequent. videbatur suprascripta verba diuersè legenda, id est, non solum qui negauit, sed et si non admonuit, ut non tantum negans vitium sit obligatus, sed qui potuit admonere, & non admoneat, & quia nimis durum totum conuertere periodum communi sententia receptum, mederi posse lectioni huius text. ut ibi, *sed et si negauit, legatur, sed et si non negauit, ita enim rectè sensus procedit, videlicet, ut celare vitium videatur, non solum, qui non admonuit, & denunciauit, cum potuit, sed etiam si posituè de vitio interrogatus, non negauit, sed infidiosè respondens, quamuis non negauit, non tamen apertè declarauit: nam inter non admonere, & negare consideratur medium, quod est infidiosè, & cautè respondere, ut licet dicat non negasse, veritas adhuc occultetur.**

36. Quod rectè confirmatur l. ea quæ 43. §. fin. ff. de contrah. empt. eis verbis: *dolum malum à se abesse prestare venditor debet, qui non tantum in eo est, qui fallendi causa obscure loquitur, sed etiam, qui infidiosè occultè dissimulat.* Et idem probatur l. qui libertatis, §. sed & si quis, ff. de euict. & conducunt verba l. 1. §. scientiam, ff. de tributor. actio. vbi sufficit aliquid scire, & non protestari contra illud, ut quis consentire videatur, nota ibi: *Scientiam hic eam accipimus, quæ habet &*

voluntatem, sed ut ego puto non voluntatem, sed patientiam, non enim velle debet Dominus sed non nolle, si igitur scit, & non protestatur, & contradicit, tenebitur, & cōducit l. de etate 11. §. nihil interest, ff. de interrog. actio. eis verbis: nihil interest, neget quis, an taceat interrogatus, an obscure respondeat, ut incertum dimittat interrogatorem, quæ omnia procedunt contra hunc vassallum, qui non admonuit conspirationem, & interrogatus negauit, & ultra quam eius habebat scientiam, nunquam contra conspiratos protestatus: ita, ut quamuis ipse apertè non faueret conspirationi, & eam apertè vellet, sufficeret ad culpam, non nolle, & semper respondere, ut incertum de veritate Principem relinquere.

37. Sed ne per argumenta procedamus iuris, bus expressis scientiam vassalli eius, quod scierit contra dominum, nocere, si non denunciaret, apertè comprobatur tit. quæ fuit prima causa feudum amittendi, §. Præterea vassallus, vbi loquitur in vassallo feudali, in quo non consideratur ita obligatio, ut in Rege, & tamen si non detegit periculum, quando scierit, videtur committere feloniam, & feudo priuandus, nota verba ibi: *Præterea si vassallus rescierit aliquem contra dominum suum assultum, vel mortem, vel captionem, aut patrimonij grandem iacturam facere molientem, debet dominum super hoc, quam primum potest certiorare, ut proinde Dominus sciens, prudensque periculum valeat declinare: quod si non fecerit, doloque, vel negligentia sua, vel fraude celauerit, beneficio se cariturum agnoscat, quod rectè congruit huic rei, adiuncta ratione, ex qua vassallus tenetur conspirationem contra dominum denunciare, ut periculum possit declinari, & eius textus sententiam probarunt Petrus de Bellapertica, tit. qualiter negligentia feudum amittat, n. 4. in tom. 10. 2. part. tract. Doctor. in nouissimis, Martinus de Selima tit. quibus modis feud. amitt. num. 182. ex Curtio Iuniori Iulius Clarus lib. 4. sentent. §. feudum, quæst. 57. & additio Baiardi adducit consil. 27. Anguifolæ, num. 6. & idem tenuit Thuscus Pract. lit. R. conclus. 310. num. 5.*

38. Iuuat hanc obligationem denunciandi, nam crimen læsæ Maiestatis humanæ æquiparatur crimini læsæ Maiestatis diuinæ, cap. vergentis de hæreticis, auth. Gazaros, Cōd. de hæreticis, & eisdem regulis hæc crimina æquiparantur, & iudicanda, ut in eis iuribus notarunt Doctores ex Hostiensis, Carrerio, Afflicto, Rolando, & Tiberio Deciano, Farinacius de hæref. quæst. 197. num. 6. addendus Iulius Clarus in pract. §. fin. quæst. 49. numero

mero 3. in crimine vero hæresis sine dubio est, quem teneri hæreticum denunciare, Farinac. de hæres. quæst. 197. §. 2. num. 40. Suarez tract. de fide, disputat. 20. sect. 4. num. 21. Azorius 2. part. lib. 2. cap. 2. quæst. 13. Sanctarellus tractat. de hæresi, cap. 9. num. 15. Comitulus in respons. Moral. lib. 4. quæst. 8. n. 3. Bonacina tract. var. disput. 6. punct. 2. num. 3. & de censur. disput. 2. quæst. 6. punct. 5. num. 1. Portolles in dub. regul. tom. 1. verbo *correctio fratrum*, num. 11. Ludouicus Lopez in instruct. part. 1. cap. 54. Pegna in director. inquis. 3. par. num. 111. comment. 160.

39. Comprobat l. Metrodo: um, ff. de pœnis vbi I. C. Paulus de portatione puniendum tradit qui inimicum Reipublicæ non denuntiauerit, nota verba: *quod occultari eum non ignorans diu dissimulauerit*, & cum sit læsæ Maiestatis crimen læsæ monetæ, l. si quis, C. de falsa moneta, l. 1. tit. 2. p. 7. cum Baldo, Saliceto, & aliis probauit Gigas de crim. læsæ Maiest. lib. 1. tit. qualiter, & a quibus quæst. 62. non solum scienti delictum obligatio iniungitur denunciandi sed etiam inquirendi delinquentes, l. 1. C. de falsa moneta eis verbis: *cuncti cognoscant necessitatem sibi incumbere huiusmodi homines inquirendi ut inuestigati tradantur iudici*: Et solum excusatur dominus domus vbi fabricatur falsa moneta si cum primum id scierit manifestauerit, ibi: *nisi dominus ante ignorans ut primum repererit scelus prodiderit perpetratum*: Et quod valde notandum quia non solum punitur qui delictum cognouerit, & non manifestauerit sed etiam qui etiam ignorauerit tamen debet inquirere quæ in domo geruntur, eis verbis: *Tutores autem eorum si in proximo fuerint quoniam ignorare eos quid in rebus pupilli geritur non oportet, hac pœna excepta*: Et multo magis id procedit in conspiratione quanto grauius crimen est quam falsæ monetæ, & magis cauendum à Principe inlidis arcere, & licet signum eius in moneta fallum facere offendat Regalia, non tamen destruit omnino, & in totum euacuat vt conspiratio.

40. Suffragatur vltetius Authent. vt liceat matri & auia, cap. 8. §. quia vero plurimus, collat. 8. vbi potest vxor repudiari si non denuntiauerit conspirationem quasi cum ea consortium esse non possit; nota verba: *Si contra Imperium cogitantibus aliquibus, conscia est mulier, aut etiam viro suo non indicat, si autem vir hoc à muliere denuntiatum tacuerit, liceat mulieri hoc per quamcunque personam declarare Imperio vt vir nullam ex hac causa repudij inueniat occasionem*. Et valde notandum, vt quamuis mulier viro suo indicaue-

rit, si vir tacuerit, adhuc ipsa debet declarare Imperio ne repudietur à viro qui tacuit, & ideo reus existimari debet non mulier quæ viro denunciauit, adeo cautum voluerunt Imperatores vt denunciaretur conspiratio.

Sed si contra virum aliquid inimici molientur sub pœna repudij mulier sciens tenetur denunciare de Auth. verb. si quomodolibet, ibi: *si non indicauerit*: Et quando vltra indicationem aliquid amplius fieri potest vt damno occurratur non sufficit denunciare l. 1. §. non tamen, ff. ad S. C. Sillanian. & in §. quod si quis, traditur ibi: *quia auxilium domino non tulerunt quoties potuerunt aduersus vim opem ferre, & non tulerunt*: Et expendendus textus in l. 1. Cod. de his quibus vt indignis eis verbis: *Nos igitur omnem eis occasionem ad declinanda supplicia super negligentia salutis domini sui computantes sanctimus omnes seruos ex quocunque loco, sine in domo, siue in via, siue in agro possint clamorem exaudire, vel insidias sentire, & non auxilium tulerunt, supplicio Senatus Consultu subiaccere: Oportet enim eos ubicunque senserint dominum periclitantem ad prohibendas insidias concurrere*: Et maiori nexu adstringimur ad Regum incolumitatem quam serui ad defendendum dominos suos.

Ex dict. auct. §. quid vero, ibi: *conscia est mulier*, notandum pœnam quæ imponitur contra conscios criminis comprehendere illos, qui solum scierunt, & non denuntiarunt etiam criminis non participes & probatur, ex l. vnica. §. pœnis, verb. cæteros autem, C. de rapu virg. & l. vtrum, 6. ff. ad leg. Pompeiam de parricid. eis verbis: *Matianus etiam conscios eadem pœna adficiendos non solum parricidas, proinde conscij extranei eadem pœna adficiendi sunt*: Et idem traditur, §. alia deinde inst. de public. iudic. & verbum, *conscios*, gloss. ibi, & Gothifredus interpretantur non participes criminis qui se illi immiscuerunt, sed qui sciunt, & non indicant vt colligitur, l. 2. ff. ad l. Pompeiam de Parricid. vbi punitur eis verbis: *Frater autem eius qui cognouerit tantum nec patri indicauerat*.

Et conscios subici pœnæ ordinariæ ex Alberico, & Ioanne Fabro, tenuit Anton. Gomez tom. 3. var. cap. 3. num. 3. & ad explicationem d. l. vtrum vt accipienda sit non solum de conscio delicti participes sed de illo qui tantum cognouit nec indicauit ex d. l. 2. & §. alia, vbi separatim agitur de conscio participes, & qui solum delictum cognouit ex Bartolo Baldo, & Decio probauit Tiber. Decian. tom. 2. crimin. lib. 9. cap. 1. id tribuens enormitati delicti: idem tenuit Plaza de delictis, cap. 2. 2. num. 16. quem refert docte, & eleganter

eleganter D. Solorzanus de crim. parricid. lib. 2. cap. 19.

44. Cui addendum vt idem quod in parricidio in conspiratione contra Principem admittamus quia cum Pater Patriæ Princeps censetur coniuratio in eum vt Parricidium habetur velut quando aliquis contra Patriam conspirauit, l. 1. ff. ad leg. Iul. Maiest. l. quisquis, C. eodem, Suetonius in vita Iulij, cap. 38. Valerius Maximus, Seneca, Lampridius, Brisonius, Salustius, Anton. Concius, Montanus, Carreus Plaza, Tiberius, Decianus, quos refert D. Solorzanus d. lib. 2. cap. 6. ex Cicerone, & aliis idem Solorzanus lib. 1. cap. 3. & cum Stobæo, & Marco Varrone d. lib. 2. cap. 4.

45. Sed & qui cum Barbaris factionem iniicit, (quod propriè ad Holandos referendum, qui falsa politica ratione status, à Religione, & obedientia sui Principis rebelles deficiuerunt) illi & conscij puniendi pœna criminis læsæ Maiestatis probatur l. quisquis, §. id quod, Cod. ad leg. Iul. Maiest. ibi: *quisquis cum militibus, vel priuatis, vel Barbaris sceleratam interit factionem*, & in textu ibi, *conscijs*, intelligendum de illis, qui tantum cognouerunt delictum, et si participes eius non sint, idque vltra quæ supra retulimus, in terminis Scipio Gentilis in tract. de coniuratione in comment. ad dict. l. quisquis in verbo *conscius*, adducens illud Catonis ibi: *conscius ipse sibi*, & respondet Quinto Curtio lib. 8. eis verbis: *consciorum nomina exponit ad est, coniuratorum*, distinguens, vt qui & conscies fuerit, & simul participes delicti, vt principalis reus puniatur: qui verò delicto non se immiscuerit, quamuis eius habuerit scientiam solum, quasi non denunciatus puniatur, & confirmat exemplo Philoræ, de quo meminimus supra num. 8. vt quamuis coniurationis in Alexandrum reus non erat, quia ei denunciatum crimen, & triduo tacuit, punitus fuit, & circa crimen læsæ Maiestatis nota verba Gentilis, vbi proximè: *dixi semper in hoc crimine puniri conscios, quamuis immunes sceleris*.

46. Et vltra adducta à Scipione Gentili, & quæ notauimus huius verbi *conscios*, significationem confirmat, apertè l. famil. §. ff. si famil. furt. fecif. dica. vbi traditur, si familia seruorum furtum fecisset contra dominum, qui furtum cognouit, agi posse, & explicatur eis verbis: *nec seruorum conscio parcendum est*, & facit l. item si cum exceptione 14. §. aliquando, ff. quod metus causa, ibi, *me non conscio*, quasi solum ad scientiam referatur, & insinuat l. sed & si, lege 25. §. de petit. hæred. ibi: *postea vero conscio ad se nihil hereditatis pertinere*, Ioann. Bapt. Larrea Allegat. Fic. Tom. 1.

& iura, quæ in contrarium possent expendi per argumentum ab speciali id ostendunt, l. ait Prator, §. quod ait Prator, ff. quæ in fraudem credit. l. 1. §. in causa, ff. de quæst. vbi, vt verbum *conscius* vltra scientiam accipitur pro *participes*, fuit necessarium exprimere, ibi, *te conscio & fraudem participante*, vnde responderi potest Conano, & Brateio, quæ refert, & sequitur Kalinus verbo *conscius*, contendens, accipiendus, qui non solum scientiam habuerit, sed etiam delicti participatorem, quia ex iure, Historiis, & Latinitatis auctoribus constat conscium referendum ad solam scientiam rei, vt probatur vltra iura expensa cap. præterea 27. de testibus, eis verbis, *qui se carnalis culpa conscios esse fatentur, sed de visu nihil affirmant*, vbi ex sola scientia auditus conscius dicitur, & denotat Polydorus Virgilius lib. 22. Histor. Angliæ, pag. 442. dum referens, quando Rex Henricus V. capitis pœna puniendos decreuit coniuratos, nota Regis verba: *Cuius si quis in nostro exercitu sit conscio, vt vestro supplicio à facinore perficiendo deterreatur*, & ibi conscius necessariò accipiendus de eo, qui tantum cognouit coniurationem, non de participes, aliàs non diceretur crimen non perfecisse, quia participes iam perfecit, & ita verbum *conscius*, vt referatur ad solam scientiam accipit Martialis lib. 1. Epigram. 27. ibi.

Nect tibi sit mirū modici, quod conscia vatis.
Et lib. 11. Epigram. 62.

Et voce certa consciaque dicebat.

Et lib. 14. Epigram. 39.

Dulcis conscia lectuli lucerna.

Quasi lux videret, & sciret, quod in lecto sit, & in eodem sensu accepit Virgilius lib. 4. Æneid. vers. 167.

& conscios æther

Connubij.

Et lib. 11. vers. 812. ibi.

Conscios audacis facti.

Et in terminis coniurationis Belgicæ supra num. 23. retulimus Fabianum Stradæ lib. 7. pag. 389. ibi: *fuderis non modo conscios fuisse, vbi apertè pro solum scientibus coniurationem accipitur.*

Iuuat hunc sensum, & nostræ sententiæ suffragatur l. si quis forte 6. ff. de pœnis, vbi cum Vlpianus I. C. proponat esse aliquos, qui ne supplicio afficiantur post condemnationem dicunt se habere, quod Principi referant salutis ipsius causa, & querit an supplicium suspendi oporteat, & referat plerisque Præsides esse tam timidos, vt post sententiam executionem suspendant, ex sua opinione tradit: *propterea eos non debuisse postquam semel damnati sint audiri, quidquid allegent*.

quis enim dubitat eludenda pœna causa ad hæc eos ducere? magisque esse puniendos, quod profalute Principis habere se dicere iactant? nec enim dabebant tam magnam rem tamdiu reticere, quod rectè confirmat solam taciturnitatem in rebus, quæ ad Principis salutem pertinent esse puniendam, quanto magis in nostro casu negationem?

48. Hispano autem iure eadem sententia confirmatur l. 6. tit. 13. part. 2. vbi agens de pertinentibus ad Principis salutem, eis verbis: *Otro si qualquiera que lo supiese por qualquier manera, e non lo descubriese puesto, que non viniese acabamiento de fecho es traidor e deue morir por ello e perder quanto quier que ouiere, quo nihil congruentius, nam quocumque modo scierit, debet denunciare, & pœna ordinaria iniungitur tacenti; & nota prodicionis, vbi Gregorius Lopez glossa 8. com. probat ex Aretino, Felino, & Rocho, & idè probat l. 9. dist. tit. 13. eadem part. 2. eis verbis: *Cá aquellos que entendiesen el mal, o el daño de su señor, e non lo desuiesen fariar traición conocida porque deben hauer tal pena en los cuerpos, e en los aueres segun fuese aquel mal que pudieran estoruar e non quisieron, qui enim tacet, & negat conspirationem, quam scit, & non deuiat eam, vel illi occurrit, consentire videtur, addenda est l. 23. tit. 18. part. 2. in finalibus verbis: *E non tan solamente es traidor por perderse el castillo teniendo el así como sobre dicho es, mas aun lo sería perdiendolo otro que despues lo tubiese por aquella razón, que el encubriera falsamente.***

49. Idem dispositum l. 21. tit. 4. lib. 4. fori vnde sumptum est iuramentum quod Hispani in receptone Principum suorum & dicimus *Iura* præstare consueuerunt, & quod factum Regi Henrico III. in Curia Matriti refert noua eius Historia, cap. 7. pag. 21. quo exprimitur iurare, arcere omnia, quæ eius respiciant damnum, & nec publicè, vel occultè contra faciendum, & in iuramento nostri Principis, quem Deus incolumem nobis seruet, & refert meus consanguineus, & amicus D. Antonius Hurtado de Mendoza in eius relatione, pag. 24. hæc Regna iurarunt ei obedire, seruitium curare, nec aliquid contra permittere directè, nec indirectè, si aliter facerent proditores censeantur.

50. Similiter eundem sensum confirmat l. 38. tit. 6. lib. 3. Recop. vbi agens de illis, qui ab his Regnis extraxerint equos, aut monetam auream, vel argenteam, quod pro specie præsumptæ prodicionis habetur, Auilesius cap. 52. Prætorum, verbo *incurra*, pluribus probauit Tiber. Decianus 2. tom. crim. lib. 7. cap. 29. num. 7. adduntur in dist. l. 38. hæc verba:

Y qualquiera, que lo supiere que no lo descubriere a la Justicia, que incurra por el mismo hecho en las penas que caen las personas, que sacan moneda, o cauallos fuera del Reino, sin nuesta licencia, contra el tenor y forma de las dichas leyes.

Melior textus de iure Hispano l. 16. tit. 26. § 1. lib. 8. Recop. vbi pœnas proponens contra naturales Regni Granatensis, qui Piratas, Turcas, vel Mauros in eius partibus receperint, vel occultauerint, vt reos læsæ Maiestatis cenfer illos, qui statim non denunciauerint, eis verbis: *Y queremos, y mandamos que sean auidos por encubridores, acogedores, y fauorecedores los que entendieren, y supiere y en qualquiera manera viniere a su noticia, que los dichos Turcos, y Moros estã en los puertos y tierras del dicho Reino, o aya algun trato, inteligencia, o concierto para venir a el, y no lo descubrieren luego que a su noticia viniere, y lo reuelaren al nuestro Capitan general, y a los otros Capitanes generales, o a los nuestros Corregidores, y Justicias para que lo puedan proueer, y remediar.*

Debebat enim hic vassallus, qui à Principe de coniuratione interrogatus, & eam negauit, vt fidelitatis specimen exhiberet, cuius formã statuitur in titulo de forma fidelitatis. in vñibus feudorum, cap. de forma 22. quæst. 5. quidquid contra dominum immineret, præcauere & denunciare, iuxta verba eorum iurium, ibi: *consilium & auxilium præstet, si beneficio vult dignus videri, & de fidelitate esse fabuus.*

Quibus rationibus & iuribus accedunt auctoritates plurimum Doctorum, quorum ferè omnes tenuerunt in crimine læsæ Maiestatis eo solum quod aliquis sciat crimen & non denuntiet, eius reus censendus: & fuit opinio Bartoli in d. l. vtrum, & in l. lege Cornelia, ff. ad l. Cornel. de falsis, quem sequitur vniuersa Doctorum schola, vt refert Plaza de delictis, cap. 22. num. 17. & communem opinionem tradit Menchaca lib. 1. controuerf. illust. cap. 16. num. 1. vbi pro Bartoli sententia refert Decium, Cagnolum, Aquensem, Florianum & Felinum, & quamuis limitet vt qui tenetur denunciare, non sit obligatus ad proponendam accusationem iudicalem, tamen si proposuerit, & probare non possit, per duellum res poterat antea expediri, & refert n. 2. notabilem casum ex nostris historiis, vbi nobilis alium quasi contra Regem machinaret, accusauit, per duellum res expedita & ambo armati, equitantes tribus diebus, incredibili ferocitate pugnarunt, multis vulneribus vtrinque acceptis, tandem per Regem fuisse à lite & accusatione absolutos, magno omnium

nium tam nobilium quàm plebeiorum applausu.

54. Sed adhuc ipse Menchaca ibi num. 3. & 4. quamuis excuset accusationem iudicalem, non verò excusat vt Iudici extrajudicialiter denuntietur vt dano occurri possit ad quod teneri probat omni iure Canónico & Ciuili, & conscientie foro.

55. Circa eandem rem de praxi Italiae testatur Augustinus in additionibus ad Angelum, de maleficiis, & ipsum condemnasse pœna capitis dominum vassallorum, cui caput abscissum, quia Principi non reuelauit coniurationem, & similem praxim Mediolani tradit Bosius in praxi, tit. de crimine læsæ Maiestatis, num. 48. ad fin. vbi refert vidisse Mediolani tempore Gallorum, quemdam Bartolomeum Ferrara Mediolanensem, à quatuor equis dilaceratum, eo solum quia non detexit conspirationem, & Gigas de crimin. læsæ Maiest. lib. 3. rub. fin. quæst. 2. num. 10. refert Baldum deplorare memoriam Ioannis Barhadori, cui ex hoc solum caput abscissum fuit, & eandem opinionem tenuerunt Marfilius, Carrerius, Craueta & Capicius, quos refert Iulius Clarus in praxi crimin. lib. 5. §. fin. quæst. 87. num. 2. & Bertachinus in repertorio, verbo *sciens*, num. 14. tradit, cum in fano Prætor esset, decapitari fecit tres reos ex sola scientia tractatus seditiosi quem non detexerant, & idem factum cum ciue Mondulphi, quia non indicauit conspirationem contra Pontificem, & Cagnolus in l. culpa non caret, ff. de regul. iur. ad fin. tradit, suo tempore plures viros illustres, quorum nomina occultat periisse, quia conspirationem non detexerunt, & tempore Pontificis Leonis dicitur, multos dominos vassallorum fuisse pœna capitis punitos, quia non denuntiarunt coniurationem cuius notitiam habebant, vt refert Alciatus lib. 8. Parergon. cap. 9. qui testatur ita illum vidisse praticari Mediolani, & aliis populis, & nota eius verba: *Quod tali tempore omnibus nouitate facinoris territis etiam innoxij corripiantur, nemine pro eis patrocinari audente.* & ex antiquis, Ioanne & Petro Saliceto, Abbate, Curtio Iuniori, Felino, Laudensi & Lucano, & Decio, qui quamuis non probat Bartoli sententiam, tamen in praxi obseruari tradit, notauit Olfacus decif. Pedemont. 80. num. 1.

56. Vterius idem probatur Beroius, Afflictis, Neuizanus, Socinus Iunior, Brunus, Mantica, Natta, Angelus, Clauastus, Syluester, & plures quos refert Menoch. lib. 2. de arbitrar. cent. 4. casu 355. num. 9. & 10. ex Castrensi, Iafone, Hostiensi, Ioanne Andrea & Romano, Anton. Gomez tom. 3. variar. cap. 2. num. Ioann. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. tom. 1.

8. & pro eadem, sententia Farinac. in praxi, quæst. 31. num. 69. refert Decianum, Socinum Iuniorum, Thegum, Antonium Gabrielem, & alios plures, & in falsitate monetæ, cuius crimen Maiestatis læsæ existimatur vt puniri debeat qui non denuntiauit falsos Monetarios, cum Bartolo, Afflictis & Alciato idem Farinacius 4. p. praxis, q. 115. n. 49.

Et generaliter qui non detegunt latrones & delinquentes, debeant puniri, cum Azore, Iacobo Butricario, Ophredo, Hippolyto, Riminaldo, Petro Gregorio, & aliis, idem Farinac. quæst. 133. num. 80. & Gigas de crimin. læsæ Maiest. q. 25. num. 3. cum Alexandro & Castrensi tenet, qui scierit aliquid contra patriam & non detexerit, eo solum vt particeps criminis puniendus, & multo magis si machinatio fieret contra Principem, qui Pater patriæ existimatur, & tunc pœna capitali esse puniendum qui non denuntiauerit, tenuit Thufcus practic. lit. R. conclus. 310. num. 2.

Sed quamuis Pereira de manu Regia, cap. 10. velle limitare quando conspiratio quæ denuncianda possit probari, tamen num. 43. ex Diuo Thoma, Nauarro & Menchaca tenet in casu læsæ Maiestatis, cum periculum instare potest, debeat denunciare, & sine dubio admittit, vt quando conspirationis tractatus non est consummatus, & detegendo illum potest vitari, vt in hoc casu fieri debeat, & referens Iasonem, Mainerium, & alios idem probauit Flores de Mena lib. 1. variar. quæst. 18. num. 25. & 32. ex Innocentio, Archidiacono, Syluestro, Angelo, Soto, & aliis generaliter ad vitandum damnum publicum & priuatum, probauit Pater Thomas Sanctius consil. moral. lib. 6. cap. 2. dubio 9. n. 41. & in crimine Maiestatis idem tenuit Scipio Gentilis de coniuratione, ad l. quisquis, verbo *confessis*, C. ad l. Iuliam Maiest. nam eam distinctionem an possit probari crimen denuntiatum, vel non ita accipit, vt quando potest probari, non detegere faciat tacentem participem criminis, vt talis puniatur, pro quo plures retulit Rolandus à Valle volum. 2. conf. 88. num. 1. vsque ad num. 10. & quamuis intendat numeris sequentibus defendere solum pœnam contra non denuntiantem admittendam contra illum qui potuit probare, in hoc casu non agimus contra hunc reum, quia non instituerat accusationem iudicalem, sed quia conspirationem quam cognouerat, non detegit vt ei posset occurrisimo interrogatus à Principe, negauit, & nullus est iuris Dector, ex quibus in contrarium expendi possunt, vt quamuis excuset non accusantem quando probare non poterat, nullus tamen

vnquam admittit si interrogatur à Principe de coniuratione quam scit vassallus, licere eam negare, imo & ipse Rolandus dict. conf. 88. num. 22. monet & consulit vt qui sciret aliquid contra Principem machinari statim denuntiet ne aliter eius indignationem iuste incurrat, & detegendo possit occurrere damno.

59. Sed in ipsis Prouincijs Belgij, de quibus noster casus, & Ducatu Brabantia eadem doctrinam admissam ex Capicio, Antonio, Gabriele, Menochio, Iulio Claro, Misfingero notauit Christianeus decisionum Belgicarum 196. num. 23. & solum num. 24. ab ista obligatione denunciandi conspirationem excipit Confessarium, qui in Sacramentali confessione coniurationem cognouerit, & ita ex Decio refert decisum in Supremo Senatu Parisiensi, & frustrata in decisione Belgica exciperetur Confessarius, si reliqui non tenerentur denunciare damnum, quod scirent Principi imminere.

60. Præterea in idem Hippolytum, Viuium, Cassaneum, & morum proprium Pij V. pro declaratione cap. felix de pœnis in 6. vbi pœna mortis iniungitur ei, qui machinauerit contra Cardinalem, & extenditur ad illum, qui solum cognouit damnum imminere, & non declarauit, doctè cumulauit D. Alfaro idem probans de officio fiscal. gloss. 20. num. 321. vsque 331. & tradit, cum esset fiscalis in ciuitate Argentina reum accusauit de conspiratione in Principem, & quamuis non potuit probare in eo conspirationem, aut esse participem, quia tamen probauit reum tractatum cognouisse, & non denunciauissè, furca suspensum, & in num. 324. tradit id aequaliter velle restringere, esse valde perniciosum Principi & Reipublicæ.

61. Et eiusdem opinionis sunt alij plures præter supra relatos, quos cum alabo ne nimis immoremur, refert Costa de facti scientia, cent. 2. dict. 55. Guazin de defensione reorum, tom. 1. defensione 13. circa monitoria de reuelando, Hugolino de officio, & potestate Episcopi, cap. 95. Lazarius de monitoriis, sect. 2. quæst. 11. & sect. 3. quæst. 8. Nauarrus in Manuali, cap. 17. num. 13. 134. & 135. Comitulus lib. 3. quæst. 39. num. 5. & lib. 6. quæst. 4. Caualeanus 3. part. decis. 21. num. 77. Cauedo 2. part. decis. 82. num. 3. Campanellus in diuersorio Iuris Canonici, rubr. 11. c. 15. n. 93. Rosental de feudis lib. 2. c. 2. cõcl. 20. n. 14. & agens de Monitoriis, vt obligent ad denunciandum crimen hæresis, in quo simile notauimus crimen Maiestatis cum Lazario, Marco Antonio Genuensi, Bonacina, & alijs doctè D. Augustinus, Barboza de officio Episcop. allegat. 96. num. 51. & plures refert

Diana 1. tom. Moral. tract. 4. de denunciati. resolut. 1.

Et quamuis contra Bartolum tenuerit 62. Baldus, id procedit, vt pœna ordinaria puniatur, qui non denunciauit, sed omnes, qui opinionem eius sequuntur, fatentur pœna extraordinaria esse puniendum, & vltra quam Bartoli sententia tot iuribus comprobatur, & maiori suffragio Doctorum, & utilitati publicæ conueniens, ideo in praxi ab ea non recedendum, & Iulius Clarus in praxi, §. fin. quæst. 87. verlic. punctus est, tradit hæc verba: *Et licet opinio Bartoli videatur prima facie rigorosa, tamen ex alia habet in se magnam æquitatem, quomodo enim poterit Princeps de subditis suis confidere, nisi pro certo teneant, quod cum sciuerint aliquem contra eius vitam, aut statum moliri, id statim ipsi sint notificaturi? & si verum est, quod famuli non reuelantes domino suo mortem, quam sciunt ipsi inferendam, dicuntur rei eiusdem mortis, ad textum in l. 1. §. occisum, ff. ad S. C. Sillanian. cum alijs supra allegatis, cur idem dicendum non est in subdito versus Principem? certe hoc tanto magis debet procedere in Principe, in quo versatur publica utilitas, cum ex eius vita, & salute, eiusque status quiete dependeat salus & quies populorum.* Et Farinacius in praxi, quæst. 51. num. 71. postquam retulit Baldi opinionem, & illam sequutos pro Bartoli sententia tradit, eis verbis: *Et apud me nullam habet difficultatem, quod scilicet talis sic non reuelans tractatum, quem scit fieri contra suum Principem sit reus læsæ Maiestatis, & quod puniatur, neque etiam eum puniendum negant Doctores in contrarium allegati in n. precedenti licet sentiant minori pœna.* Et cum Bartolo, Angelo, Gigante, Antonio Gomez, Bruno, Plaza, Osafco, Antonio Gabriele, Iulio Claro, Rossio, & alijs tradit pœnam non esse minuendam, sed mortis irrogandam ei, qui cognouerit coniurationem in Principem, & non denunciauerit.

63. Et facit Tertullianus in Apologetico aduersus gentes, §. 57. vbi vt Religionis Christianæ veritatem, & excellentiam ostenderet tradit nam etsi Romani Imperatores Christianos odio haberent, & tyranicè contra Ecclesiam persecutionem excitarunt, & persecuti numquam tamè aliquis Christianorum contra illos conspirauit aut tacuit, & occultauit conspiratos, etsi tunc bellum esset cum Parthis, Marcomanis, & alijs inimicis Imperij.

64. Nec omnia supra dicta impediunt quæ ex parte huius rei vassalli obiciebantur dicebat primo conspiracyonem prædictam non habuisse effectum, & fuisse sine periculo, secundo

do non denunciauissè ne proderet consanguineos, & amicos & illis damnum inferret qui conspiracyonem excitarunt. Tertio illam non posse testibus probari, & ideo non debebat detegere. Quarto quia intendit Regi non negasse illum coniurationem, nam etsi à principio non confessus, tamen statim quo à Rege discessit cepit declarare, & postea rescripsit omne quod sciebat Principi in cuius presentia obliuioni aut reuerentiæ tribuit non declarasse, & ideo si aliqua mora fuit in detegendo conspiracyonem debet censeri purgata.

65. His omnibus respondendum est, nam quoad primum non habuisse effectum coniurationem certum non est, quia cum tractatu comprehenderetur vt hostium exercitus Prouincijs fidelibus, & Catholicis appropinquaret in illas ingressus, & cepit deuastare cum quadraginta millibus militum, anno 1635. & plures oppidos incenderunt, & virtute ac fortitudine Domini Infantis Ferdinandi Belgij Gubernatoris hostes repulsi Deo annuente qui nostri Regis pietati semper fauet, vnde dici non potest conspiracyonem effectum nõ fortitam, nec sine periculo fuisse cum in tam magno discrimine Prouinciæ Catholicæ, & obediens constituerentur.

66. Deinde quia vt supra expendimus, num. 9. etsi res periculo vacaret debebat admonere iuxta Quintum Curtium, nam semper creduli esse debemus, & vana quæcunque præcauere cum de Principis, & salute publica agitur, etiam si in suis rebus quis animosus exhibeatur in publicis timidus esse oportet, vltra quam res periculo non vacauit sed in magnum discrimen Belgicæ Catholicæ Prouinciæ adductæ, ex irruptione, & ingressu hostilis exercitus, & semper quæcunque, non solum quæ iuste timeri possunt Principi referenda, sed ea etiam, quæ etsi non apparent, aequaliter excogitari possunt.

67. Et præter supra adducta subiungam exemplum, quod adducit Rødolphus Boterius tom. 2. de rebus Galliarum, lib. 12. anno 1605. coniuratio facta Angliæ contra Iacobum Regem patrem eius, qui hodie regnat, & cum Iacobus iuberet Parlamentum congregari in Monasterio VVestensi, & plures sui Regni Proceres conuocauit, vt assisterent, & inter eos Baronem Monticlium, qui cum valde charus Persio & Casebio coniuratis illi fecerunt ab homine ignoto admoneri Epistola sine subscriptione, in qua hæc verba: *si se saluum vellet confesso illo abstineret, & quamuis posset admonitus credere id suum tantum periculum respicere ex aliquibus*

causis, nec aliquid de Rege dicebatur, tamen statim per Comitum Salisberiensem Epistolam Regi misit, & cum fieret inquisitio inuentus est famulus Persij coniurati in sacculo vestis habentis excussorium ferramentum cum fomite, vt ignem incenderet, & detentus casum detegit, & inuentæ triginta & sex casulæ pulueris sulphurei in concauis subterraneis sub aula in qua Parlamentum congregandum, & erant casulæ cooperæ cum ramis, vt eis igne admoto incenderent puluerem, & Rex cum alijs periret, quod si Baro Monticliensis statim Regi non denunciauerit, vita & status periret, quanto magis denunciatio facienda, cum in Principem coniuratio, & periculum dirigitur, & eius scientia directè habetur.

68. Ex iuribus tam iuris communis, quam Regni iubetur, vt sine aliqua cunctatione fiat prædicta denunciatio in l. 1. Cod. de falsa moneta traditur, vt primum repererit, in §. præterea vassallus, tit. quæ fuit prima causa feudum amittent. *debet dominum super hoc quam citius potest certiorare*, in l. fin. Cod. de his quibus vt indig. ibi: *Oportet enim eos ubique senserint dominum periclitantem ad prohibendum insidias concurrere*, & in l. 38. tit. 6. lib. 3. Recopil. ibi: *no lo descubriera. luego que a su noticia veniere*, vbi non relinquit arbitrium, an esset periculum, vel non in conspiracyone, sed vt statim denuncient, quia si id excusaret, nullus delinqueret, nec salus Principis pendere oportet ex eo, quod ille, qui debet denunciare, dicat periculum non esse, & omnes Doctores, quos pro hæc sententia retulimus, admittunt teneri denunciare, cum sciuerint, quasi fieri debeat absque mora, videlicet, *id statim ipsi sunt notificaturi*, vt notarunt Iulius Clarus dict. quæst. 87. & reliqui supra adducti.

69. Nec contra prædicta mouebit exemplum, quod refert Procopius lib. 3. de conspiracyone, quam fecit Artabanes cum Arface & Charafangre ad occidendum Imperatorem Iustinianum, & ad Germanum Imperium transferre, & quamuis Marcellus Aulæ Imperatoris Præfectus conspiracyonem cognouit, nec denunciauit, punitus non fuit, quia, vt constat ex Procopio, responderi potest, ibi non permitti non denunciare, imo potius traditur Iustinianum valde iratum contra illum, & si in aliquibus diebus omisit detegere ea ratione factum, vt certioraretur, an esset cetera conspiracyo, vnde nec illius scientiam habuit Marcellus, & adhuc in graue periculum deductus ex indignatione Iustiniani: nota verba Procopij, ibi: *sed Marcellus ipse imperterritus, & vita sua innocen-*

statim quo à Regis præsentia discessit, cepit declarare omne quod de conspiratione cognouerat, & postea secundo die post eius capturam Regi scripsit, & antea coram Rege obliuioni vel reuerentiæ tribuendam negationem. Id autem facile excluditur, quia expressè & iudicialiter in confessione, & in ipso libello quem Regi post capturam misit, declarauit ipsum negasse conspirationem ne noceret consanguineis & amicis qui in illa nocentes, unde tribui non potest obliuioni aut turbationi, quando à Principe iste vassallus in eius Aula semper benignè admissus, & turbati quando aliquis interrogatur, potius contra eum indicium præstat, & aliqui tenuerunt sufficere ad torturam, vt ex Bartolo, Aretino, Marfilio, Luca de Peña, Puteo, Blanco, Carrerio, Grammatico, Ploto, Simanca, Iulio Claro, & Thesaurio probauit Menoch. lib. 1. præsumpt. 89. n. 71.

80. Sed nec obliuio præsumi potest in retam magna & qua præsens erat, & adhuc de conspiratione agebatur tempore quo interrogatus, cap. cum illorum 32. de sentent. excommunic. ibi: *Nisi graue fuerit & notabile factum, aut is qui fecit aduersus fuerit, vel discretus, vt violenter contra obliuionem vel ignorantiam præsumatur.* vbi Panormitanus notauit Iason in l. si res obligata, num. 36. de legatis, l. & ibi Alexand. & in l. peregre, in prin. ff. de acquir. possess. cum Innocentio, Geminiano, Antonio de Butrio, Felino, Barbacia, Ripa, Craueta, Parisio, Menochio, & Capicio, probauit Mascardus conclus. 1127. num. 21. & nunquam admittendam excusationem obliuionis, in eo quod verosimiliter non præsumitur aliquem obliuisci ex qualitate rei, Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 25. num. 4. ex Baldo, Iafone, Menochio, Bossio, & aliis, idem Mascardus vbi proximè, n. 26.

81. Quod vero pertinet vt purgata mora denuntiandi debeat censei, quia statim quo à Rege discessit, cepit declarare, & post capturam libello scripsit, magis futile est, quia in Prouincia vbi de conspiratione agebatur, pluribus diebus postquam cognouit tractatum, tacuit, nec detexit, & in Curia Principis multis mensibus transactis antequam à Rege interrogaretur, non denuntiauit: & postea interrogatus, negauit: ideo nullo modo potest mora censei purgata, quia ad contrauentionem eius, quod quis facere debet, sufficit semel nolle, Baldus in l. 1. num. 1. vbi Salicetus num. 5. C. de instit. & substit. cum Alexandro, Decio, Iafone, Curtio, Imola, & Mieres comprobat Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. quæst. 29. num. 87. vbi etiam in causis

ciuilibus, num. 80. dubitauit an minor beneficio restitutionis possit restitui aduersus contrauentionem, & interpretatur opinionem illorum qui admittunt restitutionem vt procedat *re integra*, & cum minori non concedatur restitutio in delictis. Lauxilium, vbi notatur ff. de minor, & cum res non esset in hoc casu integra, post negationem Principi factam, & capturam rei, & cum diu taceret, cum magno dispendio publici status, absurdum esset admittere moræ purgationem, quia in iure multoties præsumitur denuntiationem reorum fieri, ne si capiuntur eos nocentes faciant, l. 1. §. cum quis, ff. de quæstion. eis verbis: *Plerique enim dum metuunt, ne fortè apprehensi eos nominent, prodere eos solent, scilicet impunitatem sibi captantes, quia non facile eis indicantibus proditores suos creditur; sed nec per facile impunitas eis per huiusmodi proditorum credenda est.*

Maximè, quia vt supra notauimus, iura 82. præcipiunt, vt in hoc crimine læsæ Maiestatis denuntiatio rerum statim sit facienda, & cum primum potuerit. Et cum non fecerit, imò nec interpellatus, & interrogatus à Rege declarauerit, in mora constitutus debet censei, quia mora committitur statim quo factum potuit & debuit fieri, & non est factum, l. si stipulatus essem te, l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obligat. l. hæc conditio si in Capitolium, ff. de condit. & demonstrat. Bartol. in l. stipulationes non diuiduntur, quæst. 5. ff. de verbor. oblig. l. 1. ff. de his quibus vt indign. Puteus de syndicato, verbo *negligentia*, num. 1. Mascardus de probat. conclus. 1088. num. 3. Negusantius respons. 47. num. 11. ex Corneo & aliis, Aldouinus consil. 19. num. 7. & 14. Craueta consil. 192. num. 17. & ex horæ transcursu mora committitur, Decius in l. vinum, num. 10. ff. si certum petatur, Menoch. de arbit. lib. 2. casu 220. num. 47. & illico quo quis defecit in eo quod faceret, tenebatur in mora, & l. si quis inficiatus, vbi Bart. ff. de positi, Ruin. lib. 5. consil. 136. num. 7. Negusantius respons. 171. num. 32.

Et quamuis dicatur moram modici temporis non nocere, vltra quam in hoc casu plus quam duorum annorum taciturnitas fuit, & vulgare axioma, vt parua mora non noceat, non potest ad certas regulas constringi, quia in aliquibus casibus minima dilatio plus nocere potest quam in aliis magna, Tiraquell. de retract. lignag. gloss. 2. §. 8. num. 9. & in tract. de iudic. in rebus exiguis, num. 101. & 165. & cum adeo Reipublicæ interfit statim, & sine cunctatione hanc fieri denuntiationem, mora non purgatur si postea fiat,

fiat, l. 1. §. si rem, ff. de positi, Alex. lib. 2. consil. 57. num. 11. Bellonus de potest. eor. quæ in contin. fiunt, cap. 73. num. 25. Menoch. de recuper. remed. 9. num. 146.

84. Et in terminis, qui debet delictum sine dilatione denunciare, & moram fecerit, non possit eam purgare, tenuerunt Angel. in l. si post tres, ff. si quis cautio, & in repetit. l. si insulam, ff. de verb. obligat. vbi notauit Alexandrum & Baldum in l. ancillis, Cod. de incoest. nuptiis, refert & sequitur Bertach. in Repertorio, verbo *denunciator*, & verbo *Syndicus denuncians*, & in respondendo ad interrogationes, quæ iure fiunt, moram respondendi non purgari, Angel. Imola & Alex. in dict. l. si insulam, & denotat l. de ætate 12. §. qui interrogatus, ff. de interrogat. action. ibi: *nihil facit Prætoris auctoritas, sed ipsius responsum, siue mendacium*, & multo magis id procedit in interrogatione facta vassallo ex Rege, vt Domino suo, quemadmodum in hac expressum fuit.

85. Deinde, quando propter confessionem delicti ex statuto minuitur pœna, qui tarde confessus non gaudeat immunitate, maximè cum primò negauit, vt in præsentibus cum Bartolo, Romano, Saliceto, Cataldino, Cauallino, Socino, qui communem opinionem tradit, probauit Petrus Cauallus resol. crim. cent. 1. casu 56. num. 4. & num. 86. cum Arimino in additione ad Angelum de malefic. tenuit, qui primo negauit, postea confessus non gaudet priuilegio confessionis, nec etiã eo potest gaudere, qui non persistit in confessione, sed iterum negat, vt cum Baldo, & Angelo Cauallus vbi proxime num. 22. & hodie hic vassallus postquam declarauerit illud, quo intendit excusari, adhuc negat aliquid scire, quod pertineat ad conspirationem, & valde absurdum esset, vt negans, quod declarauit, idque post capturam factum, hodie quasi non denuncians, & declarans, præmium petat ex suo delicto contra regul. l. non debet in fin. cum l. sequent. ff. de dolo, & quamuis vere hodie confessus, & persisteret in confessione, possunt obiici verba Imperatoris in l. 2. ff. de iuris & facti ignor. ibi: *sera prece subueniri tibi desideras.*

86. Denique id confirmatur duobus exemplis vassallorum, quorum vnus, quia Regi negauit, et si postea declarauit coniurationem, pœna capitis punitus; alter, quia veritatem detexit, & confessus, veniam impetrauit: primum apud Gallos nobis præstat Dux Bironius, de quo supra retulimus num. 19. illum admonitum à Rege Henrico noluisse verum fateri, & coniurationem declarare, & quamvis postquam vinculis detentus omnia aper-

Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Ffsc. tom. 1.

tè confessus, adhuc pœnam non vitauit. Nota verba authoris, qui nostra Hispana lingua Bironij vitam transcripsit lib. 5. ibi: *Iugo à caritas descubiertas con los comisarios confesando lo castitodo con proferir tan atrebidamente, le condenaua como lo que le podía escusar.* Nec enim id profuit, quia serò factum, & vt conueniat cum verbis dict. l. 2. Cod. de iuris & facti ignorantia, nota, quod tradit de hoc agens Rodolphus Botereus de rebus Galliarum tom. 2. lib. 9. ibi: *Bironius more Phrygiorum sero sapiens, iam sero inclusus alta mente conquebat, quo dilabi posset inerti cogitatione & opera.*

Alterum exemplum refert Pontanus lib. 87. 26. rerum Danicarum, pag. 265. agens de coniuratione, quam contra Valdemarum I. Regem Daniæ patrauit Magnus dilector Regi Aulicus, & cum à Rege interrogaretur de coniuratione, & primò negaret, postea Rex obtestatus, verum diceret nullum deinceps locum veniæ relinqui, apertè confessus, & pedibus flexus veniam obtinuit, & noranda verba Pontani, ibi: *Sed Rex pristina amicitia recordatione consurgere iustum, ingratitude præcipue coarguisse satis habens, tandem veniam se confessioni tribueret, non vero familiaritatis iura restituere dixit.* Vnde maximè puniendus vassallus in hoc casu, qui potest cum Esaia cap. 6. dicere, *ve mihi, quia tacui, & illi obiici, quod traditur in cap. 1. de frigidis, & malefic. cur tandem tacuit?*



ALLEGATIO LXVI.

Indicia in conspiratione quando sufficiant ad pœnam ordinariam.

1. *Probatio fisci pro facta habenda quando ab aduersario impeditur.*
2. *Indiciis probandum quod testibus non potest.*
 - l. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re milit. & n. 5.
 - l. 2. Cod. quorum appellationes non recipiuntur.
 - l. licet Imperator, ff. de leg. 1.
 - l. locuples, ff. de manumiss. testam.
 - c. cum dilecti, de donat.
 - c. fin. de success. ab intestato.
 - Vsuaris manifestus habetur qui indiciis conuincitur.*
3. *Indicia sufficiunt ad imponendam pœnam corporalem, & quando possunt.*

Qq q 4. Pro

4. Probationis difficilis qua sunt, potest in eis fieri condemnatio ex indiciis.
5. Præsumptiones admittenda ne veritas pereat.
c. præterea, de testibus.
l. fin. ff. de probat.
6. Conspiratio semper fit in occulto.
Probationis difficilis censentur qua in occulto fiunt.
7. Particeps criminis præsumitur qui sciens non denunciaverit cum deberet reculare.
Delictum qui prohibere potest & non prohibet, videtur approbare.
8. Scientia habetur pro patientia cum prohiberi crimen potest.
l. culpa caret, 50. ff. de reg. iur.
l. scientia, 45. ff. ad legem Aquil.
l. in delictis, 4. ff. de noxalibus.
l. x. §. hæc autem, ff. famil. ercisc.
l. nihil interest, 15. ff. ad l. Cornel. de sicar.
l. quid ergo, 13. §. 1. ff. de his qui not. infam.
l. liberorum 11. §. fin. l. non alia, 19. ff. de his qui not. infam.
l. adigere, 6. in principio, ff. de iure Patronat.
l. inbemus, §. æconomos, Cod. de sacros. Eccles.
9. Delicta particeps censetur qui delicto potest adhibere remedium, & non adhibuit.
c. dilecti, de sentent. excommunicat. in 6.
c. sicut dignum, §. illud, de homicidio.
c. constitutus, 1. de testibus.
10. c. facientis, 3. distinct. 86.
c. error, distinct. 83.
c. consentire, distinct. 83.
c. negligere, 52. 2. q. 7.
l. 16. tit. 26. lib. 8. Recopil.
11. Approbare videtur actum qui potest reprobare, & non reprobat.
Indicium sumitur contra illum qui non detegit crimen, nec ei occurrit.
c. non inferenda, 23. q. 3.
c. qui potest, c. quantæ, de sent. excommunic.
12. Indicium est quod potest iudicem persuadere.
Indicium est contra eum qui delinquentibus associatur.
13. Indicia sunt arbitraria.
l. pen. ff. de questionibus.
14. Remedium coniunctum cum magno periculo non admittendum.
15. Exceptiones in verosimiles non admittenda.
Indicium est contra eum qui allegat in verosimile.

- Indicium sumitur contra Notarium qui utitur modo insolito in scriptura.
c. quam graui, de crimine falsi.
16. In verosimile præbet contra aliquem indicium.
Præsumitur aliquem facera quod ad eius decorem spectat.
17. Indicium est contra eum qui scit aliqua culpa notari, & ab ea non se purgat.
18. Præsumitur aliquem scire, & velle quod in domo sua fit.
l. si tutor, ff. de peric. tutor.
l. prospexit, ff. qui & à quibus explic.
19. Indicium sumitur contra eum in cuius domo delictum factum.
l. 1. ff. ad Senatuf. Sillanian.
Indicium contra eum qui frequentat locum delicti.
Indicium contra dominum instrumenti cum quo factum delictum.
20. Verbis consentire cum delinquente indicium participationis præstat.
21. Indicium est contra receptatorem inimici.
l. 1. C. de his qui latrones.
l. si quis forte, C. de desertoribus.
22. Receptans rebellem vel hostem Reipublicæ, pœna ordinaria puniendus, licet aliqui credant extraordinaria.
l. 6. tit. 26. lib. 8. Recopil.
l. Methodorum, 40. ff. de pœnis.
23. Indicium contra eum qui audit & non resistit ei qui persuadet. Regis vassallos ab eius inimico auxilium petere.
24. Præsumitur quando aliquid præcessit quod sequitur in eius fieri executionem.
l. his qui suis, 4. §. unde quæri potest, ff. de manumiss.
l. 3. de fundo instructo.
l. si vno, ff. locati.
25. Dolus actus sequentis colligitur ex precedenti.
l. si fuerint, §. fin. ff. de reb. dub.
l. ille aut ille, §. cum in verbis, de legatis 3.
26. Socius criminis potest esse testis in crimine lesa Maiestatis.
c. x. de confessis.
c. fin. de testibus cogendis.
c. si quis cum militibus, 6. q. 1.
c. nemini, 13. q. 3.
l. quisquis, ad fin. C. ad legem Iul. Maiest.
27. Conspiratio non potest fieri sine sociis, & ideo examinandi.
28. Coniurationis particeps suo testimonio facit indicium quod sufficit ad torturam.

29. Indi

29. Indicium contra aliquem est recusare comparere coram Rege.
Indicium contra eum qui recusat in iudicium venire.
c. Christianus, 12. 11. q. 1.
c. nullus, 4. de præsumpt.
Innocentia magna vis.
30. Reges ut Deus venerandi.
l. 1. C. de silentariis, lib. 12.
l. exactionum, Codice de cursu publico, lib. 2.
l. 2. C. de Fabricensibus.
c. si quis tacitis, 22. q. 5.
l. 1. ff. ad legem Iuliam Maiest.
l. 1. tit. 13. p. 2.
c. licet hædi, de simonia.
31. Princeps debet contemnere detractores.
l. Vnica, Cod. si quis Imp. maledix.
32. Maledicentia contra Principem punienda, quando est grauis præiudicij.
33. Maledicentiam contra Gubernatores Deus punit.
c. 12. Numerorum.
Maledicere contra Principes species Proditionis.
l. 3. tit. 13. p. 2. & n. 35.
l. 17. tit. 13. p. 2. & num. 35.
l. 11. tit. 26. lib. 8. Recopil.
l. 3. tit. 8. lib. 8. Ordinamenti, & numero 35.
l. 3. tit. 9. lib. 8. Recopil.
34. Principem Tyrannum dicere est crimen lesa Maiestatis.
Paulus lib. 5. Sententiar. tit. 29.
35. Maledicentia qua solum respicit irreuerentiam in Principem contemnenda si verò publicum ledit statum ut crimen lesa Maiestatis puniri debet.
l. famosi, 7. §. hoc tamen, ff. ad legem Iuliam Maiestatis.
36. Male audire de Principe ut proditio habetur.
l. 2. tit. 13. p. 2.
l. 8. tit. 13. p. 2.
37. Verba sunt speculum animi.
Verba reorum suffragantur indiciis.
38. Indicium vrgens est contra aliquem falsum dixisse, de Principe.
39. Dolus præsumitur in eo qui dicit mendacium.
l. si quis affirmaverit, §. 1. ff. de dolo.
l. quod venditor, ff. eodem.
l. eleganter, §. idem Pomponius, ff. de dolo.
l. falsus, §. si quis, ff. de furtis.
l. 2. tit. 7. p. 2.
Consulens male Regem infidelis habetur & morte dignus.

Ioann. Bapt. Larrea Alleg. Ficc. tom. I.

- l. 7. tit. 13. p. 2.
40. Indicium contra eum quem omnes censent salutem esse à Republica abesse.
41. Indicium doli est contra eum qui rem periculosam persuadet.
l. fin. §. illud, versic. summopere, C. de temp. app.
l. idem qui, §. si ignorantes, ff. mandati.
42. Rebellio Olandorum, processit ex heresi, & ambitione Principis Orangij.
43. Inquisitionem odio habebat Orangius.
44. Cardinalis Granuella à calumniis defenditur.
45. Similis gaudet simili.
Indicium facit contra aliquem cum proditoribus tractare.
l. adiles, §. Pedius de adilit. edict.
l. si plures, §. quamuis de admin. tutor.
46. Indicium est secreta habere cum delinquente.
47. Belli & Regiminis dispositio ad Principem pertinet.
Indicium est contra eum qui occultat instrumenta.
l. Vnica, Cod. de Latin. libert. tollend.
l. 2. §. Decius, ff. de iure fisci.
- Indicium est contra eum qui non exhibet quod debebat exhibere.
l. ubi exigitur Argentarius, 8. ff. de edendo.
48. Præsumitur semper contra insolitum.
l. si quis sub conditione, de condit. & demonst.
49. Impossibile reputatur ut aliquis faciat quod honorem ledit.
l. filius 15. de condit. institut.
Impossibile de iure eiusdem qualitatis censetur ut impossibile à natura.
l. si stipuler, 35. l. continuus, 135. §. cum quis, ff. de verb. oblig.
l. conditiones, 9. l. conditiones, 14. ff. de condit. instit.
- l. 32. tit. 9. p. 6.
l. 1. tit. 13. p. 2.
50. Indicium contra illum sumitur qui rem pessimam persuadet.
Indicium contra illum qui cum sciret viam periculosam ex latronibus, & grassatoribus, per eam dirigit viatores.
51. Rebelliones solent colorari prætextu obedientia, & defensionis Regum.
52. Regia dignitatis illusio est. eam verbis honorare, & factis, & inobedientia velle suprimere.
53. Indicium sumitur contra eum qui alteri

Q 99 2 falso

- falso impegit erimen.
54. Ingratitudo omnium criminum fomes.
55. Ingratos magis esse timendos in coniurationibus.
56. Indicium est contra eum qui prope est locum delicti.
57. Presumitur aliquem non iactare sua. l. cum de debito de probationibus. l. fin. §. fin autem, Cod. de arbitr. tutela.
58. Indicium est contra eum qui in concordia, & amicitia est cum conspirato aduersus Principem.
59. Conspirati solent inter se diuidere Prouincias obtenta conspiratione.
60. Indicium urgens ex presumptione Castiana ut contra eum sumatur in cuius utilitatem cedit factum. Presumptio excludit aliam.
61. Delictum presumi commissum ab eo qui ex illo utilitatem consequitur.
62. Presumptio Castiana in conspirationibus solet sumi.
63. Indicium est contra eum qui scit secreta coniuratorum.
64. Indicium est contra aliquem affectare ignorantiam eius quod scit.
65. Coniurati nondum delati solent in socios sauire ut fidem insinuent fidelitatis.
66. Indicia habentur pro liquidissimis probationibus. l. i. C. de probation.
67. Probationes imperfecte regulariter non coniunguntur in criminalibus. Probationes imperfecte coniunguntur in rebus difficilius probationis.
68. Probationes imperfecte coniunguntur quando non se invicem elidunt sed potius adiuvant. l. cum scimus, Cod. de Agric. & censit. §. b. ii. l. rationes, l. instrumenta, Cod. de probat.
- Indicia plura etsi leuia coniunguntur ad faciendum validum indicium.
69. Conspiratio ex sua natura non perficitur uno momento sed habet tractum successuum.
70. Conspiratio tractatur secreto, & occulte. Probationes imperfecte coniunguntur ad probandam conspirationem.
71. Conspiraciones noua Belgij in multis cum antiquis conueniunt.
72. Capitula antiquorum Belgij fœderum conueniunt cum eis que in hac noua tregua proponebantur.
73. Iuramentum primum qui contemnis
- etiam secundum aspernabitur.
74. Confessio delicti inducitur ex petitione iudiciali venie.
75. Absentem, ff. de penis explicatur.
76. Misericordia Princeps non debet indulgere in conspiratione. Principatus excellentia maior, & tributum delinquentes punire.
77. Princeps peccat qui propter laudem Clementia delicta grauiora remittit. Misericordia vitiosa quando ea exercetur ubi non iusta. l. si hominem, 7. ff. de positi.
78. Reo Criminis imputandum quando iniuste opponit impedimentum fisci probationi. Probatio fisci impediri à reo non debet. c. interposita de appellation. l. i. §. sed si neget ff. de tabul. exhib. l. intra utile, 39. ff. de minoribus.
80. Probationes faciende iuxta consuetudines Prouincia ubi testes producuntur. Iudex in atrocissimis decernere potest ut communicatio rei cum aduocatis fiat presente fiscali.
81. Confessionem facere videtur qui iudicium subterfugit. Probationes impedire proprium est reorum.
82. Impedire videtur qui non consentit stylo iudiciorum.
83. Impeditus non censetur qui potuit impedimentum remouere. l. 2. §. quod diximus, ff. si quis cautionibus. l. sed & si per Prætozem, §. i. ff. ex quibus causis maiores.
84. Impeditus quando possit tenetur remouere impedimentum etiam cum periculo. l. item queritur, §. exercitu, ff. locati.
85. Impedimentum non prodest impedito cum ex eius culpa prouenit.
86. Probatio iniuste impedita à reo criminis pro facta haberi debet.
87. Actis iudicialibus fides adhibenda quia eorum magna auctoritas. c. sicut 16. de sentent. excommunic. c. bona memoria, 13. de elect.
88. Testes de bono parum prodesse solent.

De

De Indiciis quibus probatur conspiratio contra Principem
& quando sufficiant indicia ad pœnam ordinariam.

- A**D huius rei explicationem supponendum, cum ex parte fisci probationem fieri conspirationis intenderetur, & cum extra Hispaniam probatio facienda, fisci Aduocatus Supremi Consilij Hispaniarum mandatum dedit Fiscali Magni Consilij Belgij, vt pro illo testes exhiberet, & pro reo fuit obiectum, nullo modo assistere debere testium examini Fiscalem Magni Consilij, vt moris est illarum Prouinciarum, & controuerfia non decisa nullus testis examinatus fuit, & ultra quam debet ceteri facta probatio pro fisco, quam aduersarius impedire intenderat, vt ad finem huius allegationis comprobabitur, & ex indiciis & presumptionibus, quæ ex declarationibus, epistolis, & libellis rei colliguntur, huius delicti probatio sumenda.
2. Pro quo facit indicia & presumptiones, quando sunt vehementes, non minus operari, quam testes iuxta l. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re milit. eis verbis: quod enim liquido probari non potest, argumentis probatur, & in l. 2. Cod. quorum appellatio non recip. traditur: argumentis conuictus, testibus superatus, quasi licet testes superent, tamen argumenta conuincant, & quod indiciis, & presumptionibus suadetur ceteri probatum, glossa in l. i. Cod. de testament. milit. l. licet Imperator, ff. delegat. 1. l. locuples, ff. de manum. testam. Cod. cum dilecti, vbi Abbas num. i. de donat. cap. fin. de success. ab intest. & haberi pro vsurario manifesto illum, quando coniecturis suadetur, quamuis testes de vsura non deponant, lason in dict. l. licet Imperator, num. 5. Alexand. vol. 2. consil. 24. num. 6. Gail. lib. 2. obseruat. cap. 97. num. 6. Menoch. lib. 1. præsumpt. 95. Mieres de maiorat. 2. part. in initio, num. 18. D. Valenquela 1. tom. conf. 28. num. 11. Giurba conf. 43. num. 22.
3. Vnde ex indiciis posse imponi pœnam corporalem, & ordinariam tenuerunt omnes in dict. l. 2. & cum Baldo, Aretino, Cacialupo, Curtio Seniori, Grato, Craueta, Anania probauit Menochius de præsumption. lib. 1. præsumpt. 40. num. 11. conseq. ex

Abbate, Carrerio, Bruno, & Mascardo idem Menochius dict. lib. 1. præsumpt. 97. & tenuit additio ad consil. 82. Fatnac. 1. tom. crimin. lit. A, vbi cum Bellamera decif. 688. tradit opinionem contrariam Innocentij esse communiter reprobata, & adducit decisiones Hieronymi Laurentij, & Pegnara vbi ex indiciis vehementibus rei fuerunt ad mortem damnati, & pro hac opinione Bartolum, Baldum, Salicetum, Ananiam Bolognetum, Calderinum, Albericum de Rosare, & alios plures refert idem Farinac. decif. 164. num. 3. & 4.

Quod maximè procedit in rebus difficultis probationis, vt conspiratio, quæ semper in occulto, & secretè tractatur, probauit Baldus in l. quicumque, num. 25. Cod. de feruis fugit. idem Bald. in l. fin. num. 2. versic. sed quando, & versic. item ponit, ff. de probat. Ignèus in l. excipiuntur, num. 30. ff. ad Sillaniam. Felinus in cap. asserto, num. 10. versic. quarto limita, & ibi etiam Anton. de Butrio num. 7. de præsumpt. vbi etiam Ioann. Andreas, & Imola num. 3. & 4. Grammaticus conf. 22. Menoch. dict. quæst. 40. num. 13. vbi ex Alexandro & Craueta probat in rebus difficultis probationis sufficere indicia, & ea cumulari, & sufficere ad condemnationem, Decianus in tract. crim. lib. 7. cap. 24. num. 10. & cap. 26. num. 4. Bosius in praxi, tit. de conuict. 37. Boherius decif. 164. num. 5. Farinac. tom. 2. conf. crimin. 75. num. 4. Iulius Clarus in praxi crim. §. fin. quæst. 20. qui tradit esse communem opinionem, & ita practicat in Senatu Mediolanensi, & Grammaticus decif. 42. & decif. 96. ita decisum testatur.

Quod necessario inducitur ex iuris dispositione, qua cauetur admitti presumptiones, ne veritas periret, & occultetur, vt notant plures, quos refert Farinac. conf. 26. num. 5. Giurba conf. 2. num. 45. & conf. 13. num. 1. & conf. 43. num. 22. vbi refert plures, addendi Tindarus in l. admonendi, ff. de iur. iurando, num. 291. versic. quinto, Trenzacing. 1. part. consil. 51. num. 23. Arismintis Tepatus lib. 1. variat. tit. de testibus, cap. 5. & communis calculo Doctorum admissum in causis difficultis probationis indicia, & presumptiones inducere plenam, & legitimam probationem tradit Barbosa in l. 2. part. 1. num. 78. ff. solut. matrim. comprobans ex l. non omnis, §. à Barbaris, ff. de re milit. cap. præterea de testibus, Castrensi, Angelo, Neuizano, Cassiodoro, & Rotæ decisione, & tradit sufficere indicia, quæ animum iudicis inducant ad credendum delictum, aliter veritas periret contra quod traditur in l. fin. ff. de probation. & idem tenuit Azebedo in l.

4. tit. 6. lib. 8. Recop. num. 51. ibi: *In his, quae sunt difficilis probationis, qualibet informatio Iudicis habetur pro plena probatione*, & fuit doctrina Bartol. in l. in illa stipulatione, ff. de verb. oblig.

6. Et conspirationum tractatus fieri semper in occulto & secreto ex Politicis notauit Scipio Gentilis in tract. de coniurationibus, lib. 2. pag. 198. & ipsa rerum experientia ostendit, vnde cenferi oportet difficilis probationis, vt omnia, quae solent in occulto fieri, & notarunt Anton. Gabriel tit. de testibus, conclus. 7. num. 8. Rolandus à Valle vol. 1. conf. 7. num. 15. Tiber. Deciano vol. 2. conf. 92. num. 64. Hector Felicius allegation. 10. num. 6. & cum aliis multis Mascardus de probation. conclus. 1359. num. 9. Farinac. in praxi, quaest. 62. num. 50. Giurba conf. 2. num. 45.

7. Et cum ad indicia recurrendum in causa difficilis probationis, & in casu praecedentis allegationis notauimus expendenda.

Primum indicium desumitur ex eo, quod late supra probauimus, teneri eum, qui cognouerit coniurationem, denunciare, eo ipso, quo diu tacuit vassallus, & interrogatus à suo Principe, negauit, debet, vt particeps eius praesumi: nam vt tradit Cicero lib. 1. offic. qui non defendit, aut obstitit, si potest, iniuria, tam est in vitio, quam si parentes, amicos, aut patriam deserat, & Arnobius aduersus Gentes inquit, *Par est delinquere, & delinquentes non prohibere, quisquis patitur peccare peccantem, is vires subministrat audaciae*, & ideo Abulensis super Genesis cap. 49. quaest. 3. vt particeps venditionis Iosephi iudicet alios eius fratres, filios ancillarum, quia licet non disposuerunt venditionem, tamen tacuerunt, & non repugnarunt, & tradit ibi: *quia indicatur intentio probata ab eo, qui tacet, & fuit Saluiani sententia, in cuius manu est, vt prohibeat, iubet agi, si non prohibet, admitti*: & Seneca lib. 9. controuerf. 6. tradit: *Veneri dati à prinigno conscientia, non secus ac ipsa propinatio, ex lege puniri iubetur*, vt velut particeps delicti cenferi debeat, qui conscientiam criminis habens non detegit, vt ei occurratur, & vt ipsum crimen id. puniendum ex Aristotele, Cicerone, Alciato, Matien. & aliis probauit D. Solorzano de crimine parricidij, lib. 1. cap. 15. & supra allegatione praecedenti, num. 12. expendimus locum Cornelij Taciti lib. 1. Historiae, vbi Tribunus Iulius Cerealis, quia seditionem militum non vitauit, etiam si mortem timuit, particeps conspirationis iudicatus, vt notauit Tacitus eis verbis: *ac si contra tenderet, exitum metuens praebuit*

plurisque suspicionem conscientiae, & similiter in allegat. praecedenti, num. 24. tetulimus verba Famiani Stradae lib. 7. de Belgio, ibi: ne silendo fuga particeps videretur, quasi tacere, quod deberet Regi detegi, & denunciari, participationem arguat, & vt ex Seneca vbi proximè, & in allegatione praedicta late probauimus eadem poena puniendum, qui delictum vel coniurationem, quam cognouit, non detegerit, merito participationis praebit indicium ex sententia Quintiliani declamatione 270. ibi: ergo & similitudine pane, etiam crimen par exigere debetis.

Iuuant responsa Iurisperitorum in l. 8. culpa caret 50. ff. de regul. iuris, vbi culpa carere dicitur, qui scit, & prohibere non potest, quasi culpa immunis non sit, qui potuit denunciando damno occurrere, & in l. scientia 45. ff. ad l. Aquil. ibi: *scientia habetur pro patientia, quando prohiberi potest, & tunc dicitur scientiam cum consilio in l. in delictis 4. ff. de noxal. & videtur delictum approbari, l. 1. §. Iac autem, ff. famil. ercisc. & censetur committere delictum, qui potest ei obuiare, & non facit, l. nihil interest 15. ff. ad l. Corneliam de fideiur. l. quid ergo 13. §. 1. ibi: *ipse videtur constituisse, l. liberorum 11. §. fin. ff. de his qui not. infam. l. non alia 19. ff. eod. l. adigere 6. in princip. ff. de iure patronat. l. iubemus, §. oconomus, Cod. de sacrosanct. Eccles. & cum in hoc casu detegendo conspirationem potuit ei mederi, nec dum voluit vassallus detegere, imo interrogatus à Rege negauit, vt particeps criminis puniendus, & velut impediens iustitiae administrationem, & remedium quod Princeps posset adhibere, cap. qui alterum 24. quaest. 3. cum Innocentio, Angelo, Saliceto, Gregorius Lopez in l. 18. gloss. 15. tit. 14. part. 7.**

Sed etiam participem esse delicti eum, 9. qui ei desinit resistere, cautionem, & remedium adhibere probatur, cap. delicti, de sentent. excommunicat. in 6. eis verbis: *si potest, & negligit, videtur iniuriantem fouere, & esse particeps eius culpa, & vt quis debeat alterius damnum vitare, quanto magis Principis, & Reipublicae, videndi Syluester, Couarruias, Iulius Clarus, Nauarrus, Suarez, Emanuel Rodericus, Molina, Lessius Rebellus, Thuseus, Gregorius Lopezius, Antonius Gomez & Farinac. quos refert Barbosa in collect. d. cap. dilecti, num. 9. & in cap. sicut dignum, §. illud de homicidio, probatur videri illum occidere, qui potuit vitare homicidium, & non fecit, & postea subiungit, ibi: *nec caret scrupulo societatis occultae, qui manifesta facinori desinit obuiare*, cap. constitutus 1. de testibus.*

Conducunt

10. Conducunt verba cap. facientes 3. distinct. 86. ibi: *non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus participes iudicantur*. Et notabiliter postea subiungit, ibi: *& nihil prodest alicui non puniri proprio, qui puniendus est alieno peccato, & in cap. error 3. distinct. 83. traditur error, cui non resistitur, approbatur, negligere quippe, cum possis deturbare peruersos, nihil aliud est, quam fouere, facit cap. sentire, eadem distinct. cap. negligere 55. 2. quaest. 7. & iure nostro Hispano in l. 16. tit. 26. lib. 8. Recop. Id probatur eis verbis: *Queremos, y mandamos, que sean auidos por encubridores, acogedores, y saborecedores los que entendieren, y supieren, y no los reuelaren luego, que viniere a su noticia*. Et confirmat in terminis Gigas de crimine laesae Maiestatis, q. 24. num. 3. vbi participem delicti conspirationis censet eum, qui scit, & non denunciat, & ex Paulo de Castro, & Angelo tradit eis verbis: *conscijs perturbationis Patria sua, vel alterius delicti commisi in Patriam puniuntur, vt particeps ex sua scientia, sicut qui aliquid scit contra Principem*.*

11. Et tam in delictis, quam in contractibus, qui potest & debet reprobare actum, si non reprobat, censetur approbare, Bartol. in l. quo enim, §. 1. num. 1. ff. rem ratam haberi, Caualean. 1. part. decif. 42. num. 21. Surdus decif. 111. Thesaurus decif. 70. num. 11. Iosephus Ludouicus decif. Perus. 29. num. 8. & in terminis sumi iudicium contra aliquem, eo quod non detegit crimen, nec curauit ei occurrere, argum. cap. non inferendae 23. quaest. 3. cap. qui potest, cap. quantae de sentent. excommunicat. cum Panormit. Cagnolo, Carriero, A finio, Nouello, Gandino, Igneo Blanco, Mascardo, Iulio Claro, & aliis probauit Farinac. 1. part. prax. quaest. 51. num. 1. vbi refert plures, qui tenuerunt adeo efficax indicium ex eo desumi, vt sufficeret ad torturam.

12. Secundum, & vrgentissimum indicium post praedictam taciturnitatem, & negationem conspirationis colligitur, quia hic vassallus in Belgio cum esset status, & belli Consiliarius, & ageretur in Consilio de coniecturis praedictae conspirationis, ille Gubernatori Belgij persuasit, vt eos, quos sciebat coniuratos, ad Curiam euocaret, & in feccretioribus confessibus, & Consiliis admitteret, vt in sua praesentia nullus auderet aliquid patrare, & videretur de illis confidere, quod maximum indicium praestat: nam in Consiliis inducere cojuratos nihil periculosius, & nisi qui illos faueret, proponere non posset: nam cum indicium sumatur ex eo, quod Iudicem persuadere valet, Castrensis in l. fin. num. 5. Cod. de probat. Menoch. lib. 1. pra-

sumpt. 7. num. 16. cum Baldo, Anania, Mathefilano, Bolognino & aliis Boerius decif. 164. num. 4. cum Butricario, Conrado, & Antonio Gomezio, Farinac. 1. tom. conf. crim. 78. num. 27. & 2. tom. conf. 108. num. 2. referens Salicetum, Bosium & alios, & non solum velle in Consiliis immiscere conspirantes, sed cum delinquentibus associari praebet indicium contra illum ex doctrina Baldi lib. 5. conf. 41. num. 5. quem refert & sequitur Thuscus practicar. lit. I, conclus. 96. num. 12. & tenet Carrerius in praxi crimin. verbo: *Obseruare curabis*, num. 119. ibi: *idem si defendit, visitet, associet*, & comprobat ex Puteo, Angelo & Grammatico.

Maximè cum indicia sint arbitraria, iuxta 13. quod Iudex aestimauerit eis credendum, Puteus de Syndicatu, verbo *tortura*, num. 4. & verbo *mandauit* num. 9. & 17. Simancas de Catholicis instit. tit. 65. num. 22. & Roxas meus collega de haereticis, num. 586. cum Bartolo, Baldo, Alexandro Romano, & Iulio Claro, Thuscus Practic. lit. I, conclus. 97. n. 1. & ex l. penult. ff. de quaest. Ziletus tom. 1. conf. 63. num. 20. idque praesertim in hoc vassallo fouet indicium, qui vt peritus rerum Belgicarum scire poterat, & debebat anno 1566. tempore Margaritae Parmensis Belgij Gubernatricis in alia coniuratione, & tumultu conspiratorum, cum isti peterent licentiam, vt ad Curiam peruenirent, euocatis ad Consilium Prouinciarum Praefectis, atque aurei velleris Equitibus, Senatoribusque priuati Consilij, congregato confesso diebus 25. & 27. Martij, & 2. Aprilis, & dubitatum, an intra urbem admitterentur coniurati, Princeps Orangius, vt maturaret rebellionem, in quam confestim proripit, eandem, quam noster reus sententiam proposuit, admittendos & vanos timores affirmabat aduersus homines sibi non ignotos, & multos amicitia, nonnullos etiam sanguine coniuratos, contra verò consulebant fideles, non admittendos intra urbem coniuratos, refert Famianus Stradae de bello Belgico, lib. 5. pag. 210. & eandem controuersiam memoratur Florentinus Vander de initiis tumultuum Belgicorum, lib. 2. pag. 206. si ergo in Orangio iustum prodicionis indicium praebuit hoc consilium, & exitus comprobauit, merito in nostro vassallo illud praebere, & sequi praesumptionem similem praestabit.

Nec excusatio quae à Reo proponitur poterit prodesse id consuluisse, vt Gubernatoris praesentia conspirati continerentur, quia vltra quam numquam denuntiauit conspirationem sed tacuit, & occultauit gubernatori

tōri, posset enim admitti, si fateretur conspiratos (quod potius negauit) & ut Piscarius cum voluntate Imperatoris Caroli V. cui denunciavit coniurationem, sine vlla mora, tunc annueret coniuratis, ut refert Prudentius Sandoualium in Historia Caroli lib. 13. §. 23. verum negando conspirationem, quam certō sciebat suadere, ut ad Curiam euocarentur conspirati, & ad interiora Consilia admitterentur, idque pro damni medicina proponere nihil verius, aut periculosius potest existimari, cum in Consiliis possent coniurata secreta belli & regiminis cognoscere, & omnia præcauere, ut quod Rex intenderet, frustraretur, & in hoc casu conueniunt verba Diui Augustini: *Medicina de crudelitate certauit & vicit*, & quod de Lucio Sylla, tradit Seneca lib. 5. de benefic. cap. 16. ingratus fuisse, nam ut occurreret Marij, quam dicebat tyrannidem induxit bella ciuilia & proscriptionem. *Ingratus Lucius Sylla qui patriam durioribus remedijs quam pericula erant sanauit*, minus enim nocerent conspirati si extra urbem essent etiam si aperte in facinus, proditorium prosilirent quam in Consiliis admittente vbi omnia, quæ dispenserentur ad virandam conspirationem possent elidi.

15 Sed nec debent excusationes & exceptiones admitti, cum fuerint inuerosimiles, & inutiles, ut quis maximum periculum pro securitate, & remedio proponeret, & quando allegatur, quod inuerosimile indicium sumitur contra eum, qui allegat, Bald. in l. 1. Cod. de seruis fugit. Craueta Consil. 28. num. 2. ex Corneo & Socino Seniori, Farinac. tom. 1. conf. 80. num. 61. & qui vult aliquid contra rectam rationem, & prudentiam, & quod fieri solet, ut in hoc casu contra se indicium præstat ut desumitur contra Notarium, qui vsus modo insolito in instrumento, cap. quam graui, de crimin. falsi, Decius in cap. 2. de rescript. cum Panormitano, Angelo, Socino, Craueta, & Zephalo Mascardus de probation. conclus. 740. num. 38. & semper præsumitur pro eo quod solet fieri, & contra quod ab illo recedit Romanus in l. si emancipati, Cod. de collat. Aretinus in l. sed et si, num. 4. ff. de acquir. hæred. ex glossa, Baldo, Craueta, & Calcaneo Mascardus conclus. 532. num. 75. & cum non possit præsumi hunc reum facere velle rem adeo insolitam, extraordinariam, periculosam, & contra Regis seruitium sine aliquo fine, qui tenderet ad fouendam conspirationem, ideo participationis nascitur indicium.

16 Tertium indicium consequenter sumitur, quia cum in prædicto confesso & Consilio propositioni ab hoc reo factæ Gubernator

responderet, ideo non euocare ad Curiam absentes, quia in Epistolis quas in manu habebat, ei rescribatur in Belgio magnam conspirationem in Regem parari, reus tunc pro absentibus, qui erant conspirati, respondit illos esse valde fideles Regi, quod neutiquam, nisi illis consentiret, respondere poterat, ut fideles defendere proditores, quos esse conspiratos certō sciebat, & nulli cum eo alloquuti de conspiratione, & postea sēper magno vinculo amicitia illis admixtus, & non est verosimile, nisi vellet tractatum, & consentiret contra suum decorem, & opinionem cum conspiratis familiariter, & amice ageret, & huius verosimilitudinis, ut nisi particeps illos vitaret, sumitur argumentum & indicium, argum. l. cum de indebito in princip. ff. de probat. cum multis Tiraquel. in præfatione, l. si vnquam, num. 37. & sequent. Cod. de reuocand. donat. Mascard. conclus. 1409. & semper creditur quem facere & sequi illud, quod ad ipsius decorem, & auctoritatem spectat, ut ex Fulgoso & Croto probauit Gratianus 3. tom. dilect. cap. 435. num. 36. & noluisse in hoc casu participem conspirationis arguit.

Et augetur indicium, quia in eis epistolis, 17. quas exhibuit in Consilio Gubernator, dicebatur ferē omnes nobiles Belgij esse participes conspirationis, & hunc nobilem, de quo agitur, audiuisse illam, & cum eo præfente id diceretur, tacuit. quod de conspiratis sciebat, & cum audire, & non indicare copiarationem sit contra decorem, & auctoritatem illius, nec detexit, nec aliquid fecit pro sua exculpatione, est vrgens indicium eo crimine comprehensum, quemadmodum cū aliquis sciret scribere quem cōtra eius honorem, & tacet, nec satisfacit, & sufficere hoc indicium ad torturam, tenuerunt Bartol. Marsilius, & Carrerius, quos refert & sequitur Menoch. lib. 1. præsumpt. 89. num. 129. & se retulit, ad quod probauerat, lib. 2. præsumpt. 46. ut præsumatur contra illum, qui tacet, cum aliquid opponitur: nam innocens non sineret ipsi crimen imputari, Petrus V Visfelius in l. fin. Cod. de maledicis, & indicium præbet, qui à tam maxima nota non se purgat, vel defendit, Castrensis lib. 3. conf. 280. Craueta conf. 65. num. 8. Menochius lib. 2. præsumpt. 91.

Quartum etiam indicium desumitur: cōspirati se congregarunt, & hanc coniurationem disosuerunt in domo villæ huius nobilis, & occasione nuptiarum filia suæ, & præsumitur aliquem consentire, & scire, quod in illius domo fit, ut ex l. si tutor, ff. de periculo tutor. probauit Mascard. de probat. conclus.

clus. 227. num. 4. nec solum dominus domus præsumitur approbare, & scire, quod in eius domo geritur, sed etiam famulos & seruos, ut inde procedat dispositio l. prospexit, ff. qui, & à quibus, vbi ad probationem adulterij domina præsumitur posse illud scire, non solum seruos, qui in domo sunt, sed etiam qui in ministerio extra domum inseruierint, & ne subducantur à quaestione torturæ, quia sine illa testes idonei non sunt serui, iuxta quæ notauit Farinac. 2. part. praxis, quæst. 55. inspect. 2. maximè num. 174. traditur seruos non solum qui in domo sunt, sed etiam extra domum seruientes manumitti non posse, quia per communicationem domesticorum mores dominae, & quæ in domo fiunt, cognoscere possint, & hæc est ratio dict. l. prospexit, vbi et si l. C. dixerit durum esse intelligendum videri, sed habet rationem, quam expressimus, ut eam defendunt iuri consonam V Vesenbechius in paratitla, tit. de legibus, Bartol. Iafon, Alciatus, Riminaldus, Menochius, Ripa, Cagnolus, Casar Costa, Conanus, & alij, quos refert Morla in emporio, tit. de legibus, quæst. 10. num. 26. Suarez de legibus, lib. 3. cap. 19. num. 12. Rodriguez de annuis redditib. lib. 1. quæst. 11. D. Castillo tom. 5. controuers. cap. 89. num. 95. & 96. D. Lara in compendio vitæ homin. c. 23. num. 5.

19. Et ideo ex eo quod delictum factum in domo alicuius contra illum sumitur indicium, ut ex l. 1. ff. ad S. C. Sillaniam. cum Bartolo, Hippolyto de Marsiliis probauit Farinac. in praxi, 1. p. quæst. 36. num. 64. & similiter præsumitur quem scire quod fit in loco quæ frequenter, ex Alexandro & alijs Mascard. de probatio conclus. 452. num. 8. & eo solum quod quis sit proximus loco delicti contra illum indicium procedit Puteus de Syndicatu, verbo: *qui est inuentus*, num. 1. cum Bartolo, Angelo, Gandino, probauit Farinac. lib. 3. conf. crim. 213. num. 3. quemadmodum exurgit indicium contra eum cuius ensis sanguine aspersus, & madefactus, ex Gandino, Lazario, Ioanne Andrea, Carrerio, Puteo, Menochio, Bertazola, & alijs Farinac. 1. part. praxis, quæst. 52. num. 56. etiam si contra eum nulla sit alia præsumptio, quam ut sit dominus instrumenti, cum quo intelligitur delictum factum, quanto magis indicium procedit, quando in villa huius rei, & occasione matrimonij filia suæ conspirati congregati, ut disponerent coniurationem.

20. Quintum indicium est multoties reum dixisse, & confessus fuit, *nolle suam & Prouinciarum ruinam*, & hæc verba conueniunt cum eis, quorum prætextu conspirati voluerunt rerum publicarum statum, & Regis dominationem turbare, & cum illa verba confessus, quibus vtuntur conspirati ad improbum, & flagitiosum tractatum, indicium contra reum sumendum iuxta quod ex Anania, Ludouico Romano, Bolognino, Curtio, Tiraquello, & alijs notauit Mascardus de probat. conclus. 442. num. 11.

Sextum indicium procedit, quia irrefragabili testimonio probatum in sua domo hunc reum admisisse Tubicines. Principis Orangij, & famulos alterius rebellis: & qui in sua domo recepat inimicum, ut particeps cum eo censetur, & dignus eadem pœna, & argum. l. 1. Cod. de his, qui latron. Doctores probarunt in ea, Carrerius in practica, 3. part. tractatu de homicidio, §. post verum maleficium, num. 15. Iodocus sub rubric. de receptator. delinq. cap. 134. num. 2. Follerius in præxi 1. part. 2. part. verbo *baniuntur*, num. 10. in terminis Gigas de crim. læsæ Maiestatis lib. 3. rub. 1. de pœnis, quas filij incurrunt, quæst. 20. num. 1. Mierez in confit. Cathalonix, tom. 2. collat. 9. c. 37. num. 12. & cum l. si quis forte, Cod. de desertor. Bald. & Saliceto probauit Peguera in pract. cap. 20. num. 5.

Et quamuis fuerit opinio Menochij, & aliorum quos refert Farinac. in praxi, p. 1. q. 30. n. 96. qui securius esse admittunt non pœna ordinaria, & eadem qua rebellis vel hostis Reipublicæ, sed extraordinaria, & minori puniri receptatorem, tamen ex nostris legibus qui recepat inimicum læsæ maiestatis crim. inis reus habetur, l. 16. tit. 26. lib. 8. Recopil. aut si eum in domo occultauit ut in hoc casu nam in equorum stabulo eos abscondisse hunc reum probatum, & facit, l. Methrodorum 40. ff. de pœnis ibi: *vel occultari eum distimulauit*, & l. 4. tit. 18. l. 8. Recopil. vbi pœna corporali, & amissione bonorum punitur receptator inimici ex Cicerone. actio 3. in Verrem, & l. 3. Longobardorum probauit Azebedo in d. l. 4. num. 1. & notandum cap. 1. Bullæ in Cœna domini vbi fautores hæreticorum habentur qui eos recepat vel abscondunt ut ex pluribus iuribus Caietano, & alijs probarunt Nauarrus, & reliqui in d. cap. 1.

Septimum indicium ipsum factum ostendit, nam quidam Regis Angliæ minister cepit edicere, & proponere in pluribus occasionibus præfente reo, & alijs ex conspiratis in conspectu ad quem adductæ Belgij Prouincix non poterant conseruari nisi peterent auxilium à Rege Angliæ, Gallix, & Prouincix rebellibus Hollandiæ, & cum hanc propositionem multoties faceret, & in domo eius qui erat caput conspirationis reo præfente

fente qui nunquam detexit vel denunciauit vt debuerat ne ille Minister Anglus vassallos Regis nostri ad seditionem excitaret, & à Prouincijs Belgij expelleretur, omnia quæ supra notauimus ad indicium participationis in non reuelando conspirationem huic casui etiam conueniunt.

24. Octauum indicium procedit, nam conspirati propofuerunt reo, & ille confessus vt à Curia exiret, & omnes illum ducem facturi & sequi promiserunt, & postea minabatur ille Gubernatorem nisi plura quæ petebat consequeretur curiam deserere, & ad suas villas, & opida profecturus, & hoc cum præcederet conspiratorum persuasio ad deserendam Curiam, & Gubernatorem præstat indicium eius voluntatem, & intentionem cum conspiratis conuenire quia in iure præsumitur cum aliquo præcessit quod sequitur in eius fieri executionem, vt argum. l. his qui suis 4. §. vnde quæri potest, ff. de manumif. tenuerunt Doctor. communiter vt testatur Alciat. de præsumption. regul. 2. præsumpt. 24. num. 2. Bartolo, Decio, Alexandro, Iafone, Marfilio, Craueta, Castrensi, Socino, Seniori, Baldo, Corneo, Capra, Cagnolo, Grato, & alijs probauit Menochius lib. 3. præsumpt. 49. num. 12. post Parisum, & alios idem Menoch. conf. 1. num. 295. ex Baldo, Saliceto, & Ancharrano Surdus decif. 291. n. 9. Carrocus decif. 113. num. 19. & 20. Mandellus Albenfis conf. 70. num. 12. Montera Cueva decif. 10. n. 1. & expenditur, l. 3. ff. de fundo, instruct. ibi: *Talem in causam fidei commissi deductum videri placuit qualis fuerat legatus*, l. si vno, ff. locari cum alijs.

25. Tum ex rebus quæ cum aliquo præcesserunt eius intentio verborum, & operum colligitur, ex l. si fuerint, §. si de rebus dubijs, l. ille aut ille §. cum in verb. ff. de leg. 3. cum Hostiensis, Baldo, Ioanne Andrea, Panormitano, Barbacia, Burgalo, Butricario, Ofasco, Tiraquello, Craueta qui plures refert vt ex actu præcedenti dolus sequentis colligatur probauit Surdus decif. 326. num. 84. & 85.

26. Nonum defumitur indicium quia vnus ex conspiratis manifestis qui pro coniurato damnatus fuit in confessione huius causæ edixit illum mirari hunc reum ausum fuisse in Hispaniam peruenire, & quamuis socius criminis ex aliquorum sententia contra socium indicium non faciat, sed tamen in crimine læsæ Maiestatis socius criminis potest esse, testis, cap. 1. de confessis & interminis coniurationis etiã si fuerit contra priuatum, cap. fin. & ibi glossa de testibus cogendis & cõtra Principem, cap. si quis cum militibus, 22. ad fin. 6. quæst. 1. cap. nemini, 15. quæst. 3.

Doctores per text. ibi, in l. quisquis, ad fin. C. ad legem Iuliam Maiest.

Idque ea ratione fundatur nam cum delictum conspirationis & coniuratio fieri non possint sine socijs criminis, ideo debent examinari Conradus, in praxi tit. de testibus, §. personas testium aggrediendo post num. 39. Anton. Gomez, tom. 3. variar. cap. 12. num. 16. & adductis exemplis Atheniensium, Romanorum, & Græcorum ex Salustio, Cornelio Tacito, Quinto Curtio in coniuratione, cum Baldo, Alexandro, Iafone, Croto, Ruino, Saliceto, Campegio, Marfilio, Boherio, Gigante, Mascardo, Ondeldorpio, Simancas & Peguera probauit Menochius lib. 2. de arbitrar. cent. 5. casu 474. num. 27. 28. & 29.

Et participem coniurationis facere indicium, quod sufficiat ad torturam, quia cum adeo interfit detegi, & non posset probari, nisi particeps examinaretur ex cap. fin. de testibus cogendis probauit Menoch. dict. n. 29. cum Bartolo, Cino, Angelo, Bellapertica, Alexandro, Gandino, Guidone, Boherio, Nata, Folletio, Monticello, Antonio Gomezio, & Iulio Claro Farinacius de indicijs, & tortura quæst. 43. num. 56.

Decimum indicium superiori proximum est: nam multoties dixit in hac Curia reus iuste ad eam venire, ipsum timuisse, & ad Belgium scripsit, vt eius epistolæ recognitæ ostendunt, sed frater eius cum sciret velle reum ad Hispaniam proficisci, omisit negotia, in quibus extra Bruxellam erat, dicens venire, vt impediret fratris aduentum in Hispaniam, quia certo sciebat inde illum non rediturum, quod consonat declarationi criminis socij, qui miratus reum audere ad Regem nostrum, & Hispaniam venire, & solum aliquem recusare, vel timere in iudicio comparere, sumitur indicium contra eum, cap. Christianus 12. §. 11. quæst. 1. nam ex prædicta recufatione & timore videtur se reum fateri, cap. nullus 4. de præsumpt. & comprobant Romanus conf. 169. num. 3. Afflictis decif. 13. num. 22. & ex timore deponendi, & comparandi coram Iudice esse indicium ad torturam in testibus, cum Speculatore probauit Ioannes Grassis de substantia processus, vers. Commissarios, num. 2. nam qui innocens, etiam in periculo timere non debet, vt tradit Lactantius Firmianus de diuina instr. cap. 21. eis verbis: *Tanta est vis innocentie, vt ab ea ignis ille refugiat innocens, qui accipit à Deo hanc potestatem, vt impios vrat, iustis obtemperet*, & vt tradit Horatius lib. 1. Odæ 22.

Integer vita, scelerisque purus

Non

*Non eget Mauris iaculis nec arcu,
Nec venenosis granida sagittis,
Fusce pharetra.*

Et alijs pluribus confirmat exemplis, & securitatem innocentis; nec timere debere comprobatur Diuus Gregorius lib. 2. Moralium.

30. Vndecimū indicium procedit, quia frater huius rei plura conuitia contra Regem dicebat, & eius regimen tyrannidem appellauit, idque reo præfente, quod semper maximum crime existimabitur, si notauerimus amorem, & venerationem, quam subditi Regibus debent, quam adorationem iura expriment, l. 1. Cod. de silentiar. lib. 12. ibi: *vt tam in adoranda nostra serenitate*, & ibi glossa fin. quam sequitur Platea in l. primicerium, C. de Fabricens. lib. 11. Lucas de Pena per textum, ibi in l. euictionum, Cod. de cursu publico, lib. 12. & in l. 2. Cod. de Fabricens. ibi: *Æternitatem nostram adoraturus*, & hic loquendi modus fundamentum habet ex sacra Scriptura, Exodi cap. 22. ad fin. ibi: *Dijs, non detrahes, & Principi populi non maledices*: vbi simul agitur de veneratione Dei & Principum. Et vide Numer. cap. 10. & 16. lib. 3. Regum, cap. 2. & in iure hæc coniungi probat cap. si quis tacitis 22. quæst. 5. ibi: *Si quis in mortem Principis sui aliquo machinamento insidiatur, quia sacrilegium peragit in Christum Dei manum mittens, anathema sit*. Et in l. 2. ff. ad l. lul. Maiest. traditur crimen læsæ Maiestatis esse proximum sacrilegio, quia Principes, vt Deus, debent venerari, & idem l. 1. tit. 13. part. 2. & templum Dei tradit esse Principem, Lucas de Pena in l. prædia, C. de locat. prædior. ciuil. lib. 11. vt diuinum numen & nomen Regem reuerendum, & venerandum constat lib. 2. Regum, cap. 1. vt Rex Christus vocatur, & inde crimen læsæ Maiestatis æquiparatur hæresi. quæ est contra Deum, vt præter supra adductos alleg. 65. num. 38. & 72. probari videtur cap. licet Heli de simonia, ex Deciano lib. 7. crim. c. 37. num. 6. Hippolyto de Marfilis con. 1. criminali.

31. Et quamuis omnes qui Politica regendi præcepta insinuarunt fuadent Principem contemnere detractiones vt de Imperatore Tiberio refert Cornelius Tacitus lib. 6. anal. cap. 2. & lib. 16. cap. 1. nam etiam si in principio sui Imperij accusantes detractores fueret postea tamen contempsit, & dicebat in populo libero oportere linguas esse liberarum & singulare est quod tradit Seneca lib. 1. de Clementia, cap. 10. *Nonne Agricola Iobem maledicunt? Nautæ conuittiantur? Quid ergo ignorat hoc Iupiter? Imo scit si omnes conuittatores supplicio afficeret quibus imperaret non ha-* Ioann. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. tom. 1.

beret. Et ideo in l. vnica, Cod. si quis imperat. maledixerit, non debere Iudices ordinarios punire, qui Principi maledicunt, eis verbis: quoniam si id ex leuitate processerit, contemnendum, siue ex insania, miseratione dignissimum, si ab incuria remittendum, & cum Valerio Maximo, Plutarcho, Cornelio Tacito, Seneca, Lactantio Firmiano, Agellio, & Cælio Rodigino plura exempla expendit Decianus 2. tom. crim. lib. 7. cap. 50. in princip. per totum, & videndi Petrus Gregor. lib. 33. Syntagm. iuris cap. 8. num. 3 & 4. Petrus Herodius lib. 7. rerum iudicat. tit. 1.

Sed adhuc dict. l. vnica traditur ibi: *Vnde integris omnibus hoc ad nostram scientiam referatur, vt ex personis hominum dicta pensemus, & utrum prætermitti, an exquiri debeat. censeamus*, quasi quando, vt in nostro casu, maledicentia ostendat graue damnum Reipublicæ imminere, possint, & debeant maledici puniri.

33. Quod fuadetur ipsius Dei exemplo nam cum Maria Soror Moysis populi Israelitici Gubernatoris ei detraheret Deus valde iratus Numer. cap. 12. & lepra eã percussit, nec sāguini, & forori gubernatoris pepercit vt ex multis probauit Magister Marquez in Gubernatore Christiano lib. 1. cap. 21. & ita leges nostræ supplicia grauissima irrogant eis qui contra Regem loquuti, l. 3. tit. 13. part. 2. eis verbis: *Porque el pueblo que diffama à su Rey diciendo mal del porque pierda buena prez y buena nonbradía face traición conocida bien à sí como si le matare*, l. 17. tit. 13. part. 2. ibi: *onde aquellos que dixo ser asabiendas palabras, de que el Rey recibiese deshonra o abilitança faire traición porque de ninguna manera puede el homo deshonrar su señor en dicho, o en fecho, que no sea por ello traidor e deben hauer tal pena los que lo ficieren segun las palabras fueren*: & in l. 11. tit. 26. lib. 8. Recop. traditur, *qui en dice mal de nos, o alguno de nos, o de nuestros hijos es aleuoso por ello, y la mitad de sus bienes son para la nuestra camara, y el cuerpo a nuestra merced*. Et idem dispositum l. 3. tit. 8. lib. 8. ordinam. quæ est. l. 3. tit. 4. lib. 8. Recopilat. & hoc non solum procedit in maledicentia, quæ respicit seditionem, vt Principem tyrannum dicere, sed in quacunque illum detrahente, Bald. in dict. l. vnica, num. 1. sequitur Anania in cap. 1. de maledicis, num. 7. Hostiensis in summa cod. tit. vers. quot sunt genera, Bofius tit. de iniurijs, num. 43. Farinac. in praxi, quæst. 105. num. 392. Borellus de Magistrat. lib. 3. cap. 3. num. 7.

34. Ex quibus hoc esse crimen læsæ Maiestatis dubitari non potest, quia nulla maior potest iniuria Principi irrogari quam tyran-

R r r 2 num

num arguere, & tunc procedit doctrina Angelii, Francisci, Lucani, & Conradi, quos refert Farinac. d. q. 105. n. 418. vt puniendus sit vt reus læsæ Maiestatis qui contra Principem locutus, & ex loco Iulij Pauli lib. 5. sentent. tit. 29. ad leg. Iuliam Maiest. adducens emendationem Cuiacij, idem tenuit Tiberius Decianus, tom. 2. crim. lib. 7. c. 50. n. 29. & Camillus Borellus, d. c. 3. n. 7. & addendus Muscatellus, tit. de cognitione delictorum ad tit. si quis Imperatori maledixerit, vbi tradit hoc crimen maledicentiæ habere omnes specialitates læsæ Maiestatis, & num. 21. tempore Comitum de Miranda Protegis Neapolitani, Doctorem Hispanum, quia libellum dedit, vbi audacter contra Regem plura dicebat, prius abscissa manu, pœna capitis in foro publico affectus, & Decianus dicit cap. 50. à num. 23. vsque ad 29. ex Suetonio, Cornelio Tacito, Diône Cassio, Strabone, Celio Rodigino, & Petro Crinito, plures refert, qui eo quod contra suos Principes loquuti mortis supplicio damnati.

35. Sed opinio Gigantis, Mascardi, & aliorum, quos refert Farinac. dicit. quæst. 105. n. 417. Aimonis, Crauetæ conf. 6. Didaci Perezij in l. 3. tit. 8. lib. 8. ordinamenti, qui tenuerunt maledicentiam in Principem non puniendam, vt crimen læsæ Maiestatis procedit iuxta doctrinam dicit. vnicæ, Cod. si quis Imperat. maledix. quando maledicentia contemnenda, & solum respicit aliquam irreuerentiam, cum verò respicit turbationem publici status, vt in hoc casu, & grauius lædit Regem, dubitari non potest esse crimen læsæ Maiestatis, & hanc differentiam insinuare videtur l. famosi 7. §. hoc ramentum, ff. ad l. Iul. Maiest. vbi ex lubrico linguæ quis non debet huius criminis reus censer, quia vt infanus habendus; si vero tale sit delictum, ad exemplum legis vindicandum, & comprobatur expresse l. 3. tit. 8. lib. 8. ordin. eis verbis: *Ordenamos qualesquiera, o que las tales cosas blasphemaren, o dijeren contra nos, o contra qualquiera de nos o contra nuestro estado, & denotat l. 3. tit. 13. part. 2.*

36. Sin vero hic reus responderit illud non dixisse eum, sed fratrem, & cum Caimo dicat Genesis cap. 4. *Numquid custos fratris mei sum?* id non excusabit: nam vt tradit Diuus Bernardus lib. 2. de considerat. ad Eugenium. *destrahere, an destrahentem audire, quid horum damnabilius sit non facile dixerim, & vt ex Lacone refert Gregorius Lopez in l. 2. glossa 2. tit. 13. part. 2. non enim essent maledicti, si non inuenerint auscultatorem, & nostris legibus, vt proditio censeretur male audire de Principe, & non occurrere, l. 2. tit. 13. part. 2.*

ibi: e deben aborrescer de noz, quærer del oir ningun mal mas pesarlos, quando lo oyeren, e esfrayarlo mucho e vedarlo a los que lo dijeren mostrando todo su poder por mostrar, que non les place, e non deve codiciar en ninguna manera oir la cosa de que le pudiese venir danno, ni muerte ni deshonra ca esto seria vno de los grandes aleneuque ser pudiese. Et l. 8. tit. 13. part. 2. in terminis loquitur eis verbis: e si non obrasen dellas solamente porque las quisieron oir e las creyeron debèn ser hechados del Reino por tanto tiempo como el Rey tubiere por bien, quasi qui mala de Principe audit, videatur credere, cum aliàs non pateretur, & cum in hoc casu presente reo id diceretur, & falsa nota tyrannidis Princeps maculari videatur, non potest reus à culpa excusari iuxta quod ex Diuo Thoma. Soto, Caietano, Nauarro, Angles, Syluestro, Pedraza, & Alcozer tradit Thomas Sancius lib. 1. respons. Moral. cap. 3. dubio 7. num. 2. nec vnquam reus fratrem maledicentem reprehendit, vel à se abiecit, vnde merito contra eum nascitur indicium, quemadmodum contra illum, qui associat, & maximam habet familiaritatem cum delinquente, vt pluribus notauit Farinac. lib. 2. conf. crim. 164. num. 9. & conf. 247. num. 43. & lib. 3. conf. 207. num. 3.

Duodecimum indicium procedit, quia 37. post tres menses, quam hic reus vinculis detentus in libello quem scripsit, & vbi declarat factam conspirationem, & alia specialia huius casus, tradit resolutionem habere, omnia tunc contemnere, vt fidelitati suæ satisfaciatur, quib. verbis insinuat hucusque non voluisse, & nisi oppressus carcere, nollet iuxta illud Isaia cap. 28. *sola vexatio intellectum dabit, & lingua istius detexit, quod in corde habebat: nam semper est imago cordis, Diuus Paulus ad Romanos, cap. 10. nam vt plures Sancti dixerunt, ex abundantia cordis os loquitur ex Diuo Augustino, Sancto Antonio Paduæ, Abulenfi, & aliis rectè probauit Pater Nifenus 2. part. quadragesimæ, feria 1. 2. id est Lunes, assumpto 2 nec disposuit hic reus sermonem suum in iudicio, iuxta quod notatur Psalmo 111. nam hæc verba proferre non posset, qui semper Regi existeret fidelis ex Cassiodoro lib. 6. variar. cap. 9. *speculum siquidem cordis verba sunt, & dum in præfatione variarum dixit: contingit enim distimilem filium plerumque generari, oratio dispar moribus vix potest inueniri, & quantum suffragentur indiciis verba reorum, notarunt Socinus vol. 1. consil. 131. incipit in præfenti, vers. Præterea, Baldus in l. is qui. §. Diuus, ff. de Tutor. & Curat. datis ab his, Rolandus à Valle vol. 4. conf. 99. num. 50. & refert**

refert, quod tradit Baldus in cap. Mandatum de rescriptis, quem sequitur Curtius Junior conf. 22. num. 12. *Cos est Imperator lingua, & eam habet, sicut mancipium sub iurisdictione sua.*

38. Decimum tertium indicium præstat epistola quam post duos annos quibus hic reus vinculis tenebatur sua manu rescripsit negotiorum gestori in Belgio, vt omnibus amicis notum faceret illum non esse detentum in Hispania ex aliqua causa conspirationis aut eius scientiæ aut occultationis, sed quia Rex volebat eo prætextu illum punire ex eo quod proposuit treguam, & cōgregationem generalem Prouinciarum, quo Regem iniustum arguebat, & eo mendacio populū concitabat qui ex congregatione generali sperabat dānis Reipublicæ mederi, & treguam ad leuamen appetebat & vltra quam notauimus supra, num. 33. & 36. ex l. 3. & 17. tit. 13. p. 2. esse prodicionem dicere vel audire aliquid contra bonum nomen, & famam Regis hoc casu non solum falso, & iniue Regi iniustitiam imponit, sed timeri posset, ne subditi tumultuarent, si crederent, quod hic reus scripsit Principem illum punire, quia eorum leuamen procurabat, & eo solum quod quis de Principe falsum dicat, vel Principi mendacium vrgentissimum contra illum indicium desumitur, Bartolus, Alezander, Grammaticus, Rolandus, Decius, Aimon, Craueta, Hippolytus, Riminaldus, Blancus, Puteus, Mascardus, & alij, quos refert Farinac. in praxi, quæst. 52. num. 2. qui tradit esse magnum indicium doli, & ex Iulio Claro idem Farinac. tom. 2. conf. crim. 127. num. 21.

39. Iuuat indicium: nam velle nota inurere Regis iustitiam, & falso de illa scribere, arguit falsitatem, & maior dolus præsumitur in eo, qui dicit mendacium, l. si quis affirmauerit, §. 1. l. quod venditor, l. eleganter, §. idem Pomponius, ff. de dolo l. falsus, §. si quis, ff. de furtis, Castrensis lib. 1. conf. 136. ad fin. Craueta conf. 2. num. 13. & conf. 192. num. 13. Lucas de Pena in l. quoties, vers. quod si reus, Cod. de dignitat. lib. 12. Tiberius Decianus lib. 3. conf. 32. num. 29. Menoch. lib. 5. præsumpt. 3. num. 33. cum multis Mascardus de probat. cōcl. 31. num. 19. 26. & probatur expresse l. 2. tit. 7. part. 7. & si eo solum, quod aliquis malè consulat Regem, infidelis habetur, & morte dignus, l. 7. tit. 13. parte 2. quanto magis id procedit, quando Regi falso iniustitiam opponit, & mendacium extendit, quo subditi in Principis amore frigescant, & ab eius fidelitate & obedientia possint declinare.

Decimum quartum indicium prouenit, 40. quia hic reus ad Hispaniam missus ex consultatione Gubernatoris, & Consiliariorum Belgij, ea ratione, quia ad Itarum publicum & illarum Prouinciarum tranquillitatem erat conueniens hunc reum ab aliis euocare, quo omnium Ministrorum Regis testatione indicium sumitur esse nocium Prouinciis, & interesse conspirationi illum, quæ censuerunt salubre esse longe abfuturum.

Decimum quintum indicium procedit 41. voluisse anxie prosequi generalem congregationem Prouinciarum Belgij, & cum obiceretur ex alia simili congregatione parratam fuisse rebellionem, quam hodie sustinet Hollandiæ, Zelandiæ Princeps Orangius & Nassauia domus, respondebat illam rebellionem ex odio in Cardinalem Granuellanum processisse, non ex subditorum perfidia, quæ omnia vrgenti indicio suffragantur: nam velle eam congregationem fieri, & prosequi, quæ semper periculossima experta, & à Regibus improbata, & prohibita, vt tradit Famianus Strada de bello Belgico, lib. 8. pag. 501. eis verbis: *Hæc autem quamuis fierent Rege non solum inconsulto, sed etiam, uti non ignorabant inuito, quippe qui ordines cogi saepe vetuerat, & velle fieri illud, quod est periculosum, præbet indicium doli, l. fin. §. illud, vers. summopere, Cod. de tempor. appellat. l. idemque, §. si ignorantes, ff. mandati, & tenuerunt Baldus lib. 2. conf. 305. num. 4. Craueta de antiquit. tempor. 1. part. verbo vidimus, num. 5. & conf. 97. num. 7. & ex effectu præcedentis congregationis Prouinciarum ordinum desumitur indicium doli contra Regem, qui hanc sollicitabat, & instanter petebat ex cap. 2. de renunciat. & Cardinali Zabarella probauit Mascardus conclus. 532. num. 116.*

Sed & quod tribuit primam rebellionem 42. odio in Cardinalem Granuellæ, & eius fastuosæ ambitioni, etiam dolose suppositum: nam veræ causæ rebellionis Orangij & aliorum, qui eum sequuti, hæresis Orangij fuit, qui puritatem fidei Catholicæ ferre non poterat, & eius ambitio ad supremum Belgij dominatum: nam alias semper cum Granuellanis familiaritatem & amicitiam habuit: nam Pater Cardinalis defendit Orangium, cum lis ageretur de hæreditate Renati Chalonijs, & sibi competere intenderet Schorus Præses Consilij priuati, quasi ea indignus Orangius hæresi inquinatus, & fauore Cardinalis non exclusus à successione, & Florentinus Vander lib. 1. de initijs tumultuum Belgicorum hanc familiaritatem Orangij, & Granuellani exprimit pagin. 81. eis verbis:

Quod Granuellanorum in se studium ita Orangius excipiebat, uti legationes caterarum rerum negotia, siqua publica cum Atrebatensi incidere summa & animorum consiliorumque concordia procuraret de rebus priuatis, nisi auctore Atrebatensi rem grauiorem nullam constitueret peregrè Bruxellam adueniens ante se penumero apud Atrebatensem, quam domi ex equo descenderet, multaque Atrebatensi, vel impedito, vel absente iis adibus libertate frueretur. Eratenim tunc Granuellanus Atrebatensis Episcopus.

43. Igitur discordiæ illorum causa fuit hæresis Orangij, quam ferre non poterat, nec debebat Granuellanus, & Orangius apertè de se hæresim fatetur in Apologia, quam pro defensione scripsit Regi Philippo I. ut tradit idem Florentinus Vander lib. 1. pag. 68. ibi: *Erant postremo ambitionum, atque odiorum alia querimonia quamplures omnium earum factionum, Princeps erat Orangius, cuius rei quem potius testem citabimus, atque hunc ipsum Orangium, qui eo libro, quo Regi se proscribenti respondet, multis verbis commemorat, iam inde à puero reformatæ religionis perquam studiosum extitisse. Et iuuat, quod tradit idem Vander ubi proximè, pag. 84. voluisse Orangium excludere obedientiam Summi Pontificis, ut postea consequutus, idque totis viribus resistere debebat Cardinalis, & pag. 100. tradit, quod inuidiosum Cardinali extitisse dicebatur, erat questio de hæresi. Et idem comprobatur Famianus Strada de bello Belgico lib. 1. pag. 59. ibi: *Vna omnium maximè turbauit, conciuuitque Belgarum populos suspicio primum, deinde conatus Inquisitionis aduersus hæreses instituendæ, & pag. 99. & 100. etiam tradit, ut enim nihil aque pertulit hominum animos, atque inquisitionis nomen in hæreticos instituendæ. Et refert Orangium persuadere Belgis nihilo magis, quàm hostes Patriæ Inquisitores execrandos, & idem Strada similiter tradit lib. 5. pag. 226. & rectius explicat pag. 248. ibi: *Namque populus partim hæresi corruptus, partim Inquisitionis metu anxius effuse fauebat hæreticis, qui illud Tribunal euersum ibant, & lib. 10. pag. 589. etiam tradit hæresis prætextu voluisse ad seditionem Orangius populos impellere, nota verba: *Euerfis sacris, iustis Sacerdotibus, atque adeo hæresi procurata, id quod Orangio ad continendas contra Hispaniam ciuitates omni præsidario milite certius instrumentum erat abunde firmavit.****

44. Sed etiam ambitio Orangij conspirationem excitauit hæresi mediante, & cum ad Imperium Belgij adspiraret Cardinalis ferre non debebat, sed valide resistere, ut nota-

uit Florentinus Vander lib. 1. pag. 195. ibi: *intricata adeo res est ambitio, quam discernere à magno & generoso animo perquã difficile existat, ambitionis reos faciebat Orangius, atque socios Cardinalis, & quia Granuellanus illorum ambitioni opponebatur, Ecclesiæ, & Regi fidelis, inde in cum odia excitata, ut tradit Famianus Strada lib. 7. de bello Belgico, pag. 388. ibi: *eo spectasse conatum ciuicidii Grauellani Cardinalis, qui eorum consilia intropexit, & Florentinus Vander dict. lib. 1. pag. 120. eis verbis: *Iam pridem enim Orangius eos animos conceperat, uti ferre iam non Cardinalis, sed nullius, nec Regis quidem Imperium posset, & Famianus Strada lib. 2. pag. 101. de initiis seditionis & rebellionis refert, cum tamen duæ rem causa confecerint, hæresis & ambitio, & repetit lib. 5. pag. 208. agens de potentia Hollandorum rebellium, nota ibi: *atque in hunc demique modum noua hæc extitit ab aquis Respublica parente ambitione, obstricta hæresi, terrore, seu tonitruo ante tempus emissa. Vnde instare ordines Prouinciarum congregari, cum tam imminente periculo indicium vrgens præstare videtur, & Cardinali Granuellano tam falsas calumnias imponere.****

Decimum sextum indicium est inuentas esse Epistolas, in quibus familiariter cum Gallo proditore, & Regi suo rebellis hic reus rescribebat, & cum eo ex Curia Regis Hispani occultas litteras mittebat, quas dicimus *en zifra*, & nisi aliquid speraret ab eo vit nobilis, ut reus tam arctissimo nexu amicitia non recopularetur proditori, cui in effigie in Gallia caput abscissum, qualis enim socius est, tali socio delectatur, quia similis gaudet simili, & ex sententia Spiritus Sancti in Prouerbiis, qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficitur. Et indicium facere cum proditoribus familiariter tractare tenuerunt Angelus §. fama publica, vers. *quaro an indicium*, Marsilius in praxi, §. expedita, num. 91. Mascardus de probat. conclus. 451. adducens Psalmum 17. & concurrentibus aliis administris, quorum plurima sunt in hoc casu sufficere hoc indicium ad torturam cum Baldo, Gandino, Beluifio, Angelo, Marsilio, Craueta, Grammatico, Carrerio, Paride de Puteo expendens l. ædiles, §. Pedius, ff. de ædilitio edicto, l. si plures, §. quamuis, ff. de admin. Tutor. l. vlt. Cod. si mancip. ita fuer. alien. probauit Menoch. lib. 1. præsumpt. 89. num. 125. nam semper fugienda est proditorum amicitia, aliàs qui cum eis conuersatur, præsumitur eiusdem qualitatis, Salicetus in l. nullus, Cod. de maledicis.

Decimum

46. Decimum septimum indicium superiori cohæret quia epistolas adeo à communi commercio occultare, & uti cum hoc proditore, *zifra*, quod semper occultioribus secretis deseruit, vt de Zifratum origine notauit Conradus Brunus de legatis, lib. 1. cap. 2. per totum, & secreta habere cum delinquenti præbet indicium contra illa habentè cum Plaza, Antonio Gomezio, Iulio Claro, Antonio Gabriele, Mascardo Monticello, ad torturam sufficere probauit Farinac. 1. tom. praxis, quæst. 43. n. 175. & 176. cum Felino, Baldo, Iafone, Marsilio, & Carrerio, etiam Menochius, dict. præsumpt. 89. n. 115. & 116.

47. Decimum octauum indicium præstat nam cum omnes Consiliarij status Belgij, in ea fuissent sententia ne admitteretur tractatus Treguæ de Prouinciis ad Prouincias quem dicunt: *de estados a estados*, cum ad hanc Curiam remitteretur vt Regi nostro quod tractabatur referret non exhibuit transumptum huius Consilij & suffragiorum Consiliariorum, & cum in propositionibus tractatus plura continerentur, quæ detrahebant Regiæ Maiestati, imo omnino excluderent Dominatum, quem Rex habebat in illis Prouinciis: nam ipsarum arbitrio relictum, quod ad regimen, bellum, pacem, & commercium pertinet adhuc in hac Curia institit, & antea suasit Gubernatori Belgij fieri tractatum inter ipsas Prouincias fideles, & rebelles cum omnia prædicta, quæ in Treguæ Capitulis continebantur, Regis propria sunt, non subditorum, vt in regimine & bello probantur Alciat. præsumpt. 8. num. 10. Iacobinus de Sancto Georgio de feudis, verbo de *Castro* num. 20. ex Oldraldo, Bartolo, Fulgofio, & Panormitano, qui loquitur in Regibus Hispaniæ, de illis probauit late Camillus Borellus de præstantia Regis Catholici, cap. 67. n. 4. & in custodia Castellorum, cap. 37. per totum, & in pace & tregua, cap. 38. Vnde circa id insilire magnum indicium præbet contra reum, & augetur ex eo, quod inter reliqua, & tractatum treguæ non exhibuit hoc Consiliariorum status decretum, vt indicium regulariter exurgit contra eum, qui occultat instrumenta, ex l. vnica, Cod. de Latin. libertat. tuenda, l. 2. §. Diuus, ff. de iure fisci, & contra illum, qui non exhibuit, quod debebat exhibere, l. vbi exigitur argentarius 8. ff. de edendo, Lucas de Pena in l. quemadmodum, Cod. de Agricol. & censitis, lib. 11. & cum Baldo vol. 3. conf. 219. n. 2. Mascardus de probat. conclus. 332. num. 94. & 156.

48. Nec excusabitur hic reus, si dixerit consensu Gubernatoris Infantis Hispaniæ tractatum treguæ inceptum, quia id consensione

à conspiratis factum, & illam non consensisse Regi scripsit, & vsurpare posset verbum alterius epistolæ, quam Regi Philippo I. scripsit Madama Parmentis Belgij Gubernatrix die vigesimo octauo Augusti, anno 1566. in simili casu confessus congregationis tumultuantium refert Famianus Strada de bello Belgico lib. 5. ibi: *agra animo corporeque decumbens aduocatis à me Orangio, Egmontio & Hornano testata consensum illum vi extorqueri, veniam, securitatemque federatis asserui, & semper futurum indicium contra eum, qui vt hic reus persuasit fieri treguam & tractatum contra Principis auctoritatem, quo dignitate suprema illarum Prouinciarum exui videbatur, & ideo tanquam insolens & insolitum effectum habere non poterat, vt argument. textus, & ibi glossa in l. si quis sub conditione, ff. de condition. & demonstrat. & ibi Doctores communiter, notauit Menoch. lib. 3. præsumpt. 122. num. 67. vbi refert Baldum, Angelum, Albericum, Decianum, Ancharanum, Socinum Seniore, Parisum, Natam, Gratum, Alciatum, Zepolam & alios vt semper præsumatur contra insolita.*

Decimum nonum indicium procedit quia cum conditiones tractatus treguæ essent valde nociuæ Religioni, quia eius libertatem inducebant in Prouinciis Catholicis fidelibus & obedientibus, tum & omnino detrahebant Regis authoritati & supprimebant dominatum, hic reus instabat pro conclusionem tractatus treguæ & minabatur conspirationem, & destructionem Prouinciarum fidelium Belgij, nisi tregua admitteretur in quo valde suspectus reus videtur, cum vellet, & instaret Principem facere quod non posset, ex l. filius, 15. ff. de condit. instit. eis verbis: *Nam quæ facta laedunt pietatem existimatione & verecundiam nostram, & vt generaliter dixerim quæ contra bonos mores sunt, nec nos posse facere credendum est: Quod à Iure Coniunctis dicitur impossibile de iure & eiusdem qualitatis censetur vt impossibile à natura l. si stipulor, 35. l. continuus 137. §. cum quis ff. de verbor. oblig. l. conditiones 9. l. conditiones 14. ff. de condition. instit. l. 32. tit. 9. p. 6. & notarunt omnes in d. l. filius, ex Duareno & Cuiacio, D. Pichardus in §. impossibilis instit. de hæredibus instit. num. 14. Donellus lib. 6. cap. 18. cum Metcerio, & aliis Osualdus ibi in notatis, lit. H. non potest enim à maleuola præsumptione & indicio eximi, qui instat, & consulit rem tam pessimam, & plenam nota & dedecore, quando ex legibus quilibet Vassallus tenetur præcauere, & longe excludere omnia, quæ Principis auctori-*

tari

tati nocere possint; vt expresse traditur l. i. tit. 13. part. 2. eis verbis: *porende deue catar muy de luene las cosas que son a su pro, e a su honra, e a su guarda, y ser muy acucioso para allegarlas, e acrecentarlas, e las que fueren a su daño desuinarlas, e torellas quanto mas pudieren.*

50. Nec excusat reum, quod responderat non esse credendam comminationem asserere, & præcauere ruinam Prouinciarum, nisi expediretur tractatus treguæ, quemadmodum in Medico non tribuitur dolo protestari morbi periculum, vt remedium adhibeatur: nam hac ipsa allegatione contra reum indicium augetur, vt censeret remedium treguam facere cum violatione Religionis, Regiæ dignitatis iactura, & magis decens foret Regi nostro armis in rebelles irrumpere, Prouincias & vitam amittere, quam admittere treguam, quæ Catholicam fidem & eius auctoritatem lædebat, & qui pro eo instat, & id persuadet, non potest eximi ab indicio, quæ admodum contra illum sumitur, qui cum sciret viam ex grassatoribus & latronibus periculosam esse, per eam dirigit viatores, vt ex Gandino, Vitalino, Carrerio probauit Menoch lib. 1. præsump. 89. num. 114. quid enim præsumendum non est de vassallo, qui in tale præcipitium Principem inducebat, & dirigebat?

51. Vigessimum & vrgens indicium procedit, quia cum tractatus Treguæ talis esset, qui regimini Principis & dominatui detrahebat, adhuc semper reus instauit, & in confessibus in Hispania edixit nihil actum circa treguam, quod Regis auctoritatem læderet, de qua præsumitur non rectè sentire, & in amore Principis frigidescere, qui hoc intelligit, & suadet, quin etiam si tempore antiquo in seditionibus & conspirationibus Belgicis qui obedientiæ vinculum ruperunt, solebant semper dicere velle obedire Principi, vt rectè notauit Cornel. Tacitus eis verbis: *Paucis post Kalendas Ianuarij diebus Pompeij propinqui Procuratoris à Belgica afferuntur legiones rupta Sacramenti reuerentia Imperatorem alium flagitare, & Senatui ac populo Romano arbitrium eligendi permittere, quo seditio mollius acciperetur*: refert Adamus Contzen lib. 9. Politico, cap. 14. §. 12. vbi de his rebellionibus aptissime scripsit: *Vidimus Galliarum, Belgij, Bohemiarum rebelliones: nihil mollius, nihil pietius, aut fucacius dici, vel agi potuit, Reges se suos amare, obtemperare omnibus, contra occultos hostes agere, Regiam Maiestatem omnibus velle defensam, pro Rege & lege scribebant vexillis, at neque Caesar aliud, quam Reipublica salutem, nec aliud Pompeius proferebat, & merito militibus exprobrat Cato:*

— Pompeiana fuisse,
Non Romana manus.

Confirmatur eo, quod de rebellionibus nostri temporis refert Famianus Stradae lib. 5. anno 1566. pag. 226. cum plures in Regem coniurarent, & Gheusium nomen assumere decernerent, & per totam urbem Bruxellæ apparuerunt coniurati vestibus è panno cineracei coloris induti, & nummum exare ligno ex argento & auro instar bullæ suspendunt ex collo, in quo Philippi II. cæolata erat effigies hinc cum verbis, sed Gallicè circumscriptis, *fideles Regi*, & vt tradit idem Famianus Stradae ibi: *Procerum nonnullis ea probari: siue quod sperarent, quidquid clam fecerant excusari, aut etiam laudi posse verti, si palam inserto Regis nomine facerent*, vbi rationem tradit etiam si Principi isti coniurati infesti sint, eius tamen nomen in publico venerantur, & rectè declarat idem Famianus Stradae de bello Belgico lib. 6. pag. 346. vbi æquiparatur factis Hugonotorum in Gallia anno 1567. tempore Regis Caroli, qui ab eo petebant veniam & permissum colligendi copias militum prætextu defensionis Regni, vt Regem possent opprimere, nota verba Stradae: *Sicilli copias, quas in rebellionem clam intenti cogebant specioso Regis nomine venditabant more Hugonotorum, quibus securitas appellatur, cum captiuitas est, ideo in omnibus conspirationibus Belgicis, qui de regimine bello & pace disponere volebant, & ne edictis Inquisitionis aut aliis Principis obedientia prestatetur, in horum omnium tractatu semper edixerunt saluam remanere Regiam auctoritatem, & obedientiam vt referunt Florentinus Vander, de initiis tumultuum Belgiconum lib. 2. pag. 102. 231. 240. Stradae lib. 9. pag. 518. 519. ex quo non solum rebellio in Principem sed eius dignitatis maxima illusio ostenditur manifeste, & nullo magis confirmatur quam in tractatu Treguæ adimere Principi Regimen, dispositione belli, pacis, commerciorum, & Custodiæ Castrorum, idque salua Principis dignitate & nihil contra eius auctoritatem admissum protestari.*

Vigessimum primum indicium procedit 53. quia hic Reus ad ordines Belgicos, ex hac curia Matritensi rescripsit nolle Ministros & Consiliarios Hispanos treguam fieri, cum ex omnibus actibus iustam treguam & leuamem Prouinciarum fidelium semper desiderarent, & ex hoc improbo mendacio, & quod in proximo indicio retulimus edixisse, nil actum in preiudicium Regis cum eius dignitas in totum fœdaretur ex tractatu quem proponebat sumitur vrgens indicium, l. si quis affirma

affirmauerit, §. i. l. quod venditor, l. & elegantiter, §. ite Pomponius, ff. de dolo, l. falsus, §. si quis, ff. de furtis ex Alexandro, Socino, Barbacia, Luca de Peña, Giganti, & aliis Mascardus de probation. conclus. 532. num. 19. 20. & vt sufficiat hoc indicium ad torturam ex Angelo, Aretino, Curtio Seniori, Socino Seniori, Ruino, Bossio & aliis Menoch. lib. 1. præsump. 89. num. 67. & iuxta opinionem benigniorem hoc indicium arbitrio Iudicis relinquitur, Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. quaest. 21. vers. mendacium, quid ergo Iudices arbitrari poterunt in tam subdola protestatione, & cum sepiissime reus in omnibus Consiliis, & confessibus edixerit Prouinciarum Belgij quietem pendere ex eo, vt Tregua fieret, aliis subditi, qui eam valde anxij appetebant, excitarentur, vt supra expendimus, maleuole culpam Ministris Hispanis velle infligere, vt propter Consiliarios Regis ad effectum improbus tractatus non perduceretur, nihil verius & magis dolosum, & quando quis alteri crimen falso impegit, sumitur indicium, quod sufficit ad torturam contra imponentem, Bartolus, Romanus, Marsilius, Felinus, Brunus, Decius, Follerius, Nouellus, Boherius, Imola, Mandosus, & alij, quos refert Grammaticus, ex quibus probauit Farinacius 1. part. praxis, quaest. 52. num. 4. ex Iulio Claro idem Farinac. conf. crim. 127. num. 21. & tenuit Ziletus tom. 2. conf. 61.

54. Vigessimum secundum indicium præstat: nam cum reus à Rege nostro plures dignitates, & beneficia consequeretur, plus quam viginti, & vt ille confessus in actis huius causæ, & plus quam centum mille argenteos in argento in quolibet anno pro salario, & stipendiis in quolibet anno ex Regis Patrimonio percipiebat, adhuc semper querelas proferebat, nulla ei beneficia à Rege conferri, & Governatori Belgij minabatur absentia Prouinciarum, nisi fierent, & magna semper præsumptio est contra ingratum & omnium criminum fomes ingratitude existimatur, vt ex legibus Hebræorum, Persarum, Atheniensium, Macedonum & Xenophonte, Alexandro ab Alexandro, Celio Rodigino, Giraldo in libro aduersus ingratos probauit Menoch. inde fumens delicti indicium, lib. 5. præsump. 4. num. 13. 14. & ideo cum valde execrabilis sit ingratitude cum Baldo, Ripa, & Riminaldo Iuniori probat Menoch. num. 11. maiorem probationem requiri, vt quis ingratus censeatur.

55. Sed de ingratis, & qui beneficia accepta non recognoscunt, & alia petunt, maxime in coniurationibus esse timendum denotat Se-

Ioann. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. tom. 1.

neca lib. 3. de ira, c. 29. eis verbis: *Cæsarem non Pompeiani, sed amici peremerunt, quorum non pleuerat spes inexplebiles, & in similibus, & primis conspirationibus, & tumultibus Belgij id à conspiratis, qui plura à Rege acceperant, nihil recepisse iactari, vt suis querelis causam ostenderent, tradit Famianus Stradae de bello Belgico, lib. 2. pag. 81. reddens rationem ibi: *Perinde quasi cum multum acceperint iniuria loco sit, plura adhuc accipere potuisse, & pag. 53. scribit: *Haud ignarus aliquorum animos arctius teneri beneficio, vel vno accipiendo, quam multis acceptis, & ad conspirationem rectè notauit Scipio Gentilis de coniuratione lib. 2. cap. 6. vbi ex authoribus Politicis tradit hac verba: *itaque discere hinc debent Principes ad euitandas coniurationes eos vel maxime sibi metuendos in quos plurima beneficia contulerunt, quod hi magis formidabiles sint quam qui plurimis iniuriis affecti fuere: nam voluntas in vtrisque similis est, potentia in his, qui beneficia acceperunt, maior existit, maiorque furor est in dominandi cupiditate, quam in vindicanda iniuria desiderio.****

Vigessimum tertium indicium vrget, quia 56. reus confessus principalem ex coniurationis mense Iunij anno 1632. in quadam villa induxisse illum ad coniurationem, & in eodem mense inuenta est apud eum coniuratum epistola istius rei manu scripta, & ab eo recognita, in qua scribebat principali coniurato, vt conuenirent in ea villa in mense Iunij, vnde apparet hunc reum ad illum locum coniuratum euocasse, & cum ibi in confessione declarauerit propositam ei fuisse coniurationem, graui indicio suspectus existit, sicut sumitur indicium contra illum, qui prope locum delicti est, vel frequenter eum, vt pluribus probauit Farinac. lib. 2. conf. crim. 147. num. 43. & conf. 164. num. 9. & lib. 3. conf. 213. num. 3. Puteus de syndicato, vers. qui est inuentus, num. 1. quanto magis suspectus censendus reus, in cuius domo de conspiratione actum, & ad eam illum sollicitatum confessus, & ad villam suam principalem ex conspiratis conuocauit.

Vigessimum quartum indicium nam cum 57. sciret conspiratos esse, & illos velle euertere rerum statum & velut inimicos habere, omnes qui eis non consentirent, interrogatus reus in confessione an aliquam curam haberet, rerum suarum, villarum, oppidorum suorum & bonorum immobilium, respondit nullam curam habuisse, ex quo desumitur indicium à conspiratis Reum fecurum redditum, aliàs enim sua conseruare curaret & amittere timeret, argument. l. cum de indebito, ff. de probation. l. fin. §.

S s s fin

sin autem, Cod. arbitr. tutelæ gloss. verbo probare, in cap. fin. per textum ibi de solutione. cum Butrio, Afflictis, Tiraquello, Gregorio Lopezio, & aliis D. Valenzuela, 2. rom. consil. 121. num. 81. Bartolom. in leg. vtrum, ff. de donation. inter, Decianus tom. 5. respons. 1. num. 17. Carrotius de locato, quæst. 2. num. 10. cum aliis, Mascardus de probatio. conclus. 555. num. 2. nam vt tradit Aristoteles lib. 3. ethic. cap. 1. *Naturale esse neminem fortunas suas absque aliquo euolumento abicere*, & nisi vel conspiratis consentiret reus, vel ab eis securitatem haberet, fieri non posset, quin timeret illorum tractatus, & curam non habere enunciare, si contra illos esset, nihil est inuerosimilius, & quod magis indicium augeat, ex traditis à Panormitano, in cap. quia verosimile per textum ibi de præsumptio. Barthol. & Castrenf. in l. Lucius, ff. de his qui noran. infamia Bald. in leg. 1. Cod. de seruis fugit. & iuxta quod verosimile sumitur indicium ad condemnationem, Oldraldus consil. 13. incipit, *cum quæstio*, ad finem, Baldus vol. 3. consil. 180. Aretinus consil. 9. col. 2. Speculator ad titul. de præsumptio. Abbas in cap. tertio loco, de probat. Zilerus tom 2. conf. crim. 54. num. 30. Brunor. à Sole in consilio crim. num. 18.

58. Vigésimum quintum indicium procedit quia probatum principalem ex conspiratis cum diceretur remouendum à Principe ab administratione Præfecturæ Prouinciæ, dixisse facturum violentiam ne remoueretur ad idque euocaturum familiares, consanguineos, & amicos & inter alios vt magis fidum hunc reum referri ab hoc conspirato, & non leue indicium est cum eo esse talem amicitiam, vt hoc posset de reo considerare iuxta quod ex Baldo, Aretino, Craueta, Grammatico, Marsilio, Gandino, Carrerio, & aliis probauit Menoch. lib. 1. præsumpt. 89. num. 123. Castrensis relatus à Mascardo de probat. conclus. 451. n. 9. Farinac. lib. 2. consil. crim. 164. num. 9. & maximè suspectum censendū adeo concordem esse Reum si fidelis existeret cum conspirato cuius proditioni infestissimus exhiberi debebat pluribus Marantha de ordin. Iudicio, 6. p. tit. in quæstione num. 51. Mascardus concl. 322.

59. Vigésimum sextum indicium & vrgentissimum prouenit, quia ex plurium insinuationibus relatum conspiratos inter diuisionem Prouinciarum, vt nobiles gubernarent huic reo assignasse Prouinciam Brabantia, quæ est potentior & vberior Belgij, id enim gubernationem Prouinciarum diuidere consuetum est in conspirationibus Belgicis, vt

refert Pater Strada de Bello Belgico, lib. 5. pag. 249. de tractatu anni 1566. & lib. 7. pag. 388. ibi: *Voluisse illos cum Orangio aliisque nobilibus excluso Rege à Belgij dominatu Prouincias inter se partiri*, & simile tradit D. Prudentius Sandoualius, in histor. Caroli V. lib. 2. §. 13. ad finem referens coniurationem quæ facta anno 1516. vt Regnum Sicilia Regi Gallorum traderetur, & referens causas coniuratorum omnes commodum consequi intendebant, & addit hæc verba: *de manera que el fin desta traición no era por servir al Rey de Francia sino por intereses, y pasiones particulares de los que la ordian.*

Cum igitur in huius rei utilitatem procederet Belgica conspiratio, sumitur indicium vrgens ex præsumptione, quam dixit Cassianam Cicero in Oratione pro Sexto Roscio Amerino, eis verbis: *Lucius Cassius ille, quem Populus Romanus verissimum & sapientissimum Iudicem putabat, idem idem in causis querere solebat cui bono fuisset*, & vt ibi tradit Lambinus notat. 31. id sumptum fuit à Græco Lisiā, qui illum criminis participem censebat, qui ex eo utilitatem sperabat, & quamuis in iure nunquam præsumatur delictum committi, l. merito, ff. pro socio, sed adhuc maximum indicium ad delicti comprobationem procedit, eo quod alicui ex eo adiaciatur commodum: nam hæc præsumptio, vt fortior excludit contrariam, l. contrariam, l. Diuus, ff. de in integ. restit. D. Alfarius de officio Fiscal. glossa 20. num. 153.

Et delictum commissum censerit ab eo, qui ex illo reportat utilitatem, fuit doctrina Bartoli in l. fin. num. 5. ff. de quæst. quam sequutus Felinus in cap. 2. de homicid. Albericus, Carolus Ruinus, Hippolytus, Aimon, Craueta, Lopus, quos refert, & sequitur D. Molina lib. 2. de primog. cap. 5. num. 45. & sequitur D. Molina lib. 2. de primog. cap. 5. num. 45. & adducit Quintilianum & Ciceronem lib. 2. de finibus, & additio ad Molinam, vbi refert Farinac. & Bosium, qui alios cumulant, & melius probatur ex Cicerone in loco, quem prædicti non adducunt in Oration. 28. pro Tito Annio Milone, eis verbis: *quoniam igitur pacto probari potest insidias Miloni fecisse Clodium? satis est, quod in illa tam audaci, tam nefaria bellua docere magnam ei causam, magnam spem in Milonis morte propositam, magnas utilitates fuisse, itaque illud Cassianum cui bono fuerit in his personis valeat*, & idem sequutos antiquiores cum Blanco, Lanzeloto & Curtio Seniori tenuit Petrus Surdus conf. 467. num. 5. & 6. & tradit rationem, quia sicut damnum præsumitur datum ab inimico, vt ex Bartolo,

Bartolo, Romano, & Decio probat ita factum delictum ab eo, in cuius utilitatem credit, Mascardus de probat. conclus. 831. num. 12. in quo etiam Menoch. de recuperand. possess. remedio 1. num. 56. Gratianus idem sequutus, decif. 84. in addit. num. 3. Alciat. conf. 357. in fine, querit Baldum & alios hoc etiam tenens refert Surdus conf. 511. num. 6. Hieronym. Gonzal. z regul. 8. Cancellar. §. 7. in Proæmio, num. 171.

62. Et hoc indicium & præsumptio Cassiana in terminis Belgij conspirationum probatur à Famiano Strada de bello Belgico lib. 5. pag. 207. vbi ad fumendam coniecturam eorum, qui participes erant in seditione & tumultu, qui eo tempore excitatus, tradit eis verbis: *nec ego dubitauim multos esse habitos coniurationis participes, vt præter tam memoratos, etiam de Elizabetha Anglie Regina ad dubitatum est non alio argumento quam quod credebatur eorum interesse, si res Belgicæ turbarentur, nempe valet apud omnes Cassianum illud, cui bono aliquid vertitur in eum recte collimet suspicantis animus*, quid enim non præsumendum de eo cui coniurati potentioris Prouinciæ Ducatus Brabantini Gubernationem designabant? nunquam enim credi posset, facerent si illis infestus, & oppositus.

63. Vigésimum septimum indicium colligitur: quia ex omnibus scriptis, & verbis rei apparuit notitiam habere omnium eorum, quæ magis in occulto conspirati patrarunt, & esse participem secretorum coniurationis præstat indicium contra eum, qui scierit, vt ex Plaza, Antonio Gabriele, Iulio Clario, Mascardo & Antonio Gomezio probauit Farinac. in praxi 1. part. quæst. 43. numero 176.

64. Vigésimum octauum indicium, quia hæc quæ sciebat, nunquam retulit, vt periculum admoneret, sed nimis loquax & pro-cax ipse aliis referebat: imo cum de istis, quæ cum certo sciret, ab eo suspicarentur, interrogaretur, tunc ignorantiam affectabat, & ab Hispanis audiuisse respondebat, & indicium delicti est ignorantiam affectare, vt post Bartolum, Baldum, Castrensem, Brunum, Rolandum, & Bertachinum probauit Mascardus conclus. 834. num. 7. & 8. Romanus conf. 127. per totum, Thufcus practica, lit. I, conclus. 121.

65. Et verè de hoc reo aliqui & maiores Belgij Ministri insinuarunt velle non displicere coniuratis, & Regi videri fidelem, ne si ad effectum perduceretur conspiratio ab illis, non alicuius sua non periclitarentur, sin vero (vt Deus annuit) Prouinciæ Catholicæ, &

Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. tom. I.

fideles Belgij quamuis duobus hostilibus exercitibus imperita non turbarentur, posset fidelitatem apud Regem ostentare & affirmare, vt hodie affirmat, & ei publicam salutem, & incolumitatem Prouinciarum tribuendam, id enim refert Cornel. Tacitus lib. 15. annal. §. 23. fecisse Fenium Rufum apud Neronem, quia etiam si particeps coniurationis in coniuratos secretebat, vt fidem detraheret, nota verba: *Fenius quoque Rufus violenter urgebat nondum ab indicibus nominatus, sed quo fidem inscitie pararet. atrox aduersus socios.*

66. Ex quibus indicibus cum probatio fisci a reo prohiberetur, adhuc posse fieri condemnationem in causa criminali, vltra quæ supra notauimus in princip. num. 2. cum sequent. alibi allegat. 9. num. 19. nam quamuis in criminibus requirantur probationes aliquidissimæ, pro eis indicia habentur, l. fin. C. de probat. vbi addendus Baldus Castrensis num. 5. Salicetus num. 2. idem Baldus in l. excipiantur, num. 1. ff. ad Sillanian. ex pluribus Barbosa in l. 2. in pncip. 1. part. num. 9. ff. solut. matrim. Ant. Gomez in l. 80. Tauri, num. 50. Menoch. conf. 31. num. 25. Giuba conf. crim. 2. num. 45. Peguera decif. crim. 17. num. 40. Hieronym. Laurentius decif. 15. n. 18. Sesse 1. parte; decif. 111. & 2. part. decif. 218. num. 28. pluribus Leo decif. Valent. 125. num. 36. & 37. Riccius collecta 114. multis Farinac. 2. tom. conf. crim. 189. num. 15.

Et quamuis regulariter non coniungantur probationes imperfectæ; glossa in cap. veniens, verbo *illorum* de testibus; Iason in repet. l. admonendi num. 257. vers. *item. c. d. ff. de iureiurando*, Dinus in l. 2. ff. de excus. tutor. Paris. vol. 4. conf. 152. versic. *Præterea*, Hippolyt. de Marsil. conf. 20. num. 14. & in praxi, §. *expedita*, Peguera dict. decif. 17. n. 41. tamen in causis difficilis probationis coniunguntur probationes, Bart. in l. 1. §. idem Cornelio, num. 3. ff. de quæstion. plures refert Farinac. 1. part. praxis crim. de indicibus, quæst. 37. Afflictis decif. 12. ad finem, num. 3. Cavalus cent. 3. casu 251. num. 8. Decia vol. 3. conf. 66. Paris. lib. 2. conf. 29. Menoch. conf. 788. Minfinger. cent. 2. obseruat. 100.

67. Maxime quando imperfectæ probationes inuicem non se elidunt, sed potius adiuvant, vt in hoc casu, ex l. cum scimus, Cod. de agricol. & censitis lib. 1. l. rationis, Instrumenta, Cod. de probat. & circa indicia, et si leuiora plura coniungi, vt exurgat indicium validum ad torturam ex Butrio, Romano; & aliis Ant. Gabriel lib. 1. commun. tit. de probat. conclus. 1. num. 27. & 32. ex Aretino & Bosio, Farinac. conf. crim. 8. num. 94. cum

S s s 2 Baldo

- Baldo & Igneo idem Farinac. conf. crim. 109. num. 14. & conf. 175. num. 4.
69. Quod magis procedit in tractatu conspirationis, vel coniurationis, qui ex sua natura habet tractum successiuum, nec perficitur vno momento, & ideo necessarium ex variis actibus probationes imperfectas, & indicia coniungi, vt in terminis notauit Hippolyt. Riminaldus conf. 85. num. 10. eis verbis: *Quoddam est factum, quod non capit essentiam in momento temporis, vel in vno loco, vt conspiratio, coniuratio, tractatus, conficitur enim commotio ex variis partibus, seu preparamentis, vt in Castro, in quo voluit quis hostiliter inuadere territorium, alius occupare aliud, alius capere dominium, vel legatum, ex istis enim tam variis & singularibus actibus perficitur vnus tractatus, vna rebellio, & quilibet testis deponens de actu singulari, & diuerso ab alio deponit de tractatu & conspiratione, & eam perficit, & hoc casu singularitas testium probantium, licet singulariter hoc & illud non vitiat.*
70. Præsertim cum ista semper in occulto fiant & secreto & ex Ancharrano, Bellono, Afflicto, Croto & aliis rationem reddit Riminaldus, vbi proximè ibi: *Alias lex adstringeret ad impossibile de facto, si vellet omnia continere & distantia sine separata per eosdem testes probari, & idem tenuit in terminis Hippolyt. de Marfiliis vol. 1. conf. 1. num. 63. & 64. & cumulari indicia & probationes imperfectas ad hoc crimen conspirationis tenuerunt Gigas de crimine læsæ Maiest. quæst. 8. Decianus tract. crim. tom. 2. lib. 7. cap. 45. num. 8. Bossius sub tit. de crim. læsæ Maiest. num. 117. Anchar. conf. 440. in 2. dubio, & in eo, qui contra Principem coniurat, Mascard. de probat. conclus. 463. num. 16 & generaliter in delictis occultis & difficilis probationis coniungi probationes imperfectas ad pœnam ordinariam ex Baldo, Barbosa, Merenda, Felicio, Farinacio, Menochio, & aliis Giurba conf. crim. 2. num. 45.*
71. Sed & omnia prædicta indicia maxime adauget, si conferas hunc tractatum conspirationis cum omnibus antiquis: nam quem admodum Minister Angliæ, vt expendimus supra num. 23. proponebat esse necessarium, vt Prouinciæ Catholicæ fideles & obediētes poterent subsidium à Rege Galliar, Angliæ, & rebellibus, ita cum aduersus Romanos conspirarunt Belgæ tempore Tiberij, & Vespasiani Imperatorum idem intenderunt, vt refert Famianus Stradæ de bello Belgico lib. 1. pag. 2. eis verbis: *Cæpia à Batavis defectio, petita à Gallis Britannisque subsidia, fatigata diuturno ancipitque bello Romano-*
- rum arma, pleraque tam similibus iisdemque artibus iterata, vt nisi ex singulorum nominibus discrimen animaduertoris interesse se præscis. Belgarum tumultibus identidem arbitris, vsque adeo in rebus humanis sæcula, ac persona intereunt causa & euenta eadem recurrunt: & postea subiungit Religionis defensionem hoc tempore animos fortius instigasse, nota ibi: *quanquam vt veteres illos longe superauimus, nationum religionumque dissidio, sic iras ab hac cote pugnacius armamus odiaque exinde animosius exercemus.**
72. Vterius hunc tractatum Treguæ, quo perfidi Holandi volebant Prouincias Catholicas, & obediētes adstringere, vt contra suum Regem concitaret, eadem Capitula continebat, quæ primi tractatus, ex quibus semina rebellionis antiquæ, videlicet, vt eorum voluntate & consilio omnia fiant, Hispanos eiiciendos à Belgio, non nisi Belgas in præfidiis admittendos, vt ex tempore Regis Philippi II. refert Florentinus Vander lib. 1. de initiis tumult. pag. 69. ibi: *rogati itaque Ordines eas singuli sententias dicunt rogandum esse Regem uti peregrinum militem Belgio educat, præfidiis non nisi Belgicis utatur, consiliis de Republica peregrinos non adhibeat: adiciunt nonnulli, antequam hoc est à Rege impetratum, concedi rem illam Regi non debere.* Et idem tradit Famianus Stradæ de bello Belgico lib. 1. pag. 55. eis verbis: *Rogare Ordines, ut Caroli patris exemplo peregrinos milites Belgio Rex educeret, præfidiis non nisi Belgicis vteretur, atque ad earum Prouinciarum Consilia externos homines non adhiberet.*
73. Præterea, quod hic in sui defensionem allegat, obtulisse Gubernatori reuocare iuramentum fidelitatis etiam in antiqua rebellionē anno 1567. tempore Madamæ Parmensis factum fuit, & illa admisit, etsi perfidiam conspiratorum cognosceret ex ratione, quam exprimit Famianus Stradæ de bello Belgico lib. 6. pag. 316. ibi: *quod agebat, non vt exploraret aliquorum animos satis sibi perspectos, nec vt ignoraret nullis constringi vinculis posse perfidiam, sed vt eos minore inuidia exautoraret, si sacramentum abnuerent, aut pletheret, si fallerent fidem: nam qui primum iuramentum contemnit, etiam secundum, & vteriora contemnet.*
74. Ex prædictis indicis illud adiciendum hunc reum in scriptis ad Regem petiisse veniam suæ culpæ, ex quo eius confessio inducitur, quia licet extraiudicialis venæ petitio non inducat confessionem delicti, sed velle vitare vexationem litis, tamen in iudiciali, vt in præsentī, in scriptis, quæ actis inserta, & à Rege petita, vt crimen quis confitei

- fiteri censeatur, tenuerunt Ioann. Andreas, Hostiensis, Butrius, Panormitanus, Ananias, Cardinalis, Carretius Blancus, Bonacosa, Mascardus, Gigas, & plures Rotæ decisiones refert Farinac. 1. part. praxis, quæst. 5. num. 25. vers. si vero, idem Farinac. lib. 2. conf. crim. 127. num. 8.
75. Ex quibus indicis in re tam graui, ex cuius vindicta Reipublicæ status pender, leges armandæ gladio vtore, & quando grauiissima, quæ retulimus, indicia crimen non persuaderent, in dubio magis Iudices ad supplicium inducendi, quia dispositio l. absentem, ff. de pœnis, vt potius nocens dimitatur, quam innocens puniatur, in hoc casu procedere non potest, vbi plura, quæ culpam suadent, retulimus, & propter vtilitatem publicam licet, & debent Iudices iura transgredi, vt tam graue facinus vindicetur, nec in clementiam deflectere, vt ex Brunero, Rolando, Cacherano, Marsilio probauit Cauallus resolut. crimin. cent. 2. casu 220. num. 140.
76. Nec Princeps etsi clementissimus debet in simili communis salutis tutela, misericordiam indulgere, memorans quod Deus minatus Regi Acabo lib. 3. Regum, cap. 20. *Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius.* Et prima Regum obligatio, & maior excellentia consistit in iustitiæ administratione, & reorum supplicio, & notabile est, quod notauit Claudius Belliocensis in cap. 2. Diui Ioannis, vbi cum Iesus intraret in templum, & in eo inueniret vendentes boues, & oves, & columbas, & nummularios sedentes, flagellis à templo eiecit, & tradit Claudius hoc fecisse, vt attributum Regiæ Dignitatis, ad quæ spectat supplicium delinquentium, nota verba ibi: *de funiculis contexit sibi flagellum, quo seu scepro, seu armis Regalibus usus est.* Et Principi loquutus Sanctus Ildebertus Cenomanensis Epistola 59. tom. 3. Bibliothecæ Sanctorum Patrum tradit: *Iniquitatis vltionem inter splendidiore triumphos adnumeremus, & de ipso Deo, quem semper debent Reges imitari, vt explicentur verba orationis communis, sanctificetur nomen tuum, quasi difficile sit nomini Dei posse adiungi sanctitatem explicat Comes Mirandulæ Ioannes Picus in oratione Dominica tom. 1. eis verbis: *per misericordiam, quando reddit premia æterna, vel per iustitiam, quando ex sua malitia ipsi rebellantes per suam iustitiam punit, quasi si aliquo modo Deus posset sanctificari, inde proueniet, quando punierit rebellantes, vt adeo hæc verba nobis conueniant, vt etiam in rebellibus loquantur.**
- Horrēdum quippe Regibus est, quod de ipso Deo tradit Saluianus lib. 7. de gubernatione, ibi: *Dei potestas magna, & potentissima, quæ prohibere scelus maximum potest, quasi probat debere fieri, cum sciens patitur, per petrarī, vel perpetrati ignoscit, & Reges, qui propter gloriam clementiæ, grauiora, & execranda crimina, vt in hoc casu indulgerent, etiam si Regia potestas suprema, & magna sit, tamen grauius peccare tenuerunt Diuus Antoninus Florentiæ in summa, 3. part. tit. 9. cap. 2. §. 5. & tit. 29. cap. 1. Syluester in summa, verbo Iudex 1. num. 16. Armilla, verbo pœna, §. 18. Soto lib. 5. de iustit. & iure, quæst. 4. Banez eod. tract. quæst. 67. art. 4. Valentia 2. 2. quæst. 21. puncto 4. Aragon de iustitia & iure, quæst. 60. art. 5. Conradus quæst. 192. art. 4. conclus. 2. Molina de iust. commut. tract. 4. disput. 48. Nauarrus in summa, cap. 25. num. 14. & id est, quod dicebant Stoici Philosophi, *misericordia in vitio haberi, & Vlpianus I. C. in l. si hominem 7. ff. de positi, ibi: misericordia ductus dolo proximum est, quod factum, & iterum ibi, misericordiam exercuit, sed intempestiue, etsi vt tradit Seneca lib. 2. de benefic. cap. 14. *Exorari in perniciem rogantium sæua bonitas est, & rogantibus pestifera largiri blandum, & affabile odium est.* Quanto magis in tam graue status publici dispendium acriter non punire conspiratum, qui indignus clementia, cum à Principe oblatam, si veritatem interrogatus fateretur, tamen negando eam contempsit, vt iustitiam experiretur.**
77. Cui etiam addendum, vt omnis in hoc casu clementia excludatur, quia iste reus impedimentum obiecit, ne probationes fierent: nam cum velut Vassallus, vt prædiximus, à Rege in Curia Hispaniæ interrogaretur de conspiratione Belgica, quam certo sciebat, & contra Vassallum, qui negauit, iudicium institueretur ad probationes in Belgio faciendas, supremi Consilij iustitiæ Hispaniæ fisci Patronus mandatum dedit fiscali Magni Consilij Belgici, vt probationi interesset, & testes produceret, isque iuxta consuetudines Belgicas vellet interesse testium examini, reus consentire noluit, id repugnans, eo quod in Hispania id vstitutum non sit, contra verò pro fiscali Belgico allegabatur, officio suo & Belgij consuetudini non esse detrahendum, vltra quam hoc crimen in Belgio commissum, & ibi facta conspiratio, & probationes faciendæ iuxta leges & consuetudines Prouinciæ vbi fiunt, controuersia remissa ad dominum Ferdinandum Hispaniæ Infantem Belgij Gubernatorem adhuc non decisa, impeditum fuit probatio

bationes à fisco fieri, unde contendimus, quia iniuste impedimentum à reo obiectum pro probato habendum, quod fiscalis Hispanus allegavit.

78. Quod comprobati videtur ex doctrina textus in cap. interpolata 70. de appellat. eis verbis: *nisi hoc se offerens probaturus non fuisset admittus*. notavit Gregorius Lopez in l. 9. tit. 3. 2. part. 3. glossa 3. ibi: *si tamen per procrastinationes, vel appellationes nunciati impediretur actor, quominus probet, & apparet de malitia, tunc reciperetur cautio, etiam tribus mensibus elapsis*. Et comprobat ex l. 1. §. fedli neget, ff. de tabul. exhibendis, cum Bartolo, Baldo & Oldraldo.

79. Facit, quod ex Canonistis communiter in dict. cap. interposita, Abbate, Franco, Lancelloto notavit D. Salgado de Regia protectione 2. part. cap. 1. num. 74. & conducunt verbal. intra vtile 36. ff. de minoribus ibi: *cum per eos non steterit, quominus res finem accipiat, respondi secundum ea, quae proponerentur, perinde cognosci, atque si nunc intra atatem essent*.

80. Sed etiam semper facienda probatio iuxta stylum, consuetudines & statuta Prouinciae, vbi testes producantur, vt ex Bartolo, Baldo, Aretino, Alexandro, Mariano, Socino, Ruino, Cacialupo probauit Menochius conf. 991. num. 3. & in delictis, vt in contractibus, debet attendi locus, vbi fuit, vt ex Panormitano, Felino, & aliis Barbosa in l. exigere dotem, num. 100. & 104. ff. de iudic. & regulariter extra consuetudines Belgij in atrocissimis, vt est conspiratio, potest iudex decernere, vt communicatio Aduocatorum rei, quod grauius est, quam testium examen fiat, praesente fiscali, vt probauit Farinacius 1. part. praxis, quaest. 36. num. 14.

81. Rursus, quia confiteri videtur, qui subterfugit probationes, vt traditur in cap. nullus de praescript. eis verbis: *Confitetur enim de omnibus quibus se subterfugere iudicium dilationibus putat*. Et id quod est probationis impedire proprium esse reorum notavit Tiber. Decianus lib. 1. responso 18. num. 2. & eorum, qui malam causam fouent, vt tenuerunt Parisius, Afflictis, Craueta, Barbatia, & Plotus, quos refert & sequitur Menoch. lib. 2. praesumpt. 91. num. 4.

82. Et in hoc casu reum subterfugere iudicium, & impedimentum oppofuisse fisco, non vero ipsum reum impeditum, satis constat, quia eo solum, vt consentiret obseruantiae consuetudinis Belgicae, probatio ab eo & fisco fieret, & cum resisteret sibi, & fisco, impedire videtur, Baldus in l. sed etsi Praetorem, §. 1. ff. ex quibus caus. maior.

Decius conf. 677. num. 3. cum Burrio, Alexandro, Romano, Ioanne de Amicis, & aliis Surdus 8. num. 24.

Vltimus, qui allegat impedimentum, 83. debet, quantum in se est, facere, vt remoueatur, aliàs si remouere potuit, impeditus non censendus, communiter Doctores in l. 2. §. quod diximus, ff. si quis cautio, dict. l. sed etsi per Praetorem, §. 1. ex Bartolo, Baldo, Castrensi, Angelo, Alexandro, Iafone, Decio, Rubeo, & aliis Surdus conf. 369. num. 42. ex Boherio, Gozadino, Vantio & aliis Menoch. lib. 2. de arbitr. cent. 2. casu 118. n. 6. & 7. & illud solum impedimentum censetur, quod remoueri non potuit, Paris. lib. 3. conf. 67. num. 99. quem refert & sequitur Bartholomeus Socinus conf. 100. num. 100. & 116.

Verum, etiam si periculum subiret, impeditus ad nemouendum impedimentum facere debet, aliàs non dicendus impeditus, vt probatur l. item quaeritur 123. §. exercitu, ff. locati, ibi: *Si domino non denunciavit, & migravit ex locato, tenetur, Labeo autem si resistere potuit, & non restitit, teneri ait, quae sententia vera est*. Quasi debeat quis, cum possit, resistere impedimento exercitus, etiam si in discrimen adducatur, aliàs impeditus non censetur, ex quo textu hanc doctrinam probauit ex Bossio Menochius conf. 146. num. 28.

Nec verum impedimentum prodest ei, 85. qui causam sua culpa dedit, vt colligitur l. qui commearu, ff. de re militar. eis verbis: *Etsi probet se valetudine impeditum, vel à latronibus detentum, similiter casu moram passum, dum non tardius, si loco profectum se probet, quam vt occurrere posset inter commearum restituendus est*. igitur haec verba & inuitabilia impedimenta non excusant, si tardius profectus, vt culpa tunc noceat, & impedimentum non excuset, vt notatunt Bartol. in dict. l. qui commearu, & in dict. l. 2. §. quod diximus, vbi Bald. & Angelus, qui expendit eum textum, & dicit non esse alibi ex Iafone, qui communem dicit, referens Socinum, Decium, Ruinum, Parisium, Crotum, Alexandrum, Felinum, Boherium, Natam, Rubeum, Menochium, Afflictum, & alios, probauit Surdus conf. 12. num. 21. addendi plures relati à Craueta conf. 151. num. 22. & 23. Menochio conf. 384. num. 8. & conf. 496. num. 18.

Cum igitur reus in hoc sibi impedimentum obiiceret, repugnans Patriae suae Belgicae consuetudinem & stylum, & poterat consentiendo facile remouere, nec consentit vere fisco impeditus in probatione facièda, &

& ideo debet censer probatum, quidquid à Fisco allegatum fuit, vt praeter supra adducta interminis conducunt verba glossae, verbo *compellat* in cap. cum causam 37. de testibus, ibi: *videtur, quod debet haberi pro producto, ac si deposuisset contra illum, qui fecit illum impediri, vel consentit, quia si vellet prohibere, ne taliter impediretur, bene posset*. Et impedimento dato, ne testes examinentur, haberi pro examinatis in odium impediens, ex Baldo, Cardinali, Felino, Tiracuello, pluribus Rotae decisionibus tenuit Gratian. 2. tom. discept. 370. num. 18.

88. Verum etiam omnia, quae à nobis reo obiecta, & pluribus actibus iudicialibus vltorius praedicta probantur, quibus declarationes, & alia ex quibus accusatio sumpta, continentur, & actorum iudicialium certa & secura probatio, Baldus in l. 1. Cod. si de momentanea possessione, Neucanus conf. 21. num. 32. Parisius lib. 4. conf. 111. num. 7. Socinus Iunior lib. 1. consil. 16. n. 18. Menoch. consil. 55. num. 7. ex Felino, Aretino, Decio, Puteo, Mandosio, Mascardo, & aliis Gratianus discept. tom. 3. cap. 501. num. 20. & semper praesumitur pro actibus iudicialibus,

cap. sicut 16. de sentent. & re iudicat. ibi: *propter auctoritatem iudicariam praesumi debet omnia legitime processisse*, cap. bonae 13. de electione, eis verbis: *Et pro his, quae à Iudice sunt acta, praesumitur, quod omnia rite fuerint celebrata*, Menoch. de praesumpt. lib. 2. praesumpt. 33. num. 34. & praesumpt. 77. num. 48. & praesumpt. 98. numero 9. vbi plures refert.

Nec contra à reo aliquid in sui defensionem probatur, sed solum in hac Curia Hispaniae testes produxit, de abono, de quibus nihil curandum est iuxta doctrinam Aluari Valasci consul. 56. num. 5. ibi: *Tertio non obstat, quod reus probauit se esse virum probum, & qui solebat facere contractus licitos, quia nullus est tam malus, qui non faciat aliqua bona opera, & probationes legalitatis persona, vulgo dicunt, de abono de la pefoa, solent esse faciles, vt docet experientia: nam & fures manifesti se viros probos, & legales esse probant, & in terminis tenuit Paz in praxi 1. part. 2. tom. 9. tempore, num. 39. ibi: *Iudex curare non debet de generali probatione facta super bonitate testium partis aduersae, id est, de la probança de abonos echa en fauor de los testigos*.*

FINIS.

INDEX



INDEX IVRIUM QVÆ IN HAC PRIMA

PARTE ALLEGATIONVM
FISCALIVM EXPENDVNTVR,
interpretantur, conciliantur.

PRIMVS NVMERVS ALLEGATIONES,
Secundus marginalem numerum, ultimus vero
paginam significat.

Digesti Veteris.



EGE ad rem mobilem, l. ad le-
 gatum, ff. de procurat. alleg.
 17. num. 17. pag. 118
 l. ad eos, ff. commodati, alleg. 26.
 num. 23. pag. 139
 l. agri, ff. de usufructu, allegat. 33. num. 8.
 p. 244
 l. ait Prætor 3. §. hæc verba, & §. pupillus, ff.
 de neg. gest. alleg. 35. n. 18. p. 258
 l. alienationes, ff. famil. ercisc. alleg. 25. n. 14.
 p. 188
 l. alioquin 11. ff. de contrahen. empt. alleg. 49.
 num. 4. p. 355
 l. amplius 3. ff. de liber. caus. alleg. 35. num. 31.
 p. 260
 l. an usufructus 63. ff. de usufruct. allegat. 15.
 num. 8. p. 99
 l. arbor, ff. comm. diuid. allegat. 62. num. 7.
 pag. 446
 l. at qui in natura, §. Scauola, ff. de neg. gest.
 alleg. 14. n. 7. p. 94
 l. auxilium, ff. de minor. allegat. 65. num. 81.
 p. 488
 l. bouem 43. §. pignus, ff. de ædilit. edict. alleg.
 22. n. 11. p. 150
 Et §. si quis cum consilium, alleg. 22. n. 79.
 p. 162
 l. bona fides 50. ff. de act. empr. alleg. 35. n. 18.
 p. 258

Joan. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. Tom. I.

l. certi conditio, §. si nummos, ff. si certum pe-
 tatur, alleg. 7. n. 19. p. 39
 Et alleg. 208. n. 19. p. 213
 l. certi conditio, §. deposui, ff. de reb. credit. al-
 leg. 22. n. 52. p. 157
 Et alleg. 40. n. 24. p. 290
 l. congruit, ff. de officio Præsid. alleg. 13. n. 24.
 pag. 88
 l. contrahitur, ff. de pign. allegat. 22. num. 56.
 p. 188
 l. creditor, §. fin. ff. de distract. pign. alleg. 27.
 num. 12. p. 204
 l. creditor 12. §. Papinianus, aliàs l. si prior,
 ff. qui potiores, allegatione 26. num. 37.
 p. 196
 l. cum de indebito, ff. de probat. alleg. 9. n. 11.
 pag. 59
 l. cum Prætor, in princ. ff. de iudiciis, alleg. 9.
 num. 30. p. 63
 l. congruit, ff. de offic. Præsid. alleg. 13. n. 24.
 p. 88
 l. cum tabernam 34. ff. de pignoribus, al-
 legatione 22. numero 10. & numero 72.
 p. 161
 l. certi cond. §. deposui, ff. de reb. credit. alleg.
 22. n. 52. p. 157
 l. cum quidam 17. ff. de usuris, alleg. 23. n. 11.
 p. 169
 Et num. 21. p. 172
 l. cum poena 38. de arbitris, alleg. 31. n. 5. p. 231
 l. cum quidam 17. ff. de usuris, alleg. 31. n. 32.
 p. 235

T t t Et

Index Iurium.

Et alleg. 32. num. 5.	p. 238	Lex quæ 43. §. fin. de contrah. empt. alleg. 65.	p. 479
Et alleg. 41. num. 14.	p. 297	num. 36.	p. 479
l. cum fundus 31. §. seruum, ff. si certum petatur, alleg. 35. n. 18.	p. 258	l. ædiles, §. fin. ff. de ædilitio edicto, alleg. 26.	p. 193
l. cum quid 13. ff. de rebus credit. allegat. 41. num. 19.	p. 298	num. 10.	p. 193
l. cum alter 11. ff. de compensat. alleg. 41. numero 30.	p. 300	l. eleganter 24. ff. de pignor. actione, alleg. 26. num. 4.	p. 192
l. cum hi, §. si Prætor, ff. de transact. alleg. 49. num. 23.	p. 359	l. eleganter, §. si post, ff. de condit. indebiti, alleg. 26. n. 16.	p. 194
l. cum hic status 32. §. si mulier 23. ff. de donationibus inter, allegat. 49. numero 41. pag. 363		l. emptorem, in princ. ff. de act. empt. alleg. 1. num. 16.	p. 7
l. de ætate, §. ex causa, ff. de interrogat. alleg. 3. num. 21.	p. 18	l. empror, §. Lucius de pactis, alleg. 13. num. 18. pag. 87	
l. de qua re, ff. de iudiciis, allegat. 6. num. 11. pag. 34		Et alleg. 58. n. 14.	p. 423
l. denique 8. ff. de pignotib. alleg. 10. num. 6. pag. 66		Et alleg. 31. n. 30.	p. 235
l. de hæreditate, ff. de hæredit. vel act. vendit. alleg. 31. n. 24.	p. 234	Et alleg. 36. n. 12.	p. 268
l. defuncta 65. ff. de usufructu, alleg. 39. n. 11. p. 273		l. emptor 65. §. ultimo, versic. <i>en ratione</i> , ff. de rei vindicat. allegat. 49. num. 29. p. 361	
l. debet, §. hæc actio, ff. nautæ, cauponæ, alleg. 39. num. 5.	p. 281	l. eos penultim. ff. finium reg. alleg. 63. n. 41. p. 458	
l. debitor, ff. qui potiores, alleg. 40. num. 28. p. 291		l. & si manente, ff. precario, allegat. 9. num. 8. pag. 58	
l. denique 3. §. 1. ff. de minor. alleg. 37. n. 10. p. 273		l. ætatem 3 §. ult. ff. de censibus, alleg. 11. n. 18. p. 74	
l. denique 6. ff. de ritu nuptiar. alleg. 49. n. 41. p. 363		l. & quæ nondum 15. ff. de pignor. alleg. 17. num. 5.	p. 115
l. debet, ff. de ædilitio edicto, alleg. 37. n. 12. p. 418		l. & si sine 8. §. quæsitum, versic. <i>quæ fortuitis</i> , ff. de minorib. allegacione 17. num. 13. p. 117	
l. de ætate 11. §. nihil interest, ff. de interrogat. action. allegat. 65. numero 36. p. 479		l. & hæc distinctio, ff. locati, alleg. 18. num. 1. p. 123	
l. diuus, ff. de in integr. restit. alleg. 28. num. 9. p. 212		Et num. 3.	ibid.
l. diuturna 33. ff. de legibus, allegat. 28. num. 21. p. 214		l. & si sine, §. quæsitum de minoribus, alleg. 32. num. 3.	p. 238
l. dispensaliorum 25. §. 1. ff. depositi, alleg. 41. num. 12.	p. 297	l. etiam si aliis nec vellem 13. §. item si quis à fisco; ff. de petit. hæred. alleg. 43. num. 3. p. 310	
l. diligenter, ff. mandati, allegat. 42. num. 9. p. 305		Et num. 15.	p. 312
l. donationes, quas Diuus, ff. de donat. inter, alleg. 4. n. 4.	p. 21	Et numero 25.	p. 314
l. Dominus testamento, ff. de cond. indebiti, alleg. 5. n. 9.	p. 29	l. etiam 15. ff. qui potiores, alleg. 46. num. 10. p. 328	
l. domum 57. ff. de contrahen. empt. alleg. 22. num. 6.	p. 149	l. & ideo 62. §. 1. ff. de donat. inter, allegat. 49. num. 12.	p. 357
l. Dominus testamento, ff. de condit. indebit. alleg. 22. n. 51.	p. 157	l. eum qui, §. pro parte, ff. de his quibus ut indignis, alleg. 46. n. 28.	p. 331
l. dotem 30. ff. de iure dot. allegat. 34. num. 12. p. 250		l. eum qui, §. qui iniuriarum, ff. si quis cautio, alleg. 52. n. 13.	p. 401
l. dolus 44. ff. mandati, allegat. 40. num. 38. p. 293		l. eum qui emit in principio, ff. de in diem adiect. alleg. 24. n. 7.	p. 181
l. donatæ, §. si sponsus, ff. de donat. inter, alleg. 52. n. 13.	p. 401	l. ex conducto 15. §. Papinianus, ff. locati, alleg. 17. n. 2. & 4.	p. 115
		Et num. 22. & 25.	p. 120
		Et num. 28. & 29.	p. 121
		Et alleg. 19. n. 5.	p. 130
		Et numero 14.	p. 132
		Et alleg. 20. n. 31.	p. 141
		l. exemplo, versic. <i>& in primis</i> , de act. empti. alleg. 18. n. 2.	p. 123
		lex	lex

Index Iurium.

Lex hoc iure, ff. de iustitia & iure, alleg. 52. n. 8. p. 399		l. idem iuris est 12. ff. de compensat. alleg. . . num. . .	
l. fideiussor 2. §. 1. ff. qui satisf. cog. alleg. 29. num. 11.	pag. 218	l. id est 74. ff. de rei vindicat. alleg. 45. n. 10. p. 328	
l. filius §. inuitus, ff. de procur. alleg. 8. n. 30. pag. 50		l. idem Pomponius, §. idem scribit, ff. de rei vindicatione. allegacione 55. num. 12. p. 412	
l. filio 16. §. contra tabulas, ff. de inoff. testam. alleg. 24. n. 6.	p. 181	l. idem in duobus 25. §. 1. ff. de pactis, all. 57. num. 16.	p. 419
l. fin. in princip. ff. quod met. caus. all. 9. n. 12. pag. 59		l. idem, §. si tibi indicium, ff. de condit. ob turpem causam. allegacione 65. num. 33. p. 478	
l. fin. in princ. ff. nautæ, cauponæ, & stab. alleg. 17. n. 4.	p. 115	l. illicitos, §. per vniuersos, ff. de offic. Præsid. alleg. 13. n. 24.	p. 88
l. fin. ff. de in integrum restit. alleg. 22. n. 77. p. 162		l. illud, §. fin. ff. de minorib. alleg. 15. num. 33. p. 104	
l. fin. de condit. furtiua, allegat. 47. n. 17. pag. . . .		l. illud, ff. ad legem Aquil. all. 23. n. 47. p. 178 & alleg. 44. num. 11. p. 316. & alleg. 46. num. 28.	p. 331
l. fin. ff. de contrahend. empt. alleg. 44. n. 2. p. 315		l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præsid. all. 48. num. 7.	
l. fin. ff. de officio eius, cui mand. alleg. 51. n. 21. p. 391		l. Imperator, ff. de postul. alleg. 12. num. 22. p. 80	
l. fin. ff. de albo scribend. allegat. 51. num. 40. p. 395		l. Imperatores, ff. de in diem adiect. alleg. 24. num. 7.	p. 181
l. fistulas 78. §. fundum, ff. de contrah. empt. alleg. 41. n. 35.	p. 301	l. imperium, ff. de iurisdic. omnium iudic. alleg. 55. n. 8.	p. 411
l. forma, §. 1. de censibus, allegat. 3. num. 18. pag. 17		l. in causæ 17. §. idem Pomponius, ff. de minor. alleg. 2. n. 7.	p. 11
Et alleg. 32. n. 6.	p. 238	l. inuitum 5. ff. de seruit. vrb. præd. all. 8. n. 30. p. 50.	
l. fructus pendentes, ff. de rei vindic. alleg. 37. num. 12.	p. 273	l. in rebus 18. ff. commod. alleg. 17. num. 25. p. 120	
l. fundi partem, ff. de contrah. empt. alleg. 31. num. 7.	p. 231	Et alleg. 19. n. 5.	p. 130
l. fructus pendentes, ff. de rei vindic. alleg. 37. num. 12.	p. 273	l. inter, §. non omnia, ff. mandati, allegat. 19. num. 7.	p. 131
l. furti, in principio, ff. de his qui notantur infamiâ, allegacione 37. numero 17. pag. 274		l. in rebus, ff. commod. allegat. 20. num. 23. p. 139	
l. grege 13. §. statu liber. ff. de pignoribus, alleg. 22. n. 26.	p. 152	l. in creditore 38. ff. de vfuris, alleg. 22. n. 83. p. 163	
Et §. cum pignori, allegacione 22. num. 63. p. 159		l. inter locatorem, §. cum inter, ff. de pact. dotal. alleg. 30. n. 2.	p. 224
l. habitatores 27. ff. locati, alleg. 17. num. 2. p. 115		l. in bonæ 36. ff. de peculio, alleg. 34. num. 15. p. 251	
Et alleg. 20. n. 31.	p. 141	l. in fundo, ff. de rei vindic. alleg. 36. num. 11. p. 268	
Et alleg. 61. n. 24.	p. 442	l. inter causas, §. 1. ff. ad Macedonian. all. 36. num. 12.	p. 268
l. hæc venditio, §. fin. ff. de contrahen. empt. alleg. 21. n. 10.	p. 145	l. inter causas, §. abesse, ff. mandati, alleg. 36. num. 12.	p. 268
l. hæc ratio 3. §. sed si debitorem, ff. de donation. inter, allegacione 22. num. 50. p. 157		Et alleg. 40. n. 29.	p. 291
l. idemque 10. ff. mandati, alleg. 14. num. 8. pag. 94		l. in fideicommissum 3. §. si auro vel argento, ff. de vfuris, allegacione 40. num. 30. p. 291	
l. ideo 4. ff. de eo quod certo loco, alleg. 23. num. 20. p. 172. alleg. 31. n. 9.	p. 231	l. in nauem Sauphey 31. ff. locati, all. 41. n. 7. p. 296	
l. item veniunt, §. redactæ, ff. de pet. hæred. alleg. 37. n. 25.	p. 275	l. in causæ la 2. §. Pomponius, ff. de minorib. alleg. 43. n. 5.	p. 310
l. idemque eo, §. si Procurator, ff. mandati, alleg. 41. num. 15.	p. 297		
Et num. 20.	p. 298		
Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fife. Tom. I.			

Index Iurium.

- l. in omnibus 3. ff. de noxalibus, allegat. 18. num. 3. pag. 123
 l. in his, §. ibidem, ff. ad exhibendum, alleg. 21. num. 6. p. 144
 l. isti quidem, ff. quod metus causa, alleg. 61. num. 6. p. 439
 l. item si verberatum, ff. de rei vindicat. allegat. 3. num. 9. p. 16. & num. 29. p. 19. & alleg. 17. n. 19. p. 121
 Et §. si quis seruum, & §. nauicularius. ibid. n. 30. ibid.
 l. item eorum, §. sed si ita, ff. quod cuiuscumque vniuers. nomine, alleg. 8. n. 46. p. 52
 l. item quaeritur 13. §. exercitu, ff. locati, alleg. 8. num. 26. p. 219. all. 29. n. 20. p. 219
 l. item quod dictum, ff. de in diem adiect. alleg. 24. n. 7. p. 181
 l. item veniunt, §. redactæ, ff. de petit. hæredit. allegatione 37. n. 25. p. 275
 l. item liberatur qui paratus, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, alleg. 40. n. 29. p. 291
 l. item eorum, ff. quod cuiuscumque vniuers. nomine, alleg. 41. n. 3. p. 296
 l. item verba, §. quod adiicitur, ff. de constit. pecunia, alleg. 45. n. 15. p. 322
 l. ita vulneratus, ff. ad legem Aquil. alleg. 51. num. 5. p. 399
 l. item si cum exceptione 14. §. aliquando, ff. de eo quod metus causa, allegat. 65. num. 46. p. 481
 l. ius publicum, ff. de pactis, allegat. 3. n. 9. pag. 16
 l. Iulianus, §. ex vendito, ff. de act. empt. alleg. 17. n. 16. p. 118
 Et §. offerri, alleg. 18. n. 2. p. 123
 Et alleg. 26. n. 9. p. 193
 l. iuris gentium, §. adeo, ff. de pactis, alleg. 12. n. 42
 l. Iulianus, §. si quis, ff. ad exhibendum, alleg. 29. n. 23. p. 220
 Et verf. *nam mutata*, allegat. 50. num. 19. p. 372
 l. ius publicum, ff. de pactis, alleg. 29. n. 29. p. 221
 l. iuris ignorantia, ff. de iuris & facti ignorantia, alleg. 35. n. 45. p. 263
 l. ius iurandum ad pecunias 34. ff. de iure iurando, allegatione 38. numero 10. p. 279
 l. iuris gentium, §. si ob maleficium, ff. de pactis, alleg. 47. n. 35. p. 419
 Et §. pactorum, allegatione 57. num. 16. p. 419
 l. ius publicum, ff. de pactis, alleg. 59. n. 18. p. 431
 l. isti quidem, ff. quod met. caus. all. 61. n. 6. p. 439
 l. labeo 3. §. tractemus, ff. de receptis arbitris, alleg. 42. n. 16. p. 306
 l. lecta, ff. de rebus credit. alleg. 41. num. 2. p. 296
 l. lex vectigalis 31. ff. de pignor. allegat. 22. n. 20. p. 151. & n. 29. p. 453
 l. liberalitatis 16. §. i. ff. de vsuris, alleg. 33. num. 10. p. 244
 l. licet 3. §. idem scribit, ff. de peculio, alleg. 2. num. 7. p. 11
 l. Lucius, ff. de euidt. allegat. 17. numero 27. p. 121
 l. Lucius 2. ff. depositi, allegat. 22. num. 53. p. 157
 l. Lucius 24. ff. depositi, allegat. 41. num. 6. p. 296
 l. merces, §. culpæ, ff. locati, alleg. 18. num. 25. p. 128
 l. merces, §. vis maior, ff. locati, alleg. 19. n. 6. p. 131
 l. merito, ff. pro socio, allegat. 28. num. 9. p. 212
 l. metum autem, §. fin. ff. de eo quod metus causa, alleg. 35. n. 43. p. 263
 l. metus 3. ff. ex quibus causis, alleg. 35. n. 9. p. 256
 l. minima, ff. de legibus, alleg. 11. n. 9. p. 73
 Et alleg. 51. n. 34. p. 394
 l. minorem 4. ff. de ritu nuptiarum, alleg. 49. num. 17. p. 358
 l. more, ff. de iurisdic. omnium iudic. all. 5. num. 23. p. 31
 l. mulier, ff. de leg. commiff. alleg. 22. n. 26. p. 152
 l. mutus, §. manente, ff. de iurisdic. alleg. 35. num. 31. p. 260
 l. mulierem 5. ff. de ritu nupt. alleg. 49. n. 41. p. 363
 l. nam ad ea, ff. de legibus, alleg. 7. num. 19. pag. 39
 l. nam hoc modo, ff. de hæred. vel act. vendit. alleg. 17. n. 10. p. 117
 l. nam is, ff. de dolo, allegatione 26. num. 32. p. 197
 l. naturaliter, §. vlt. ff. de condit. indebiti, alleg. 35. num. 18. p. 258
 Et alleg. 15. n. 18. p. 101
 l. nam hac natura, ff. de condit. indebiti, alleg. 35. n. 18. p. 258
 l. nam et si sub conditione, ff. de iniusto rupto, alleg. 22. n. 79. p. 162
 l. nam & Seruius, §. fin. ff. de negot. gest. alleg. 39. n. 11. p. 283
 l. naturalis, §. i. ff. de præscript. verbis, all. 40. num. 24. p. 290
 l. necessario 8. ff. de perie & comm. rei vendit. alleg. 14. num. 6. p. 94
 Et alleg. 17. num. 9. p. 116
 l. neque

Index Iurium.

- l. neque vitalem, ff. ex quibus causis maiores alleg. 16. num. 33. pag. 111
 l. nec emptio 8. ff. de contrahend. emptione, alleg. 17. num. 5. p. 115
 l. nec emptio, §. i. de contrahend. empt. alleg. 17. num. 13. p. 117
 l. ne quidquam, §. vbi decretum, ff. de offic. Proconf. alleg. 44. num. 8. pag. 316
 l. necesse, ff. de in diem adiectione, alleg. 45. num. 9. p. 321
 l. non segnus Apolaris 41. §. fin. ff. de re iudic. alleg. 53. num. 9. p. 407
 l. non est verosimile, ff. de eo quod metus causa, alleg. 35. num. 8. p. 256
 l. non omnes, ff. si certum petatur, alleg. 36. num. 23. p. 270
 l. non vtrique 3. §. fin. ff. de eo, quod certo loco, alleg. 10. num. 3. p. 136
 l. nullus, ff. de testibus, allegat. 42. numero 22. p. 307
 l. nullus, ff. de euidt. alleg. 50. n. 14. p. 372
 l. obligatione generali 6. ff. de pignor. allegat. 10. num. 6. p. 66
 & alleg. 13. num. 17. p. 87
 l. ob carmen, §. fin. ff. de testibus, allegat. 28. num. 17. p. 213
 l. obseruandum in sine, ff. de officio, alleg. 51. num. 1. p. 388
 l. omnes populi, ff. de iustitia & iure, alleg. 10. num. 25. p. 70
 & alleg. 40. num. 19. p. 289
 l. pacta conuenta 72. ff. de contrahend. empt. alleg. 22. num. 32. p. 154
 l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui vel, alleg. 23. num. 39. p. 176
 & alleg. 47. num. 28. p. 340
 l. Paulus 29. §. si domus, ff. de pignor. allegat. 22. num. 92. p. 164
 & num. 85. p. 163
 l. Paulus aliàs Sempronius, §. qui pignus, ff. quibus mod. pignus, vel hypotheca fol. alleg. 44. num. 10. p. 316
 l. pecunia fœnebris 9. ff. de vsuris, alleg. 23. num. 21. p. 172
 l. pecuniam, ff. si certum petatur, allegat. 29. num. 8. p. 218
 l. planè 5. ff. familiae erciscundæ, alleg. 40. numero 7. p. 287
 l. planè, ff. de minor. alleg. 43. n. 5. p. 310
 l. Pomponius, §. in his, ff. de procurat. allegat. 15. num. 30. p. 103
 & alleg. 8. num. 47. p. 52
 l. Pomponius, ff. de negot. gestis, alleg. 34. num. 4. p. 249
 l. posthumus c. §. fin. ff. de in officio. allegat. 26. num. 26. p. 196
 l. i. ff. de officio Consul. alleg. 4. n. 11. p. 22
 l. i. ff. de precario alleg. 5. n. 19. p. 31
 l. i. de constit. Princip. alleg. 5. n. 21. ibid.
 l. i. §. i. ff. de iustitia & iure allegat. 8. num. 28. p. 49
 l. i. ff. de precario, alleg. 8. num. 33. p. 50
 l. i. §. casum, ff. de postul. alleg. 8. numero 49. p. 53
 l. i. §. si seruus, ff. depositi, alleg. 14. num. 8. p. 94
 l. i. §. si conuenit, ff. depositi, alleg. 17. num. 2. p. 115
 l. i. §. eleganter, ff. depositi, alleg. 17. num. 10. p. 117
 l. i. §. fin. ff. de act. empt. allegat. 17. num. 10. ibid.
 l. i. §. si intelligatur, ff. de ædilitio edicto, alleg. 17. num. 10. ibidem
 l. i. ff. de minoribus, alleg. 17. n. 13. ibid.
 l. i. de vsuris, alleg. 17. num. 19. p. 119
 l. i. ff. de precario, alleg. 50. n. 32. p. 374
 l. i. ff. de postuland. allegat. 51. n. 1. p. 288
 l. i. §. huius studij, ff. de iustitia & iure, alleg. 52. num. 53. p. 299
 l. i. de albo scribendo, alleg. 52. n. 8. ibid.
 l. i. ff. de appellat. alleg. 52. n. 27. p. 404
 l. i. §. i. de rei vindic. alleg. 55. n. 4. p. 410
 l. i. ff. finium regundor. alleg. 55. n. 11. p. 411
 l. i. §. cura carnis. ff. de officio Præfecti vrbis, alleg. 56. num. 11. p. 415
 l. i. ff. de constit. Principum, allegat. 63. n. 8. p. 453
 l. i. §. si quis ius dicenti non obtemperat, alleg. 64. num. 10. p. 462.
 & num. 20. p. 464
 l. i. ff. de iustitia & iure. alleg. 65. numero 33. p. 478.
 l. i. ff. de officio Præfecti vigil. alleg. 65. n. 34. p. 479.
 l. i. §. si venditor, ff. de actionibus empr. alleg. 65. num. 35. ibid.
 l. i. §. scientiam, ff. de tribut. actione, alleg. 65. num. 36. ibid.
 l. i. §. non tamen, ff. ad Senatusconf. Silan. alleg. 65. n. 41. p. 480
 l. i. §. si rem, ff. depositi, alleg. 65. n. 83. p. 489
 l. i. §. aiunt ædiles, ff. de ædilit. edict. alleg. 22. num. 11. p. 150
 l. pacta conuenta 72. ff. de contrahen. empr. all. 22. n. 32. p. 154
 l. proponebatur 72. ff. de iudiciis, allegat. 22. num. 38. p. 155
 l. i. ff. qui satisficere cogantur, alleg. 22. n. 54. pag. 157
 l. i. quod quisque vires, allegat. 25. num. 13. p. 187
 l. i. ff. de fundo dotali, alleg. 25. numero 14. p. 188
 l. i. §. i. ff. de actionibus empti, alleg. 26. n. 8. p. 193

Index Iurium.

- l. i. ff. de transaction. allegat. 26. numero 16. p. 194
- l. i. ad finem cum lege sequenti, ff. de v. fust. alleg. 27. n. 13. p. 204
- l. i. de instit. actione, allegat. 33. numero 8. p. 244
- l. i. ff. de eo quod metus causa, allegat. 35. num. 4. p. 255
- l. i. ff. de pactis, alleg. 35. n. 4. p. 255
- l. i. §. an in pupillum, ff. de positi, all. 35. n. 18. p. 258
- l. i. §. qui in perpetuum, ff. si ager vectig. alleg. 36. n. 16. p. 269
- l. i. §. qui sint, ff. nautæ, caupones, alleg. 39. num. 5. p. 281
- l. i. ff. de rerum permutatione, alleg. 40. n. 24. p. 290
- l. i. ff. de v. furis, alleg. 40. n. 39. p. 293
Et alleg. 41. n. 16. p. 297
- l. i. ff. quod iustu, allegatione 41. numero 3. p. 296
- l. i. §. eleganter, ver. si pecunia, ff. de positi, alleg. 41. n. 25. p. 299
- l. i. ff. de iustitia & iure, allegat. 42. num. 3. p. 304
- l. i. in princip. & §. i. ff. de Senatorib. alleg. 42. num. 17. p. 306
- l. i. ff. de ritu nuptiarum, allegat. 49. num. 12. p. 357
- l. proinde 34. ff. locati, alleg. 17. n. 25. p. 120
Et alleg. 19. n. 5. p. 130
- l. promittendo 41. ff. de iure dot. alleg. 34. n. 16. p. 251
- l. propter sterilitatem, ff. locati, alleg. 17. n. 3. p. 115
- l. propter spem, ff. famil. ercisc. alleg. 17. n. 5. p. 116
Et num. 12. p. 117
- l. proponebatur 72. ff. de iudiciis, all. 2. n. 28. p. 155
- l. quamuis, §. vlt. ff. ad Senatusconf. Velleian. alleg. 35. n. 18. p. 258
- l. quamuis, ff. solut. matrim. allegat. 35. n. 31. p. 260
- l. quamuis, §. interdum, ff. ad Senatusc. Velleian. alleg. 36. n. 12. p. 268
Et alleg. 40. n. 29. p. 291
- l. quamuis, §. fin. ff. de pignorat. actione, all. 41. num. 15. p. 297
Et num. 39. p. 301
Et num. 20. p. 298
- l. quamuis melius, ff. de usufructu, alleg. 44. num. 13. p. 317
- l. quero, ff. de act. empt. alleg. 14. n. 13. p. 95
- l. quero, §. inter locatorem, ff. locati, all. 26. num. 9. p. 193
Et alleg. 28. n. 19. p. 213
Et alleg. 30. n. 16. p. 227. Et all. 32. n. 8. p. 239
- l. quædam, §. numularios, ff. de edendo, alleg. 28. n. 17. p. 213
- l. quæ de tota, ff. de rei vindicatione, alleg. 46. num. 16. p. 329
- l. quero, §. i. ff. de ædilitio edicto, alleg. 48. num. 13. p. 346
- l. quæsitum 9. ff. de sponsalibus, allegat. 49. num. 17. p. 358
- l. queritur, ff. de statu hominum, alleg. 55. n. 7. p. 411
- l. qui iurisdictioni, ff. de iurisdictione omnium iudicum, alleg. 2. n. 5. p. 11
- l. qui cum tutoribus, §. qui per fallaciam, ff. de transactionibus, allegat. 9. num. 34. pag. 64
- l. qui peculij 47. ff. de peculio, alleg. 13. n. 17. pag. 87
- l. qui insulam, ff. locati, allegat. 17. num. 2. p. 115
- l. qui officij 62. §. fin. ff. de contrahen. empt. alleg. 17. n. 4. p. 115
- l. qui proprio, §. qui alio, ff. de procur. alleg. 17. num. 17. p. 118
- l. qui fundum, ff. locati, allegatione 20. num. 4. p. 136
- l. qui insulam 33. ff. locati, allegat. 20. num. 15. p. 138
Et n. 24. p. 139. & n. 31. p. 141
- l. quod si domus, ff. locati, alleg. 20. n. 20. p. 138
- l. qui insulam, in princip. & §. ædiles, ff. locati, alleg. 20. n. 31. p. 141
- l. quid tamen 10. §. non tantum, & §. in nauis, ff. quibus mod. usufructus amit. alleg. 22. num. 35. p. 154
- l. qui negotia, ff. mandati, allegat. 22. num. 50. p. 156
- l. qui noua, ff. de alien. iudicij mutand. caus. alleg. 22. n. 79. p. 162
- l. qui res, §. arcam, ff. de solut. alleg. 26. num. 3. p. 192. & n. 28. p. 196
- l. qui aliena 10. §. fin. ff. de neg. gest. alleg. 27. num. 11. p. 203
Et alleg. 46. n. 17. p. 324
- l. qui patitur, ff. mandati, allegat. 34. num. 21. p. 252
- l. qui in carcerem, ff. de eo quod metus causa, alleg. 35. n. 9. p. 259
- l. qui scit 25. §. i. ver. præterea, ff. de v. fur. alleg. 37. n. 12. p. 273
- l. qui autem 14. §. sed & si quis, ff. de constit. pecunia, alleg. 40. n. 22. p. 289
- l. Quintus Cicilius 28. ff. de positi, alleg. 41. num. 12. p. 297
- l. qui sine 40. in princip. ff. de neg. gest. alleg. 41. num. 15. ibid.
- l. qui libertatis, §. Seruus, ff. de euct. alleg. 41. num. 32. p. 300
- l. qui fundu 32. ff. locati, all. 44. n. 1. p. 315
- l. qui

Index Iurium.

- l. qui luminibus, ff. de fermit. & aqua, alleg. 55. num. 19. p. 413
- l. qui insulam, 30. §. fin. ff. locati, alleg. 58. n. 22. p. 425
- l. qui libertatis, §. i. sed & si quis, ff. de euct. alleg. 65. n. 36. p. 479
- l. quoties, cum l. sequenti, ff. de noxalib. alleg. 21. n. 7. p.
- l. quod Seruius, ff. de condit. causa data, all. 3. num. 20. p. 18
- l. quod in diem, §. si rationem, ff. de compens. alleg. 6. n. 9. p. 34
- l. quod si in venditione 10. ff. de hæredit. vel actione vendit. alleg. 14. n. 2. p. 93
- l. quod si sit 13. ff. de hæred. vel act. vendit. all. 14. num. 2. p. 93
- l. quod si Seruius 8. ff. de condit. causa data, alleg. 19. n. 4. p. 130
- l. quod si domus, ff. locati, alleg. 20. num. 20. p. 138
- l. quod te mihi, ff. de rebus credit. allegat. 26. num. 40. p. 198
- l. quod si nolit, §. assidua, ff. de ædilit. edict. alleg. 28. n. 18. p. 213
- l. quoties 6. in princip. ff. qui satisfd. cogantur, alleg. 29. n. 11. p. 218
- l. quod Seruius 8. ff. de condit. causa data, alleg. 30. n. 16. p. 227
Et alleg. 32. n. 8. p. 239
- l. quod te mihi, ff. si certum petatur, alleg. 34. num. 22. p. 252
- l. quod ab initio, ff. de rebus creditis, alleg. 41. num. 24. p. 299
- l. quod si ab initio, ff. si cert. petatur, alleg. 47. num. 13. p. 337
- l. quod sapè, §. vlt. de contrah. empt. alleg. 61. num. 22. p. 441
- l. rem alienam, ff. de contrah. empt. allegat. 26. num. 40. p. 199
- l. regula, §. fin. ff. de iuris & facti ignor. alleg. 35. num. 45. p. 263
- l. Rutilia Pola, ff. de contrah. empt. alleg. 30. num. 6. p. 225
- l. scientiam 45. ff. ad legem Aquil. alleg. 18. n. 3. p. 123
- l. sed & si possessori, in princip. ff. de iureiurand. alleg. 6. n. 7. p. 33
- l. 2. §. postea ne diutius hoc fieri, ff. de reg. iuris, alleg. 7. n. 4. p. 36
- l. 2. ff. de pignorat. actione, allegat. 10. n. 24. pag. 70
- l. 2. ff. de veteranis, alleg. 16. n. 36. p. 112
- l. 2. ff. locati, alleg. 18. n. 2. p. 123
- l. 2. §. si propter, ff. si quis cautio, alleg. 19. n. 5. p. 130
- l. 2. §. fin. ff. si ex noxal. causa agatur, alleg. 26. num. 31. p. 197
- l. 2. §. si aliter, ff. fin. regund. alleg. 27. n. 1. p. 203
- l. 2. §. fin. qui satisfd. cog. allegatione 31. numero 11. p. 332
- l. 2. §. fin. ff. si quis in ius vocat. non ierit, alleg. 31. n. 13. p. 232
- l. 2. §. si non propter, ver. quod diximus, ff. si quis cautio, alleg. 33. n. 15. p. 245
- l. 2. ff. de constit. princip. alleg. 51. num. 43. p. 394
- l. 2. §. deinde aucto, ff. de orig. iuris, alleg. 56. num. 6. p. 399
- l. 2. ff. de legibus, alleg. 63. n. 8. p. 453
- l. 2. ff. de iurisdic. omn. iudic. alleg. 64. n. 18. p. 464
- l. sed & si possessori, in princip. ff. de iureiurand. alleg. 33. n. 12. p. 245
- l. si de interpretatione, ff. de legib. alleg. 11. num. 9. p. 73
- l. sed si quis, §. quæsitum, ff. si quis cautio, alleg. 17. n. 14. p. 118
- l. sed si addes 21. §. illud nobis, ad finem, ff. locati, alleg. 17. n. 29. p. 121
Et alleg. 20. n. 13. p. 137
- l. sed & si per Prætozem, ff. ex quibus causis, alleg. 18. n. 26. p. 129
- l. sed & damno, ff. locati, alleg. 20. num. 23. p. 139
- l. sed si lege, §. scire, ff. de pet. hæred. alleg. 24. num. 1. p. 181
- l. sed & si restitatur 28. §. ex quibus, ff. de iudiciis, alleg. 28. n. 27. p. 215
- l. sed & si per Prætozem, §. 2. ff. ex quibus causis, alleg. 29. n. 19. p. 219
- l. sed & si possessori, §. cum si iurauero, ff. de iureiur. alleg. 33. n. 11. p. 245
- l. sepe, ff. de officio Præsidis, alleg. 36. num. 22. p. 270
- l. sed & si possessor 23. §. Papinianus, ff. de pet. hæred. alleg. 41. n. 15. p. 297
Et alleg. 47. n. 41. p. 342
- l. sed si damnum, §. peculium, ff. de peculio, alleg. 41. n. 36. p. 301
- l. sed si vir, §. si dico, ff. de donat. inter, alleg. 42. num. 3. p. 304
- l. Seia, ff. de euct. alleg. 45. n. 24. p. 324
Et alleg. 49. n. 38. p. 362
- l. sed & si lege 15. ff. de eo quod metus causa, alleg. 65. n. 46. p. 481
- l. si de re sua, ff. de arbitris, allegat. 4. num. 2. pag. 21
- l. si Consul, ff. de adoption. allegat. 4. num. 11. pag. 22
- l. si autem, §. si quocumque, ff. de compens. fat. alleg. 6. n. 9. p. 34
- l. si diligenter, ff. mandati, alleg. 7. n. 2. p. 36
- l. siue nuptura, in fine, ff. de iur. dot. allegat. 9. num. 12. p. 59
- l. si per errorem, ff. de iurisd. omnium iudicium, alleg. 9. n. 14. p. 59
- l. si cur,

Index Iurium.

l. fictus, §. sed etsi, ff. quibus modis pignus vel hypotheca soluitur, allegatione 9. num. 30. pag. 63	l. si is cui i. §. hæres, ff. quemadm. seru. amittantur, alleg. 22. n. 27. p. 152
l. si conuenerit, ff. de pignorat. actio. alleg. 10. num. 24. p. 70	l. si quis ædes in princ. ff. de seruit. vrb. præd. alleg. 22. n. 37. p. 154
l. si de interpretatione, ff. de legibus, alleg. 11. num. 9. p. 73	l. singularia, ff. de rebus credit. alleg. 22. n. 50. p. 156
l. si vno, ff. locati, alleg. 11. n. 13. p. 73	l. si rem, §. omnis, ff. de pignor. actione, allegat. 22. n. 54. p. 157
l. si infulam, ff. de præscript. verbis, alleg. 11. num. 13. p. 73	l. si conuenerit 18. ff. de pignorat. actione, allegat. 22. n. 62. p. 159
l. si ita 17. ff. de vsu & habitatione, alleg. 13. num. 19. p. 87	l. sicut 8. ff. quibus modis pignus vel hypoth. soluit, alleg. 22. n. 71. p. 161
l. si mercedem, §. si cum fundum, ff. de action. empti, alleg. 13. n. 23. p. 88	l. si autem, §. sed & is, ff. de rei vind. alleg. 22. num. 80. p. 162
l. si Procuratorem 8. in princ. ff. mandati, alleg. 14. n. 8. p. 94	l. si debitor, ff. quibus modis pignus vel hypothec. soluitur, alleg. 22. n. 80. p. 162
l. si tantum 12. ff. ad Senatufconf. Macedonian. alleg. 14. n. 8. p. 94	Et num. 84. p. 163
l. si ex pretio certa, ff. si cert. petatur, alleg. 14. num. 8. p. 94	l. si res 3. ad finem, ff. quibus modis pignus vel hypotheca soluitur, alleg. 22. num. 83. p. 163
l. si hominem, ff. mandati, allegat. 15. num. 6. pag. 98	l. si inter 21. §. fin. ff. de pignor. allegat. 22. n. 85. p. 163
Et alleg. 8. n. 18. p. 47	l. si de interpretatione, ff. de legibus, alleg. 13. num. 26. p. 173
l. si quis à liberis, §. meminisse, ff. de lib. agnoscendis, alleg. 15. n. 24. p. 102	l. si non sortem, ff. de cond. indeb. allegat. 24. num. 12. p. 182
l. si quis domum 9. ff. locati, alleg. 17. num. 2. p. 115	l. si quis accepto, ff. de condit. causa dat. alleg. 26. n. 19. p. 195
l. si merces, §. vis maior, ff. locati, alleg. 17. n. 3. p. 115	Et num. 24. p. 196
Et num. 29. p. 121	l. si instituta 27. ff. de inoffic. testam. alleg. 26. num. 20. p. 195
l. si iactum, ff. de action. empti, alleg. 17. n. 5. p. 115	l. si rem alienam, ff. de pign. act. alleg. 26. n. 35. p. 198
l. si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de act. empti, alleg. 20. n. 14. p. 137	l. si ita distrahatur, §. qui vendit, ff. de contrahend. empt. alleg. 26. n. 40. p. 199
l. si quis nec causam, ff. si certum petatur, alleg. 20. n. 16. p. 138	l. si quis liberum 20. ff. de probat. allegat. 27. num. 7. p. 203
l. si vt certo, §. quod verò, ff. commodari, alleg. 20. n. 22. p. 139	l. si quis conductoris, ff. locati, alleg. 28. num. 5. p. 211
l. si quis domum, §. hic subiungi, vers. idem querit, ff. locati, alleg. 20. n. 26. p. 140	l. si in lege 24. §. colonus, ff. locati, allegat. 29. num. 22. p. 220
l. si pecuniam, ff. de condit. causa dat. alleg. 20. num. 26. p. 140	l. si venditor, §. si quid empror, ff. de seruis exportandis, allegatione 31. numero 24. p. 234
l. si merces, ff. locati, alleg. 20. n. 31. p. 141	l. si quis in fine, ff. de periculo & commod. rei venditæ, alleg. 32. n. 5. p. 238
l. si conuenerit 18. ff. de pign. act. alleg. 22. n. 9. pag. 149	l. si merces 28. §. si vicino, ff. locati, allegat. 32. num. 22. p. 241
l. si fundum 16. §. si res, ff. de pignorib. alleg. 22. n. 9. p. 149	Et num. 23. p. 241
l. si debitor 4. ff. quibus mod. pignus vel, alleg. 22. n. 12. p. 150	l. si fundus 36. in fine, ff. locati, alleg. 32. n. 22. p. 241
l. si ex duobus 6. ff. de in diem adiect. alleg. 22. num. 20. p. 151	l. si iactum retis, ff. de actionibus empti, alleg. 32. n. 29. p. 242
l. si res 3. in princ. ff. quibus mod. pignus vel hypothec. soluit, allegatione 22. num. 22. p. 151	l. si igitur, §. vlt. ff. pro socio, allegat. 33. num. 8. p. 244
l. si quis hac lege 42. ff. de rei vind. alleg. 22. num. 23. p. 152	l. si non fuerit 29. §. Anisto, ff. pro socio, alleg. 33. num. 17. p. 246
l. si quis domum, §. huic subiungi potest, ff. locati, alleg. 22. n. 26. p. 152	l. si vehenda, §. si ea conditione, ad l. Rhod. de

Index Iurium.

de iactu, alleg. 33. n. 78. p. 246	l. si quis, ff. de rer. diuis. allegat. 47. num. 13. pag. 337
l. si plures 14. §. siue autem, ff. depositi, alleg. 33. n. 20. p. 246	l. si quis nec causam, ff. si certum petatur, alleg. 49. n. 40. p. 363
l. si in Asia 12. §. fin. ff. depositi, alleg. 33. n. 20. p. 246	l. si ex plagiis, §. in Clinio Capitolino, ff. ad l. Aquil. alleg. 50. n. 3. p. 370
l. si vina 15. ff. de periculo & commod. rei vendit. alleg. 33. n. 21. p. 246	l. si is cui, ad fin. ff. quemadm. seruit. amittantur, alleg. 50. n. 29. p. 374
l. si fideiussor, ff. qui satisf. cogantur, alleg. 34. n. 4. p. 248	l. si in aliquam, §. cum plenissimam, ff. de officio Proconf. alleg. 51. n. 21. p. 391
l. si ab arbitrio, ff. qui satisf. cogantur, allegat. 34. n. 7. p. 249	l. si quis nec causam, ff. si certum petat. alleg. 56. num. 9. p. 415
l. si fideiussor, §. si necessaria, ff. qui satisf. cogantur, alleg. 34. n. 24. p. 253	l. si etgo, ff. si certum petatur, alleg. 56. num. 9. p. 415
l. si mulier 21. §. si metu coactus, ff. de eo quod metus causa, alleg. 35. n. 3. p. 255	l. si venditor 6. §. i. ff. de seruis expert. alleg. 57. num. 3. p. 417
Et alleg. 35. n. 36. p. 261	l. si manifestè, ff. de seruit. alleg. 57. num. 8. p. 418
l. si patre cogente 22. ff. de ritu nuptiar. alleg. 35. num. 3. p. 255	l. si tibi 17. §. pactum, ff. de pactis, allegat. 57. num. 16. p. 419
l. si cum exceptione, §. in hac, ff. de eo quod metus causa, alleg. 35. n. 8. p. 256	l. si mihi 20. num. l. sequenti, ff. de seruit. vrb. alleg. 58. n. 31. p. 426
Et alleg. 35. n. 43. p. 263	l. si tamen, §. ei qui, ff. de ædilitio edicto, alleg. 63. n. 40. p. 458
l. si seruus 24. §. seruum, ff. de actionib. empti, alleg. 35. n. 18. p. 258	l. si me & Titium, ff. si certum petatur, alleg. 40. n. 23. p. 240
l. si ipsa 18. ff. quod metus causa, alleg. 35. n. 18. p. 258	l. socium 61. §. socius, ff. pro socio, allegat. 20. num. 29. p. 140
l. si fideiussor 26. §. pater scis, ff. de pignorib. alleg. 35. n. 22. p. 258	Et alleg. 42. n. 6. p. 305
l. si per imprudentiam, ff. de euid. allegat. 35. num. 44. p. 263	l. si sponsus, §. circa venditionem, ff. de donat. inter, alleg. 42. n. 3. p. 280
l. si ipsa res 18. ff. de eo quod metus causa, alleg. 35. n. 45. p. 264	l. solent, ff. de præscriptis verbis, alleg. 65. n. 33. p. 478
l. si vno, ff. locati, allegatione 36. numero 17. p. 269	l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pactis, alleg. 26. n. 18. p. 195
l. si fructuarius 13. ff. quibus modis vsus amitt. alleg. 37. n. 12. p. 273	l. Titius 44. ff. de actionibus empti, allegat. 31. num. 30. p. 235
l. si seruus 27. §. Proculus, ff. ad legem Aquil. alleg. 39. n. 12. p. 283	l. Titius 76. ff. de procurat. alleg. 26. num. 32. p. 197
l. si rem, §. omnis, ff. de pignorat. allegat. 40. num. 29. p. 291	l. tutor, §. Lucius, ff. de vsuris, alleg. 40. num. 7. p. 287
l. si inter me & Titium, ff. de rebus creditis, alleg. 41. n. 10. p. 297	Et alleg. 41. n. 5. p. 296
l. si facculum 29. §. si ex permisso, ff. depositi, alleg. 41. n. 12. & 17. p. 297	Et n. 47. p. 302
l. si pupilli 6. §. videamus, ff. de negotiis gestis, alleg. 41. n. 35. p. 301	l. tutorem 22. ff. de his quibus vt indignis, alleg. 51. n. 43. p. 395
l. sed si damnum, §. peculium, ff. de peculio, alleg. 41. n. 36. p. 301	l. vbi 4. §. sed & Marcellus, ff. de in diem adiect. alleg. 22. n. 75. p. 162
l. si conuenerit 18. ff. de pignorat. actione, alleg. 41. n. 38. p. 301	l. vbi, ff. de condit. ob turpem causam, alleg. 47. n. 18. p. 338
l. si inter me & Titium, ff. si certum petatur, alleg. 43. n. 5. p. 310	l. vbi numerus, ff. de testibus alleg. 48. num. 17. p. 347
l. si per errorem, ff. de iurisdictione omnium iudicum, alleg. 43. n. 16. p. 312	l. vbi certum, ff. de iudiciis, alleg. 53. num. 1. p. 406
l. si merces 25. §. qui fundum, ff. locati, alleg. 44. num. 1. p. 315	l. verius 21. ff. de probation. alleg. 16. num. 24. p. 100
l. si in lege 24. §. fin. ff. locati, alleg. 44. num. 2. p. 315	l. veteribus, ff. de pactis, allegat. 18. num. 8. p. 125
l. si debito 10. ff. de pign. alleg. 44. n. 15. p. 315	Et alleg. 34. n. 19. p. 110
Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fidei. Tom. I.	V v v l. verum

Index Iurium.

- I. verum*, §. sciendum, ff. de minor. alleg. 85. num. 28. p. 260
I. videamus, §. penult. ff. locati, alleg. 18. n. 25. p. 128
I. videamus 38. §. si debitum, ff. de vfuris, alleg. 24. n. 7. p. 181
I. videamus 12. §. fin. ff. locati, alleg. 31. n. 25. p. 234
 Et alleg. 39. n. 11. p. 283
I. vit. ff. de vfu & habitatione, alleg. 44. n. 13. p. 317
I. vnica, ff. de officio Consul. alleg. 5. num. 12. pag. 30
-
- Digesti Infortiati.*
- L** Ege adigere, §. quamuis, ff. de iure patronat. alleg. 49. n. 27. p. 360
I. à filio, §. testator, ff. de aliment. legatis, alleg. 40. n. 19. p. 289
 Et §. vit. alleg. 50. n. 96. p. 383
 Et alleg. 40. n. 19. p. 289
I. à liberto 35. ff. de bonis libert. alleg. 26. n. 30. p. 197
I. apud Iulianum 39. §. constat, ff. de legatis 1. alleg. 49. n. 32. p. 361
I. asse toto, ff. ad l. Falcid. alleg. 14. num. 9. pag. 94
I. à testatore, ff. de cond. & demonstr. alleg. 49. num. 23. p. 359
I. Aurelius de liber. legat. alleg. 1. numero 24. pag. 8
 Et alleg. 15. n. 30. p. 104
I. Carbonianum, §. missum, de Carboniano edicto, alleg. 27. n. 7. p. 203
I. Chirographus, §. ab eo, ff. de admin. tutor. alleg. 24. n. 7. p. 181
I. cohæredi, §. qui discretos, ff. de vulgari, alleg. 36. n. 25. p. 270
I. cui fuerit 15. ff. de cond. & demonstr. alleg. 49. n. 37. p. 362
I. cum filius 38. ff. de milit. testam. alleg. 8. numero 40. p. 51
I. cum seruus, ff. de condit. & demonstr. alleg. 14. num. 7. p. 94
I. cum pater, §. euctis, ff. de legat. 2. alleg. 17. num. 2. p. 115
 Et num. 17. p. 118
 Et num. 19. p. 119
I. cum seruus, ff. de adim. legat. alleg. 22. n. 36. p. 154
I. cum res in principio, I. cum in testamento, ff. de rebus dubiis, alleg. 28. n. 17. p. 213
I. cum fundos, ff. de leg. 2. alleg. 30. num. 3. p. 224
I. cum seruus 81. ff. de condit. & demonstr. alleg. 38. n. 7. p. 278
- I. cum seruus*, ff. de verb. oblig. alleg. 40. n. 17. p. 291
I. cum post mortem, §. i. verf. *sed bis*, ff. de admin. tutor. alleg. 40. n. 35. p. 292
I. cum quidam, ff. de bonor. possess. alleg. 45. num. 19. p. 323
I. cum seruus 39. aliàs. apud Iulianum, §. heres, ff. de legat. 1. alleg. 46. n. 10. p. 328
I. cum mulier 47. ff. solut. matrim. alleg. 48. num. 47. p. 352
I. cum pater, §. dulcissimus, ff. de legat. 2. alleg. 49. n. 28. p. 361
I. cui fuerit 15. ff. de condit. & demonstr. alleg. 49. n. 37. p. 362
I. debitor sub pignore, ff. ad Senatufc. Trebel. alleg. 26. n. 29. p. 197
I. demonstratio 17. de condit. & demonstrat. alleg. 40. n. 15. p. 288
I. demonstratio falsa 17. de cond. & demonstrat. alleg. 43. n. 15. p. 312
I. defendente, ff. de auct. tutor. alleg. 52. n. 11. p. 400
I. etiam 17. ff. de leg. 3. allegatione 17. num. 5. p. 115
I. eum qui 87. §. fin. ff. de acquir. hæred. alleg. 26. num. 31. p. 197
I. eum qui, §. pro parte, ff. de his quibus vt indignè, alleg. 46. n. 28. p. 331
I. ex facto 43. ff. de vulgari, alleg. 8. num. 48. & alleg. 11. n. 3. p. 72
 & alleg. 15. n. 31. p. 104
 & §. item quæro, alleg. 51. n. 43. p. 395
I. ex diuerso 18. §. fin. ff. solut. matrim. alleg. 53. num. 9. p. 407
I. ex facto agitaram 19. ff. de hæred. instit. alleg. 58. n. 31. p. 426
I. ex falsa 33. in princip. ff. de cond. & demonstrat. alleg. 43. n. 16. p. 312
I. fideicommissa, §. si rem, ff. de leg. 3. alleg. 22. num. 73. p. 161
 Et alleg. 40. n. 39. p. 293
I. filius 15. de condit. instit. alleg. 23. num. 43. p. 177
 Et alleg. 42. n. 21. p. 307
I. filio quem pater, ff. de liber. & posthumis, alleg. 45. n. 14. p. 322
I. filia, §. Titia, ff. de condit. & demonstrat. alleg. 52. n. 13. p. 401
I. fin. §. vxori, ff. de auro & argento legat. alleg. 19. n. 10. p. 132
I. fin. §. i. de legatis 2. allegat. 30. num. 7. p. 225
I. fin. §. cui dulcia, ff. de tritico, vino & oleo legat. alleg. 36. n. 24. p. 270
I. fin. ff. de magistrat. conueniendis, alleg. 39. num. 6. p. 281
I. fin. §. Titia, ff. de liber. legat. alleg. 43. num. 4. p. 310

I grege

Index Iurium.

- I. grege*, ff. de legat. 2. allegat. 34. num. 18. pag. 252
I. iam hoc iure, ff. de vulgari, alleg. 42. num. 8. p. 305
I. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de legat. 3. alleg. 18. n. 20. p. 127
 Et alleg. 31. n. 4. p. 231
I. lile à quo, §. tempestiuum, ff. ad Senatufc. Trebell. alleg. 42. n. 16. p. 306
I. in confirmando, cum l. sequenti, ff. de confirm. tutor. alleg. 3. n. 21. p. 18
I. in quantitate 72. §. magna, ff. ad legem Falcid. alleg. 17. n. 5. p. 116
I. in bonorum 10. ff. de bonor. possess. alleg. 17. num. 11. p. 117
I. in confirmando, ff. de confirm. tutor. alleg. 32. n. 8. p. 238
I. in testamento 18. ff. de testam. alleg. 51. n. 32. p. 300
I. in argento potorio 23. ff. de auro & argento legat. alleg. 55. n. 15. p. 412
I. is qui verbum, ff. de rebus dubiis, alleg. 34. num. 9. p. 250
I. is qui ducenta, §. vtrum, ff. de rebus dubiis, alleg. 46. n. 17. p. 329
I. Iulianus 60. ff. de leg. 3. allegat. 19. num. 10. p. 132
I. iure ciuili 24. ff. de condit. & demonstrat. alleg. 29. n. 29. p. 221
I. Iulius Paulus 81. ff. de condit. & demonstrat. alleg. 41. n. 32. p. 300
I. iusta, ff. de manumiss. vindict. allegat. alleg. 61. n. 6. p. 439
I. Labeo, §. item Tuberro, ff. de suppellectili legat. alleg. 14. n. 17. p. 95
I. legata inutiliter, ff. de adimend. legat. alleg. 34. n. 7. p. 249
 Et allegat. 36. n. 24. p. 270
I. legatui 25. ff. de liber. legat. allegat. 40. n. 15. p. 288
 Et alleg. 43. n. 16. p. 312
I. legatum, ff. de vfructu legat. allegat. 40. num. 26. p. 290
I. liberationem, §. fin. ff. de liberatione legat. alleg. 56. n. 9. p. 415
I. Lucius, §. tutorem, ff. de adm. tutor. alleg. 28. n. 20. p. 214
I. Lucius, ff. de vulgari, allegat. 42. n. 8. p. 305
I. Lucius, §. quæ marito, ff. de legat. 2. allegat. 49. n. 9. p. 356
I. magis puto, §. illud, ff. de rebus eorum, alleg. 7. n. 8. p. 37
I. maxime, ff. de administ. tutor. allegat. 28. n. 5. & 23. p. 211
I. maritus 55. verf. *at is*, ff. solut. matrim. alleg. 40. n. 7. p. 287
I. maritum, ff. solut. matrim. alleg. 57. n. 13. p. 419
Ioan. Bap. Larrea Allegat. Fife. Tom. I.
- I. Marcellus*, §. qui rerum, ff. rerum amot. alleg. 38. n. 10. p. 279
I. mella 14. §. quid ergo, ff. de alim. legat. alleg. 5. n. 24. p. 31
 Et §. quidam à legat. 55. n. 17. p. 412
 Et alleg. 43. n. 4. p. 310
I. nam absurdum, ff. de oper. libert. allegat. 7. num. 10. p. 37
I. nam etfi 5. §. i. ff. de iniusto rupto, alleg. 17. num. 6. p. 116
I. nam etfi sub conditione, ff. de iniusto rupt. alleg. 22. n. 79. p. 162
I. nam is, ff. de dolo, allegat. 26. numero 32. p. 197
I. nam absurdum, ff. de bonis libert. alleg. 36. num. 25. p. 270
I. nam quod liquidè, ff. de penu leg. alleg. 54. num. 7. p. 409
I. nemo potest, ff. de legat. 1. alleg. 4. num. 28. p. 26
I. ne cum filio 16. ff. de furtis, alleg. 8. num. 30. p. 50
I. nepoti 6. ff. de fundo instructo, allegat. 37. num. 12. p. 274
I. nihil interest 15. ff. rerum amot. allegat. 49. num. 41. p. 363
I. non enim 38. ff. ad Senatufc. Trebellian. alleg. 8. n. 30. p. 50
I. non interest, Cod. de his quæ vi, alleg. . . . num. . . . p. . . .
I. nomine debitoris, §. vit. ff. de legat. 3. alleg. 31. num. 23. p. 233
 Et alleg. 44. n. 11. p. 316
I. non aliter, ff. de legat. 3. alleg. 36. num. 16. p. 268
I. pater filium, ff. de legat. 3. alleg. 25. num. 14. p. 188
I. Paulus per Procuratorem, ff. de acquir. hæred. alleg. 57. n. 13. p. 419
I. Paulo Callimacho, §. vit. ff. de legat. 3. alleg. 43. n. 4. p. 310
I. per Procuratorem, ff. de adq. hæred. alleg. 7. num. 1. p. 36
I. post legatum, §. si post, verf. *si seruum*, ff. de his quibus vt indignis, alleg. 45. num. 3. p. 320
I. pretia rerum, §. fin. ff. ad legem Falcid. alleg. 23. n. 20. p. 172
I. prædiis, §. balneas, ff. de legat. 3. allegat. 30. num. 3. p. 224
I. i. ff. de rebus eorum, alleg. 4. numero 22. p. 24
I. i. §. & cum hæreditas, ff. de his quæ in testamento delentur, alleg. 12. n. 31. p. 62
I. i. verf. inest, ff. de condit. & demonstrat. alleg. 17. n. 5. p. 115
I. i. §. fin. ff. quod falso tutore auctore, alleg. 17. n. 10. p. 17

V v v 2 I. I.

Index Iurium.

- l. i. ff. de aliment. legatis, allegat. 55. num. 17. p. 412
- l. i. de auctorit. tutor. allegat. 56. numero 9. p. 415
- l. i. §. fin. ff. de rebus eorum, alleg. 22. num. 56. p. 157
- l. i. ff. de peculio legato, allegat. 29. num. 39. p. 223
- l. i. ff. de his quæ poenæ nomine, alleg. 31. numero 21. p. 233
- l. i. §. item si ita, ff. ad legem Falcid. alleg. 31. num. 21. p. 233
- l. i. ff. de penu legata, allegatione 31. num. 21. p. 233
- l. i. ff. de magistro conveniend. alleg. 39. n. 2. p. 281
- l. i. §. si quis, ff. de dote prælegat. allegat. 43. num. 16. p. 312
Et §. sed et si. ibid.
- l. i. ff. de legat. 2. alleg. 47. n. 13. p. 337
- l. i. §. fin. ff. unde vir, allegat. 49. num. 12. p. 357
- l. i. ff. de auctoritat. tutor. allegat. 49. num. 40. p. 363
- l. pro hærede, ff. de acquir. hæred. allegat. 63. num. 40. p. 458
- l. propter veneni 21. §. neptis, ff. ad Sillanianum, alleg. 26. n. 29. p. 196
- l. proximè, ff. de his qui in testamento debentur, alleg. 1. n. 19. p. 7
Et alleg. 7. n. 6. p. 37
- l. quamquam 17. ff. ad Senatusconf. Velleian. alleg. 16. n. 24. p. 110
- l. quamvis 21. ff. solut. matrim. alleg. 35. n. 31. p. 260
- l. quæ situm, §. & ipse Papinianus, ff. de fundo instructo, alleg. 17. n. 17. p. 118
- l. quæ doris 33. ff. solut. matrim. alleg. 22. numero 62. p. 159
- l. quæ sub conditione, ff. si quis omiff. caus. testam. alleg. 29. n. 3. p. 217
- l. quæ sub conditione 110. ff. de condit. & demonstr. alleg. 38. n. 7. p. 278
- l. qui hæredi 44. ff. de condit. & demonstrat. alleg. 40. n. 11. p. 287
- l. quæ situm, §. illud fortassis, ff. de leg. 3. alleg. 45. num. 14. p. 322
- l. qui solidum 78. §. etiam, ff. de legat. 2. alleg. 1. num. 16. p. 7
- l. quidam afferunt, ff. de iure codicillor. alleg. 7. num. 2. p. 36
- l. qui superstitis, ff. de acquir. hæred. alleg. 16. num. 2. p. 106
- l. qui à latronibus, ff. de testamentis, alleg. 17. p. 120
Et alleg. 19. n. 5. p. 130
- l. qui ita, ff. de dote prælegata, alleg. 34. n. 6. p. 249
- l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulgari. alleg. 36. num. 16. p. 269
- l. qui solidum, §. etiam respublica, ff. de legat. 2. alleg. 38. n. 14. p. 279
- l. quibus diebus, §. qui dotalem, ff. de condit. & demonstr. alleg. 40. n. 15. p. 288
- l. Quintus 27. §. 2. ff. de auro & argento leg. alleg. 43. n. 16. p. 312
- l. quibus 4. §. penult. ff. de condit. & demonstrat. alleg. 43. n. 16. p. 312
- l. qui hæredi, ff. de condit. & demonstrat. alleg. 49. num. 23. p. 359
- l. quidam relegatus 6. ff. de rebus dubiis, alleg. 49. num. 32. p. 361
- l. quia tale, ff. solut. matrim. alleg. 57. num. 13. p. 419
- l. quoties, §. nec utique, & §. sicut, ff. de adm. tutor. alleg. 1. n. 14. p. 6
Et num. 16. p. 7
- l. quoties 13. ff. de rebus dubiis, alleg. 11. n. 11. pag. 73
- l. quod in rerum 24. in princ. ff. de legat. 1. alleg. 17. n. 5. p. 115
- l. quoties, §. si quis nomen, ff. de hæred. instit. alleg. 40. n. 26. p. 290
- l. quoties 9. §. sicut, ff. de admin. tutor. alleg. 41. num. 35. p. 301
- l. quod si nepotes, *vers. aliter*, ff. de testam. tut. alleg. 50. n. 17. p. 372
- l. quod Labeo, ff. de Carbonian. edicto, alleg. 54. n. 8. p. 409
- l. rei iudicatæ, §. 1. ff. solut. matrim. alleg. 40. num. 28. p. 291
- l. rem legatam, ff. de adim. legat. alleg. 42. n. 8. p. 305
- l. scire oportet, §. consequens, ff. de excus. tut. alleg. 13. n. 27. p. 89
Et alleg. 36. n. 23. p. 270
Et alleg. 57. n. 5. p. 417
- l. 2. §. lege Iulia, ff. de testam. alleg. 1. num. 18. pag. 7
- l. scio, §. penult. ff. de annuis legatis, alleg. 3. num. 21. p. 18
- l. 2. §. si mater, *vers. quod si curatores*, & *vers. quod si decesserint*, ff. ad Senatusconf. Trebellian. alleg. 31. n. 23. p. 233
- l. 2. §. si quis, ff. de legat. 3. allegat. 32. num. 5. p. 238
- l. 2. §. testamentum, ff. quemadm. testam. aperiantur, alleg. 33. n. 12. p. 245
- l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudic. alleg. 42. num. 9. p. 305
- l. 2. §. 1. ff. solut. matrim. allegat. 49. num. 9. p. 356
- l. 2. §. si primus, ff. de bon. possess. contra tab. alleg. 51. n. 43. p. 393
- l. scio, §. pen. ff. de annuis legat. allegat. 3. n. 2. pag. 18

l. si

Index Iurium.

- l. si hæredi plures, ff. de condit. institutionum, alleg. 11. n. 1. p. 71
- l. seruo invito, §. cum Prætor, ff. ad Senatusconf. Trebell. alleg. 11. n. 9. p. 73
- l. scire oportet, §. consequens, ff. de excus. tut. alleg. 13. n. 28. p. 89
- l. seruus legatus, §. fin. ff. de adim. legatis, allegat. 22. n. 87. p. 164
- l. Scia 20. §. Tirana, ff. de fundo instructo. allegat. 30. n. 3. p. 224
- l. serui electione, §. ult. ff. de legat. 1. alleg. 30. num. 12. p. 226
- l. scio, §. pen. ff. de annuis legatis, allegat. 32. num. 8. p. 239
- l. sed et si 21. ff. solut. matrim. allegat. 34. n. 15. p. 251
- l. serui 99. §. fin. ff. de legat. 3. alleg. 50. num. 10. p. 371
- l. si quis in principio testamenti, n. 23. ff. de leg. 3. allegat. 4. n. 2. p. 21
- l. si hæredi plures, ff. de cond. instit. allegat. 7. num. 1. p. 36
- l. si fundus 105. ff. de cond. & demonstrat. alleg. 8. num. 40. p. 51
- l. si itaque 21. ff. de vulgari, allegat. 9. num. 30. pag. 63
- l. si mihi & Marcio, ff. de legat. 3. allegat. 10. num. 6. p. 66
- l. si domus 74. §. fin. ff. de legat. 1. allegat. 10. num. 15. p. 68
- l. si miles 3. ff. de milit. testam. alleg. 11. num. 11. pag. 73
- l. si feruus plurium, §. fin. ff. de legat. 1. alleg. 11. num. 12. p. 73
- l. si quis in principio 22. ff. de legat. 3. alleg. 11. num. 14. p. 73
- l. si domus 74. §. fin. ff. de legat. 1. allegat. 13. num. 19. p. 87
- l. si quando 112. ff. de legat. 1. allegatione 13. num. 27. p. 89
- l. si quis mihi bona, §. sed utrum, ff. de acquir. hæred. alleg. 14. n. 13. p. 95
- l. si à primo 8. ff. de liber. & posthum. alleg. 17. num. 6. p. 116
- l. si duo 39. ff. de acquir. hæred. alleg. 17. n. 11. p. 117
- l. si quis fundum, ff. locati, allegat. 17. num. 14. p. 118
- l. si & rem & pretium, ff. de pet. hæred. alleg. 17. n. 16. p. 118
- l. si quis domum, §. fin. ff. locati, allegat. 17. num. 25. p. 120
- l. si quis postea, ff. de iudiciis, alleg. 17. num. 25. p. 120
- l. si quis domum 21. ff. locati, alleg. 17. n. 28. p. 121
- l. si quis fundum 10. ff. locati, alleg. 17. n. 29. p. 121
- l. si merces, §. vis maior, ff. locati, allegat. 17. num. 29. p. 121
- l. si in lege 27. §. colonus, & *vers. item utiliter*, ff. locati, alleg. 18. n. 1. p. 123
- l. si fundus, ff. locati, alleg. 18. n. 1. & *vers. si milititer*, n. 3. p. 123
- l. si vno in principio, ff. locati, alleg. 18. num. 12. p. 125
- l. si quis nec causam, ff. si certum petatur, alleg. 18. n. 17. p. 126
- l. si merces, §. vis maior, ff. locati, alleg. 18. num. 18. p. 127
- l. si in lege 24. §. colonus, ff. locati, allegat. 18. num. 26. p. 129
- l. si quis postea, ff. de iudiciis, alleg. 19. num. 7. p. 131
- l. si quis damnum, §. fin. ff. locati, alleg. 19. n. 7. p. 131
- l. si tibi alienam, ff. locati, alleg. 19. num. 14. p. 132
- l. si vno 17. §. vbi cumque, *vers. plane*, ff. locati, alleg. 20. n. 3. p. 136
- l. si in lege 27. §. colonus, ff. locati, allegat. 20. num. 3. p. 136
- l. si merces, §. 1. ff. locati, alleg. 10. numero 4. p. 136
- l. si merces, §. culpa, ff. locati, alleg. 20. num. 5. pag. 136
Et num. 23. p. 139
- l. si quis domum, ff. locati, alleg. 20. n. 6. p. 136
Et num. 26. p. 140
- l. si fundum à te 104. ff. de condit. & demonstrat. alleg. 22. n. 27. p. 153
- l. si ita legatum 68. §. si domus, ff. de legat. 1. alleg. 22. n. 35. p. 154
- l. si chorus, §. area, & §. seruus quoque, ff. de legat. 3. alleg. 22. n. 36. p. 154
- l. si ita legatum, §. si domus in principio, ff. de legat. 1. alleg. 22. n. 38. p. 155
- l. seruus legatus, §. fin. ff. de adim. legatis, alleg. 22. n. 87. p. 164
- l. si ita legatum 68. §. fin. ff. de legatis 1. alleg. 22. n. 87. p. 164
- l. si quis ita, ff. de condit. & demonstrat. alleg. 28. n. 26. p. 215
- l. si duo, ff. de acquir. hæred. alleg. 28. num. 29. p. 215
- l. si cui, ff. de fundo instructo, alleg. 29. num. 39. p. 223
- l. si ex toto, ff. de legat. 1. alleg. 30. num. 2. & 3. p. 224
- l. si ita legatum 8. ff. de auro & argento legato, alleg. 30. n. 7. p. 225
- l. si penum, ff. quando dies legati cedat, alleg. 31. num. 21. p. 233
- l. si seruus legatus, §. si ita scriptum, ff. de legatis 1. allegatione 34. numero 3. pag. 248

V v v 3 l. si

Index Iurium.

- l. si feruus legatus 101. *vers. sed si ei*, ff. de legat. 1. alleg. 34. n. 3. p. 248
- l. si is qui ducenta, §. vtrum, ff. de rebus credit. alleg. 34. n. 9. p. 250
- l. si duo 38. ff. de acquir. hæred. alleg. 34. n. 22. p. 252
- l. si tibi purè legauero, ff. de legat. 3. alleg. 34. num. 23. p. 252
- l. si cui libertas 41. ff. de condit. & demonstr. alleg. 38. n. 7. p. 278
- l. si sic legatum 75. §. si miles, ff. de legat. 1. alleg. 40. n. 15. p. 288
- l. si feruus 108. §. qui quinque, ff. de legat. 1. alleg. 40. n. 17. p. 289
- l. si domus 71. §. qui constitetur, ff. de legat. 1. alleg. 40. n. 31. p. 291
- l. si feruus 108. §. qui quinque, ff. de legat. 1. alleg. 43. n. 16. p. 312
- l. si post mortem, §. fin. ff. de bonor. possess. cõtra tab. alleg. 45. n. 25. p. 324
- l. si quis fugitiuus 4. §. apud Labeonem, ff. de ædilitio edicto, alleg. 45. n. 26. p. 324
- l. si vnus, §. si cum tibi, ff. de pactis, alleg. 46. num. 16. p. 329
- l. si mora, ff. solut. matrim. alleg. 49. n. 22. p. 352
- l. si hæredi plures, ff. de condit. & demonstr. alleg. 49. n. 23. p. 359
- l. si feruus plurium 53. §. vltimo, ff. de legat. 1. alleg. 50. n. 3. p. 374
- l. si quis vinum, §. simili modo, ff. de vino, tritic. legato, alleg. 55. n. 3. p. 410
- l. si quando, ff. de legat. 1. allegat. 58. num. 2. 8. p. 426
- l. si cui fundum, ff. de legat. 2. alleg. 61. n. 22. p. 441
- l. si quis forte, ff. de pœnis, alleg. 65. n. 47. p. 481
- l. si stipulatus essem à te, ff. de verb. obl. alleg. 65. n. 82. p. 488
- l. statuliber 10. §. fin. ff. de legat. 2. alleg. 9. num. 30. p. 63
- l. Stichum qui meus erit 6. ff. de legat. 1. alleg. 29. n. 10. p. 218
- l. sub conditione 81. §. si libertus, ff. de legat. 1. alleg. 40. n. 12. p. 288
- l. tabernam 7. de fundo instructo, alleg. 22. num. 36. p. 154
- l. talis scriptura, ff. de leg. 1. alleg. 28. num. 26. & alleg. 43. n. 16. p. 312
- l. Thais, §. Stichus & damna, ff. de fideicommiss. libert. alleg. 38. n. 7. p. 278
- l. Titius puerum, ff. de obsequiis à liber. prest. alleg. 45. n. 3. p. 320
- l. tutor qui repertorium, ff. de admin. tut. alleg. 38. n. 5. p. 278
- l. tutorem, ff. de his quibus vt indignis, alleg. 41. n. 3. p. 296
- l. tutor 7. §. pecuniæ, ff. de admin. tut. alleg. 41. num. 15. p. 297
- l. tutor, §. quæ tutoribus, ff. de excusat. alleg. 46. n. 24. p. 30
- l. vnum ex familia 67. §. fed si vno, & §. si duos, ff. de legatis 2. allegat. 22. num. 63. p. 159
- l. vnica, C. vt omnes iudices tam ciuiles quàm criminales, alleg. 48. n. 32. p. 350
- l. vnica, §. pœnis, *vers. ceteros autem*, C. de raptu virginum, alleg. 65. n. 42. p. 480

Digesti Noui.

- L** Ege ab accusatione, §. nuntiatores, ff. ad Turpillianum, alleg. 37. n. 44. p. 274
- Et alleg. 65. n. 76. p. 487
- l. à Diuò Pio, §. si super rebus, ff. de re iudic. alleg. 15. n. 24. p. 102
- Et §. si pignora, alleg. 26. n. 35. p. 198
- Et alleg. 43. n. 21. p. 313
- l. adeo, §. cum ex alieno, ff. de acquir. rer. dom. alleg. 55. n. 4. p. 410
- l. ait Prætor, §. quod ait Prætor, ff. quæ in fraud. credit. alleg. 65. n. 46. p. 481
- l. aliam 29. ff. de nouat. alleg. 34. n. 1. p. 248
- Et n. 15. 16. 17. 18. p. 251
- Et alleg. 36. n. 5. p. 267
- l. ambitio in principio iunct. §. si quis autem, ff. de diuer. & temp. præscript. allegat. 43. num. 18. p. 313
- l.annonam 6. ff. de extraord. crim. alleg. 56. num. 11. p. 415
- l. apud Celsum, §. Labeo, ff. de doli except. alleg. 36. n. 7. p. 267
- Et alleg. 31. n. 27. p. 234
- l. aufertur, §. fiscus, ff. de iure fisci, alleg. 44. num. 18. p. 318
- l. aut facta, §. euenit, ff. de pœnis, alleg. 65. n. 21. p. 476
- l. bonæ fidei 48. ff. de adq. rer. dom. alleg. 24. num. 24. p. 184
- l. certè, §. Iulianus, ff. precario, alleg. 9. num. 8. p. 58
- l. cedere diem, ff. de verb. signif. alleg. 31. n. 7. p. 231
- l. Celsus 27. ff. de vfucap. allegat. 43. num. 19. p. 313
- l. cotem ferro, §. fin. ff. de public. & vectig. alleg. 3. n. 9. p. 16
- Et alleg. 17. n. 21. p. 19
- Et §. qui maximos, allegat. 18. numero 12. p. 125
- l. communis 42. §. Procurator, ff. de acquir. possess. alleg. 16. n. 12. p. 107
- l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. alleg. 18. n. 20. p. 127
- l. contractus, ff. de reg. iuris, allegat. 20. n. 23. p. 139
- l. con

Index Iurium.

- l. continuus, §. cum ita, de verb. oblig. allegat. 31. num. 4. p. 231
- Et alleg. 32. n. 8. p. 239
- Et alleg. 40. n. 30. p. 291
- l. contractus, ff. de reg. iuris, alleg. 42. num. 22. p. 308
- l. cogitationis 18. ff. de pœnis, alleg. 47. n. 12. p. 330
- l. cognitionum, §. 1. ff. de variis & extraordinariis cognit. alleg. 51. n. 19. p. 391
- l. cum lex, ff. de fideiussor. allegat. 3. num. 27. pag. 19
- Et alleg. 4. n. 28. p. 26
- l. cum precario, ff. precario, allegat. 5. num. 19. pag. 31
- l. cum fundum, ff. de verb. signif. alleg. 8. n. 21. pag. 48
- l. cum hæredes, ff. de acquir. poss. allegat. 16. num. 11. p. 107
- l. cum precarij, ff. de precario, allegat. 17. n. 3. p. 115
- Et alleg. 8. n. 33. p. 50
- l. cum vnus 12. §. fin. ff. de reb. auct. iudic. possid. alleg. 17. n. 25. p. 120
- l. cum vnus 12. §. fin. de bonis autoritate iudicis possid. alleg. 19. n. 5. p. 130
- l. cum inter eos, §. cum inter, ff. de fideiussor. alleg. 22. n. 77. p. 162
- l. cum inter nos, ff. de verb. signif. alleg. 34. n. 6. p. 249
- l. cum duo fin. ff. de duobus reis, alleg. 57. n. 20. p. 420
- l. damni 18. §. si is qui, ff. de damno infecto, alleg. 30. n. 7. p. 225
- l. datur 2. ff. de lege Iulia repet. alleg. 47. n. 5. p. 335
- l. delegare 11. & l. delegare 17. ff. de nouat. allegat. 22. n. 93. p. 165
- l. de ferre, §. fin. ff. de iure fisci, allegat. 26. n. 31. p. 197
- l. de pupillo, §. si plurium, ff. de noui operis nuntiatione, alleg. 39. n. 2. p. 281
- l. dispensatorem, ff. de salut. alleg. 34. num. 4. p. 249
- l. Diui, ff. de liberali causa, alleg. 36. num. 15. p. 268
- l. doli clausula, de verb. oblig. alleg. 13. num. 18. pag. 87
- l. ea quæ in principio, ff. de donat. inter, alleg. 49. n. 9. p. 356
- l. eius qui delatorem, ff. de iure fisci, alleg. 47. num. 27. p. 339
- l. & an eadem, §. 1. ff. de except. rei iudicatæ, alleg. 6. n. 1. p. 32
- l. eum qui ædes, ff. de vfucap. allegat. 26. n. 13. & alleg. 52. n. 20. p. 403
- l. eum qui 56. §. si à te, ff. de verb. oblig. alleg. 34. n. 13. p. 250
- Et alleg. 36. n. 5. p. 267
- Et §. penult. n. 12. p. 268
- l. ex sectante, §. Latinus Largus, ff. de except. rei iudicatæ, alleg. 6. n. 7. p. 33
- Et alleg. 26. n. 36. p. 198
- l. ex nouatione 18. ff. de nouat. alleg. 22. n. 69. p. 160
- l. exceptione, ff. de fideiuss. alleg. 35. num. 44. p. 263
- l. ex iudiciorum, ff. de accusat. alleg. 37. n. 8. p. 273
- Et alleg. 47. n. 5. p. 335
- l. familiæ 5. ff. si famil. fur. dicatur, alleg. 65. num. 46. p. 73
- l. filius emancipatus, ff. ad legem Cornel. de falsis, alleg. 11. n. 9. p. 73
- l. fin. ff. de appellat. recip. allegat. 5. num. 12. pag. 30
- Et num. 25. p. 32
- l. fin. ff. de precario, alleg. 9. num. 8. p. 58
- l. fin. ff. de iure fisci, allegatione 24. num. 7. p. 181
- l. fin. de prætor. stipulat. alleg. 31. n. 13. p. 232
- l. fin. in princip. *vers. Papinianus*, ff. de iure fisci, alleg. 44. num. 3. p. 315
- l. fin. §. item si rescripserunt, ff. ad municipalem, alleg. 48. n. 5. p. 395
- l. fin. §. iudicandi, ff. de muner. & honor. alleg. 48. n. 5. p. 395
- l. fin. §. iudicandi, ff. de muner. & honor. alleg. 63. num. 30. p. 456
- l. fin. §. item si rescripserunt, ff. ad municipal. alleg. 63. n. 41. p. 458
- l. fin. §. diui quoque, ff. de public. & vectigal. alleg. 65. n. 35. p. 479
- l. fistulas 78. §. 1. de contrah. empt. allegat. 1. num. 16. p. 7
- & §. frumenta, alleg. 3. n. 21. p. 18
- l. fluminum 24. §. quamquam, ff. de damno infecto, alleg. 18. n. 3. p. 123
- l. furiosus, ff. de oblig. & act. alleg. 35. num. 18. p. 258
- l. Gracè, §. illud, ff. de fideiussor. alleg. 34. n. 9. p. 250
- l. honores, §. fin. ff. de decurion. alleg. 5. n. 18. pag. 31
- l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æstiuæ, alleg. 8. n. 19. p. 48
- l. Herenius *la* 2. 43. ff. de fideiuss. allegat. 22. num. 83. p. 163
- l. idemque 22. §. 1. ff. de bon. auct. iudic. possid. alleg. 8. n. 49. p. 53
- l. Imperatores, ff. de iure fisci, alleg. 17. n. 10. p. 117
- Et alleg. 37. n. 28. p. 275
- Et alleg. 47. n. 17. p. 338
- l. Imperatores 7. ff. de public. & vectig. alleg. 27. num. 11. p. 203
- l. Impe

Index Iurium.

- Imperator II. §. i. ff. ad municipalem, alleg. 39. n. 2. p. 281
- l. in agris, ff. de acquir. rer. dom. alleg. 7. n. 2. pag. 36
- l. inter publica, ff. de verb. signif. allegat. 13. num. 25. p. 88
- l. interdum 73. ff. de verb. oblig. alleg. 17. n. 5. p. 115
- l. in diem 9. in principio, & §. non autem, ff. de aqua pluuiæ arcend. allegat. 22. num. 23. p. 152
- l. inter stipulantem, §. facram, ff. de verb. obligat. alleg. 22. n. 29. p. 153
- l. iniuriarum, §. i. ff. de iniuriis, alleg. 22. n. 77. p. 162
- l. in bello, §. facti, ff. de capriuis, alleg. 28. n. 8. p. 211
- l. in Senatusconsultum, ff. ad Turpil. alleg. 37. num. 14. p. 274
- l. iudicasse 198. ff. de verb. signif. alleg. 37. n. 15. p. 274
- l. in fraudem, ff. de iure fisci, alleg. 37. num. 28. p. 275
Et alleg. 38. n. 14. p. 275
- l. intestatæ, §. pro emptore, allegat. 38. num. 16. p. 280
- l. in venditione, §. si quis fructus, ff. de bonis auct. iudic. possid. allegat. 44. num. 14. p. 317
- l. item apud Labeonem, §. ait Prætor, ff. de in iuris, allegat. 14. n. 13. p. 95
- l. is qui, ff. quod vi aut clam, alleg. 24. num. 7. p. 181
- l. is qui puteum, §. si postea, ff. quod vi aut clam, allegat. 37. n. 4. p. 272
Et n. 33. p. 276
- l. is qui suis, §. si ab ignoto, ff. de manumiss. 45. num. 3. p. 320
Et num. 22. p. 323
- l. ita fidei, ff. de iure fisci, allegat. 9. num. 34. pag. 64
- l. ita fideicommissum 40. ff. de iure fisci, alleg. 29. n. 28. p. 221
- l. iure nature 206. ff. de reg. iuris, allegat. 35. num. 18. p. 258
- l. Labeo, §. contractum, ff. de verbor. signific. allegat. 26. n. 13. p. 194
- l. lana 86. verf. *nunc*, ff. de leg. 3. alleg. 22. n. 35. p. 154
- l. lex Iulia 7. §. fin. ff. ad l. Iuliam repetund. alleg. 47. n. 2. p. 335
- l. lex 3. ff. ad legem Iuliam Maiest. allegat. 63. num. 2. p. 452
- l. liber homo 69. ff. de verb. oblig. allegat. 22. num. 6. p. 149
- l. liber homo, §. fin. ff. de stipulat. feruor. alleg. 41. n. 32. p. 300
- l. licitatio 9. §. vlt. ff. de public. & vectigalib. allegat. 11. num. 18. p. 74
Et num. 19. ibid.
- l. locus 26. ff. de acquir. possess. alleg. 14. n. 4. pag. 93 p. 93
- l. locatio, §. rei exercitu, ff. de public. & vectig. alleg. 54. n. 1. p. 408
- l. locatio, aliàs licitatio, §. fiscus, ff. de public. & vectig. alleg. 57. n. 6. p. 418
- l. laus 12. ff. de acquir. rer. dom. alleg. 30. n. 12. p. 226
- l. magistratus 25. ff. ad municip. alleg. 8. n. 46. pag. 52
- l. Methrodorum, ff. de pœnis, alleg. 65. n. 39. p. 480
- l. minus solutum 82. ff. de verb. signif. allegat. 34. n. 7. p. 249
- l. munerum, §. fin. ff. de muner. & honor. alleg. 27. n. 10. p. 203
- l. non est, ff. de legatis 2. allegat. 1. num. 16. pag. 7
- l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess. alleg. 6. n. 3. p. 33
- l. nemo 188. ff. de reg. iuris, alleg. 17. num. 10. p. 117
- l. nemo 166. §. temporariæ 50. ff. de reg. iuris, alleg. 50. n. 30. p. 374
- l. non puto 10. ff. de iure fisci in proœmio, n. 8. pag. 2
- l. non vt ex pluribus, ff. de reg. iuris, alleg. 9. num. 7. p. 58
- l. non solum, §. quod vulgò, ff. de vfucap. alleg. 9. num. 9. p. 58
- l. non potest, ff. de furtis, allegat. 47. num. 22. p. 339
- l. non videtur 136. §. qui iussu, ff. de regul. iur. alleg. 63. n. 8. p. 453
- l. non tantum, ff. rem ratam haberi, alleg. 63. num. 40. p. 458
- l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re milit. alleg. 56. n. 2. p. 414
- l. non intelligitur 3. §. Diui, & §. Diuus, ff. de iure fisci, alleg. 1. n. 28 p. 9
Et allegat. 12. n. 25. p. 80
Et num. 26. p. 81
- l. nullus 66. ff. de reg. iur. alleg. 22. n. 76. p. 161
- l. nuptias, ff. de reg. iur. alleg. 49. n. 37. p. 362
- l. patrem, ff. quæ in fraudem, alleg. 22. n. 48. p. 156
- l. Paulus, ff. rem ratam haberi, alleg. 63. n. 40. p. 458
- l. Pedius, ff. de incendio, ruina, & naufragio, alleg. 61. n. 24. p. 442
- l. permisceri, ff. de acquir. possess. alleg. 6. n. 3. pag. 33
- l. peregrè 44. ff. de acquir. possess. allegat. 16. num. 14. p. 108
- l. pignoris 13. §. i. ff. de vfucap. alleg. 43. n. 19. p. 313
- l. plus

Index Iurium.

- l. plus cautionis 25. ff. de reg. iuris, alleg. 34. num. 2. p. 248
Et alleg. 36. n. 9. p. 267 Et all. 40. n. 8. p. 287
- l. pluribus, ff. de verb. obl. alleg. 47. n. 40. p. 342
- l. possideri 3. §. ex pluribus, ff. de acquir. poss. alleg. 9. n. 8. p. 58
Et §. illud, n. 8. ibid.
Et §. sed etsi, n. 9. ibid.
Et §. incertam, alleg. 16. n. 7. p. 107
Et §. inde Neratius, alleg. 16. n. 13. ibid.
Et verf. *Caterum*, alleg. 16. n. 14. p. 107
Et §. si rem, alleg. 16. n. 15. p. 108
- l. postliminiū, ff. de captiuis, all. 61. n. 24. p. 442
- l. i. §. in causa, de quæstionib. proœm. n. 7. p. 2
Et allegat. 1. n. 3. p. 4
- l. i. verf. *cuiusque opera*, ff. ad legem Iuliam Majest. allegat. 1. n. 12. p. 6
- l. i. ff. de officio Procur. Cæs. alleg. 1. n. 32. p. 10
- l. i. §. in causa, ff. de quæst. alleg. 5. n. 10. p. 29
- l. i. §. interdictum, ff. de loco public. fruend. alleg. 5. n. 10. p. 29
- l. in principio, & §. perpetuo, ff. vti possideris, alleg. 5. n. 19. p. 31
- l. i. in princ. ff. de aqu. quotid. alleg. 5. n. 19. p. 31
- l. i. ff. de riuis, alleg. 5. n. 19. p. 31
- l. i. in princ. ff. de fonte, alleg. 5. n. 19. p. 31
- l. i. in fin. ff. de aqua quotid. & æstiu. alleg. 6. num. 1. p. 32
- l. i. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æstiu. alleg. 8. n. 18. p. 47
- l. i. §. vlt. ff. pro donato, alleg. 9. n. 9. p. 58
- l. i. §. Iulianus, ff. de itinere actiue priuato, alleg. 9. n. 33. p. 64
- l. i. §. interdictum, ff. de loco publico fruend. alleg. 11. n. 8. p. 72
- l. i. §. ait Prætor, ff. ne quid in loco publico, alleg. 14. n. 10. p. 94
- l. i. §. vetare, ff. de furtis, alleg. 15. n. 29. p. 103
- l. i. §. hoc interdicto, ff. de itinere actiue priuato, alleg. 16. n. 2. p. 106
- l. i. §. per proc. ff. de acq. poss. all. 16. n. 12. p. 107
- l. i. ff. de nundinis, alleg. 16. n. 23. p. 109
- l. i. ff. de public. & vectig. alleg. 17. n. 4. p. 115
- l. i. ff. de loco public. fruend. alleg. 17. n. 18. p. 118
- l. i. ff. de oblig. & act. alleg. 17. n. 25. p. 120
Et alleg. 19. n. 5. p. 130
- l. i. §. per seruū, ff. de vfuc. alleg. 58. n. 19. p. 424
- l. i. §. interdū, ff. de loc. publ. fr. all. 59. n. 1. p. 428
- l. i. §. in causa de quæstionib. alleg. 59. n. 1. p. 428
- l. i. ff. de nundinis, alleg. 64. n. 31. p. 466
- l. i. §. cum quis, ff. de quæst. alleg. 65. n. 81. p. 488
- l. i. §. si. ff. de noui oper. nunc. all. 27. n. 13. p. 204
- l. i. §. interdum, ff. de loco publico fruendo, alleg. 29. n. 29. p. 221
- l. i. ff. de prætoris stipul. alleg. 34. n. 12. p. 250
- l. i. §. quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio non detur, alleg. 35. n. 14. p. 257
Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Tom. I.
- l. i. §. tutores, ff. ad l. Cornel. de falsis, alleg. 38. num. 6. p. 278
- l. i. ff. de interrog. action. alleg. 38. n. 11. p. 279
- l. i. ff. de priuil. credit. alleg. 45. n. 9. p. 321
- l. i. §. si quis nemine prohibente, ff. ne quid in loco publico, alleg. 46. n. 4. p. 326
- l. i. ff. de superficiebus, alleg. 46. n. 10. p. 328
- l. i. ff. ad municipalem, alleg. 46. n. 15. p. 329
- l. i. §. i. ff. de furtis, alleg. 47. n. 12. p. 336
- l. i. in fin. ff. quod quisq; iuris, all. 47. n. 12. ib.
- l. i. §. Diuus, ff. ad l. Corn. siccat. all. 47. n. 12. ib.
- l. i. ff. ad l. Pomp. de parricid. alleg. 47. n. 12. ib.
- l. i. §. idem Marcellus, ff. de aqua pluuiæ arcenda alleg. 50. n. 27. p. 374
- l. Proculus, ff. de damn. infect. all. 57. n. 8. p. 418
Et alleg. 35. n. 45. p. 263. Et all. 50. n. 27. p. 374
- l. prohibere, §. planè, ff. quod vi aut clam, alleg. 34. n. 5. p. 249
- l. pronuntiatio, §. familiæ appellatione, ff. de verb. signif. alleg. 49. n. 9. p. 356
- l. prospexit, qui & à quibus, all. 17. n. 31. p. 121
- l. pupil. i. ff. de solut. alleg. 35. n. 18. p. 258
- l. quantitas, ff. de except. rei iudic. allegat. 50. num. 20. p. 372
- l. quæcumque actiones, ff. de oblig. & action. allegat. 37. n. 4. p. 272
- l. quæ filii, §. item quæsitum, ff. de manumiss. testam. allegat. 38. n. 7. p. 278
- l. qui penè, §. Diuus, ff. de manumiss. alleg. 1. num. 18. p. 7
- l. quidā consulebant, ff. de re iud. all. 4. n. 3. p. 21
- l. qui precario, ff. de precario, alleg. 5. n. 19. p. 31
- l. qui vas, §. vetare, ff. de furtis, all. 8. n. 30. p. 50
- l. qui tacet 142. ff. de reg. iur. alleg. 8. n. 31. p. 50
- l. qui bona, §. quod scripsi, ff. de acquir. poss. allegat. 9. n. 9. p. 58
- l. qui vas, §. vetare, ff. de furtis, all. 9. n. 14. p. 59
- l. qui vniuersas 30. ff. de acquir. poss. alleg. 16. num. 17. p. 108
- l. qui cum alio, ff. de reg. iur. alleg. 17. n. 11. p. 117
Et alleg. 22. n. 28. p. 153
Et alleg. 34. n. 22. p. 252
- l. qui comæatu, ff. de re militari, allegat. 17. num. 25. p. 120
- l. qui res, §. aream, ff. de solut. allegat. 22. n. 35. p. 154
Et num. 36. ibid.
Et alleg. 26. n. 28. p. 196
- l. qui vfumfructum 58. ff. de verb. oblig. alleg. 22. n. 69. p. 160
- l. quidam consulebant, ff. de re iudicata, alleg. 23. num. 9. p. 169
- l. qui comæatu, ff. de re militari, allegat. 29. num. 20. p. 229
- l. qui fundum 7. §. si fundum Cornelianum, ff. pro emptore, allegat. 30. n. 4. p. 225
- l. qui autem, §. si quis cum pupillo, ff. quæ in fraudem credit. allegat. 34. n. 9. p. 250
- X x x l. qui

Index Iurium.

- l. qui vsumfructum §8. in principio, ff. de verbor. oblig. allegat. 34. n. 13. p. 250
- l. qui debitorem, ff. de fideiuss. allegat. 40 num. 29. p. 291
- l. qui non facit, ff. de reg. iur. allegat. 41. n. 22. p. 299
- l. quisquis, C. ad legem Iul. Majest. allegat. 47. num. 12. p. 330
- l. qui totum in principio, ff. de except. rei iudicatæ, allegat. 53. n. 8. p. 407
- l. qui cum vno, §. qui filium suum, ff. de remilit. allegat. 65. n. 71. p. 486
- l. quoties idem sermo, ff. de reg. iuris, alleg. 10. num. 11. p. 67
Et alleg. 14. n. 17. p. 95
- l. quod semel, ff. de decretis ab ordine faciendis, alleg. 15. n. 31. p. 104
- l. quod autem, §. sciendum, ff. quæ in fraudem credit. alleg. 22. n. 76. p. 161
- l. quoties 81. ff. de verb. oblig. alleg. 31. num. 12. p. 232
- l. quod ait 23. §. 1. ff. ad legem Iul. de adulter. alleg. 37. o. 10. p. 273
- l. quod vulgo 11. ff. pro emptore, allegat. 43. num. 19. p. 313
- l. quodcumque 45. §. pen. ff. de verb. obl. alleg. 58. n. 20. p. 424
- l. rerum mixtura, §. Labeo, ff. de vſucap. alleg. 16. num. 17. p. 108
- l. res quæ, §. fin. ff. de iure fisci, alleg. 37. n. 14. p. 274
- l. regula, §. fin. ff. de iuris & facti ignorantia, alleg. 44. n. 11. p. 316
Et alleg. 49. n. 29. p. 361
- l. sed si ante, ff. de except. rei iudicatæ, alleg. 6. num. 2. p. 33
- l. 2. ff. de interdicitis, alleg. 6. n. 3. p. 33
- l. semper 34. ff. de reg. iuris, alleg. 7. num. 12. p. 40
- l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, alleg. 9. num. 26. p. 62
- l. 2. §. Diuus, ff. de iure fisci, alleg. 28. num. 16. p. 113
- ll. 2. ff. de peculio legato, allegat. 29. num. 39. p. 223
- l. 2. §. ad deficientiam, ff. de muner. & honor. alleg. 32. n. 7. p. 238
- l. 2. ff. de nouationib. allegat. 34. numero 13. p. 250
- l. 2. §. si mater, verſ. quod si curatores, & verſ. quod si decesserint, ff. ad Senatufconf. Tertull. alleg. 44. n. 11. p. 22
- l. 2. in fine, si liber in gens esse dicatur, allegat. 45. n. 5. p. 320
- l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, alleg. 50. n. 50. p. 377
- l. 2. §. exactis, ff. de orig. iuris, alleg. 52. n. 6. p. 399
- l. 2. §. postea ne diutius, ff. de orig. iuris, alleg. 53. num. 10. p. 407
- l. 2. ff. ad legem Pomp. de parricidis, alleg. 65. num. 42. p. 480
- l. sed si ante, ff. de except. rei iudicatæ, alleg. 6. num. 2. p. 33
- l. semper 13. 4. ff. de reg. iur. alleg. 7. num. 22. p. 40
- l. serpe, ff. de verb. significat. alleg. 14. num. 15. p. 95
- l. si quaeritur, §. lana, ff. de vſucap. allegat. 16. num. 8. p. 107
Et §. furiosus, n. 9. ibid.
- l. Senatus 35. §. fin. ff. de donat. causa mortis, alleg. 32. n. 26. p. 241
- l. secundum naturam, ff. de reg. iuris, alleg. 33. num. 3. p. 243
- l. sed & si vnus, §. ait Prætor, ff. de iniuriis, alleg. 35. n. 31. p. 260
- l. semper in stipulationibus de reg. iur. alleg. 36. n. 17. p. 269
- l. sequitur, §. quod autem, ff. de vſucapionib. alleg. 43. n. 18. p. 313
- l. serui, §. illud, ff. de furtis, alleg. 58. num. 19. p. 424
- l. si ita quis, ff. de public. & vectig. allegat. 3. num. 30. p. 17
- l. si qua pœna 22. 4. ff. de verb. signif. alleg. 5. num. 11. p. 31
- l. si inter me & te, ff. de except. rei iudicatæ, alleg. 6. n. 5. p. 33
- l. si fiscus 7. ff. de iure fisci, allegat. 12. num. 25. p. 80
- l. si purè, ff. de fideicom. libert. alleg. 14. n. 7. p. 94
- l. si Titius 49. ff. de fideiussor. allegat. 17. n. 11. p. 117
- l. si is 39. ff. de donat. caus. mort. allegat. 17. num. 11. ibid.
- l. si commissa 13. in principio, ff. rem ratam haberi, alleg. 20. n. 3. p. 136
- l. si Titius, ff. de fideiussor. alleg. 20. num. 27. p. 140
Et alleg. 22. n. 28. p. 153
- l. si vir 8. ff. quæ in fraudem credit. alleg. 22. num. 79. p. 162
- l. si cum quis 41. §. fin. ff. de furtis, alleg. 26. num. 31. p. 197
- l. si cum fideicommissa, §. Aristo, ff. qui & à quibus, alleg. 28. n. 21. p. 214
- l. si quis fortè 6. §. 1. ff. de pœnis, alleg. 28. n. 23. ibid.
- l. si Titius 48. ff. de fideiussor. alleg. 28. n. 29. p. 215
- l. si finita, §. ex hoc de damno infecto, alleg. 30. n. 11. p. 226
- l. si ita stipulatus, in fine, ff. de verbor. obligat. alleg. 31. n. 27. p. 234
- l. si quis

Index Iurium.

- l. si quis aliquid 38. §. testamentum, ff. de pœnis, alleg. 33. n. 12. p. 245
- l. si alius 7. §. est & alia, ff. quod vi aut clam, alleg. 33. n. 19. p. 246
- l. si Titius, ff. de fideiuss. allegat. 34. num. 8. p. 249
Et num. 22. p. 252
- l. si rem, §. si duo, ff. de nouat. alleg. 34. n. 12. p. 250
- l. sed & si vnus, §. ait Prætor, ff. de iniuriis, alleg. 35. n. 31. p. 260
- l. si is cui, §. fin. ff. de furtis, alleg. 35. num. 45. p. 263
- l. si Stichum 8. §. si ita quis, ff. de nouat. alleg. 36. n. 5. p. 267
- l. si pupillum 9. §. qui actum, ff. de nouat. allegat. 36. n. 5. p. 267
- l. si rem, §. si duo, ff. de nouat. alleg. 36. num. 5. p. 267
- l. si pupilli, §. videamus, ff. de solut. alleg. 36. num. 12. p. 268
- l. si à te, ff. de except. rei iudicatæ, allegat. 36. num. 15. p. 268
- l. si ex pluribus, ff. de solut. alleg. 36. num. 26. p. 271
- l. si qua pœna, ff. de verbor. obligat. alleg. 37. num. 8. p. 273
- l. si ita fuerit, §. quas verò, ff. de manumiss. testament. alleg. 38. n. 7. p. 278
- l. si statulibera pœna, §. fin. ff. de statulib. alleg. 38. n. 7. p. 278
- l. si in emptione, §. item si emptor, ff. de contrah. empt. alleg. 40. n. 10. p. 287
- l. si peculium, ff. de statuliber. alleg. 40. n. 28. p. 291
- l. si ex pluribus, la 2. ff. de solut. alleg. 40. n. 33. p. 292
- l. si Titius 48. ff. de fideiussor. alleg. 43. n. 13. p. 312
- l. si existimans 3. ff. pro soluto, alleg. 43. n. 19. p. 313
- l. si quis fur, ff. de furtis, alleg. 47. num. 12. p. 336
- l. si collectaneus 13. ff. de manumiss. vindict. alleg. 49. n. 4. p. 355
- l. si in meo 21. ff. de aqua pluui. arcenda, alleg. 50. n. 27. p. 374
- l. si quis cum totum, §. si ancilla, ff. de except. rei iudic. alleg. 53. n. 7. p. 407
- l. si fideiussores 42. §. 1. ff. de fideiuss. alleg. 53. num. 9. p. 407
- l. si publicanus, §. carum rerum, ff. de public. & vectig. alleg. 54. n. 1. p. 408
- l. si Titius & Seia, ff. de fideiuss. alleg. 57. n. 19. p. 420
- l. si debitore, ff. de fideiuss. alleg. 57. n. 20. ibid.
- l. si decem 48. l. si & aquis 135. in prin. & §. 1. de verb. oblig. alleg. 58. n. 29. p. 424
- Ioan. Bapt. Larren Alleg. Fisc. Tom. I.
- l. si quis Magistratus, ff. de muner. & honor. alleg. 63. n. 30. p. 456
- l. Stichum 95. §. vsumfructum, ff. de solut. alleg. 17. n. 11. p. 117
- l. stipulatio ista 38. §. hi qui sunt, & §. hæc quoque, de verbor. obligat. alleg. 23. n. 47. p. 178
Et alleg. 31. n. 5. p. 231
- l. Stichum 8. §. 1. ff. de nouat. alleg. 34. num. 12. p. 250
Et alleg. 34. n. 16. p. 251
Et num. 18. p. 252
- l. Staius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iure fisci, alleg. 36. n. 14. p. 268
- l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verbor. oblig. alleg. 40. n. 9. p. 287
- l. solutionem, ff. de solut. alleg. 40. n. 28. p. 291
Et num. 29. ibid.
- l. stipendium, verſ. solarium, ff. de verb. signif. alleg. 46. n. 11. p. 328
- l. spurius, §. fin. ff. de decurion. alleg. 51. n. 40. p. 395
- l. sordidorum 13. ff. de excusat. muner. alleg. 57. n. 14. p. 419
- l. Stichum 39. §. si hæres, ff. de statulib. alleg. 59. n. 22. p. 432
- l. testamento centurio, ff. de manumiss. testament. alleg. 31. n. 22. p. 233
- l. te hominem 32. ff. de nouat. alleg. 34. n. 12. p. 250
- l. toties, §. si cui, ff. de pollicitationib. alleg. 3. num. 28. p. 19
- l. Valerianus 10. ff. de prætor. stipulat. alleg. 36. num. 7. p. 267
- l. vbi lex, ff. de vſucap. alleg. 16. n. 27. p. 100
- l. vbi autem non apparet, §. fin. ff. de verb. oblig. alleg. 36. n. 21. p. 270
- l. vbi lex, ff. de vſucap. alleg. 43. n. 18. p. 313
- l. vectigalia, ff. de public. & vectig. alleg. 10. num. 5. p. 66
Et alleg. 13. n. 17. p. 87
- l. venditor, §. si constat, ff. de public. & vectig. alleg. 3. n. 9. p. 16
- l. verbum amplius 82. ff. de verbor. signific. alleg. 34. n. 7. p. 249
- l. viam publicam 2. ff. de via publica, alleg. 50. num. 27. p. 374
- l. vlt. §. si rem, ff. de nouat. alleg. 36. num. 5. p. 267
- l. vlt. ff. ad legem Iuliam peculatus, alleg. 47. num. 5. p. 335
- l. vnic. ff. vtrob. alleg. 5. n. 19. p. 31

Codicis.

L Ege abstinendum, C. quorum appellatio non recipiatur, alleg. 5. n. 11. p. 29
X x x 2 l. acce

Index Iurium.

- I. acceptam, C. de vfuris, alleg. 49. n. 22.** p. 359
I. accusationis 10. C. de his quæ vi, allegat. 35.
 p. 262
Ath. ad hæc, C. de Latin. liber. toll. alleg. 28.
 num. 11. p. 212
I. ad probationem, C. de probat. alleg. 15. n. 22.
 p. 102
I. ad similitudinem, C. de episcopis & clericis,
 alleg. 39. n. 1. p. 281
I. ad probationem, C. locato, alleg. 9. num. 8.
 pag. 58
I. ad inuidiam, C. de his quæ vi, alleg. 35. n. 11.
 p. 257
I. aduocatos, C. de aduocat. diuer. iudic. alleg.
 51. n. 24. p. 302
tit. C. de aduocatis fisci, allegat. 8. num. 44.
 pag. 52
I. ad fiscum, C. vbi causæ fiscales, alleg. 52. n. 11.
 p. 400
I. ad magistratus, C. de decurion. lib. 10. alleg.
 63. n. 30. p. 456
I. ad dictos, C. de Episc. audiend. alleg. 64. n. 21.
 p. 464
I. agentes, C. de curiosis & stationariis, alleg.
 50. n. 13. p. 371
I. ancillæ, C. de furtis, allegat. 18. numero 20.
 p. 127
I. apud hostes, C. de suis & legitim. hæred. al-
 leg. 41. n. 32. p. 300
I. apud eum 7. C. de censibus & censitoriis,
 lib. 11. alleg. 39. n. 2. p. 281
I. apparitores, C. de exact. tribut. alleg. 57. n. 11.
 p. 418
I. Arriani, C. de hæreticis, alleg. 55. num. 19.
 p. 412
I. bene à Zenone, C. de quadrienn. præscript.
 alleg. 22. n. 64. p. 159
 Et alleg. 43. n. 11. p. 311
I. binos, C. de aduoc. diuerf. iudic. alleg. 1. n. 2.
 pag. 4
 Et alleg. 51. n. 14. p. 390
I. cogi, C. de pct. hæred. alleg. 5. n. 4. p. 28
I. congruit, C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. alleg.
 8. n. 62. p. 55
I. contra publicam, C. de re militari, lib. 12. al-
 leg. 51. n. 17. p. 391
I. cum vendente 4. C. vbi causæ fiscales, alleg.
 7. n. 25. p. 41
I. cum res 4. C. de contrah. empt. alleg. 9. n. 7.
 p. 58
I. cum nemo 5. C. de acquir. poss. alleg. 9. n. 8.
 pag. 58
I. cum notissimi, §. illud, C. de præscript. 30.
 vel 40. alleg. 16. n. 22. p. 109
I. cum proponas 3. C. de nautico fœnore, al-
 leg. 17. n. 4. p. 115
 Et alleg. 26. n. 3. p. 192
 Et num. 27. p. 196
I. cum Archemidorum, C. vt in possess. legat.
 allegat. 17. n. 13. p. 117
I. cum donationes 34. C. de transact. alleg. 18.
 num. 8. p. 124
I. cum te, C. de transact. allegat. 19. numero 12.
 p. 132
I. cum te 4. C. de pignor. allegat. 20. num. 19.
 p. 138
I. cum non frumentum, C. de vfuris, alleg. 23.
 num. 5. p. 168
I. cum mota 6. C. de transact. alleg. 26. num. 3.
 p. 192
I. cum te proponas 2. C. de transact. alleg. 26.
 num. 6. ibid.
I. cum allegas, C. de vfuris, alleg. 31. num. 11.
 p. 232
I. cum te 6. C. de pactis inter empt. & vendit.
 alleg. 31. n. 24. p. 234
I. cum te, C. de pignor. alleg. 35. n. 49. p. 264
 Et num. 50. p. 265
 Et num. 51. p. 265
I. cum de indebito, C. de probat. alleg. 42. n. 8.
 p. 305
I. cum rempublicam, C. qui potiones, alleg.
 num. 16. p. 317
I. cum affirmes, C. de liber. caus. alleg. 45. n. 3.
 p. 320
 Et num. 23. p. 323
I. cum res, C. de probat. alleg. 46. n. 19. p. 329
I. cum te 6. C. de donat. ante nupt. allegat. 49.
 num. 12. p. 357
I. cum furiosus 7. C. de curat. furios. alleg. 49.
 num. 20. p. 359
I. Curator 3. C. de modo multar. alleg. 1. n. 26.
 pag. 9
 Et alleg. 8. n. 44. p. 52
I. curauit, C. de action. empt. alleg. 41. n. 42.
 p. 302
I. de his, C. de legibus, allegat. 3. n. 25. p. 18
I. damnum 12. C. locato, alleg. 19. n. 7. p. 131
I. debitorum pactionibus, C. de pactis, alleg.
 22. n. 56. p. 158
I. de contractu, C. de quadrienn. præf. alleg. 45.
 num. 3. p. 320
I. decurionibus, C. de silentiar. lib. 12. alleg. 50.
 num. 6. p. 370
I. de his, C. de Episcopis & clericis, alleg. 46.
 num. 17. p. 329
I. Deo nobis, C. de Episcopis & clericis, alleg.
 49. n. 38. p. 362
 Et num. 47. p. 364
I. decurionibus, C. de silentiariis, lib. 12. alleg.
 50. n. 49. p. 377
I. disputare, C. de crimine sacrilegij, allegat. 5.
 num. 25. p. 32
I. de fideicommissio 11. C. de transact. alleg. 17.
 num. 5. p. 115
 Et alleg. 18. n. 8. p. 115
 I. digna

Index Iurium.

- I. digna vox, C. de legibus, allegat. 23. num. 51.**
 p. 179
I. dudum, in fine, C. de contrahen. empt. alleg.
 45. n. 1. p. 319
I. ea lege, C. de condit. ob. caus. alleg. 3. n. 30.
 pag. 19
 Et alleg. 27. n. 12. p. 204
I. æde, C. locato, alleg. 20. n. 17. p. 138
 Et num. 24. p. 139
I. emptorem, C. locato, allegat. 40. num. 41.
 p. 294
I. emptorem 9. C. locato, allegat. 44. num. 1.
 p. 315
I. eos, C. de vfuris, alleg. 3. n. 25. p. 18
 Et §. super, alleg. 15. n. 10. p. 100
 Et §. super vfura. um, alleg. 17. n. 19. p. 119
 Et alleg. 23. n. 24. p. 173
 Et alleg. 25. n. 9. p. 187
I. eos, C. de appellat. alleg. 37. n. 18. p. 274
I. etiam, C. de iure dot. alleg. 30. n. 2. p. 224
I. etiam 5. C. de compensat. alleg. 41. num. 31.
 p. 300
I. ex illo, C. de appellat. alleg. 2. n. 4. p. 11
I. exemplo, Cod. de probat. alleg. 9. num. 18.
 pag. 60
I. ex conducto, I. ex cepa, C. locato, alleg. 17.
 num. 3. p. 115
I. ex imperfecto, C. de testamentis, allegat. 23.
 num. 51. p. 179
 Et alleg. 25. n. 13. p. 187
I. ex his, C. de euit. alleg. 26. n. 8. p. 193
I. excellentia, C. de erogat. milit. alleg. 38. n. 6.
 p. 278
I. ex consensu, §. super plagiis, C. de repudiis,
 alleg. 48. n. 12. p. 346
I. exigere dotem, C. de iudiciis, alleg. 49. n. 54.
 p. 364
I. ex agentibus 4. §. sed in salutationibus, C.
 de principiis agentibus in rebus, alleg. 52.
 num. 14. p. 401
I. ex omnibus domibus, C. de decurion. lib.
 10. alleg.
I. fin. C. de bonis vacant. lib. 10. alleg. 1. n. 14.
 pag. 6
I. fin. C. de aduoc. diuerf. iudic. alleg. 1. n. 29.
 pag. 9
I. fin. C. de legibus, alleg. 5. n. 25. p. 32
 Et alleg. 11. n. 7. p. 72
 Et alleg. 23. n. 28. p. 174
 Et alleg. 50. n. 34. p. 374
I. fin. §. sed & nostra Majestas, C. communia,
 de legatis, alleg. 8. n. 40. p. 51
 Et alleg. 16. n. 22. p. 109
I. fin. C. de pactis, alleg. 8. n. 44. p. 52
I. fin. C. de statuis, & imaginibus, alleg. 9. n. 26.
 pag. 62
I. fin. C. de aduocat. fisci, allegat. 12. num. 25.
 pag. 80
I. fin. C. quando fiscus vel priuatus, alleg. 17.
 num. 7. p. 116
I. fin. C. communia vtriusque iudicij, alleg. 17.
 num. 17. p. 118
I. fin. §. sed cum, C. de furtis, allegat. 17. n. 16.
 p. 118
I. fin. C. de procura. alleg. 17. n. 17. ibid.
I. fin. C. de cupressis, alleg. 17. n. 17. ibid.
I. fin. C. de edicto Diui Adrian. tollendo, alle-
 gat. 21. n. 1. p. 143
I. fin. C. de ordin. cognit. alleg. 21. n. 6. p. 144
I. fin. §. fin autem sub conditione, C. comm.
 de legat. alleg. 12. n. 27. p. 153
 Et alleg. 50. n. 29. p. 374
I. fin. C. de non numerat. pecunia, allegat. 26.
 num. 9. p. 193
 Et alleg. 47. n. 41. p. 342
I. fin. C. de fructibus & litium expensis, alleg.
 26. n. 13. p. 194
I. fratris 10. C. de transact. allegat. 26. num. 32.
 p. 197
I. fin. C. de compensat. alleg. 29. n. 17. p. 219
I. fin. C. de nouat. alleg. 29. n. 38. p. 223
 Et alleg. 34. n. 9. p. 250
 Et alleg. 36. n. 4. p. 267
I. fin. C. quæ res pignori, alleg. 30. n. 6. p. 225
I. fin. Cod. de vfur. pupill. allegat. 35. num. 10.
 p. 256
I. fin. C. de his qui veniam ætatis, allegat. 36.
 num. 14. p. 268
I. fin. C. de dotis promiss. alleg. 40. num. 35.
 p. 292
I. fin. C. ad Senatusconf. Macedon. alleg. 41.
 num. 19. p. 298
I. fin. C. de iure emehyteutico, alleg. 45. n. 2.
 p. 320
I. fin. C. de quadrienn. præscript. allegation. 43.
 num. 3. p. 310
I. fin. C. si contra ius vel vtil. public. alleg. 45.
 num. 4. p. 329
I. fin. C. ad l. Falcid. alleg. 47. n. 17. p. 337
I. fin. §. fin vero, C. de iure deliber. alleg. 47.
 num. 27. p. 339
I. fin. C. ad l. Iulicm repetund. alleg. 48. n. 48.
 p. 352
I. fin. C. de locatione prædio ciuil. lib. 11. alleg.
 50. n. 41. p. 376
I. fin. C. de decurion. lib. 10. alleg. 51. num. 8.
 p. 389
I. fin. C. de officio Præfecti Africæ, alleg. 56.
 num. 7. p. 414
I. fin. C. in quibus causis maiores, allegat. 59.
 num. 25. p. 433
I. fin. C. de agricolis & mancipiis, allegat. 61.
 num. 21. p. 441
I. fin. C. de his quibus vt indignis, allegat. 65.
 num. 68. p. 485
I. hæc constitutio, C. locat. alleg. 31. n. 25. p. 234
 X x x 3 I. hi

Index Iurium.

l. hi quibus, C. de fundis patrimon. lib. 11. alleg. 12. n. 9. p. 77	l. meminerint, C. vnde vi, alleg. 2. n. 14. p. 12
l. honores, C. de decurion. lib. 10. alleg. 52. n. 8. p. 399	l. missi opinatores, C. de exact. tribut. lib. 10. alleg. 15. n. 20. p. 101
l. humanum, C. de legibus, alleg. 59. num. 11. p. 430	l. nemo 2. de exactioibus tribut. allegat. 5. num. 10. p. 29
l. improba, C. de acquir. poss. alleg. 27. num. 7. p. 203	l. nemine, C. de religiof. & sumptibus funer. alleg. 5. n. 12. p. 30
l. in sacris, §. modum, C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. alleg. 1. n. 25. p. 8	l. nec auus, C. de emancip. liber. alleg. 9. n. 26. pag. 62
l. in contr. actibus, §. fin. C. de non numerata pecunia, alleg. 7. n. 5. p. 36	l. nec damnosa, C. de precib. Imp. offer. alleg. 12. n. 30. p. 82
l. in fraudem, C. de annonis & tributis, lib. 10. alleg. 11. n. 9. p. 72 Et alleg. 13. n. 22. p. 88	l. nec intentio 23. C. de transact. alleg. 26. n. 24. p. 196
l. iudicia certa, C. de rei vindicat. alleg. 13. n. 8. pag. 85	l. neminem 64. C. de decurion. lib. 10. alleg. 39. num. 1. p. 281
l. inquisitio, C. de solut. allegat. 23. num. 45. p. 177	l. nemo, C. de officio Magistri, alleg. 51. n. 17. p. 391
l. in ciuile, C. de rei vindicat. allegat. 26. n. 23. p. 195	l. nemo rei, C. de vestibus doberis, lib. 11. alleg. 51. n. 25. p. 392
l. interpositos, C. de transact. alleg. 35. num. 8. p. 256 Et num. 20. p. 258	l. neminem, C. de sacrosanct. Eccles. allegat. 59. n. 7. p. 428
l. in testamento, C. de manumiss. testam. allegat. 41. n. 32. p. 300	l. nemo carcerem, C. de exactoribus tribut. lib. 10. alleg. 61. n. 27. p. 442
l. inuitum, C. de contrahen. empt. alleg. 45. n. 1. p. 319	l. non dubium, C. de legibus, alleg. 3. num. 27. pag. 19
l. in contractibus, §. fin. C. de non numer. pecunia, alleg. 53. n. 10. p. 407	l. non ignorat, C. qui accusare non poss. alleg. 7. num. 2. p. 36
l. inquisitio, C. de solut. alleg. 58. n. 17. p. 424	l. non idcirco 12. C. de rescind. vendit. alleg. 20. n. 12. p. 138
l. is qui cum telo, C. ad l. Cornel. de siccar. alleg. 47. n. 12. p. 336	l. nomen 4. C. quæ res pignori, alleg. 22. n. 9. p. 149 Et num. 60. p. 358
l. iubemus, C. de aduocat. diuers. iudicum, alleg. 1. n. 29. p. 9 Et alleg. 51. n. 24. p. 392	l. nouatione, C. de fideiuss. alleg. 22. num. 69. p. 160
l. iubemus 4. C. ad legem Iuliam repetund. alleg. 48. n. 3. p. 344	l. non solum, C. de repudiis, alleg. 24. num. 10. p. 182
l. iudices, C. de dignitat. alleg. 47. n. 2. p. 335	l. non idcirco, C. de contrah. empt. allegat. 26. num. 2. p. 192
l. iustissimos, C. de officio Rector. prouinciæ, alleg. 51. n. 17. p. 391	l. non dubium, C. de legibus, alleg. 29. n. 26. p. 220 Et alleg. 47. n. 24. p. 339
l. iubemus, C. de officio Magistri official. alleg. 67. n. 31. p. 457	l. non modus 12. C. de seruit. & aqua, allegat. 30. num. 7. p. 225
l. laudabile, C. de aduocat. diuers. iudic. alleg. 1. num. 25. p. 8 Et alleg. 51. n. 3. p. 390	l. non abstulit 4. C. de nouat. alleg. 34. num. 5. p. 249
l. leges, C. de legibus, alleg. 48. n. 3. p. 344	l. non interest, C. de his quæ vi, allegat. 35. num. 41. p. 262
l. licet, C. locati, alleg. 17. n. 3. p. 115 Et num. 4. ibid. p. 163	l. non sine 5. C. de bonis quæ liber. alleg. 49. num. 40. p. 163
Et alleg. 18. n. 9. p. 125	l. non solent 3. Cod. de vectig. nou. instit. non poss. alleg. 13. n. 25. p. 234
Et alleg. 19. n. 6. p. 131	Aut. nouo iure, C. de pœna iudic. allegat. 49. num. 15. p. 352
l. licet, C. de iudiciis, alleg. 42. n. 7. p. 305	l. nullum, C. vbi causæ fiscales, allegat. 7. num. 3. p. 36
l. litibus, C. de agricolis & censitis, lib. 10. alleg. 13. n. 8. p. 85	l. nulli, C. de iudiciis, alleg. 7. n. 24. p. 40 Et alleg. 53. n. 11. p. 408
l. Manichæos 4. C. de hæreticis, alleg. 61. n. 13. p. 440	l. nullus 60. C. de decur. lib. 10. all. 39. n. 1. p. 281
l. maximorum, C. de excusat. muner. alleg. 50. num. 6. p. 370	

Index Iurium.

l. ob meritum, C. ne vxor pro marito, alleg. 46. n. 19. p. 329	l. 1. C. de petitione bonor. sub. at. lib. 10. alleg. 12. num. 32. p. 82 Et alleg. 50. n. 50. p. 377
l. omnium 6. C. de vectigal. allegat. 5. num. 2. pag. 28 Et alleg. 10. n. 9. p. 66 Et alleg. 13. n. 22. p. 88	l. 1. C. de reis postulandis, allegat. 13. num. 36. pag. 90
l. omnes, C. de prescript. triginta vel 40. alleg. 28. n. 4. p. 211	l. 1. C. de bonis maternis, allegat. 16. num. 22. p. 109
l. omne territorium, C. de censibus & censitoris, lib. 11. alleg. 32. n. 6. p. 238	l. 1. Cod. de consulibus, allegat. 51. num. 8. p. 389 Et alleg. 52. n. 8. p. 399
l. omnium, C. de testam. allegat. 35. num. 12. p. 257	l. 1. & per totum, C. de aduocat. fisci, alleg. 51. num. 14. p. 390
l. omnibus, C. de testibus, allegat. 42. num. 22. p. 307	l. 1. C. vbi & apud quem, alleg. 52. num. 7. p. 404
l. omnes, C. vt dignit. ordo seruetur, alleg. 51. num. 8. p. 389	l. 1. C. de officio commit. sacri Palatii, allegat. 53. n. 3. p. 406
l. omnes, C. de annonis & tributis, allegat. 59. num. 2. p. 428	l. 1. C. de officio comm. ret. priuat. alleg. 53. num. 3. ibid.
l. omnes prouinciarum, C. de operibus publicis, alleg. 62. n. 16. p. 448	l. 1. C. de seruit. & aqua, alleg. 55. n. 19. p. 413
l. pecunia, C. de iure fisci libro, alleg. 26. n. 15. p. 194	l. 1. C. de apostatis, alleg. 61. n. 13. p. 440
l. petitionem 13. §. 1. C. de aduocat. diuers. alleg. 8. n. 45. p. 52	l. 1. C. quibus muner. vel præstat. lib. 10. alleg. 62. n. 16. p. 448
l. penes illum 4. C. de vectigal. alleg. 18. n. 12. p. 125	l. 1. C. de silentariis, alleg. 63. n. 28. p. 456
l. placet cum duabus sequentibus, Cod. de sacros. Eccles. alleg. 62. n. 16. p. 448	l. 1. C. de his quibus vt indignis, alleg. 65. n. 41. p. 480
l. petens, C. de pactis, alleg. 26. n. 12. p. 193	l. 1. C. ad legem Iuliam Maiestatis, allegat. 65. num. 44. p. 481
l. post duos, C. de aduocat. diuers. iudic. alleg. 51. n. 14. p. 390	l. 1. C. de falsa moneta, allegat. 65. num. 68. p. 485
l. postquam 7. C. de hæred. vel actione vend. alleg. 22. n. 9. p. 149	l. 1. si vendito pignore agatur, alleg. 22. n. 81. p. 162
l. post retentionem, C. de vsuris, alleg. 47. num. 40. p. 342	l. 1. C. quando probare non est necesse, alleg. 29. n. 23. p. 220
l. prædia, C. de locatione prædior. ciuil. lib. 11. alleg. 8. n. 62. p. 55	l. 1. C. de his qui per metum iudicis non appellauerunt, allegat. 35. n. 12. p. 257
l. præfes, C. de transact. alleg. 34. n. 5. p. 249	l. 1. C. si plures vna sententia, alleg. 36. num. 15. p. 268
l. præcipimus, §. in his autem, C. de appellat. alleg. 37. n. 19. p. 274	l. 1. C. de discussoribus lib. 10. alleg. 38. num. 7. p. 278
l. prædia, C. de fideicommissis, alleg. 38. n. 16. p. 280	l. 1. C. de plus petition. allegat. 38. num. 11. p. 279
Authent. præterea, C. vnde vir & vxor, alleg. 49. n. 40. p. 363	l. 1. C. de præposit. agentibus in rebus lib. 12. alleg. 39. n. 1. p. 281
l. 1. C. de officio eius qui vicem gerit, alleg. 1. num. 16. p. 7	l. 1. C. ad legem Iuliam repetund. alleg. 39. n. 7. p. 281
Et num. 18. ibid.	l. 1. C. de sententiis aduersus fiscum latis, allegat. 41. n. 36. p. 301
l. 1. C. de curios. & testam. allegat. 1. num. 16. pag. 7	l. 1. C. de venditione rei fiscalis, alleg. 41. n. 36. p. 301 Et alleg. 45. n. 9. p. 321
l. 1. C. de iudiciis, alleg. 7. n. 25. p. 41	l. 1. C. ne fiscus rem quam vendidit euincat, allegat. 45. n. 3. p. 320
l. 1. C. de iurisdic. omn. iudic. alleg. 7. num. 25. pag. 41	l. 1. C. de iure emphyteutico, allegat. 46. n. 30. pag. 52
l. 1. C. de lucris aduocat. allegat. 8. num. 44. p. 52	l. Procuratores 30. C. de decurion. lib. 10. alleg. 1. num. 26. p. 9
l. 1. C. noua vectig. instit. non poss. allegat. 10. num. 5. p. 66	l. prohibitum, C. de iure fisci, allegat. 60. n. 5. p. 436
l. 1. C. de imponenda lucretiua descriptione, lib. 10. alleg. 11. n. 19. p. 74	

Index Iurium.

1. probationes, C. de diuersis officiis, alleg. 35. num. 12. p. 257
1. properandum, §. fin. C. de iudiciis, allegat. 1. num. 16. p. 7
1. pro locis, C. de annonis & tributis, lib. 10. alleg. 3. n. 18. p. 17
1. prolatam, C. de sententiis & interlocution. alleg. 38. n. 4. p. 278
1. pro tyronibus, C. de priuilegiis domus Augustæ, lib. 11. alleg. 62. n. 16. p. 447
1. prouidendum, §. 1. C. de postulando, allegat. 36. num. 30. p. 271
1. quamuis, C. de vsuris, allegat. 23. num. 24. p. 173
Et alleg. 41. n. 29. p. 300
1. quamuis, C. de transact. alleg. 26. num. 3. p. 192
Et num. 32. p. 197
1. quamuis 2. C. de pignoribus, allegat. 40. num. 14. p. 288
1. quemadmodum, C. de agricolis & censitis, alleg. 50. n. 29. p. 374
1. quisquis, C. ad legem Iuliam Maiestatis, alleg. 1. n. 12. p. 6
1. quicumque 3. C. de litigiosis, alleg. 1. n. 25. pag. 8
1. quisquis, C. de postulando, alleg. 2. num. 2. pag. 11
1. qui fundus, C. de omni agro deserto, lib. 11. alleg. 3. n. 28. p. 19
1. quicumque, C. de executor. & exactor. lib. 12. alleg. 7. n. 2. p. 36
1. qui fundus, C. de omni agro deserto lib. 10. alleg. 11. n. 4. p. 72
1. quicumque, C. de Episcop. & clericis, alleg. 64. n. 21. p. 464
1. quod fauore, C. de legibus, alleg. 48. n. 40. p. 351
1. ratas, C. de rei vindicatione, alleg. 17. n. 16. p. 118
1. restituendæ, C. de aduocat. diuers. iudic. alleg. 1. n. 25. p. 8
Et alleg. 51. n. 4. p. 392
Et alleg. 51. n. 4. p. 395
1. rescripta, C. de precib. Imperat. offerend. alleg. 9. n. 26. p. 62
Et alleg. 12. n. 30. p. 82
1. receptitia, C. de constituta pecunia, alleg. 22. n. 50. p. 157
1. reprehendenda, C. de instit. & substit. alleg. 63. n. 40. p. 458
1. rem non nouam, C. de iudiciis, alleg. 64. num. 27. p. 466
1. sacrilegij 5. C. de diuers. rescriptis, alleg. 5. num. 25. p. 32
1. sancimus 12. C. de aduoc. diuers. iud. alleg. 8. num. 44. p. 52
1. satisfactio, ff. de solut. alleg. 22. n. 54. p. 157
1. sacris, §. in omnibus, Cod. de proximis sacris. scrip. alleg. 26. n. 13. p. 194
1. sciant iudices, C. ad legem Iuliam repetund. alleg. 47. n. 5. p. 335
1. 2. Cod. ne fiscus vel respublica, alleg. 1. n. 25. pag. 8
1. 2. Cod. si aduersus fiscum, alleg. 1. num. 28. pag. 9
1. 2. C. de dilationibus, alleg. 2. n. 18. p. 13
1. 2. C. de annonis & tributis lib. 10. alleg. 3. num. 18. p. 17
1. 2. C. vbi causæ fiscales, alleg. 7. n. 3. p. 36
1. 2. C. de iudiciis, alleg. 7. n. 25. p. 41
1. 2. C. de lucris aduocator. alleg. 8. num. 44. p. 52
1. 2. C. de fundit limitroph. lib. 11. alleg. 5. n. 4. p. 28
1. 2. C. de patribus qui filios distraxerunt, alleg. 5. n. 12. p. 30
1. 2. Cod. noua vectig. instit. non poss. alleg. 10. num. 5. p. 66
1. 2. C. de exactoribus tribut. alleg. 11. num. 8. p. 72
1. 2. §. & cum lex, C. de rei vxorix actione, alleg. 12. n. 16. p. 79
1. 2. C. de diuersis rescriptis, alleg. 13. num. 29. p. 89
1. 2. C. de condit. incertis, allegat. 29. num. 38. p. 223
1. 2. C. de rescind. venditione, alleg. 32. n. 2. p. 237
Et num. 9. p. 239
1. 2. C. de alluionibus, alleg. 32. n. 7. p. 238
Et alleg. 33. n. 8. p. 244
1. 2. C. de optione legata, alleg. 33. n. 12. p. 245
1. 2. C. de his quæ vi, alleg. 35. n. 11. p. 257
1. 2. C. ad Senatufconf. Turpil. alleg. 39. n. 1. p. 281
1. 2. & 3. C. de priuilegio fisci, alleg. 44. n. 18. p. 318
1. 2. C. de commun. rer. alien. alleg. 45. num. 9. p. 321
1. 2. C. de fideicommiss. alleg. 47. n. 40. p. 321
1. 2. C. de cohortalibus, alleg. 50. n. 5. p. 370
1. 2. C. de præposit. sacror. cubicularij, alleg. 50. n. 6. ibid.
1. 2. Cod. de cursu publico, alleg. 50. num. 14. p. 372
1. 2. C. vbi Senator. vel clarissimi, alleg. 52. n. 2. p. 398
1. 2. C. vbi causæ fiscales, alleg. 53. n. 2. p. 406
1. 2. C. ne fideiussores dorum dentur, allegat. 60. n. 1. p. 435
1. 2. C. quorum appell. non recip. alleg. 66. n. 2. p. 493
1. seruos, C. de probat. alleg. 43. n. 13. p. 312
1. si quando, C. de inoffic. testam. alleg. 8. n. 50. pag. 53

1. siue

Index Iurium.

1. siue possidetis, C. de probat. alleg. 9. num. 11. p. 59
1. si quando, C. de testibus, allegat. 9. num. 26. p. 62
1. si idem, C. de codicillis, allegat. 9. num. 33. p. 64
1. si de certa, C. de transact. alleg. 10. num. 11. p. 67
1. si constante, C. de donat. ante nuptias, alleg. 12. n. 3. p. 77
1. si quis, C. de omni agro deserto, lib. 11. alleg. 12. n. 3. p. 76
1. si quos, C. de rescind. vendit. alleg. 12. n. 26. p. 81
1. si de certa, C. de transact. allegat. 13. n. 18. p. 87
Et alleg. 14. n. 17. p. 95
1. si non designat, C. de falsa caus. adiect. leg. alleg. 14. n. 7. p. 94
1. si ea lege, Cod. de vsuris, allegat. 17. n. 16. p. 118
1. d quis, C. de offic. ciuil. iudic. allegat. 20. num. 10. p. 137
1. si delegatio 3. C. de nouat. allegat. 22. n. 26. p. 152
Et num. 61. p. 159
1. si ex pretio 6. si certum petatur, allegat. 22. num. 52. p. 157
1. si constat 4. C. de compensat. alleg. 22. n. 63. p. 159
1. si ea lege, C. de vsuris, allegat. 23. num. 20. p. 172
1. si voluntate, C. de rescind. vendit. alleg. 23. num. 22. p. 172
1. si quando, C. de inoffic. testam. alleg. 23. n. 51. p. 179
1. si prædium, C. de prædiis minor. alleg. 24. num. 10. p. 182
1. siue apud acta 28. C. de transact. alleg. 26. num. 3. p. 192
1. si profundo 33. C. de transact. alleg. 26. n. 5. p. 192
1. si maior 36. C. de transact. alleg. 26. n. 5. ibid.
1. si quis maior 41. C. de transact. allegat. 26. num. 8. p. 193
Et num. 24. p. 196
1. si causa cognita, Cod. de transact. alleg. 26. num. 16. p. 194
1. si profundo 35. C. de transact. alleg. 26. n. 34. p. 197
1. siquidem 24. Cod. de transact. allegat. 26. num. 45. p. 200
1. si de certa 32. Cod. de transact. alleg. 26. num. 45. ibid.
1. siue possidetis, C. de probat. alleg. 27. n. 7. p. 203
1. si quis maior, C. de transact. alleg. 31. n. 14. p. 232
- Ioan. Bapt. Larrea Alleg. Fisc. Tom. I.
- Et num. 22. p. 233
1. si de fundo 15. C. locato, alleg. 31. num. 25. p. 234
1. si voluntate, C. de rescind. alleg. 32. n. 27. p. 242
1. sicut ab initio, C. de oblig. & actionibus, alleg. 35. n. 4. p. 255
1. si voluntate, C. de rescind. vendit. alleg. 35. num. 18. p. 258
Et num. 28. p. 260
1. si deposita 4. C. depositi, alleg. 41. num. 12. p. 297
1. si constat, Cod. de compensat. alleg. 41. n. 31. p. 300
1. si de certa, C. de transact. alleg. 42. num. 7. p. 305
1. si hypothecas, C. de remiss. pignor. alleg. 43. num. 12. p. 311
1. si vi vel metu, C. de his quæ vi, alleg. 43. num. 18. p. 313
1. si generaliter 6. C. qui potiores, allegat. 44. num. 16. p. 317
1. si fundum, C. qui potiores, alleg. 44. n. 16. ibid.
1. si ex libert. C. de liber. conf. alleg. 45. n. 3. p. 320
1. si quis, §. fin. C. de patr. qui filios distraxer. alleg. 45. n. 5. p. 320
1. si quis non dicam rapere, C. de episcopis & clericis, alleg. 47. n. 12. p. 330
1. si conuenerit, C. finium regund. alleg. 47. num. 13. p. 337
1. si qua loca, C. de fundis & saltribus rei dominicæ, alleg. 50. n. 45. p. 376
1. si grauius, C. de dignitatibus, lib. 12. alleg. 52. num. 2. p. 398
1. si quemquam, C. de episcop. & cleric. alleg. 63. n. 32. p. 457
1. si quis, C. de falsa moneta, alleg. 65. num. 39. p. 480
1. si delegatus, C. de nouat. alleg. 22. n. 26. p. 152
Et alleg. 36. n. 2. p. 266
1. super creandis 9. C. de iure fisci, lib. 10. alleg. 8. num. 46. p. 52
1. si susceptores, C. de susceptoribus, lib. 10. alleg. 37. n. 22. p. 275
1. non solent 3. C. noua vectig. instit. non posse, alleg. 13. n. 24. p. 88
1. temporum, C. de vestibus oloberis, alleg. 51. num. 25. p. 393
1. transactio, C. de transact. alleg. 16. num. 13. p. 194
1. traditionibus, Cod. de pactis, alleg. 29. n. 9. p. 218
1. tutores, C. de adimend. tuto. alleg. 38. n. 5. p. 278
1. vbi pactum 40. C. de transact. allegat. 26. num. 45. p. 200
- Y y y l. vnica

Index Iurium.

l.vnicia, C. de officio commit. rer. priuatar. alleg. 27. n. 5. p. 202
 l.vltima, C. de vfucap. pro emptore, alleg. 35. num. 18. p. 258
 l.vlt. C. de pœna iudicis qui malè iudic. alleg. 47. n. 2. p. 335
 l.vlt. §. fin. C. de fundis patrim. alleg. 50. n. 28. p. 374
 l.vltima, C. de tyronibus, alleg. 51. num. 17. p. 391
 l.vltima, C. de ordin. iudicior. alleg. 57. n. 7. p. 418
 l.vt. C. de quadrienn. præfcriptione, alleg. 60. num. 7. p. 437
 l.vnica, in princ. C. de caducis tollendis, alleg. 1. n. 5. p. 4
 l.vniuerfi, C. vbi caufæ fiscales, alleg. 1. n. 14. pag. 6
 Et num. 16. p. 7
 l.vnica, in princ. C. de caducis tollendis, alleg. 8. num. 23. p. 48
 Et alleg. 12. n. 2. p. 76
 Et alleg. 13. n. 32. p. 90
 l.vnica, C. de priuilegiis corporis vrbs Romæ, lib. 10. alleg. 10. n. 33. p. 69
 l.vnica, §. res vero, C. de imponend. luctat. de- fcript. alleg. 14. n. 8. p. 94
 l.vnica, §. pro fecundo, C. de caduc. tollendis, alleg. 33. n. 8. p. 244
 Et alleg. 47. n. 42. p. 342
 l.vnica, C. de de officio Comitris rerum priuatar. alleg. 27. n. 5. p. 202
 l.vnica, C. de peric. eorum qui pro Magiftra- tu interuenerunt, lib. 11. alleg. 39. n. 2. p. 281
 l.vnica, C. vt omnes iudices tam ciuiles quã criminales, alleg. 48. n. 32. p. 350
 l.vnicuique, C. de proxim. facr. forin. lib. 11. al- leg. 51. n. 17. p. 391
 l.vniuerfi, C. vbi caufæ fiscales, alleg. 52. n. 2. p. 398
 l.vnica, §. pœnis, verf. ceteros autem, C. de ra- ptu virg. alleg. 65. n. 42. p. 480
 l.vfucapionem 9. C. de vectig. all. 5. n. 2. p. 28

Authenticorum.

AVthent. de Iudicibus, col. 6. alleg. 1. nu- mero 19. p. 9
 Auth. de mandatis Principum, §. deinde, verf. talem, col. 3. alleg. 9. n. 27. p. 62
 Et §. publicorum, alleg. 11. n. 8. p. 72
 Et alleg. 17. n. 18. p. 119
 Et num. 26. p. 121
 Auth. de non alien. reb. Eccl. §. quod autem, verf. nec illud, col. 2. alleg. 8. n. 61. p. 55
 Auth. nullum credentem agric. col. 4. alleg. 9. num. 22. p. 61

Et alleg. 23. num. 11. p. 169
 Auth. de Tabellionibus, §. nos autem, allegat. 26. n. 13. p. 212
 Auth. vt deliberandi ius, alleg. 2. n. 3. p. 11
 Et num. 5. ibid.
 Auth. vt de cætero commutatio, alleg. 58. n. 5. p. 422
 Auth. vt Ecclefia Romana, alleg. 28. num. 25. p. 214
 Auth. vt liceat matri & auia, §. quia vero plu- rimas, alleg. 65. n. 40. p. 480
 Auth. vt sine prohibitione, alleg. 18. n. 21. p. 127
 Nouella 43. c. 1. alleg. 9. n. 22. p. 61
 Nouella 159. c. 2. allegat. 59. n. 1. p. 428

Feudorum.

Tit. de allodiis, verf. si verò, alleg. 46. n. 29. p. 331
 tit. de Capitaneo qui curiam vend. alleg. 10. num. 5. p. 66
 Et alleg. 13. n. 17. p. 87
 tit. de controuerf. inter mafculum, c. 1. alleg. 46. n. 20. p. 330
 tit. de eo qui finem fecit agnat. c. 1. alleg. 22. num. 32. p. 153
 Et num. 33. ibid.
 Et alleg. 50. n. 85. p. 381
 tit. per quos fiat inueftit. c. 1. alleg. 46. num. 4. p. 327
 tit. de prohib. feudi alienat. per Fredericum, c. 1. verf. vel pro anima, alleg. 46. n. 29. p. 332
 tit. quæ fuit prima caufa benef. amitten. c. 1. §. porro, alleg. 12. n. 1. p. 76
 tit. quæ fint regalia, c. 1. allegat. 10. num. 5. p. 66
 Et alleg. 13. n. 2. p. 84
 tit. quibus med. feud. amit. §. præterea, alleg. 50. n. 85. p. 381
 tit. fi de feudo fuerit controu. c. Titius, alleg. 50. n. 85. ibid.
 tit. fi de inueftitura feudi, c. 1. §. fi verum, al- leg. 46. n. 18. p. 329

Ex Institutionibus.

Paragrapho affinitatis, de nuptiis, allegat. 49. n. 55. p. 366
 §. alteri, de militibus, allegat. 47. n. 22. p. 338
 §. fed & illud, de adop. alleg. 46. numero 24. p. 330
 §. fuerat, de action. alleg. 34. n. 15. p. 251
 §. finali, de legatis, allegatione 31. num. 22. p. 233
 §. finali, de lege Aquilia, allegatione 31. num. 22. ibid.
 §. neque

Index Iurium.

§. neque tamen, de author. tutor. alleg. 28. num. 8. p. 211
 §. 1. de inutilibus, allegation. 22. numero 6. p. 149
 Princip. de vfu & habitat. allegat. 46. num. 9. p. 328
 §. qui igitur de patria potest. alleg. 49. n. 10. p. 356
 §. tripli, de actionib. alleg. 38. n. 11. p. 279

Ex iure Hispano partitarum.

LEge. 6. tit. 1. partit. 1. alleg. 27. num. 29. p. 179
 l. 18. tit. 1. p. 1. alleg. 51. n. 35. p. 394
 l. 15. tit. 2. p. 1. alleg. 23. n. 27. p. 174
 l. 6. tit. 3. p. 1. alleg. 22. n. 13. p. 150
 Et num. 48. p. 157
 l. 49. tit. 5. p. 1. alleg. 51. n. 1. p. 388
 l. 65. tit. 5. p. 1. alleg. 53. n. 12. p. 453
 l. 52. titulo 6. p. 1. allegatione 63. numero 16. p. 454
 l. 57. titulo 6. p. 1. allegatione 27. numero 15. p. 205
 l. 9. tit. 8. p. 1. alleg. 47. n. 32. p. 340
 l. 16. tit. 11. p. 1. alleg. 25. n. 13. p. 187
 l. 3. tit. 14. p. 1. alleg. 46. n. 30. p. 332
 l. 1. tit. 20. p. 6. alleg. 31. n. 33. p. 236
 l. 2. tit. 20. p. 1. alleg. 3. n. 22. p. 18
 l. 5. tit. 20. p. 1. alleg. 12. n. 17. p. 79
 Et alleg. 50. n. 25. p. 373
 l. 8. titulo 21. partit. 1. allegation. 14. num. 14. p. 95
 l. 2. tit. 1. p. 2. alleg. 3. n. 29. p. 19
 Et alleg. 40. n. 34. p. 292
 l. 8. tit. 1. p. 2. alleg. 12. n. 9. p. 78
 Et alleg. 59. n. 3. p. 428
 l. 8. tit. 7. p. 2. alleg. 46. n. 13. p. 328
 l. 5. tit. 18. p. 2. alleg. 49. n. 12. p. 283
 l. 2. titulo 9. partit. 2. allegat. 51. numero 25. p. 392
 l. 2. 19. & 23. titulo 9. p. 2. allegat. 46. num. 13. p. 328
 l. 4. titulo 9. partit. 2. allegat. 52. numero 10. p. 400
 l. 5. tit. 9. p. 2. alleg. 1. n. 11. p. 6
 l. 6. tit. 9. p. 2. alleg. 8. n. 1. p. 44
 Et num. 16. p. 47
 l. 16. titulo 9. partit. 2. allegat. 51. numero 25. p. 302
 l. 3. tit. 10. p. 2. alleg. 8. n. 16. p. 47
 l. 1. titulo 13. partit. 2. allegat. 63. numero 10. p. 453
 Et alleg. 66. n. 30. p. 499
 Et num. 49. p. 504
 l. 2. titulo 13. partit. 2. allegat. 66. num. 36. p. 500
 Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fife. Tom. I.

l. 3. titulo 13. partit. 2. allegat. 66. num. 33. p. 499
 l. 6. titulo 13. partit. 2. allegat. 65. numero 48. p. 482
 l. 10. tit. 4. p. 3. alleg. 2. n. 2. p. 11
 l. 3. titulo 7. partit. 3. allegat. 63. numero 12. p. 453
 l. 11. titulo 11. partit. 3. allegat. 54. numero 2. p. 408
 l. 22. tit. 16. partit. 3. allegat. 48. numero 42. p. 352
 l. 32. tit. 16. partit. 3. allegat. 48. numero 17. p. 347
 l. 4. tit. 18. p. 3. alleg. 8. n. 1. p. 44
 l. 10. tit. 18. partit. 3. allegat. 46. numero 5. p. 327
 l. 16. titulo 18. partit. 3. allegat. 65. num. 70. p. 486
 l. 27. tit. 28. partit. 3. allegat. 50. numero 34. p. 374
 l. 29. titulo 18. partit. 3. allegat. 12. numero 20. p. 80
 Et num. 1. p. 76
 l. 30. & 53. tit. 18. partit. 3. allegat. 5. num. 21. p. 31
 l. 31. titulo 18. partit. 3. allegat. 3. numero 29. p. 19
 l. 42. tit. 18. partit. 3. allegat. 16. numero 28. p. 111
 Et alleg. 58. n. 27. p. 425
 Et alleg. 64. n. 31. p. 466
 l. 43. tit. 18. p. 3. alleg. 50. n. 25. p. 373
 Et alleg. 31. n. 33. p. 236
 Et alleg. 64. n. 34. p. 467
 l. 47. tit. 18. p. 3. alleg. 7. n. 2. p. 36
 l. 114. tit. 18. partit. 3. alleg. 48. numero 17. p. 347
 l. 7. titulo 11. partit. 4. allegat. 12. numer. 16. p. 79
 l. 10. tit. 1. partit. 4. allegat. 35. numero 22. p. 258
 l. 29. titulo 11. partit. allegat. 12. numero 16. p. 79
 l. 13. & 14. tit. 18. p. 4. alleg. 51. numero 36. p. 394
 l. 12. tit. 18. p. 4. alleg. 63. n. 4. p. 452
 Et alleg. 1. n. 8. p. 5
 Et alleg. 8. n. 44. p. 52
 Et alleg. 15. n. 29. p. 103
 l. 3. titulo 25. partit. 4. allegat. 46. num. 12. p. 328
 l. 3. titulo 25. partit. 4. allegat. 46. numero 5. p. 327
 l. 2. tit. 2. p. 5. alleg. 17. n. 14. p. 118
 l. 2. titulo 3. partit. 5. allegatione 41. num. 8. p. 296
 l. 9. titulo 3. partit. 5. allegat. 41. numero 9. p. 297

Index Iurium.

1.49. tit. 4. partit. 5. allegatione 35. num. 13. p.257	1.1. tit.2. p.7. alleg. 1. n.12. p.6
1.14. tit. 5. partit. 5. allegat. 59. numero 23. p.432	1.2. titulo 7. part. 7. allegat. 66. numero 39. p.501
1.46. titulo 5. p. 5. allegatione 37. num. 15. p.274	1.12. titulo 8. part.7. allegat.47. numero 12. p.337
1.53. titul.5. p. 5. allegation.22. numero 64. p.159	1.27. tit. 11. p. 7. alleg.65. n.76. p.487
1.53. titul. 5. p. 5. allegatione 45. numero 9. p.321	1.1. titulo 26. p. 7. allegat. 61. numero 13. p.440
1. fin. titul. 5. p. 5. allegatione 27. numero 12. p.204	1.4. tit.27. p.7. alleg.46. n.13. p.328
1.5. tit. 7. p. 5. allegatione 54. numero 2. p.408	1.4. tit.33. p.7. alleg.50. n.34. p.328
1.5. tit. 8. p. 5. allegatione 32. numero 22. p.241	1.17. tit.34. p.7. alleg.35. n.18. p.258
Et alleg.17. n.26. p.121	
Et alleg.18. n.1. p.123	
Et num.3. p.124	
Et num.15. p.126	
1.22. titulo 8. partit. 5. allegat. 17. numero 3. p.115	
Et alleg.18. n.1. p.123	
Et num.3. p.124	
Et num.15. p.126	
1.23. tit.8. p.5. alleg.18. n.9. p.125	
Et num.12. ibid.	
Et num.15. p.126	
Et alleg.32. n.25. p.241	
1.28. titulo 8. part.5. allegatione 46. num.30. p.332	
1.28. tit. 11. part. 5. allegatione 35. num. 13. p.257	
1.28. titul 11. part. 5. allegat. 31. numero 36. p.236	
1.38. tit.11. p.5. alleg.31. n.36. ibid.	
1.2. tit.14. part.5. allegation. 36. numero 4. p.267	
1.15. tit 14. p.5. alleg. 36. n.4. ibid.	
1.34. titul. 14. partit. 5. allegat. 17. num. 13. p.117.	
1.3. titul.25. p.5. alleg.46. n.4. p.326	
Et num.5. p.327	
1.6. titulo 4. part.6. allegatione 47. num.16. p.337	
1.18. tit. 9. part. 6. allegat. 50. numero 70. p.380	
1.32. titulo 9. part. 6. allegat. 4. numero 28. p.26	
1.2. & 3. titul. 17. part. 6. allegat. 19. num.7. p.131	
1.23. titulo 17. p.6. allegatione 17. num.24. p.120	
1.8. titulo 1. part. 7. allegat. 47. numero 5. p.335	
1.20. titulo 1. part. 7. allegat. 65. numero 73. p.486	
1.1. tit.2. p.7. alleg.65. n.39. p.480	
	Ex legibus fori.
	L Ege 2. tit.1. lib.4. allegatione .39. num.8. p.282
	1.2.1. tit.4. lib.4. alleg.65. n.49. p.482
	1.16. titulo 1. fori Bizcayæ, allegat. 62. n.13. p.447
	1.1.5. fori Biscayæ, alleg. 62. n.12. p.447
	Ex legibus Ordinamenti Regij.
	L Ege 1. tit. 12. lib. 3. allegat. 12. num.28. p.81
	1.6. tit.13. lib.3. alleg.5. n.2. p.28
	1.2. tit.11. lib.4. alleg.46. n.4. p.326
	1.3. tit.9. lib.5. alleg.12. n.12. p.78
	1.5. tit.9. lib.5. alleg.12. n.9. p.78
	1.6. tit.13. lib.6. alleg.14. n.18. p.96
	1.3. tit.8. lib.9. alleg.66. n.33. p.499
	Ex legibus styli.
	L Ege 11.8. alleg.27. n.18. p.205
	Et num.31. p.207
	Ex legibus Tauri.
	L Ege 41. alleg.29. n.14. p.218
	1.4.4. alleg.49. n.39. p.362
	Et num.49. p.362
	1.5.2. alleg.49. n.21. p.359
	1.6.1. alleg.35. n.17. p.258
	Et num.27. p.260.
	Et num.38. p.262
	1.6.3. alleg.22. n.46. p.156
	1.7.0. alleg.45. n.9. p.321
	Novæ Recopilationis.
	L Ege 11. & 12. tit.3. lib. 1. alleg. 27. n.29. p.207
	1.3.

Index Iurium.

1.3. tit.5. lib.1. alleg.27. n.5. p.202	1.3. titulo 9. libro 3. allegat. 47. numero 41. p.342
Et num.9. p.203	1.1. §. 10. tit. 10. lib. 3. alleg. 37. numero 23. p.275
1.8. tit.5. lib.1. alleg.27. n.5. p.202	1.14. titulo 15. lib. 3. allegat. 64. numero 8. p.462
Et num.9. p.203	1.3. tit.1. lib.4. alleg.27. n.27. p.207
1.1.2. & 3. tit.8. lib.1. allegat.64. numero 21. p.464	1.4. & fin. titulo 1. lib.4. alleg. 64. num. 21. p.464
1.1. tit. 10. lib. 1. allegatione 13. numero 4. p.84	1.6. tit. 1. lib.4. alleg.27. n.15. p.205
1.11. tit.13. lib.1. alleg.46. n.17. p.329	1.13. titulo 3. libro 4. allegat.63. numero 12. p.453
1.4. tit.4. lib.2. alleg.8. n.4. p.44	1.29. tit.4. lib.4. alleg.63. n.12. ibid.
1.18. tit.5. lib.2. alleg.1. n.2. p.11	1.2. tit.7. lib.4. alleg.12. n.19. p.79
1.20. tit. 5. lib.2. allegat.1. numero 15. & 28. pag.6	1.4. titulo 11. libro 4. allegat. 10. numero 10. p.66
1.56. tit.5. lib.2. alleg.47. n.21. p.338	1.1. tit. 14. libro 4. allegat. 11. numero 16. p.74
1.1. titulo 6. libro 2. allegatione 52. num. 8. p.399	1.1. titulo 14. lib. 4. allegat. 12. numero 28. p.81
1.2. tit.6. lib.2. alleg.52. n.3. p.398	1.1. tit.15. lib.4. alleg.15. n.15. p.109
1.9. tit.6. lib.2. alleg.52. n.3. ibid.	1.1. ad finem, tit. 15. lib. 4. alleg.14. num.18. p.96
1.13. tit.6. lib.2. alleg.52. n.3. ibid.	1.1. tit.15. lib.4. alleg.8. n.45. p.52
1.14. & 15. tit.6. lib.2. alleg.52. n.3. ibid.	1.1. tit.15. lib.4. alleg.1. n.24. p.8
1.16. tit.6. lib.2. alleg.52. n.3. ibid.	1.1. tit.15. lib.4. alleg.55. n.19. p.412
1.18. tit.7. lib.2. alleg.1. n.9. p.5	1.2. tit.15. lib.4. alleg.15. n.21. p.102
1.9. tit.11. lib.2. alleg.5. n.14. p.30	1.2. tit.15. lib.4. alleg.5. n.10. p.29
1.10. tit. 11. libro 2. allegatione 12. num.19. p.79	1.2. tit.15. lib.4. alleg.10. n.21. p.69
1.1. & 2. tit.12. lib.2. alleg.1. n.8. p.5	1.2. tit.15. lib.4. alleg.11. n.8. p.72
Et num.23. p.81	1.10. tit.17. lib.4. alleg.5. n.5. p.29
1.1. tit.13. lib.2. alleg.1. n.24. p.8	1.10. tit.17. lib.4. alleg.48. n.7. p.345
Et alleg.15. n.29. p.103	1.10. titulo 20. lib. 4. allegat. 8. numero 57. p.55
Et alleg.51. n.28. p.393	1.1. & 2. tit.21. lib.4. alleg.21. n.1. p.143
1.2.7. & 10. tit.13. lib.2. allegat.1. numero 24. pag.8	1.19. tit.21. lib.4. alleg.21. n.4. p.143
Et alleg.15. n.29. p.103	1.4. tit.2. lib.5. alleg.49. n.21. p.359
Et alleg.51. n.28. p.393	1.1. tit.5. lib.1. alleg.27. n.4. p.202
1.2.7. & 10. tit. 13. lib. 2. allegat. 2. num. 8. p.11	1.6. & 7. titulo 8. lib.5. alleg.47. numero 23. p.339
1.3. & 6. tit. 13. lib.2. alleg. 1. n.9. p.5	Et num.37. p.341
1.11. & 12. titul. 13. lib. 2. allegat. 1. num.15. pag.6	1.2. tit.9. lib.5. alleg.49. n.21. p.359
Et num.28. pag.9	1.25. tit.10. lib.5. alleg.50. n.53. p.377
1.13. & 6. tit.14. lib. 2. allegat. 37. numero 23. p.275	1.1. tit.10. lib.5. alleg.13. n.38. p.91
1.2. tit.15. lib.4. alleg.8. n.19. p.48	1.1. tit.10. lib. 5. alleg.12. n.9. p.78
titulo 18. libro 2. allegat. 51. numero 39. p.394	Et num.11. ibid.
1.20. tit.20. lib.2. alleg.1. n.15. p.6	1.1. tit.10. lib.5. alleg.10. n.11. p.67
Et alleg.2. n.8. p.11	1.1. tit.10. lib.5. alleg.10. n.2. p.65
1.18. tit.2. lib.3. alleg.47. n.31. p.340	1.1. tit.10. lib.5. alleg.1. n.24. p.8
tit.4. lib.7. Recopil. alleg.22. n.9. p.153	1.3. tit.10. lib.5. alleg.12. n.12. p.78
1.14. titulo 15. libro 3. allegat. 64. numero 2. p.46	1.9. tit.10. lib.5. alleg.25. n.10. p.187
1.38. tit.6. lib.3. alleg.65. n.50. p.482	1.9. tit.10. lib.5. alleg.13. n.28. p.89
1.11. tit.9. lib.3. alleg.45. n.10. p.321	1.15. tit.10. lib.5. alleg.25. n.10. p.187
Et num.17. p.322	1.16. tit.10. lib.5. alleg.10. n.18. p.68
<i>Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fisc. Tom. I.</i>	1.16. tit. 10. lib.5. alleg.13. n.20. p.87
	1.17. tit.10. lib.5. alleg.12. n.2. p.76
	1.8.9. & 10. tit. 11. lib. 5. alleg. 45. num. 9. p.321

Index Iurium.

1.8. tit. 11. lib. 5. alleg. 45. n. 2.	p. 319	1.4. tit. 11. lib. 9. allegat. 14. n. 15.	p. 95
1.4. & 5. tit. 15. lib. 5. alleg. 22. n. 96.	p. 165	1.15. tit. 11. lib. 9. allegat. 29. n. 3.	p. 217
1.4. & 5. tit. 15. lib. 5. alleg. 23. n. 10.	p. 169	1.11. tit. 11. lib. 9. allegat. 29. n. 18.	p. 219
1.4. & 6. tit. 15. lib. 5. alleg. 3. n. 25.	p. 169	1.10. tit. 11. lib. 9. alleg. 3. n. 9.	p. 278
1.5. tit. 15. lib. 5. alleg. 4. n. 29.	p. 26	1.27. tit. 11. lib. 9. alleg. 29. n. 38.	p. 223
1.4. & 17. tit. 10. lib. 5. alleg. 12. n. 19.	p. 79	1.18. tit. 12. lib. 9. alleg. 7. n. 11.	p. 38
1.11. tit. 7. lib. 5. alleg. 12. n. 30.	p. 82	1.13. tit. 13. lib. 9. alleg. 38. n. 3.	p. 277
1.2. tit. 3. lib. 6. alleg. 46. n. 4.	p. 326	1.22. tit. 13. lib. 9. alleg. 19. n. 1.	p. 217
1.11. 14. & 27. tit. 3. lib. 6. alleg. 46. n. 17.	p. 327	1.5. tit. 14. lib. 9. alleg. 38. n. 3.	p. 277
1.1. tit. 7. lib. 6. alleg. 8. n. 43.	p. 52	Et num. 13.	p. 279
1.1. tit. 7. lib. 6. alleg. 56. n. 3.	p. 414	1.11. tit. 14. lib. 9. alleg. 38. n. 3.	p. 277
1.2. tit. 7. lib. 6. alleg. 59. n. 11.	p. 430	tit. 14. lib. 9. alleg. 29. n. 33.	p. 222
1.6. tit. 9. lib. 6. alleg. 47. n. 11.	p. 336	1.25. tit. 14. lib. 9. alleg. 12. n. 3.	p. 79
1.26. tit. 18. lib. 6. alleg. 15. n. 20.	p. 101	1.6. & 7. tit. 15. lib. 9. alleg. 28. n. 3.	p. 210
1.2. tit. 10. lib. 6. alleg. 50. n. 14.	p. 372	1.10. tit. 16. lib. 9. alleg. 25. n. 10.	p. 187
1.7. tit. 10. lib. 6. alleg. 50. n. 14.	ibid.	1.19. tit. 16. lib. 9. alleg. 39. n. 10.	p. 282
1.4. tit. 11. lib. 6. alleg. 12. n. 19.	p. 79	1.1. tit. 17. lib. 9. alleg. 55. n. 6.	p. 411
1.4. tit. 11. lib. 6. alleg. 31. n. 35.	p. 236	Et num. 18.	p. 412
1.4. tit. 11. lib. 6. alleg. 13. n. 20.	p. 87	1.3. & 4. tit. 17. lib. 9. alleg. 57. n. 1.	p. 417
1.25. tit. 14. lib. 6. alleg. 12. n. 19.	p. 79	1.5. tit. 17. lib. 9. alleg. 7. n. 8.	p. 37
1.5. tit. 18. lib. 6. alleg. 47. n. 30.	p. 340	1.17. tit. 17. lib. 9. alleg. 7. n. 20.	p. 39
1.15. tit. 18. lib. 6. alleg. 47. n. 30.	p. 340	1.1. tit. 18. lib. 9. allegat. 55. n. 19.	p. 412
1.27. tit. 18. lib. 6. alleg. 13. n. 30.	p. 89	1.1. tit. 18. lib. 9. alleg. 54. n. 6.	p. 407
1.3. tit. 3. lib. 7. alleg. 50. n. 53.	p. 377	1.1. tit. 18. lib. 9. allegat. 1. n. 1.	p. 28
1.11. tit. 7. lib. 7. alleg. 47. n. 22.	p. 339	1.1. tit. 18. lib. 9. allegat. 11. n. 1.	p. 71
1.1. tit. 9. lib. 7. alleg. 46. n. 15.	p. 329	1.1. tit. 18. lib. 9. allegat. 12. n. 24.	p. 80
1.3. tit. 4. lib. 8. alleg. 66. n. 33.	p. 499	1.1. tit. 18. lib. 9. allegat. 13. n. 20.	p. 27
1.4. tit. 6. lib. 8. alleg. 24. n. 14.	p. 182	1.1. tit. 18. lib. 9. allegat. 13. n. 28.	p. 89
1.4. tit. 6. lib. 8. alleg. 48. n. 3.	p. 344	1.1. tit. 18. lib. 9. allegat. 8. n. 51.	p. 53
1.1. 2. & 3. tit. 15. lib. 8. alleg. 5. n. 3. n. 2.	p. 28	1.1. tit. 18. lib. 9. allegat. 14. n. 18.	p. 96
1.1. tit. 21. lib. 8. alleg. 47. n. 12.	p. 336	1.3. 4. & 8. tit. 18. lib. 9. allegat. 54. n. 9.	p. 409
1.11. tit. 26. lib. 8. alleg. 66. n. 33.	p. 499	1.3. tit. 18. lib. 9. alleg. 57. n. 1.	p. 417
1.3. tit. 1. lib. 8. alleg. 52. n. 8.	p. 199	1.6. & 7. tit. 18. lib. 9. alleg. 57. n. 2.	ibid.
1.1. tit. 2. lib. 9. alleg. 53. n. 2.	p. 406	1.9. tit. 18. lib. 9. alleg. 64. n. 8.	p. 462
1.1. §. 3. & 4. & 5. tit. 2. lib. 9. alleg. 7. n. 1.	p. 36	1.11. tit. 18. lib. 9. alleg. 53. n. 1.	p. 406
1.1. §. 3. tit. 2. lib. 9. alleg. 1. n. 24.	p. 8	1.14. tit. 18. lib. 9. alleg. 55. n. 20.	p. 413
1.1. §. 3. tit. 2. lib. 9. alleg. 8. n. 44.	p. 52	1.18. tit. 8. lib. 9. alleg. 5. n. 3.	p. 28
1.1. tit. 2. lib. 9. alleg. 12. n. 26.	p. 81	1.32. tit. 18. lib. 9. alleg. 11. n. 3.	p. 72
1.1. §. 3. tit. 2. lib. 9. alleg. 15. n. 29.	p. 103	1.33. tit. 18. lib. 9. alleg. 11. n. 6.	ibid.
1.2. §. 25. tit. 2. lib. 9. alleg. 27. n. 5.	p. 202	1.38. tit. 18. lib. 9. alleg. 54. n. 8.	p. 409
1.2. tit. 2. lib. 9. alleg. 12. n. 24.	p. 80	1.39. tit. 18. lib. 9. alleg. 12. n. 19.	p. 79
1.1. tit. 2. lib. 9. alleg. 53. n. 2.	p. 406	1.29. tit. 19. lib. 9. alleg. 7. n. 14.	p. 38
1.6. & 7. tit. 5. lib. 9. alleg. 9. n. 3.	p. 57	1.1. tit. 20. lib. 9. alleg. 7. n. 13.	p. 38
1.36. tit. 5. lib. 9. alleg. 38. n. 4.	p. 277	1.4. tit. 2. lib. 9. alleg. 7. n. 15.	p. 38
1.11. tit. 7. lib. 9. alleg. 45. n. 10.	p. 321	1.1. tit. 21. lib. 9. alleg. 11. n. 8.	p. 72
1.1. tit. 0. lib. 9. alleg. 11. n. 8.	p. 72	1.1. tit. 21. lib. 9. alleg. 16. n. 33.	p. 111
1.1. & 2. tit. 8. lib. 9. alleg. 10. n. 11.	p. 67	1.1. tit. 21. lib. 9. alleg. 27. n. 2. p. 202. Et n. 9.	p. 203
1.3. tit. 8. lib. 9. alleg. 15. n. 29.	p. 103	1.1. titulo 21. libro 9. allegat. 47. n. 22.	p. 338
1.5. tit. 8. lib. 9. alleg. 8. n. 15.	p. 47	1.1. tit. 22. lib. 9. alleg. 56. n. 13.	p. 416
1.15. tit. 8. lib. 9. alleg. 8. n. 22.	p. 48	1.1. tit. 22. lib. 9. alleg. 8. n. 36.	p. 51
1.16. tit. 8. lib. 9. alleg. 13. n. 20.	p. 87	1.1. tit. 22. lib. 9. alleg. 30. n. 8.	p. 215
1.16. tit. 8. lib. 9. alleg. 13. n. 25.	p. 88	1. fin. tit. 22. lib. 9. alleg. 55. n. 2.	p. 410
tit. 8. lib. 9. alleg. 14. n. 16.	p. 95	1.15. tit. 23. lib. 9. alleg. 31. n. 35.	p. 236
1.4. tit. 9. lib. 9. alleg. 7. n. 13.	p. 38	1.14. & 15. tit. 27. lib. 9. Recopil. alleg. 12. num. 3.	p. 76
1.12. & 13. tit. 9. lib. 9. alleg. 38. n. 3.	p. 277	& num. 19.	p. 87
1.19. tit. 9. lib. 9. allegat. 12. n. 26.	p. 81	1.15. tit. 27. lib. 9. alleg. 13. n. 20.	p. 87
1.8. & 9. tit. 10. lib. 9. allegat. 27. n. 31.	p. 207	1. vnica, tit. 31. lib. 9. alleg. 56. n. 14.	p. 416
1.7. tit. 11. lib. 9. allegat. 29. n. 12.	p. 219	1. fin. tit. fin. lib. 9. alleg. 55. n. 20.	p. 413

EX

Index Iurium.

EX IVRE CANONICO

Decretalium.

C Ap. accedens de conuers. coniug. alleg. 35. n. 9.	p. 256
c. accedentibus de priuilegiis, alleg. 16. n. 28.	p. 258
p. 111	
Et num. 29.	ibid.
Et num. 30.	p. 112
Et alleg. 58. n. 27.	p. 425
Et alleg. 64. n. 31.	p. 466
c. ad audientiam de decimis, allegat. 13. n. 32.	p. 90
c. aduersus, de immunit. Eccles. allegat. 62. num. 16.	p. 448
c. antiqua, de priuilegiis, alleg. 52. n. 8.	p. 400
c. at si clerici, de iudic. allegat. 27. num. 25. p. 206	
c. at si Christus, de iureiurando, alleg. 23. n. 31. p. 174	
c. auditis, de prescript. alleg. 16. n. 2.	p. 106
c. auditis, de electione, alleg. 50. n. 82.	p. 381
c. bonæ, de electione, alleg. 66. n. 88.	p. 511
c. bonæ memoriæ et 2. de postul. Prælatorum, alleg. 63. n. 44.	p. 459
c. causam que de rescriptis, alleg. 29. n. 4. p. 217	
c. penult. de probat. alleg. 49. n. 16.	p. 358
c. capitulum sanctæ Crucis, de rescriptis, allegat. 50. n. 43.	p. 376
c. cæterum, de iudiciis, alleg. 27. n. 25.	p. 206
c. cæterum, de donat. alleg. 42. n. 3.	p. 304
c. cæterum, de rescript. alleg. 58. n. 11.	p. 423
c. commissa, de electione, alleg. 47. n. 27.	p. 339
c. consanguinei, de sentent. & re iudic. alleg. 23. n. 31.	p. 174
c. constitutum, §. cum vero, de rescript. alleg. 35. n. 7.	p. 256
c. constitutus, de rescriptis, allegat. 50. n. 83. p. 381	
c. constitutus, de testibus, allegat. 66. num. 9. p. 495	
c. cum dilectus, de consuetud. alleg. 11. n. 10. p. 73	
c. cum dilecti, de decimis, alleg. 11. n. 17.	p. 74
c. cum capella, de priuilegiis, alleg. 11. num. 18. p. 74	
Et allegat. 54. n. 10.	p. 409
c. cum à nobis de testibus, alleg. 20. n. 8.	p. 137
c. cum expediat de electione, alleg. 7. num. 16. p. 39	
c. cum Ecclesia Sutrina de causa possess. & propriet. alleg. 9. n. 11.	p. 50
Et allegat. 16. n. 16.	p. 108
c. cum contingat, de decimis, allegat. 9. n. 33. p. 64	

c. cum oporteat, de accusat. allegat. 2. num. 13. p. 12	
c. cum in iuuentute, de purgatione canonica, allegat. 12. n. 32.	p. 62
c. cum olim de re iudicata, alleg. 16. num. 25. p. 110	
Et alleg. 50. n. 44.	p. 376
Et n. 50.	p. 377
c. cum omnes, de constit. allegat. 23. num. 51. p. 179	
Et alleg. 25. n. 13.	p. 187
c. cum sit generale, de foro compet. alleg. 27. num. 11.	p. 203
c. cum dilecta, de rescriptis, alleg. 29. num. 23. p. 220	
c. cum contingat de iureiurando, allegat. 33. num. 26.	p. 259
c. cum olim de consuetudine, alleg. 51. n. 12. p. 390	
Et alleg. 63. n. 44.	p. 459
c. cum in tua, de decimis, allegat. 52. num. 21. p. 403	
c. cum nostris, de concess. præb. alleg. 58. n. 10. p. 423	
c. cum ordinem, de rescriptis, alleg. 58. n. 24. p. 425	
c. cum dilectus, de consuetud. alleg. 61. n. 11. p. 440	
c. cum dilecti, de donat. alleg. 66. n. 2.	p. 493
c. cum illorum, de sentent. excomm. alleg. 65. num. 80.	p. 488
c. cum venissent, de iudiciis, alleg. 11. num. 3. p. 72	
Et allegat. 50. n. 44.	p. 374
c. cum locum de sponfal. alleg. 49. n. 16.	p. 358
c. cum te, de ætate & qualit. allegat. 23. n. 52. p. 179	
c. debitum, de bigamis, alleg. 49. n. 13.	p. 357
c. decernimus, de iudiciis, alleg. 27. n. 25. p. 206	
c. de terra, de priuilegiis, alleg. 58. n. 27.	p. 425
Et alleg. 69. n. 31.	p. 466
c. dilecti, de foro compet. allegat. 64. num. 14. p. 463	
c. dilecto, de præbendis, alleg. 23. n. 53.	p. 179
c. dilectus, de præbendis, alleg. 63. n. 44.	p. 459
c. dudum, de decimis, alleg. 14. n. 20.	p. 96
c. dudum, de priuilegiis, alleg. 58. n. 9.	p. 423
c. ex literis de desponfat. impub. allegat. 35. num. 22.	p. 258
c. ex literis de sponfal. alleg. 23. n. 47.	p. 178
c. ex parte, de feudis, alleg. 8. n. 60.	p. 55
c. ex parte, de capellis Monach. alleg. 23. n. 52. p. 179	
c. ex parte, de censibus, alleg. 46. n. 12.	p. 328
c. ex parte, de restit. spoliat. allegat. 49. n. 16. p. 358	
c. ex publico, de conuers. coniug. allegat. 49. num. 15.	ibid.

Y J Y 4

c. ex

Index Iurium.

c. ex transmissa, de restit. spoliat. allegat. 49. num. 16. <i>ibid.</i>	c. post translationem, de renuntiatione, alleg. 18. n. 21. p. 127
c. fin. de testibus cogendis, alleg. 66. num. 26. p. 498	c. præterea, de testibus, alleg. 66. n. 5. p. 493
c. fin. de præscript. alleg. 23. n. 42. p. 177	c. i. de transact. alleg. 26. n. 16. p. 194
c. fin. de success. ab intestat. alleg. 66. num. 2. p. 493	c. i. de plus petition. alleg. 38. n. 11. p. 79
c. fin. qui clerici vel voluntas, alleg. 35. n. 22. p. 258	c. i. de censibus, alleg. 46. n. 8. p. 327
c. fin. de sponsa duorum, alleg. 49. num. 37. p. 362	c. i. & 2. de matrim. contra interd. alleg. 49. num. 39. p. 362
c. fin. de frigid. & maleficiat. alleg. 49. n. 39. p. 362	c. i. de rescriptis, alleg. 50. n. 49. p. 377
c. forum, de verbor. significat. alleg. 7. num. 2. p. 36	c. i. de officio ordin. alleg. 64. n. 20. p. 464
c. intellecto, de iureiurando, alleg. 8. n. 41. p. 51	c. i. de confessis, alleg. 66. n. 26. p. 498
Et alleg. 42. n. 4. p. 304	c. i. de officio delegati, alleg. 3. n. 25. p. 18
c. interposita, de appellat. allegat. 66. num. 79. p. 510	Et alleg. 20. n. 9. p. 137
c. inter dilectos, §. ceterum de fide instrum. alleg. 50. n. 95. p. 383	c. i. 2. & fin. de præcariis, alleg. 5. n. 19. p. 31
c. licet, de decimis, alleg. 11. n. 17. p. 74	c. propter sterilitatem, de locat. alleg. 16. n. 6. p. 131
Et alleg. 57. n. 19. p. 420	c. qualiter & quando, de accusat. alleg. 2. n. 1. p. 12
c. licet causam, de appellat. alleg. 13. n. 8. p. 85	Et alleg. 38. n. 3. p. 277
c. lator, de sententia & re iudicata, alleg. 23. num. 31. p. 174	c. quanto de censibus, alleg. 5. n. 19. p. 17
c. licet Heli, de simonia, allegat. 66. num. 30. p. 499	Et num. 22. p. 18
c. licet mulieres, de iureiurand. alleg. 35. n. 26. p. 260	Et alleg. 15. n. 31. p. 104
c. ne imitatis, de constit. alleg. 24. n. 22. p. 184	Et alleg. 25. n. 21. p. 189
c. non debet, de confang. alleg. 3. n. 21. p. 18	Et alleg. 30. n. 21. p. 228
c. nihil, de præscript. alleg. 8. n. 30. p. 50	Et alleg. 31. n. 33. p. 236
c. non vt apponeres, de baptismo, alleg. 53. n. 13. p. 412	Et alleg. 50. n. 25. p. 373
c. nulli, de rescriptis, alleg. 23. n. 52. p. 179	Et alleg. 64. n. 34. p. 467
c. nullus, de præsumpt. alleg. 66. n. 29. p. 498	c. quia propter, de electione, alleg. 29. num. 24. p. 220
c. nuper de decimis, alleg. 58. n. 1. p. 422	c. quantæ, de sententia excomm. allegat. 66. num. 11. p. 495
c. olim tibi, de verb. signif. alleg. 11. n. 3. p. 72	c. quam graui de crimine falsi, alleg. 66. n. 15. p. 496
c. omnes, de accusat. alleg. 2. n. 13. p. 12	c. quod autem, §. i. de iure patronat. alleg. 10. num. 15. p. 68
¶ omnis anima de censibus, alleg. 63. num. 7. p. 453	Et alleg. 13. n. 19. p. 87
e. pastoralis, de donat. alleg. 13. n. 19. p. 87	c. quoad translationem, de officio delegati, alleg. 10. n. 6. p. 66
Et alleg. 10. n. 15. p. 68	Et alleg. 50. n. 112. p. 385
e. pastoralis, de officio delegati, allegat. 52. n. 4. p. 399	c. quod dilectio, de consanguinitate & affinitate, alleg. 11. n. 10. p. 73
c. per tuas, qui filij sint legitimi, allegat. 49. num. 39. p. 362	c. quod non est licitum, de reg. iuris, alleg. 25. num. 14. p. 188
Et num. 59. p. 365	c. recipimus, de priuilegiis, allegat. 11. num. 18. p. 74
c. aduersus, de immunit. Eccles. alleg. 62. n. 16. p. 448	c. relatum, §. i. de iure patronat. alleg. 27. n. 8. p. 203
c. perpetuo, de electione, alleg. 47. n. 27. p. 339	c. sacro de sentent. excommunicat. allegat. 61. num. 11. p. 440
c. plerumque, de rescriptis, allegat. 50. num. 82. p. 381	c. sanè, de officio delegati, allegat. 52. num. 4. p. 440
c. porro, de priuilegiis, alleg. 11. n. 18. p. 74	c. secundo requiris, de appellat. alleg. 29. n. 5. p. 217
Et alleg. 14. n. 10. p. 94	b. sepè, de appellat. alleg. 15. n. 22. p. 102
c. postulasti, de rescriptis, allegat. 50. num. 61. p. 378	c. si clericus, de pace tenenda, alleg. 64. n. 21. p. 464
	c. si de terra, de priuileg. alleg. 16. n. 28. p. 111
	Et num. 29. <i>ibid.</i> Et num. 36. p. 112
	c. sicut

Index Iurium.

c. sicut dignum, §. i. de homicidio, alleg. 66. num. 9. p. 494	Et alleg. 9. n. 29. p. 63
c. si diligenti, de foro competenti, allegat. 7. num. 11. p. 203	Et alleg. 50. n. 28. p. 374
c. sine possessione de regulis iuris, alleg. 16. n. 1. p. 106	c. secundum de hæreticis, alleg. 37. n. 14. p. 274
c. si Papa, de priuilegiis, alleg. 9. n. 18. p. 60	Et alleg. 47. n. 27. p. 339
c. si quis, de maior. & obedient. alleg. 63. n. 7. p. 452	c. dilecti, de sententia excommunicationis, alleg. 66. n. 9. p. 494
Et num. 33. p. 457	c. dilecto, de sent. excomm. alleg. 64. num. 20. p. 464
c. sicut 2. de probat. alleg. 15. n. 11. p. 100	c. eo tempore, de rescript. alleg. 50. n. 83. p. 381
c. sicut, de sententia excommunicat. alleg. 66. num. 88. p. 511	c. ex eo, de reg. iur. alleg. 34. n. 4. p. 249
c. suggestum, de appellat. alleg. 18. n. 21. p. 127	c. felicis, de pœnis, alleg. 65. n. 66. p. 484
Et alleg. 63. n. 44. p. 459	c. fin. de rescriptis, alleg. 12. n. 32. p. 82
c. suggestum de decimis, alleg. 15. n. 31. p. 104	c. fin. de iureiur. alleg. 9. n. 14. p. 59
Et alleg. 23. n. 21. p. 172	c. generali, de reg. iur. alleg. 42. n. 10. p. 305
Et alleg. 30. n. 21. p. 228	c. gratia, de rescriptis, alleg. 50. n. 83. p. 381
Et alleg. 31. n. 33. p. 236	c. licet Episcopus, de præbendis, allegat. 47. num. 27. p. 339
Et alleg. 64. n. 34. p. 467	c. locupletari, de reg. iur. alleg. 35. n. 18. p. 339
c. statuius, de maior. & obedient. alleg. 51. num. 5. p. 389	c. ne aliqui, de priuileg. alleg. 58. n. 8. p. 423
Et num. 8. p. 389	c. nouum 2. de decimis, alleg. 45. n. 15. p. 322
Et alleg. 52. n. 14. p. 401	c. ordinarij, de off. ordin. alleg. 50. n. 87. p. 382
c. super eo, de vsuris, alleg. 23. n. 31. & 42. p. 174	c. i. de præscript. alleg. 15. n. 16. p. 101
c. super eodem, de transact. alleg. 26. num. 16. p. 194	Et n. 17. <i>ibid.</i> Et alleg. 50. n. 28. p. 374
super literis de rescriptis, alleg. 50. n. 61. p. 378	c. i. de pœnis, alleg. 61. n. 20. p. 464
c. super quibusdam, §. præterea, de verbor. signif. alleg. 59. n. 8. p. 428	c. quamuis, de offic. ordin. alleg. 50. n. 67. p. 379
c. tertio loco de præsumpt. alleg. 49. num. 14. p. 358	c. quia ad agendum, de p. ocur. alleg. 1. n. 23. pag. 8
c. tuam, de pœnis, alleg. 31. n. 11. p. 232	c. qui sentit, de reg. iur. alleg. 33. n. 3. p. 243
c. tua, de decimis, alleg. 9. n. 33. p. 64	c. quod vna via, de reg. iur. alleg. 57. n. 5. p. 417
c. veniens 19. de præscript. alleg. 13. n. 30. p. 90	c. quoties el 2. de pactis, alleg. 35. n. 22. p. 258
Et alleg. 50. n. 49. p. 377	c. Romana, §. contrahentes de foro compet. 12. alleg. 64. n. 14. p. 463
Et alleg. 58. n. 7. p. 423	c. Romana, §. fin. de testibus, allegat. 48. n. 44. p. 352
c. vigilanti, de præscript. alleg. 14. n. 19. p. 96	c. si clericus, de præbendis, alleg. 50. n. 82. p. 381
c. vnico de cleric. non resid. alleg. 15. num. 11. p. 100	c. si quis iusto, de electione, alleg. 18. n. 8. p. 115
	c. si super gratia de officio deleg. alleg. 5. n. 60. p. 378
	c. statuto, de decimis, alleg. 58. n. 9. p. 423
	c. statutum, §. sancimus, de rescriptis, allegat. 23. n. 53. p. 179
	c. statutum, §. si quid autem, de rescriptis, alleg. 47. n. 29. p. 340
	c. susceptum, de rescriptis, allegat. 50. num. 66. p. 379
	e. venerabilis pen de præbend. all. 4. n. 31. p. 26

Ex libro sexto Decretalium.

C Ap. Abbate sanè, de sent. & re iudic. alleg. 11. n. 2. p. 71
Et alleg. 2. n. 9. p. 78
Et alleg. 50. n. 42. p. 376
Et num. 59. p. 738
c. beneficium, de reg. iur. alleg. 56. n. 7. p. 414
c. cum de beneficio, de præbendis, alleg. 16. num. 16. p. 108
c. cum in generali, de officio deleg. alleg. 58. num. 8. p. 423
c. cum personæ, in princ. de priuilegiis, alleg. 13. n. 36. p. 90
c. cum personæ, §. quod si tales, de priuileg. alleg. 5. n. 13. p. 30

Ex Clementinis.

C Lement. fin. de rescriptis, alleg. 54. n. 10. p. 409
Clement. vnica, de probat. alleg. 20. n. 8. p. 137
Et alleg. 60. n. 2. p. 435
Clement. vnica de rebus Ecclesie, alleg. 29. num. 24. p. 220
Clement. vnica, §. porro, de iureiurando, alleg. 61. n. 14. p. 440
Clement.

Index Iurium.

Clement. vnica de rer. permut. alleg. 63. n. 44. p. 459

Ex Extrauagantibus.

EXtrauag. qui sint rebelles, alleg. 61. numero 12. p. 440

Ex Decreto.

CAp. ab exordio distinct. 35. allegat. 45. num. 15. p. 322

c. accusatores 2. cum duobus sequentib. 3. q. 5. alleg. 2. n. 13. p. 12

c. Christianus 11. q. 1. alleg. 66. n. 29. p. 498

c. cognouimus 12. q. 2. alleg. 52. n. 21. p. 403

c. consentire, distinct. 83. alleg. 66. n. 10. p. 495

c. Constantinus, distinct. 96. alleg. 12. num. 9. p. 78

c. cum Paulus 1. q. 1. alleg. 50. n. 107. p. 385

c. cum societas 27. q. 2. alleg. 49. n. 14. p. 358

c. de capitulis, distinct. 10. alleg. 63. num. 17. p. 454

c. de forma 82. q. 5. alleg. 65. n. 52. p. 482

c. Dominus 23. q. 2. alleg. 61. n. 1. p. 439

c. duo, distinct. 13. alleg. 59. n. 24. p. 433

c. de Syracufanis, distinct. 28. alleg. 64. n. 29. p. 466

c. eiciens, distinct. 88. alleg. 24. n. 19. p. 183

c. exit autem lex, distinct. 4. alleg. 12. num. 13. p. 78

c. error, distinct. 83. alleg. 66. n. 10. p. 495

c. in canonibus 37. 16. q. 1. alleg. 8. n. 34. p. 50

c. igitur 23. q. 8. alleg. 62. n. 11. p. 446

c. in istis, distinct. 4. alleg. 8. n. 28. p. 49

Et alleg. 17. n. 3. p. 120

Et alleg. 64. n. 29. p. 466

c. in synodo, distinct. 63. alleg. 27. n. 13. p. 204

c. iustum, distinct. 9. alleg. 23. n. 5. p. 179

Et alleg. 25. n. 13. p. 187

c. innouamus 23. q. 8. alleg. 59. n. 5. p. 428

c. in quibus 22. q. 2. alleg. 61. n. 11. p. 440

c. legimus, distinct. 93. alleg. 31. n. 9. p. 231

c. matrimonium 27. q. 2. alleg. 49. n. 14. p. 358

c. meram 2. q. 5. alleg. 27. n. 13. p. 204

c. negligere 2. q. 7. alleg. 66. n. 10. p. 495

c. nemini 12. q. 3. alleg. 66. n. 26. p. 498

c. nerui, distinct. 13. alleg. 59. n. 24. p. 433

c. nobilissimus, distinct. 97. alleg. 60. n. 3. p. 436

c. non inferendæ 23. q. 3. alleg. 66. n. 11. p. 495

c. non licet, distinct. 10. alleg. 23. n. 42. p. 177

c. non sunt audiendi 11. q. 3. alleg. 61. n. 7. p. 439

c. officij 24. q. 1. alleg. 65. n. 34. p. 479

c. omni timore 23. q. 8. alleg. 62. n. 8. p. 446

c. peruenit 23. q. 8. alleg. 59. n. 5. p. 428

c. petimus 11. q. 1. alleg. 63. n. 12. p. 453

c. placuit, distinct. 16. alleg. 51. n. 8. p. 389

c. præcipimus, distinct. 93. alleg. 58. n. 15. p. 401

c. 1. 8. q. 3. alleg. 60. n. 3. p. 436

c. 1. §. voluntatem 15. q. 1. alleg. 63. n. 9. p. 436

c. Princeps 23. q. 5. alleg. 63. n. 12. p. 453

c. puella 26. q. 1. alleg. 35. n. 22. p. 258

c. quid culpatur 23. q. 1. alleg. 20. n. 7. p. 137

Et alleg. 60. n. 9. p. 437

c. qui resistit 11. q. 3. alleg. 73. n. 7. p. 452

c. quis nesciat, distinct. 10. alleg. 63. n. 17. p. 454

c. quod autem 27. q. 2. alleg. 49. n. 13. p. 357

c. quod vero 25. q. 2. alleg. 17. n. 10. p. 117

c. quoniam 23. q. 8. alleg. 59. n. 5. p. 428

c. Regum 23. q. 5. alleg. 63. n. 12. p. 453

c. rescripta 25. q. 2. alleg. 50. n. 25. p. 373

c. refecante 24. q. 3. alleg. 61. n. 13. p. 440

c. sacerdotibus 1. q. 1. alleg. 63. n. 17. p. 454

c. sancta 2. q. 7. alleg. 31. n. 9. p. 231

c. sciendum 8. q. 1. alleg. 63. n. 9. p. 453

c. sicut de consecratione, distinct. 1. allegat. 5. num. 12. p. 30

c. si Ecclesia 23. q. 4. alleg. 61. n. 13. p. 440

c. sine exceptione 12. q. 2. allegat. 29. num. 24. p. 220

c. si nulla 23. q. 8. alleg. 62. n. 8. p. 446

c. si quis aliquando, de pœnit. dist. 1. alleg. 47. num. 27. p. 339

c. si quis desponsata 22. q. 2. alleg. 49. num. 18. p. 357

c. si quis laicus 22. q. 5. alleg. 63. n. 14. p. 454

c. si quis cum militibus 6. q. 1. alleg. 66. n. 26. p. 498

c. si quis tacitis 22. q. 5. alleg. 66. n. 30. p. 499

c. si tributum 11. q. 1. alleg. 40. n. 36. p. 293

Et alleg. 46. n. 17. p. 329

Et alleg. 59. n. 5. p. 428

c. siue de coniugib. 33. q. 2. allegat. 49. num. 16. p. 358

c. sufficiat 23. q. 2. alleg. 49. n. 14. p. 358

c. tributum 23. q. 8. alleg. 40. n. 36. p. 243

Et alleg. 59. n. 5. p. 428

Et alleg. 61. n. 17. p. 441

Et alleg. 62. n. 16. p. 448

c. vulnerato 1. q. 1. alleg. 50. n. 101. p. 384

Ex Concilio Tridentino.

CAp. 5. sess. 7. de reform. all. 50. n. 87. p. 382

c. 6. sess. 24. de reform. all. 49. n. 15. p. 358

Ex sacra Scriptura, ordine librorum.

Genesis c. 3. alleg. 49. n. 9. p. 356

Genesis c. 43. alleg. 51. n. 5. p. 389

Genesis c. 49. alleg. 2. n. 16. p. 13

Et

Index Iurium.

Et allegatione 39. n. 13. p. 430

Et num. 23. p. 432

Leuitici c. 22. alleg. 49. n. 9. p. 356

Numer. c. 20. alleg. 63. n. 22. p. 455

Numer. c. 30. alleg. 49. n. 9. p. 356

Deuteronomij c. 16. alleg. 47. n. 7. p. 335

Iosue c. 1. alleg. 63. n. 5. p. 452

Regum lib. 1. c. 8. alleg. 59. n. 4. p. 428

Regum lib. 1. c. 14. alleg. 63. n. 33. p. 457

Regum lib. 1. c. 15. alleg. 63. n. 21. p. 455

Regum lib. 1. c. 22. alleg. 65. n. 5. p. 472

Regum lib. 2. c. 7. alleg. 8. n. 10. p. 46

Regum lib. 2. c. 20. alleg. 52. n. 20. p. 403

Regum lib. 3. c. 10. alleg. 51. n. 5. p. 389

Regum lib. 3. c. 11. alleg. 52. n. 10. p. 400

Regum lib. 3. c. 12. 16. & 19. alleg. 59. n. 12. p. 430

Regum lib. 4. c. 23. alleg. 59. n. 23. p. 432

Regum lib. 4. c. 33. alleg. 59. n. 13. p. 430

Paralipomenon lib. 1. c. 6. alleg. 51. n. 5. p. 389

Paralipomenon lib. 2. c. 30. alleg. 51. n. 5. p. 389

Esdra lib. 1. c. 7. alleg. 63. n. 34. p. 457

Iudith c. 12. alleg. 19. n. 8. p. 132

Esther c. 1. alleg. 63. n. 20. p. 455

Prouerbiorum c. 20. alleg. 63. n. 5. p. 452

Prouerbiorum c. 24. alleg. 51. n. 18. p. 391

Ecclesiastes c. 4. alleg. 8. n. 8. p. 46

Oseas Propheta alleg. 47. n. 8. p. 336

D. Matthæi c. 5. alleg. 4. n. 13. p. 22

D. Matthæi c. 22. alleg. 59. n. 22. p. 432

D. Matthæi c. 23. alleg. 51. n. 6. p. 389

D. Matthæi c. 27. alleg. 51. n. 26. p. 392

D. Lucæ c. 3. alleg. 51. n. 26. p. 392

D. Lucæ c. 14. alleg. 51. n. 5. p. 389

D. Paul. epist. ad Roman. c. 12. & 13. alleg. 51. num. 6. p. 389

Et alleg. 59. n. 5. p. 389

Et alleg. 63. n. 5. p. 428

D. Paul. epist. ad Thessalonicens. allegat. 1. num. 17. p. 7

D. Pauli epist. ad Titum, c. 3. alleg. 63. num. 5. p. 452

D. Petri epistola 1. canon. c. 2. 3. & 5. alleg. 51. num. 6. p. 389

Et alleg. 63. num. 5. p. 452

FINIS.

